Universidad de Deusto
Biblioteca

MOLINA

DE

Justitia

III, 1



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca


Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE IVSTITIA
TOMI TERTII
PRIOR PARS DE MAIORATIBUS, & de Tributis.

DOCTORE LVDOVICO MOLINA CONCHENSI,
Primario quondam in Eborensi Academia Theologiæ professore, è Societate IESV autore.



CONCHAE.
Ex Officina Cornelij Bodani.

Anno, 1600.

INSTITUTO LIBRE MUNICIPAL DE SAN SEBASTIAN
131996

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dolus.

Dolo facta renunciatio successioni iuramento confirmata, vt falsis promissionibus, aut persuationibus, inualida est, neq; indiget relaxatione iuramẽti. 73. C

Dominium.

Dominium esse ad tempus in suspẽso, nullum est absurdum. 498. B.

Dominium bonorum maioratus transit ipso iure absque vlla apprensione in immediate ad eum vocatum: statim ac maioratus morte prædecessoris, aut alia ratione, est delatus, est ò alius apprehendisset possessionem. 517. D.

Donatio

Donata ab Henrico secundo, qua lege coarctata sint. 9. D.

Donata in Lusitania à Regibus de corona regni, legi mẽtali valde arctę subijciuntur. & quid ea lex contineat, & quando subiecta ei legi non sint. 10. A.

Donationes quę ad mediam speciem spectent inter contractus merè inter viuos, & vltimam voluntatem. 119. B.

Donatio quinti facta extraneo contractu, statim est irreuocabilis, etiam si non sit ob causam onerosam, neque facta sit traditio. Si sit simplex, insinuatione indiget. Si ea donans intestabilis reddatur, est nulla. 122. A.

Donatio ex quinto si facta similiter sit descendenti, qui in potestate non sit donantis, eadam locum habent. Si verò facta sit filio in potestate constituto, vt sit valida, necessaria est traditio, reuocariquepotest. 122. B.

Dos.

Dos filiæ promitti non potest vltra suam legitimã post legẽ Caroli quinti; si autẽ vltra promittatur tacitè, aut expressè, vel detur, inualidum est id quoad incremẽtũ, nihil impediẽte quòd iuramento sit cõfirmatũ: possunt n hilominus parẽtes per vltimã volũtatẽ meliorare talem filiam in tertio & quinto. 51. C.

Dos, aut alimenta, quando sororibus præstanda. 307. A.

Dotis fructus dissoluto marrimonio, quousque ad maritum, hæredesve mariti, & quousque ad vxorem, hæredesve vxoris, de iure communi attineant. 505. B.

Dotẽ vt soluat, aut vt cõpetẽtẽ eã promittat, quãdo aliunde cõpetẽtẽ eam nõ habeat, detrahere potest de fideicõmisso, quæ grauata erat illud restituere, quantum ad id fuerit necessariũ, si is, qui grauauit, ascendens erat grauatæ. 632. A.

Dux.

vide dignitas.

Ecclesia.

Ecclesiastici an validè ac licitè instituere maioratũ de suis bonis possint. 242. A.

Ecclesiastici à vectigalium presse sumptorum solutione sunt exempti, nisi dum negotiantur. 789. D.

Ecclesiastici immunes sunt à solutione alcaualæ, nisi quando negotiantur. 765. B.

Ecclesiastico cũ laico ex re indiuidua communi, quousque alcauala debeatur, si vẽdatur, aut permutetur. 797. B.

Ecclesiastica ex re fructus si laicus percipiat, titulóque aliquo suos efficiat, atque eos vendat, aut permutet, alcaualam debet. 797. D.

Ecclesiasticũ subsidiũ nõ debetur ex iure à Rege donato, aut vẽdito, tertiarũ decimarũ Ecclesiasticarum Regibus huius regni concessarum. 798. D. 800. C.

Ecclesiæ & Ecclesiastici, etiã quoad bona ipsorũ patrimonialia, exempti sunt à solutione tributorum. 844. D.

Ecclesijs & Ecclesiasticis tributa imponẽtes, ab eis exigentes, ac recipientes, aut ad id cooperãtes, quas pœnas incurrãt. 845. B.

Ecclesiarum & Ecclesiasticorum nomine, vt eis tributa imponi non possint, quid intelligatur. 849. D.

Ecclesiastici sunt habẽtes beneficiũ Ecclesiasticũ, etiã si sacris ordinibus initiati nõ sint, nec debent tributũ de suis bonis patrimoninlibus. 852. B.

Ecclesiastici nõ reputãtur, vt in Hispanijs à solutione tributorum sint immunes, qui, initiati solis minoribus ordinibus, beneficiũ nõ habẽt Ecclesiasticũ. 852. C

Ecclesiasticis ex personis quibus in euentibus licitè tributa accipiantur. 854. B.

Ecclesiasticis præscribi, sinè pœna tamẽ potest à potestatibus laicus, vt manifestẽt quę asportãt, vt videãt, nũ ex illis tributũ debeãt: nõ verò præscribere illis possunt tẽpus, in quo manifestare omnino debeant, quæ in futurum sunt asportaturi. 855. B.

Ecclesia, aut Ecclesiasticus, soluere tenentur tributũ ex re, quę affecta iã onere merè reali ipsi⁹, ei, ad ipsos pertrãsit. 856. C.

Ecclesiæ & Ecclesiastici ad quæ cõtribuere non teneatur, est ò in commune bonum sint ipsis cum laicis, & ad quę contribuere teneantur. 857. A.

Ecclesiæ & Ecclesiastici licèt contribuere aliquando ex rationabili causa, rempublicam secularem adiuuando, possint; consensus tamen ad id requiritur Summi Põtificis: nisi esset periculũ in mora: nam tunc sufficiet consensus Episcopi & cleri. Et quando sub culpa lethali subuenire eo modo teneantur. 858. D.

Ecclesiastici vt immunes nõ sint à tributis inualida est quæcúq; cõsuetudo. 859. C.

Electio.

Electione in quibusdam regnis, & in Romano Imperio succeditur. 172. B.

Electione succedere aliquem in maioratũ, aut in aliquid aliud, non efficit dispositionẽ captatoriã. Neq; electus accipit id ab electore, sed ab institutore. 172. C.

Eligant vt vltimus possessor, aut vltimi possessores, ad succedendum in maioratu, quem voluerint, committere potest maioratus institutor, quando facultatem habet instituendi maioratum cum substitutionibus, ac nominationibus ad illum, quas voluerit. 172. D.

Eligendi ad maioratum quencunque institutoris consanguineum, etiam spurium, si maioratus institutor alteri concesit, eligere is non potest filium spurium institutoris: poterit tamẽ eligere suũ proprium filium spurium: modò is in hoc regno nõ sit filius sacerdotis, aut religiosi professi, vel religiosę professę. 173. C.

Eligens ad maioratum ex institutoris præscripto, licèt ex parte beneficiũ ipse electo cõferat, quatenꝰ eũ cæteris præfert, quod penes ipsum est efficere, nihil tã ea de causa potest accipere, neq; vllum omnino grauamen imponere. 174. A.

Electores ad canonicatus, aut collatores beneficiorum, nihil ea de causa possunt accipere, neque vllum greuamen pensionis, aut aliud, imponere possunt. 176. B.

Elector ad maioratum, si fœtui dum viueret, cederet vsuifructui, qui ad ipsũ in reliquũ vitæ suæ attinebat, posset pro cessione emolumentũ accipere. 177. B.

Eligere ad maioratum, cui est commissum, vnum tantum potest eligere. Secus de electore ad legatum familiæ relictum, quando institutor nõ expressit, vt vnus solum eligeretur. 177. C.

Eligere grauatus multos ad legatum familiæ relictum, non potest eligere vnum solum. 178. A.

Eligendi cui est concessa facultas, neque se, neque filium suum, qui sub ipsius est potestate, potest eligere, nisi electus sucedere in ea re deberet, post morte electoris. Secus quãdo mater melioraret filiũ, qué pater eligeret, aut quando ae prę sumeretur voluntas institutoris. 178. B.

Electio si multis sit commissa, eligere possunt vnum ipsorum, & ipse consentire potest in sui electione. Quin si aliquis ipsorum eligatur, & suffragia sint paria accedente suffragio ipsius, quo in sui electione cõsentiat, ea pars pręualet. 179. A.

Eligere potest impubes pubertati proximus. 179. B.

Eligendi ius, aut arbitrandi aliquid, alicui concessum, personale est, nec potest cedi alteri, nec transit ad hæredes. Quando autẽ est annexũ rei alicui, quæ ad hæredes transit, ratione illius transit ad hęredes. 179. C.

Eligendi facultas si in tempus mortis electoris, directa sit, reuocare elector potest electionẽ dũ viuit, etiã si pluries facta sit, vltimaq́; morte illius cõfirmatur. 180. D.

Eligendi facultas si directa non sit in tempus mortis, sed concessa sit, vel simpliciter, vel exprimendo, quòd fieri possit in vita, aut in morte, tunc si ea facultas competat ex contractu, eligens variare ac reuocare electionem potest ante traditionem rei electio: secus post traditionem. 183. A.

Eligendi eadem facultas si ex vltima volũtate cõpetat, & electio facta etiã sit vltima volũtate, reuocari & variari potest. Si verò dispositione inter viuos sit facta, reuocari non potest. 183. B.

Electio quocúq; modo semel facta, si effectũ nõ sortiatur, potest elector iterũ eligere. Nisi id sit propter defectũ electi cognitũ electori tempore electionis (quod nõ præsumitur) tũ enimin pœnã priuatur iure eligẽdi pro ea vice. 184. A.

Elector, cui commissũ est, vt ad fideicõmissum familię relictũ eligat, quẽ de familia voluerit, si discedat nemine electo, omnes vniuersim de familia in eo succedũt. Nõ idẽ est de maioratu, sed succedit solus primogenitꝰ proximior in gradu, etiã quoad totã cõmoditatẽ. 184. D.


Elector ad maioratũ, aut ad fideicõmissũ, adueniẽte tempore deuolutionis illius, eligere

Universidad de Deusto
Biblioteca

TASSA.

YO Christoual Nuñez de Leõ escriuano de camara del Rey nuestro señor y vno de los que residen en su Consejo, doy fee, que auiẽdose visto por los señores del, vn libro que cõ priuilegio de su Magestad está impresso, intitulado de Iustitia Tomus Tertius, cõpuesto por el P. Luis de Molina dela Compañia de IESVS, tassaron cada pliego de ciento y diez y siete que tiene el dicho libro a tres marauedis y medio, con que antes y primero que se venda el dicho libro, se ponga al principio de cada vno dellos esta fee de tassa. Y para que dello cõste de mandamiento de los dichos señores del Consejo de su Magestad, y de pedimiento del dicho Padre Luis de Molina, di esta fee en la villa de Madrid a diez y siete dias del mes de Iunio, del año de mil y seyscientos.

Christoual Nuñez
de Leon.



CONCHAE.
Ex Officina Cornelij Bodani.

Anno. 1599.

Approbatio operis.

LEGI qua potui diligentia Tomum tertium de iustitia doctissimi, & non satis promeritis laudati doctoris Ludouici de Molina è Societate IESV à Regio Senatu mihi commissum: opus quod fidei nihil habet aduersum; in quo ad amussim theologicam peritissimè ac exactissimè reducit ea, quæ de Maioratibus, Tributis, delictis & quasi delictis circa bona externa, atque de restitutione in genere, & circa eadem bona iurisperiti disputant. Quibus labor hic & iocundus & necessarius proculdubio erit, sed maximè theologis, qui huc vsque non viderant nexos hos iurisperitiæ titulos cum conscientiæ & theologiæ regulis. Quarè opus dignissimum mihi visum est, quod typis mandetur. Madriti è nostro monasterio sanctissimæ Trinitatis, idibus Decembris, anno Domini. 1598.

Magister Frater Didacus
de Auila.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

POR quanto por parte de vos Luis de Molina de la Compañia de IESVS nos fue fecha relacion, que vos auiades compuesto vn libro en Latin intitulado de Iusticia Tomus tertius Doctore Ludouico Molina è Societate IESV auctore, que era el que fue hecha presentacion con la licencia de vuestro superior, y nos fue pedido y suplicado, os mandassemos dar licencia e facultad para lo poder imprimir con priuilegio por diez años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Cósejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos fecha sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado que deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon. E nos tuuimus lo por bien: por la qual, por os hazer bien y merced, os damos licencia e facultad para que por tiempo de diez años primeros figuentes, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha della, vos, o la persona que vuestro poder ouiere, y no otra alguna podais imprimir y vender el dicho libro, que de suso se haze mension, por el original que en el nuestro consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin de el de Christoual Nuñez de Leon nuestro escriuano de los que en el residen, con que antes que se venda lo traygais ante ellos con el original para que se vea si la dicha impresió esta cóforme a el, o traygais fee en publica forma en como por corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corregio la dicha impresion por el original, y mandamos al impressor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor, o persona a cuya costa se imprimiere, y no otro alguno, para effecto de la dicha correction y tassa, hasta que primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro consejo y estando a si, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho libro principio y primer pliego con el qual seguidamente ponga esta nuestra licencia y priuilegio y la aprobacion y erratas, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros reynos, y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna, sin vuestra licencia, no le pueda imprimir ni véder so pena que el que lo imprimiere aya perdido y pierda todos e qualesquier libros moldes y aparejos que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo cótrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez que la sentenciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mãda mos a los del nro consejo, Presidente, e Oydores de las nuestra Audiencias, Alcaldes, alguaziles de la nra casa y Corte, y Chancillerias, e a todos los Corregidores, Assistêtes gouernadores, Alcaldes mayores, e ordinarios y otros juezes, y justicias qualesquier de todas las ciudades villas e lugares de los nuestros reynos e señorios, assi a los que aora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y lo en ella cótenido, y contra su tenore forma y de lo en ella contenido no vayá ni passen en manera alguna. Fecha en san Martin de la Vega a veinte y dos dias del mes de Enero de mil y quinientos y nouenta y nueue años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.
Don Luis de Salazar.

ILLVSTRISSIMO ACREuerendissimo Domino D. Petro Portocarrero Episcopo Conchensi, & à summo Regis Consilio, Doctor Ludouicus Molina è Societate IESV.

TERTIVM, quod iam in lucem damus, de Iustitia volumen, tuo nomini deberi nemo, credo, dubitabit qui tuam, vel in iudicando iustitiam, vel in alijs muneribus variis æquè ac grauibus obeundis integritatem pariter, prudentiamq; cognouerit. Cùm enim diu te, ac multum in omni caularum genere Hispaniæ rerum & ratio & vsus exercuerit; quibus ipse cõstanter, casteq; tractandis probasti satis Hispanis hominibus, quantum vel antiqua nobilitas, quæ nihil meditatur non ingenuum, vel præclarus animi ad virtutem impetus, vel illa, quæ cæteris ornamentis antiquior fuit, quæq; ex virtute atque officio nascitur, dignitas ad grauissimas quasq;, difficillimasq; causas explicandas, facultatis tibi, autoritat ilq; contulerit. Vt enim in dubijs maximè apparuit tua summa iuris, legumq; prudentia: sic in difficultatibus superandis enituit illa animi fortitudo, sinè qua infirma est omnino legum, cõsultorumq; religio. Hæc in te à primis annis se ita extulerunt, sic deinceps quotidianis experimentis explorata sunt atque comperta, vt per omnes fermè honorum gradus ad id, quod summo proximum est, dignitatis fastigium tandem ascenderis, honorum cursu ita continuato atq; perpetuo, vt ex quo primum ex ephœbis excessisti, ætatis tuæ nulla pars aliquo, vel insigni dignitatis, vel publicæ administrationis labore vocauerit. In quibus omnibus muneribus obeundis ea integritate ac fide in vnũ illud, quod tibi aut æquitas præscriberet, aut religio, intuebaris, vt iam communi, constantiq; sermone percrebuerit, nullum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullum apud te esse gratiæ locum, nullum assentationi, nullum precibus: virtutis esse atq; meritorum habendam rationem, non earum rerum, quæ inflectere solent atq; peruertere acutissimum quodque, diuque versatum in deliberando iudicium. Atque horum omnium signa dedisti adeò ad conspiciendum illustria, ita ad diuturnitatē firma atque stabilia, vt si per te ipsum notus, à teipso commendationem & nomen petijsses, neque in ea familia natus esses, quæ ex antiquissimis est orta principijs, perpetuisq; nobilitatis insignibus, altrix virorum fœcundissima, qui & consilio, & armis maximo rei Hispanicæ præsidio fuerint & ornamẽto, perfecisses tamen tuis meritis, vt non solùm habeāt, quod laudent, ij, ad quorum aures tui nominis fama peruenerit, sed etiam quod admiretur longo seculorum ordine futura posteritas. Has agitur ob causas æquum erat, vt tertius hic de Iustitia liber in tuo nomine & auspicio appareret. Tum vt ostenderet gratum autoris sui animum. Tum maximè vt in tuum sinum atque tutelam datus, & libēter in aliorum manus, vsumque descenderet, & tutius multorum hominum iudicia (quæ hoc tempore solent esse non æquissima) subiret. Quorum alterum à tui nominis splendore facilè sibi pollicetur: ab altero verò tanti patroni, in eo præsertim argumẽto acre, intelligensque iudicium, & temporum, rerumque vicissitudine explorata iam pridem autoritas vindicabit.

Ad Lectorem.

FATEOR, Lector candide, in secundo præcedente de Iustitia tomo pollicitus in hoc tertio fui, vltra ea quæ ad maiorat⁹, tributa, delicta & quasi delicta circa bona externa, restitutionē in genere & circa eadē externa bona spectant, tertiũ etiã & quartũ de Iustitia tractatus. Verum tamen quando omnia parata habui, adeò excreuerunt, vt Tomum quartum ex tertio & quarto de Iustitia tractatibus conficere fuerit omnino necessarium. Dum verò in tertio tomo cudendo ad finem disputationum de Tributis fuit deuentum, grauissimis de causis subsistere fui adductus. Accipe ergo nunc priorem tertij tomi partem de maioratibus & tributis, & paulisper posteriorem, de delictis & quasi delictis ac de restitutione expecta. Vale.

ERRATA.

COluna.1.linea.47.primatuũ, diga primatũ. 6.49. dilucidus, dilucidius. 7.5. Trudesi, Iudensi, y lin. 42. Pelegij. Pelagij. 9.5. canit, cauit. 11.6. vniuesim, vniuersim. y. 31. secedit, succedit. 12.11. de venturæ, deuenturę. y. 42. permutat, permutatæ. y. 44. coruna, corona. 13. 40. inser, insor. 14. 15. quò, quòd, y. 15. quod, quo. 18. 36. niarom. niorum. 23. 7. verbor, verbo. 25. 53. inuocatum, in vocatum. 28. 12. institor, institutor. 34. vlt. prohibito, prolibito. 35. 52. constineant, contineant. 49. 44. effiat, efficiat. 58. 47. patrius, patruis. 59. 54. redi, reddi. 63. 10. non verò. Quando, non verò quando. 69. 45. 33. 3. 76. 11. vsufarius, vsurarius. 77. 29. interuenire, interuenere. y. 34. ba illi, ba illa. 79. 2. incedens, indecens. 80. 33. minore, minorem, y. 55. illita, illicita. 82. 24. Deum enim, Dum enim. 83. 16. veloris, valoris. 85. 1. titudinem, tam latitudinem, 89. 13. in primus, in primis, y. 38. non tineri, non teneri, y. 55. eaque alia iura, alia iura, eaq; 98. 13. 226. 26. 102. 18. expigaret, expiraret. 103. 3. esset, essent. 122. 22. ex eadem, ex eodem. 123. 41. melioratonem, melioratione. 127. 47. quòd, quòd ad. 129. 1. y casas, y cosas. 130. 9. citatæ, citata. 131. 27. comparen, comparan. 132. 19. quę uis, quãuis, y. 33. aurem, autem. 135. 52. acit, facit. 144. 22. dicitur, ducitur, y. 31. si, qui. 147. antep. tradicta, tradita. 149. 17. posterit, poterit. 150. 9. descentibus, descendentibus, y. 15. subicta, subiecta. 168. 34. pesit, presit. y. 49. nũ, non. y vlt. cluendo, cludẽdo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

174.6.professis,professorũ.184.23.vocaret,vacaret.y.25.cõciniũt,cõciniũt.186.45.in cluderet,excluderet.188.48.inimiciæ, inimicitię.191.33.eligerit,elegerit.y.40.electio, electio. 192.honeris,honoris.199.45.electa,ad quam est electus.208.25.admouerim, admonuerim.214.8.perfactam, perfectam.y.34.sit, sit.246.42.audemio, laudemio.257. 45.conditionem, conditionum.290.32.instituí,institui.319.31.regie, regia.323.5.ante- 2.Regijs.Regn.y.5.cogita, cognita.y.36.administratioribus, administratoribus.352. 13.ilectione, electione.359.20.ductis, dictis.374.44.& delata, & deleta.390.41.qua, quæ.y.45.vt.&.413.17.corona.in corona.421.19.propret, propter.441.3.ea,ac.449. 31.ledimo,lidimo.451.21.qui,quis.465.47.matre,patre.466.3.sumitur, pro sumitur. y.34.ptęcitato,citato.467.12.institutionẽ,de est, cuiusdam capellæ, seu maioratus,iuxta 471.9.maiorem,minorem.y.11.minori,maiori.480.28.alijs,alias.495.24.modi non ha bebat filiam,modi habebat filiã.499.47.próximus,proximius.500.6.illi,neque illi.y.7. est neque est curator,est curator.503.48.pertineat ad dominium,pertineant ad domi- num.504.7.pertiniuit,pertinuit.507.6.in quo, de est,illud habuit ad tempus in quo.509 33.transit,transitq;.511.34.possessoris,successoris.532.49.proprietaet, proprietate.y 54.sententiam, sententiam.539.43.tanulas,tabulas,y.45.constoret,constiterit.540.9. terius.550.22.succederetur,succedatur.562.9.indicijs,iudicijs.566.44.edictione,edi- catus,vocatus.581.50.legato,legito.583.6.quantis,quantitatis.586.50.a tre, à patre. dio.y.40.cadant,cedant.610.47.colonum,colonorum.618.25.iuro,iure.627.50.pos- sessorore,possessore.629.28.inchorari,inchoari.632.51.cui, qui.639.10.prodendet, propendet.642.26.y.31.tandundem, tantundem.652.37.Patrem,Partem.654.37.re- rat,raret.661.16.eliàs,aliàs.664.12.regla,regia.666.34.tradicta, tradita.668.30 ipso. ipse.675.7.cunceditur,conceditur,680.2.principuè,præcipuè.682.vlt.facultas, facul- causam,aliam causam.697.31.Posit,Possit.703.23.alienaret alienare attentet.y.34.pe tria,patria.707.25.reparandam,reparandum.710.44 propetr, propter.715.38 se non extendit,se extendit.731.45.concedi,concidi.737.39.nitium,initium.738.6.cogota- uerit,cogitauerit.743.9.asseuerint,asseuerint.y.24.vtranq;,vtranq;.748.35.tamne,ta- men.757.16.parentiam,potentiam,y.41.affecta, effecta.767.30.fero,foro.770.28.Ca lio,Gellio.772.pen.princi,principi.776.45.summum,summam.777.33.Est verò, Et verò.778.27.pias,piades.y.33.integrij,integri.780.29.eligentur, eligerentur.y.32.re- ditos, reditus.782.31.computantur,non computantur.783.48.Cyri, Cyre.786.47. Bralica,Brasilica.793.16.aliter,alter.802.7.abinteſtato,de est, vẽdantur aliqua bona per testamentarios. 810.5.vestigalia, vectigalia, y.46.milleaceus, milliaceus. 811.14.bu- teri,butyri.814.47.simul,quæ simul.814.53.iteneris,itineris.828.3.pupili.populi.829 35.Smoum,Summo.840.17.Nsi,Nisi.857.9.remere,remotè.862.12. onoribus, oneri- bus.874.38.consoluunt, soluunt.876.23.deficiendam.definiendum.880.3.demirum, dominium.887.21.immuni,non immuni.888.12.manifectum,manifestum.898.27.pe- fectò,profectò.901.22.paccet,peccet.908.27.Trum, Vtrum.y.31.negantur, negan- ter.918.49.liciarentut,licitarentur.y.50.liciati,licitati.919.1.tertiam,aut quartam par- tem,tertia,aut quarta parte.y.2.licieris,liciteris,y.6.licianti, licitanti.

DE IVSTI-
tia Tomus Tertius.

DE MAIORATIBVS,
BONORVMVE EXTER-
NORVM VINCVLO.

SVMMARIVM.

1 RDO Ad præcedentia.

2 Varia Rerumpublicarum regimina. Et varia in Hispanijs succesio Regum tẽpore Gothorum, & a tempore Pelagij.

3 Reges electione in Hispanijs tempore Gothorum creabantur.

4 A tempore Pelagij succedunt via generationis, & cur id sancitum sit.

5 Quis ordo præscriptus ab eo tempore sit in Hispanijs succedendi in Regno, & cũ quanta repræsentatione.

6 Regni Castellæ insignia quæ, quando cœperunt, auctaq; fuere.

7 Castellæ regnũ primogenij ac maioratus rationem habet. Est caput cæterorum maioratuum. Atq; constituta circa illud, locum simi liter habent in alijs maioratibus, quando aliud ab institutoribus non reperitur expressum.

8 Reges quousq, de bonis coronæ regni donare possint, eaq; alienare. Et qui maioratus de bonis coronæ regni sint proprié censendi instituti.

9 Maioratus proprié de bonis coronæ regni instituti, à Rege creantur. Et censentur creati instar maioratus regni, nisi aliud exprimatur. Vt expressum est quo ad bona ab Hẽrico secundo donata.

10 Donata in Lusitania à Regibus de corona Regni, legi mentali valde arctæ subijciuntur, & quid ea lex contineat, & quando subiecta ei legi non sint.

11 Maioratus qui à priuatis de ipsorum bonis constituantur. Et quando ad eos instituendos Regis facultate non indigeant. Et quos vocare debeant, si descendentes habeant, & vltra quintum, de tertio illos instituant.

12 Maioratus, etiam de parte legitimæ ascendẽtibus, aut descẽdentibus debitæ, institui nõ cõsentientibus illis, ex regia facultate potest.

13 In maioratibus de bonis institutoris creatis, ij succedunt, quos institutor vocat, & eo ordine, quo eos vocat. Et quos, & quo ordine vocare teneatur, si de tertio descendentibus debito, illos instituat: quando autem aliud nõ disposuit, ordine succeditur circa succesionẽ in regno præscripto.

14 Qui maioratus patronazgos aliquibus in locis nuncupentur.

15 Institutio quando censenda sit maioratus, & quando capella, vt tota iurisdictio circa illam ad potestates ecclesiasticas pertineat, vt in Lusitania sit definitum.

De varijs in Hispanijs bonorum vinculis. Disput. 576.

1 DISPVTATIONE tertia, huius tractatus secũdi de iustitia, distinximus dominium iurisdictionis à dominio proprietatis, & quid vtrunq; esset explanauimus. A disputatione verò. 12. de dominio iurisdictionis differuimus, illud diuidentes in dominium iurisdictionis spiritualis, & in dominium iurisdictionis tẽporalis: atq; de vtriusq; origine, partibus, ac qualitatibus diximus. A disputatione autẽ. 32. vsq; ad hãc, duobus tomis de iustitia præcedentibus, varios titulos explicauimus, quibus iura ac dominia (maximè proprietatis) acquiruntur, & amittuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc verò (interim dominiũ iurisdictionis spiritualis relinquentes, de quo plura dicere, nó ad rem hãc de iustitia, tametsi tractatu. 5. aliquid obiter dicemus, sed ad tractationes de fide, religione, ac sacramentis, dicere spectat) de vinculis, quibus dominia iurisdictionis temporalis, & dominia proprietatis, in Hispanijs afficiuntur, vt vnita ac indiuisa maneant, certoque ordine ad eos solos deriuentur, qui ex prima institutione, eorúmve vinculo, ad illa vocantur, est dicendum.

2 Disputatione. 23. tres speciesſupremi dominij iurisdictionis temporalis, cũ cómuni doctorum sententia, distinximus; præstantisimumq; esse ostendimus Monarchiam, hoc est, vnius principatum, seu regnum. Diximus præterea, quemadmodum species alias supremi dominij iurisdictionis temporalis, sic etiam regnũ posse variè constitui; tum quoad maiorem, vel minorem, Regis in rempublicam, & in partes illius potestatem; tum etiã quoad successionem, vt, mortuo vno, alius eligatur, aut vt generatione ex primo Rege cæteri succedant, vel soli masculi, vel etiam fœminæ, in defectum masculorum, prout fuerit constitutum. Et quidem in Hispanijs constat, aliter successisse Reges tempore Gothorum ante Hispaniarũ deuastationem sub Roderico; & aliter à tẽpore Pelagij in Legione & Castella: instar cuius principatus videtur fuisse successio in cæteris, post Pelagium, Hispaniarum regnis, Aragoniæ videlicet, Nauarrę, & Lusitaniæ: quæ omnia temporis progressu tãdem coronæ Legionis & Castellæ reunita sunt, accedente his nostris temporibus nouissimo omniũ Lusitaniæ regno, morte Henrici, cui Philippus secundus Rex noster Catholicus ac potentissimus, successit.

3 Vt, tum ex chronicis, tum præcipuè ex varijs cõcilijs Toletanis, & antiquissimis Hispaniarum legibus constat, Gothorũ tempore ante Hispaniarum vastationem, Reges Hispaniarum electione primatuũ gentis Gothorum, ac Episcoporum, creabantur. In quarto enim Toletano concilio sub Isidoro canone vltimo sic scriptũ legimus. *Nullus apud nos sub præsumptione regnum arripiat, nullus excitet mutuas seditiones ciuiũ, nemo meditetur interitus Regũ: sed, defuncto in pace principe, primates totius gentis, cum sacerdotibus, successorem regni con-*

A *silio communi constituant, vt dum vnitatis concordia à nobis retinetur, nullum patriæ, gentisq; dissidium, per vim, aque ambitum moliatur.* Et in quinto Toletano Concilio sub Eugenio Can. 3. sic habetur. *Quoniam sunt inconsideratæ quorũdam mentes, & se minimè capientes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, qui passim, licenterq; putant, ad regalis magestatis peruenire fastigia, huius rei causa nostra omnium, cum innocatione diuina, profertur sententia, vt siquis talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium præfecit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio Catholicorum priuatus.* Et in Concilio sexto, sub Saluа Narbonensi Episcopo Can. 17. & 18. repetitis canonibus proximè relatis, sic subiungitur. *Rege vero defuncto, nullus tyrannica præsumptione regnũ assumat, nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decaluatus, aut seruilem originem trahens, vel extraneæ gentis homo, nisi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni.* In electione etiam Eruigij Regis, de qua in initio duodecimi Toletani Cõcilij est sermo, perspicuè etiam constat, Reges solere tunc eligi procerum & Episcoporũ suffragijs. Idem (referente Molina libr. 1. deprimogenijs. c. 2. n. 11. iuncta annotatione prima, quã in eũ locum in calce totius operis addit) constat ex antiquissimo Hispaniarũ libro, qui Forus iuzgo appellabatur, in cuius prooemio. l. 1. sic habetur. *En esta ley dizen, como deuen ser esteydos los Principes, y que las cosas, que ellos ganan, deuen fincar à el Reyno.* Et. l. 2. habetur, *Dõcas establecemos, que de aqui adelante los Reyes deuen ser esteydos en la ciudad real.* (Hoc est, Toleti, vbi sedes regia tempore Gothorũ erat) *o en aquel lugar donde murio el otro Rey, con consejo de los Obispos, y de los ricos omes de la corte, y del pueblo, y no deue ser esteydo defuera de la ciudad, ni de consejo de pocos, ni de villanos del pueblo.* Et aliquibus interiectis, additur. *Mas las cosas, que ellos ganarẽ, no las deuen auer ninguno de sus fijos, sino como mandare el Rey. Y las cosas que fincarẽ por ordenar, deuenlas auer sus successores. Y las cosas, que eran suyas proprias, y que ganarõ antes que fuessen Reyes, deuen auerlas sus hijos, o herederos.* Idem cõstat ex. l. 4. & sequẽtibus in eodẽ prooemio. Hic verò succedẽdi in regno modus, ortum habuisse videtur à consuetudine inter Gothos, qui Hispanias bello occuparunt, sibi deligendi supremum, ipsorum ducẽ, defuncto antecedẽte. Summisio verò collo ecclesiæ,

Episco-

Episcoporum suffragia, vnà cum procerum laicorum suffragijs, ad Regis electionem admiserunt.

4 Posteà verò, occupatis à Saracenis totis ferè Hispanijs, tẽpore Pelagij, qui collectis in Asturijs reliquijs Christianorũ, tãquam illorum omniũ Princeps ac Rex, bella gerere aduersus Saracenos, recuperareq; Hispanias cœpit, cessauit Regum successio electione, viaq; generationis ex eodem Pelagio, modo statim explicando, succedere cœperunt. Suspicor, Hispanos eum modum successionis Regum cõmuni consensu delegisse, ac statuisse tũc, abrogato illo alio priori. Tum propter incõmoda maxima, quæ ex illo alio illucvsq; fuerat experti, quorũ mẽtio fit in Cõcilijs Toletanis citatis; parãdi videlicet mortẽ Regibus iã electis, vt posteriores alij de re publica in illorũ locũ succederent; ambitus, factionũ, & seditionum in noue Rege creando; pernicioſi valde odij inter Regem nouum electum, eosq; qui illius electioni, vel non fauissent, vel etiã aduersarij fuissent; & similium malorum, quę Regum successio per electionem, secum afferre solet. Tum etiam, vt pauci Hispani, qui sub Pelagio Principe residui erant, ea ratione vnanimes essent, magisq; inter se vniti, ad Saracenis resistendum, belloq; Hispanias recuperandum. Tum deniq;, quoniam successio Regum via generationis, vt longè minora mala secum afferre solet, multoq; consonantior rationi est, quàm successio per electionem; ita longè frequentior est in toto orbe, essęq; proinde potiùs debuit in Hispanijs, quã illa alia per electionem: satisq; cum vltima hac ratione consentiunt, quæ. l. 5. & quinq; sequentibus, titul. 1. & l. 2. tit. 15. par. 2. de Rege, illiusq; successione, traduntur.

5 Lex. 2. proximè citata, tit. 15. par. 2. explicans, quo ordine iure maioratus, seu primogenituręRegum, tum in alijs orbis partibus, in quibus, non electione, sed generatione in eo succeditur, tum præcipuè in Hispanijs deferatur, sic habet. *Mayoria en nacer primero, es muy grãde señal de amor, que muestra Dios à los hyos de los Reyes, aquellos que el le da entre los otros sus hermanos, que nacen despues del. Ca aquel a quien esta hõra quiere fazer, bien da a entender, que lo adelanta, e lo pone sobre los otros, porque le deuan obedecer, e guardar, assi como a padre, e a señor.* Et infra. *Los omes sabios, e entendidos, catan-*

A *do el pro comunal de todos, e conociendo, q̃ particion non se podia fazer en los Reynos, q̃ destruydos non fuesen, segun nuestro Señor Iesu Christo dixo, que todo Reyno partido sera estragado, tuuieron por derecho, que el señorio del Reyno, no lo ouiesse sino el fijo mayor, despues de la muerte de su padre. Y esto vsaron siẽpre en todas las tierras del mundo, do quier que el señorio ouieron por linege, e mayormente en España. E por escusar muchos males, que acaecieron, e podrian auu ser fechos, pusieron, que el señorio del Reyno heredasen siempre aquellos, que viniessen por linea derecha. E por ende establecieron, que si hijo varon no ouiesse, la hija mayor heredasse el Reyno. E a vn mandaron, que si el hijo mayor muriesse, si dexasse hijo, o hija, que ouiesse de su muger legitima, que aquel, o aquella lo ouiesse, e non otro ninguno. Pero si todos esto fallesciessen, deue heredar el Reyno el mas propinquo pariente que ouiesse, siendo ome para ello, non auiendo fecho cosa, porque lo deuiesse perder, &c.* Vbi vides, successionem in regno, iuxta eam legem, cõsuetudinemq; Hispaniarum, esse per lineã descendentem ab vltimo possessore, ita vt masculus præferatur fœminis, & semper primogenitus masculus legitimus, præferatur cæteris posteriùs natis, & sic ordine quodam. Vnde, quia id, in quo ita succeditur, debetur primogenito, appellatum est primogenium, & quia debetur maiori natu, corrupto vocabulo, Hispane est appellatum *mayorazgo, à maioria en nacer*, de qua sermo est in principio legis. 2. in verbis proximè relatis. In defectu verò masculorum descendentium, succedunt fœminæ, ordine etiam natiuitatis. Item vides, in ea linea, mortuo filio maiori natu, relicta sobole legitima, et am fœminea, admitti repræsentationem, eiusmodi q̃; nepotem maiorem natu, & neprem in defectum nepotum, præferri patruo, filio vltimi possessoris, etiamsi is coniunctior sit vltimo possessori, & maior natu, quam talis nepos, aut neptis. Vides præterea, in defectum omnium descendentium legitimorũ, succedere cõsanguineum legitimũ in linea transuersali, propinquiorem vltimo possessori. Id quod dilucidus ad huc habetur. l. 9. tit. 1. par. 2. illis verbis, *que son mas propinquos parientes a los Reyes, a el tiẽpo de su fallesçimiento*, vt ibidem Greg. Lopez notat. Quod intelligendum est, in quocunq; gradu in infinitum is illi sit cõiunctus, etiam vltra decimum, vt ex dicẽdis liquebit. Hæc verò omnia late profe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur Molina libr. 1. de primog. cap. 3. à num. 6.

Ioannes Lupus de obtentione regni Nauarræ. §. 9. part. 6. & in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 69. num. 26. ex Luca Trudensi in suo Chronico, dum de Pelagio ille est sermo, refert, Pelagij tempore conditam fuisse legem, vt regnum deuolueretur per lineam descendentem, masculos præferendo fœminis, ita vt, in defectum masculorum, fœminæ succederent. Molina verò libr. 1. de primog. cap. 2. nu. 13. ait, se duos codices antiquissimos eius autoris euoluisse, nihilq; tale apud illum reperisse. Posteà verò annotatione. 2. in calce operis, ait, Couarruuiam sibi ostendisse alium codicem, in quo ita habebatur, vt Ioann. Lupus refert. Postremò etiam Gothi eius legibus se astrinxere, pro lege perpetua statuentes, vt Regis ipsorum filius primogenitus, vel maior, si deesset primus, si pater fuerit Catholicus, cuiuscúq; etiam minimæ, sit ætatis, substituatur in regnum. Si autem desit filius masculus, filia eius, ordine prædicto, assumatur in dominam: & illa, magnatorum Gothorum prouidentia, de nobilibus Gothis accipiat virum, de quo regalis posteritas conseruetur. Quanuis autem ibi nulla de repræsentatione fiat mentio, imò eam excludi autumet Molina annotatione. 2. citata; verisimilius tamen credo, in ea Historia, non integram legem referri, sed partem solam præcipuam, legemque totam relatam, quoad substantiam, fuisse latam tempore Pelagij. Lex quippe secunda relata, quæ in Partitis anno. 1251. editis, continetur, dum ait. *Y esto yseron siempre en todas las tierras del mundo, do quier que el señorio ouieron por linage, e maiormente en Espaina* (quod intelligi nequit, ante tempora Pelegij, sed ab illius tépore) apertè innuit, successionem in regno per lineam descendentem, præferendo semper masculum maiorem natu, longè iam anteà, instar cæterarum ferè nationum, sancitam fuisse in Hispanijs, longa, perpetuaq; consuetudine, ita vsque ad illa tempora fuisse seruatam, neque ibi condi nouum ius. Imò, cùm addatur. *E por escusar muchos males, &c.* apertè etiam innuit, sequentem partem eiusdem sanctionis, vt scilicet fœminæ descendentes succedant in defectum masculorum, & vt sit representatio modo explicato, deficientibusq; omnino descendentibus legitimis, fiat transitus ad propinquiorem vltimo possessori in linea transuersali, ab eodem antiquo tempore simul fuisse latam ab eidem legumlatoribus, perpetuoq; vsq; ad eadem tempora fuisse seruatam. A

Est præterea argumentum non leue, à tempore Pelagij eum succedendi modum fuisse cœptum, relicto succedendi modo per electionem, quòd (referente Molina vbi supra, nu. 14. ex Burgensi Episcopo in Anacesaleosi. cap. 43. & ex Ioanne Lupo de obtentione reg. Nauar. §. 7. part. 6. in fine) Pelagius, relictis antiquis Gothorum insignijs, leonem rubeum in campo albo pro insignijs assumpsit: quod signum est manifestum, nouum regni modum ex tùc incœpisse. Posteà verò (vt ex eisdem autoribus idem Molina, num. 15. sequenti refert) Ferdinandus eius nominis primus, qui ex Santia vxore regnum Legionis obtinuit, eisdem insignijs Castellum auret m in campo rubeo, dexteraq; leonis parte, auxit, dictusq; est rex Castellæ & Legionis. 6 B

Ex his constat, non solùm Castellæ regnum verum esse primogenium, seu maioratum, quod ad primogenitos, maiorésve natu, modo explicato, deferatur, sed etiam (vt Molina vbi supra numer. 16. & capit. 3. à numer. 1. cum Couarr. 3. var. resolut. cap. 5. §. 4. & plerisq; alijs, quos citat, rectè ait) esse caput omnium primogeniorum Castellæ, ad cuius normam, & iuxta cuius formam, eo ipso, quòd nomine maioratus creata sunt, esto nihil aliud adijciatur, sunt censenda instituta, quando aliud non fuit in contrarium expressum: id quod cap. 3. citato ait perpetua consuetudine seruatum esse in Hispanijs. Quarè, si quæ controuersia circa ordinem successionis in alijs maioratibus orta sit, eò quòd ex forma creationis maioratus in particulari, de quo agitur, id non constet; quia vel nullum instrumentum institutionis illius reperitur, vel quia, licèt reperiatur, nihil ea de re fuit expressum; definienda est ex iuribus de regni successione latis: quod multis Molina, & plurimi alij Doctores, quos citat, confirmant: præsertim quoniam, cum ante leges parcitarum multi essent maioratus, vt Lucum, Marchionum, Comitum, & aliorum, quorum mentio fit. l. 11. & duabus sequentibus, titul. 1. part. 2. nullæ aliæ leges latæ sint de successione in eis primogenijs & dignitatibus, præter 7 C D

eas, quæ de successione in regno fuerunt conditæ, quousque, crescente numero maioratuum, anno. 1505. latę circa maioratus sunt Taurinæ leges (de quibus sermo erit) in quibus successio instar successionis in regno definita fuit, quando aliud à maioratus institutore non fuit expressum. A

Post regnum, secundum locum in Hispanijs habent maioratus, qui de bonis à corona regni præcisis ac diuisis, instituti sunt. Vt enim disp. 25. ostensum est, & cum multis alijs, quos citat, affirmat Molina. lib. 1. de primog. cap. 3. num. 18. quanuis Rex donare in perniciem publicam non possit bona coronæ regni: si verò id efficiat, possint, tam ipse, quàm successores in regno, eam reuocare: donare tamen moderatè, atque etiam remunerare obsequia & beneficia publica potest ac debet, & instituere dignitates Ducum, Marchionum, Comitum, & alias similes, in publicam vtilitatem, cum reditibus ex bonis coronæ Regni eis dignitatibus annexis, vt ad ministros competentes ad res publicas, & ad alia habeat, qui simul in splendorem, ornamentumque curię & reipublicę sint. Potest etiam, vrgente necessitate, & postulante id bono communi, vendere oppida aliqua, & reditus coronæ regni. Quàuis, si maioratus aliqui posteà instituantur ex eiusmodi rebus emptis, aut donatis à Regibus, ab omni prorsus vinculo liberis, pertineant ad maioratus tertij generis, de quibus posteà erit sermo, non verò ad maioratus secundi generis, de quibus modò loquimur, esto de bonis à corona regni præcisis ac deriuatis instituti sint. 8 B

Maioratus secundi huius generis à Regibus instituuntur, suntq; censendi instituti ad normam successionis in regno, quando aliud non fuerit expressum, vel in ipsamet cuiusque maioratus creatione, vel lege aliqua publica, peculiari aliqua de causa antea, aut posteà, lata. Sic, cùm Henricus secundus plurima largè donasset in præiudicium huius Castellę regni, posteà, vt id minus detrimenti regno afferret, in suo testamento de ita donatis in hunc modum cauit; *pero toda via, que las ayan por mayorazgo, y finquen al hijo legitimo mayor de cada vno dellos, y si muriere sin hijo legitimo, que tornen sus bienes del que assi muriere á la corona de los nuestros Reynos.* Id quod posteà Reges Catholici Ferdinandus & Elisabetha, & post illos Philippus secundus, tanquam legem seruari iusserunt. l. 11. titul. 7. libr. 5. nouæ collect. Quarè id solùm habet locum in donatis ab Henrico secundo. 9 C D

In Lusitania verò, cùm multa essent donata à Regibus de bonis coronę regni, bel lorum præsertim tempore, quæ postea compertum fuit cedere in notabile regni detrimentum, Ioānes primus instar clausulæ illius Henrici secundi longè antea defuncti, de consilio suorum, legem quandam, longè magis arctam, mente sua retentam, minime ve scripto promulgatam, exequutioni mandari præcepit circa bona coronæ Regni illucvsq; à regibus donata, & in futurum donanda: quæ id circo lex mētalis nuncupata est. Eam verò posteà filius eius Eduardus scriptis mandari præcepit, ac promulgari, quæ habetur lib. 2. Lusit. ord. tit. 17. & sequentia continet. 10 *Ius Lusitanum.*

In primis, vt donata omnia à Regibus de bonis coronæ regni, esto donata alicui sint, & omnibus illius descendentibus, aut hæredibus, & successoribus, & esto donata sint cum clausula, vt diuidi inter eos possint, censeantur ligata vinculo maioratus, maneantque inalienabilia ac indiuisa omnino, & per mortem vltimi possessoris deueniant integra ad filium illius legitimum maiorem natu ex ipso relictum; non quidem vt feudalia, neque cum onere seruitij feudatarioruni; attamen cum onere, vt possessores, quando à Rege fuerint vocati, teneantur illi seruire in bello. Quòd si vltimus possessor mortuus fuerit, nulla relicta sobole legitima virili, descendente per lineam virilem, esto relinquat filiam legitimam, aut sobolem virilem ex filia, fœminæ omnes, & masculi ex eis geniti, excluduntur à successione in eis bonis, bonaque illa eo ipso deuoluuntur ad regni coronam, eique reuniuntur: fœmina tamen succedere poterit, si ei peculiariter fuerint ea bona à Rege donata, aut, contractu ea de re inito cum Rege, fuerit ad successionem in eis bonis expresè vocata. Multò minus in eis bonis succedit frater vltimi possessoris, nisi illa iterum donentur illi à Rege. Neq; item in eis succedit pater, aut auus, vltimi possessoris, nisi ex facultate Regis, à tali patre, aut auo, ad huc viuente, transijsent ea bona ad vltimum possessorem: nā tunc regrediuntur ad vltimum ascenden- D

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem à quo fuerunt deriuata, & post mortem talis ascendentis, transeunt ad legitimam sobolem ipsius virilem. A successione etiã in eis bonis excluditur soboles omnis vltimi possessoris, quæ fuerit ordinis sacri, aut beneficiarius, atq; vniuersim omnis, qui de sola Ecclesiæ iurisdictione fuerit, esto soboles legitima illius virilis, ac per lineam virilem sit. Ij cõmendatarij, qui inhabiles non sunt ad contrahendum matrimonium, perinde in eis bonis, tam ipsi, quàm soboles ipsorum, succedunt, atq; si commendatarij non essent. Si verò inhabiles sint ad matrimonium contrahẽdum, vt sunt commendatarij ordinis Diui Ioannis, licèt succedere possint, req; ipsa succedant, si legitimi filij maiores natu vltimi possessoris sint, neq; vltimus possessor aliud à Rege obtinuerit; defunctis tamen eiusmodi commendatarijs, ea bona statim ad regiam coronam deuoluuntur: eò quod habere non possint sobolem legitimam. Vltimus tamen possessor eorum bonorum, parens eiusmodi commendatarij maioris natu, obtinere à Rege, dum vixit, poterit, vt non is succedat, sed proximior filius legitimus post eum commendatarium, & tunc hic alius filius, & post eum, soboles ipsius legitima virilis, ac per lineam virilem, quæ maior natu fuerit, succedet. Hæc omnia habentur. tit. 17. citato. §. primo 2. 3. 7. 8. 11. 12. 13. & 14.

Filius, aut nepos, illegitimus cõparatione vltimi possessoris horũ bonorũ, etiã si naturalis sit, excludetur à successione in eis. Itaq; filius arrogatus, aut adoptatus. Filius verò legitimatus per subsequẽs matrimonii, adea admittitur: secus de quocũq; legitimato quouis alio modo: hic enim, & quicunque arrogatus, aut adoptatus, in eis bonis non succedunt, esto in legitimatione, aut adoptione, apponantur clausulæ, quibus habiles fiant ad succedendum in quibuscunque bonis & maioratibus, nisi expresse dicatur, etiam si sint bonorum Coronæ Regni, fiatque simul derogatio eius legis mentalis. Atq; in hoc euentu, si sit soboles legitima virilis, & per lineam virilem, succedere non possunt legitimati cum ea clausula & derogatione, in præiudicium legitimæ sobolis, etiam si ea soboles legitima post eam legitimationem nascatur. Ita habetur ibidem. §. 9. & 10.

Conceditur verò, vt possessor terrarum A donatarum ex corona regni, qui habuerit filium legitimum maiorem natu, ad quem omnes deuenire debeant, possit, de facultate Regis, tradere donatione simplici, aut ad matrimonium contrahendum, alicui filiæ, aut posteriori filio, partem earum, quę non excedant medietatem omnium, & dummodò nullam terram diuidat, idque, etiam non consentiente, aut inuito, filio maiori natu, ad quẽ omnes illę deuenturæ erant. Atque tunc filius, aut filia, quibus ita aliquid de eiusmodi bonis coronæ regni fuerit traditum, possidet illud interim dum viuit: si autem moriatur non relicta sobole virili legitima, statim deuoluitur id ad coronam regni, alioquin succedit soboles virilis legitima, etiam ex tali filia, cui id datum est, eo modo, quo explicatum est, virilem sobolem vltimi possessoris succedere in eiusmodi bonis deriuatis ex corona regni. Quando verò quis possidet vnicã tantũ terrã, donatam ex corona regni, tunc, si habeat filium maiorem natu, ad quem deuenire debeat, cùm terra illa diuidi non possit, vt pars illius de consensu Regis detur filiæ, aut posteriori filio, non conceditur illam tradi filię, aut posteriori filio, etiam de consensu Regis, nisi simul consentiat filius C maior natu, ad quem terra illa iure maioratus deuenire debebat. Ita habetur ibidem §. 15.

Quando autem vltimus possessor horum bonorum ex regia corona donatorum, habet filium, qui in eis succedere debeat, non potest alicui, qui non fuerit filius, aut filia, donare, aut vendere, eiusmodi bona: permutare tamen illa poterit cum alijs ex regia corona donatis, præuia regia facultate; modò tamen eiusmodi res non sint inferiores in tertia parte valoris eis rebus, cum quibus fuerint permutat. D Quòd si vltimus possessor bonorum ex cornna regni donatorum, legitima sobole careat, quæ succedere debeat in eis bonis, tunc nulla ratione poterit eas res cuiquam absque Regis expressa facultate donare, vendere, permutare, aut quouis alio modo alienare: si autem id efficiat, eo ipso ea bona ad regni Coronam deuoluuntur, & emptori, aut permutanti cum illo, competit actio de euictione aduersus eum. Habentque hæc locum, etiamsi à Rege fuissent donata cum facultate donatarijs, vt possent ea bona donare, vendere, permutare, aut de eis, tanquam de omnino

proprij, s

proprijs, disponere. Ita habetur vbi supra. A §. 16. Hæc verò intellige, nisi post legem illam mentalem aliquid cum ea facultate esset donatum, & cum expressa derogatione legis mentalis: nam tunc alienari possent, quantum, cum ea derogatione, esset permissum.

Quando autem Rex ipse permutat bona aliqua coronæ regni cum aliquo, tunc quovique bona, quæ Rex ita in permutationem tradit, aut bona, quæ accipit, sortiantur rationem bonorum coronæ regni, ita vt in his, vel in illis, locum habeat, dispositio legis mentalis, & quousq; dissolui permutatio possit in fauorem bonorum coronæ regni, aut non possit, lege titulo. 17. citato. §. 20.

Possessor vltimus eiusmodi bonorum, si ducere velit vxorem, esto ex priori alio matrimonio successorem in eis bonis habeat, potest, de Regis expressa facultate, subijcere ea bona hypothecæ pro dote, quam cum vxore accipit, & pro arrhis, quas ei promittit, atque, dilioluto matrimonio, si non sint alia bona patrimonialia mariti, vnde integrè dos & arrhæ vxori, aut hæredibus vxoris soluantur, quod deerit, soluendum erit de reditibus bonorum ita hypothecatorum, donec integrè soluatur. Dote verò & arrhis integrè persolutis, bona coronæ regni pertinent ad sobolem virilem legitimam vltimi possessoris, si eam relinquat: alioquin ad regiam coronam deuoluuntur. Irritum verò est pactum, tanquam vsurarium, quòd dissoluto matrimonio, reditus talium bonorum integri ac præcipui pertinere debeant ad vxorem, aut ad hæredes vxoris, non cõputandi in fertem, quousque dos & arrhæ illi integrè persoluantur. Hæc habentur titu. 17. citato. §. 17.

D Vltimus possessor eiusmodi bonorum, esto habeat iam filium, qui in eis succedere debeat, potest liberè ea vendere Regi, aut cum alijs bonis ea cum Rege permutare, vt coronæ regni iterum vniantur, nihil impediente præiudicio, quod successori in eis bonis inde sequitur: quoniam ea lege censentur donata, vt id fieri possit: eamque modificationem rebus antea donatis adhibere libuit principi de suorum consilio; quoniam multa in præiudicium regni fuerant ante eam legẽ donata. Ita habetur vbi supra. §. 18.

Quod ad donationes attinet, quæ à A Regibus fiunt de bonis ad Regis fiscum spectantibus, siue ob delictum eius, cuius fuerant, siue quòd vacauerint, eò quod illorum dominus discesserit ab intestato, neque hærede vsque ad decimum gradũ, neq; cõiuge relictis, aut quacunq; alia ratione, sequẽti modo definitũ est ea mentali lege. Quòd si eiusmodi aliquod bonũ immobile post eam legem latam donetur à Rege, postquàm illud vnitum iam & incorporatum fuit coronæ regni (id quod re factum censetur eo ipso, quò est scriptum in libro bonorum coronę regni; verbo verò, si in instrumento, quod id alicui donatur, dicatur, *que nos confiscamos, apropriamos, ou vnimos, ou encorporamos, os ditos beẽs, terras, herdamentos, a a coroa de nossos reynos, e elles ef. i confiscados, e apropiados, os damos, e doamos*, tunc ea B donatio censetur esse de bonis coronæ regni, ac proinde in re ita donata locum habet lex mentalis: si verò donetur antequàm re, aut verbo, modis explicatis, vnitum id sit coronæ regni, non censetur ea donatio facta de bonis coronæ regni, nec proinde in re ita donata, locum habet dispositio legis mentalis. Ita habetur tit. 17 citato. §. 19. & 24.

Quæ dicta sunt de alijs bonis coro- C næ regni à Regibus donatis, aut in futurum donandis, similiter locum habent in iuribus patronatus ecclesiarum, quæ erant coronæ regni, à Regibusque donata sunt aliquibus: ea quippe indiuisa transeunt similiter ad solam sobolem legitimam ac virilem, eaque deficiente, regrediuntur ad coronam regni, vt de alijs bonis coronæ regni dictum est. Ita habetur vbi supra. §. 4. Ex eo verò, quòd Rex donet alicui terram, oppidum, aut castrum, cum omni iurisdictione, mero D ac mixto imperio, & cum quocunque alio iure ad Regem ibi attinente, appositis quibuscunque alijs verbis generalibus, etiamsi comprehendere videantur ius patronatus tali loco annexum, si non fiat expressa mentio, quòd ius etiam patronatus annexum donatur, non censetur donatum, sed pertinet ad coronam regni, vt ibidem. §. 21. subiungitur.

Similiter, quæ dicta sunt de alijs bonis coronæ regni à Regibus donatis, intelliguntur de emphyteusibus, & alijs reditibus coronæ regni: esto enim à Rege donentur emphyteuses, hoc est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius proprietarij, dominiumq; directum, quod regni corona habet ad res emphyteuticas, cum quibuscunque clausulis exorbitantibus, si non fiat expressa derogatio legis mentalis, emphyteuses manent vinculatæ, vt indiuisæ omnino transeant solum ad legitimam virilem sobolem modo explicato, eaque deficiente, regrediuntur ad regni coronam, vt de alijs bonis donatis ex regia corona dictum est. Ita habetur titul. 17. citato. §. 5. Et. §. 6. subiungitur, vt emphyteuses de eiusmodi bonis, hoc est, contractus cum emphyteutis, tam quando eiusmodi bona sunt coronæ regni, quàm quando sunt aliorum donatariorum, regulentur eisdem iuribus, quibus regulantur emphyteuses priuatorum de alijs suis proprijs bonis, ita scilicet, vt nullum sit discrimen inter vtrosque emphyteuticos contractus.

Quando Rex donauit alicui terram, oppidum, aut castrum, in solam vitam donatarij, aut vsq; ad suum Regis beneplacitum, si donatarius aliquid indo in emphyteusim tradiderit perpetuam, aut ad certas vitas, sinè Regis facultate, tunc expirante donatione, regressaque re ita donata ad regni coronam, finitur emphyteusis, nisi Rex perseuerare velit in contractu emphyteutico. Quando verò aliquid tale donatum fuisset, *de juro e de herdade*, vt in Lusitania vocant, tunc, si res ita donata regrediatur ad regni coronam, non tenetur Rex stare contractibus malitiosè, aut perspicuè in notabile detrimentum coronæ regni factis. Ita habetur vbi supra. §. 22. Hæc sunt, quæ lex mentalis Lusitana continet, contra quam si aliquid à Rege sit concessum, aut dispositum, cum illius derogatione, validum id est, vt ex se est satis perspicuum, & habetur in eadem ipsa lege. §. 23. Et hæc dicta sint de maioratibus secundi generis, hoc est, quæ de bonis coronæ regni instituuntur.

11 Tertij generis maioratus sunt, qui à priuatis constituuntur de suis rebus proprijs, esto aliqua eorum deriuata ac præcisa fuerint à regni corona, vt quia illa à Rege emerunt, aut titulo permutationis, donationis, aut recompensationis obsequiorum, illa libera acceperunt, vel ipsi, vel aliqui anteriores eorum bonorum possessores. Duobus autem modis institui possunt maioratus tertij huius generis. Primò, absque vlla Regis facultate. Si enim quis nullum hæredem habeat, cui partem suorum bonorum relinquere teneatur, liberaque is bona possideat à vinculo & obligatione, nullaque sit lex, quæ ipsum impediat de illis pro libito disponere, eaque subijcere vinculo & obligationibus, quæ voluerit, vt nulla talis est in his Castellæ & Lusitaniæ regnis, quin potius sunt leges, quæ id permittunt ac concedunt, vtique is, absq; vlla Regis facultate, poterit de suis bonis, aut de eorum parte, instituere primogenium cum vinculis & grauaminibus, ordineque succedendi in eis, quem voluerit. Esto autem hæredem, aut hæredes habeat, quibus, iuxta leges eius regni, partem suorum bonorum relinquere teneatur absque vllo in ea onere & grauamine; de reliqua tamen parte, de qua libere potest disponere, vt in Lusitania de tertio suorum bonorum, siue ascendentes, siue descendentes habeat, & in hoc Castellæ regno de tertio, si careat descendentibus, & habeat ascendentes, & de solo quinto, si descendentes habeat, poterit similiter absque vlla Regis facultate instituere pro libito maioratum. Et cùm in hoc regno, si multos descendentes habeat, hoc est, plures, quàm vnum, esto vnus sit filius, & alius nepos, filius eiusdem filij, integrum illi sit, vltra quintum, meliorare quem eorum voluerit in tertio, apponendo tertio grauamina & vincula, quæ voluerit, vocandoq; ad successionem in illo in infinitum, quos voluerit, modò priùs vocet descendentes, &, in defectum descendentium, vocet ascendentes, &, in ascendentium defectum, alios consanguineos, atq; in horum defectum, potest vocare extraneos, vt dis. 158. dictum est, & habetur. l. 27. Tauri, quæ est. l. 11. titul. 6. lib. 5. nouæ colle. vtiq; is, absq; alia Regis facultate, etiam de eo tertio, instituere tunc poterit primogenium intrà eos limites lege permissos, vt consuetudine est receptum. Quousq; autem, etiam de parte bonorum descendentibus, aut ascendentibus debita, possit quis de libera eorum voluntate ac consensu, instituere maiorata absq; vlla Regis facultate, disp. 579. dicetur. Dicta autem toto hoc. §. multis confirmat Molina libr. 1. de primogen. capit. 1. numer. 25. & cum Couarr. & multis alijs, quos citat, affirmat aduersus Anton. Gom. in. l. 45. Tauri. numer. 116. legem illam, & cæteras Tauri, non minus habere locum in maioratibus, qui sinè regia facultate, modo explicato, instituuntur, quàm in ijs, qui instituuntur ex regia facultate.

12 Secundò institui potest maioratus de Regis facultate, etiam de bonis ex legum præscripto ascendentibus, aut descendentibus debitis, idque ipsis descendentibus, aut ascendentibus, minimè consentientibus. Cum enim ea bona solùm sint eis debita ex humanarum legum ciuilium præscripto, quæ à Rege latæ sunt, ab ipsiusque voluntate pendent, vtique poterit Rex in eis dispensare, concedereque facultatem, vt frequenter eam concedit, vt, relictis alijs descendentibus, aut etiam ascendentibus, competentibus alimentis pro eorum conditione & statu, de reliquis bonis instituatur primogenium, in familiæ conseruationem, reipublicæque ornamentum: atque de eiusmodi facultate sermo est. l. 42. 43. & 44. Tauri, quæ sunt lex. 2. 3. & 4. titul. 7. lib. 5. nouæ collect. Quousque autem id principi liceat, aut non, explicabitur ex nostra sententia disput. 578. concluf. 3. 4. & 5.

13 In maioratibus huius tertij generis ij succedunt, quos institutor maioratus vocauerit, eoque ordine, quo eos vocauerit, nisi in maioratu tertium includat, descendentibus in bonis suis debitum, quando multi sunt ipsius descendentes: tunc enim, quoad id tertium, priùs vocare tenetur descendentes, quos voluerit, & in eorum defectu, ascendentes, & post illos cæteros consanguineos, eo modo, quo voluerit, & nouissimè potest vocare extraneos, vt paulò antea dictum est. Quando autem institutor aliud non expressit, in hoc Castellæ regno sancitum est, vt tam in maioratibus huius tertij generis, quàm in maioratibus secundi generis, eo modo succedatur, quo dictum est succedi in regno ipso, nempe, vt descendens legitimus masculus proximior vltimo possessori, præferatur cæteris, & vt in defectu masculorum descendentium, succedant fœminæ descendentes eodem ordine, & vt si proximior descendens maior natu, qui succedere debebat, moriatur sobole legitima relicta, illa, esto fœminei generis sit, representet patrem, locoque patris succedat, & præferatur fratribus patris, & denique vt tunc solùm fiat transitus in successione ad proximiorem in linea transfuerit ali vltimo possessori, quando omnino defuerit soboles legitima decendens. Quo fit, vt in hoc regno, quando aliud ab institutore maioratus non fuit dispositum ac expressum, semper succedatur in maioratibus secundi & tertij generis eo modo, quo à tempore Pelagij sancitum fuit, vt in regno succederetur, atque adeò vt instar regni, tanquam primi, supremi, ac cæterorum capitis, successio sit in maioratibus, quando aliud non fuerit expressum. Ita explanatum, definitumque est. l. 40. Tauri, quę est lex. 5. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. Vtrum autem aliud sit dicendum in Lusitania, in progressu huius materiæ dicetur.

Duo supersunt admonenda. Vnum 14
est, aliquibus in locis huius Castellę regni, & præsertim in hac nostra ciuitate Conchensi, primogenia à priuatis instituta de suis proprijs bonis, appellari *patronazgos*: alia verò secundi generis, aut valde pinguia, quæ dominium iurisdictionis habent, nuncupari *mayorazgos*: cùm tamen omnia maioratus & primogeniarom nomine comprehendanrur, atque sub his nominibus deinceps nobis de illis futurus est sermo.

Alterum est, meritò in Lusitania, de *Ius Lusit.*
communi concordia inter principes secu- 15
lares & prælatos. 2. lib. ord. titu. 35. §. ante penul. definitum fuisse, quando bona aliqua vinculantur cum grauamine, vt ex reditibus celebrentur sacrificia, vel fiant alia opera pia, constituta parte aliquota redituum, aut parte alia ex illis determinata, administratori, qui ordine quodam in eis bonis vinculatis sit successurus, ita quòd reliqui reditus in operibus pijs insumantur, eam institutionem censendam esse capellam, quam vocant, ac proin de ad ea bona, ad eamque institutionem, se extendere iurisdictionem ecclesiasticam. Quando verò bona aliqua vinculantur, vt in eis aliqui ordine quodam succedant, cum grauamine, vt successor

Universidad de Deusto
Biblioteca

teneatur ad aliqua sacrificia, vel ad aliqua A
alia opera pia ex reditibus eorum bonorum implenda, aut sinè vllo tali grauamine, institutionem esse censendam maioratu, nihil impediente, quòd in instrumento prioris institutionis dicatur instituti maioratum, & in instrumento huius posterioris dicatur institui capellam: quarè tunc in posteriori institutione solum spectabit ad prælatos ecclesiæ cogere vt ea spiritualia grauamina opere impleantur. Disputationem hanc totam præmittere libuit in fundamentum eorum, quæ dicenda sunt: vt verò, quæ in ea summatim sunt prælibata, non modicam lucem B
dicendis afferent, sic ex dicendis dilucidiora reddentur.

SVMMARIVM.

1 PRIMIgenia, *primitiua, primogenia, & primogenita, quæ tempore legis naturæ, in veteri lege, & apud aliquas alias nationes dicantur. Ea non sunt in Hispanijs: licet instituentes liberè maioratus, aut meliorationes, rationem habere soleant primogenitorum, vt eos præcipuè ad eas institutiones vocent.*

2 *Primogenia, seu maiorotus hispani, quàm longè desint à primogenijs temporis legis naturæ, scriptæ, & quarundam aliarum nationum.*

3 *Maioratus Hispani licet distent à fideicommissis familiæ relictis, de quibus iura communia loquuntur, in multis cum illis conueniunt, ex eisq; videntur derivati, & quousque valeat, aut non valeat, argumentum ab eis ad maioratus.*

4 *In fideicommisso familiæ relicto, quo ordine succederetur, faciq; testatori erat facere in illis substitutiones, & vincula, ac grauamina, quæ vellet.*

5 *In quibus defferant maioratus & fideicommissum familiæ relictum.*

6 *Maioratum accipit successor ab institutore, & non ab vltimo possessore. Mortuo verò vltimo possessore, ipso iure dominium & possessio rerum maioritus transeunt in proximè vocatum.*

7 *Institutio maioratus contractu, partim habet rationum contractus oneroſi, & partim donationis sub modo, & quot donationes simul intercedant. Et quid quando vlti-*

ma voluntate instituitur.

8 *Origo & etymologia vocabuli maioratus Hispaniarum.*

9 *Maioratus titulus, res vinculo maioratus alligatæ (quæ, vt eo vinculo affectæ sunt, pro prie maioratus dicuntur) & ius ad talem maioratum, diuersa sunt. Hispano autem sermone, etiam qui dominium maioratus habet, aut ius ad illud, mayorazgo dicitur.*

Maioratus, seu primogenium, quid. Disp. 577.

VT, quoad fieri possit, legitima definitio maioratuum, primogeniorumve, Hispaniarum tradatur, non nulla obseruanda sunt. Primum est, quando legibus, vel consuetudine alicuius regni, aut regnorum, præ rogatiua aliqua, aut prærogatiuæ concessæ sunt primogenitis, tunc, prærogatiuam illam, aut prærogatiuas, iurive, quæ primogenitis vi talis legis, aut consuetudinis, ad ea competunt, in quibus cæteris posterius genitis præferuntur, latinè appellari primigenia, quasi prærogatiuæ ac iura primi generatione: dicuntur etiam primitiua, primogenia, & primogenita. Sic, quia ante traditam legem Moysi, qua sacerdotium in ea lege traditum à Deo fuit Aaron, & Tribui Leui, dignitas sacerdotalis, qualis erat in lege naturæ, primogenitis apud hebræos, & apud alios competebat, vt disp. 21. est dictum, sanè eadem sacerdotalis dignitas ad primigenia, seu primo genita, tunc pertinebat, eaq; est, quam Esau primogenitus Isaac, vendidit Iacob posterius nato, dum, vt habetur Gene. 25. pro lentis edulio illi vendidit primogenita sua. Et quoniam dignitas illa religiosa ac ecclesiastica erat, Paulus ad Hebræos. 12. illum appellat profanum vendendo ita propter vnam escam primitiua sua. Quia item primogenitis apud eosdem Hebræos ea etiam prærogatiua competebat, vt ex bonis parentum duplam portionem acciperent, vt D. Tho. in caput. 12. epistolæ ad Hebræos ait, idque in lege veteri perseuerabat, vt constat ex Deute. 21. vbi, non quasi de nouo id statuatur, sed quasi inhibendo abusum, quem aliqui introducere conabãtur

aduer-

aduersus morem ac ius antiquum, sic habetur. *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, genuerintq; ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, voluerintq; suis auitam inter filios suos diuidere, non poterit filium dilectæ efferre primogenitum, & præferre filio odiosæ; sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabi q; ei de bis, quæ habuerit, cuncta duplicia: ipse est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.* Hæc ibi. Quia, inquam, hæc etiam prærogatiua apud Hebræos primogenitis competebat, ad primogenia, seu primogenita, ea similiter B
attinebat. In Gallia etiam fertur, similem prærogatiuam lege publica hodie primogenitis conuenire, vt scilicet portionem quandam in bonis parentum habeant præcipuam, in qua cæteris fratribus, posterius natis, præferantur. Hæc itaque, & alia, erant quondam iura primogenitorum, quæ primogenia, aut primogenita, nuncupabantur. Nihil verò eorum habet hodie locum in Hispanijs, sed solum, vt natura ipsa rei postulat, posteriores natu fratres, deferre solent honorem natu anterioribus, & maximè primogenito: parentibus etiam in Lu- C
sitania est concessum, vt de tertio sucrum bonorum disponant, vt libuerit, atque adeò, vt prælegare, aut donare, ex illo possint, cui voluerint, vel instituere maioratum, ad quem vocent, quem maluerint: idem in hoc Castellæ regno est eis concessum, non solum de quinto, sed simul etiam de tertio, modò de tertio disponant solum inter descendentes: solent verò parentes plus affici ad maiorem natu, quam ad reliquos, vt ipsamet rei natura efflagitat, si circumstantiæ non adsint, quæ ipsos in con- D
trarium permoueant, præferreque solent primogenitum cæteris, inde illi prælegando, aut donando, vel ipsum potius, sobolemque ipsius, quàm alios, ad successionem in maioratum vocando, si quem ex eis bonis instituant; cum tamen ad id non teneantur, sed liberi omnino sint, vt faciant, quod maluerint. Quo fit, vt nulla in Hispanijs sint primogenia, iura ve primogenitorum, quibus, vel prærogatiua aliqua dignitatis, præ cæteris fratribus, sit eis debita, vel portio aliqua præcipua in bonis parentum, vel aliquid aliud, sed æqualiter cum eis cæteri fratres succedant; A
nisi aliquid eis præcipuè à parentibus fuerit prælegatum, aut donatum, vel ex libera institutione maioratus à parentibus, aut ab aliquo alio, ipsi, suboleſque ipsorum, pro primi institutoris bene placito, tacitè, aut expresse, ad eum maioratum vocentur.

Secundum est, ex dictis esse satis perspicuum, primogenia Hispaniarum, quibus bona vinculantur, vt indiuisa, & inalienabilia, ordine quodam, iuxta primi institutoris præscriptum, deriuentur ab vno in alium, longo interuallo distare à primogenijs, iureve primogenitorum, apud Hebræos, & apud alias nationes. Etenim illa in primogenito cuiusque familiæ locum habebant, etiamsi ille genitus esset à patre tertio, quarto, aut quinto loco nato comparatione fratrum suorum: emolumenta verò, quæ is in bonis parentum præ cæteris fratribus iure primogeniti habebat, vinculata & in alienabilia non erant, quę necessariò ad alium, aut ad alios, deuenire deberent; sed perinde erant libera, de illisque poterat disponere, atque de alijs suis bonis: quæ tamen locum non habent in Hispaniarum primogenijs. 2

Tertium est, quamuis Hispaniarum primogenia multum distent à fideicommissis familiæ relictis, vt perpetuò in ea perseuerent, & in eis succedant ordine quodam, qui fuerint de familia, de quibus mentio fit. l. cùm ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. ff. eodem titul. l. vltim. C. de verbor. signifi. & alijs iuribus, contentium: Couar. de pract. quæst. capitul. 38. numer. 1. §. primum & Aluar. Vasc. cons. 82. n. 9. multum tamen cum eis conuenire, quin & ab illis, & ab eis, quæ circa illa de iure communi licebant, videri traxisse originem: vnde, quatenus cum illis conueniunt, originemque ab eis trahunt, meritò communis doctorum sententia (quam copiosius, quàm alij, refert ac sequitur Molina. libr. 1. de primogen. capit. 1. nu. 7.) asseuerat, validum esse argumentum ab eiusmodi fideicomiss. & a iuribus, quæ circa illa sunt dispositа, ad Hispana primogenia: secus verò quatenus ab illis discrepant, diuersaque ab eis sunt. Et quamuis à quibusdam Hispana primogenia appellentur fideicommissa familiæ relicta; recte tamen Molina à numer. 7. citato probat, nullum ab illis differre, 3

sim-

sim pliciterq; appellanda non esse fideicó-
n issa.

4 In fideicommisso familiæ relicto, quando aliud expressum non erat per testatorem, hoc ordine succedebatur, vt habetur. l. vltim. C. de verbor. signifi. iuncta glóss. ibi verbor. post eos. Quòd primo succedebant liberi, seu descendentes, ita vt proximiores in gradu, cæteris præferrentur: deficientibus verò descendentibus, succedebant ascendentes: posteà verò collaterales ordine suo, vt proximiores erant in gradu: at, deficientibus collateralibus, succedebant gener, aut nurus, qui etiam de familia reputabantur: & post hos, succedebant liberti, qui similiter de familia censebantur. Integrum prætereà erat testatori, non eo ordine vocare ad successionem in tali fideicommisso, sed quo ordine ipse vellet, vocareque priùs quosdam particulares, qui cæteris præferrentur eo ordine, quo ipse statueret, & posteà vocare reliquos de sua familia, vt expresè habetur. l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. Quarè facere poterat quascunque substitutiones vellet, atque eo ordine & modo, quo eas facere vellet, quando de bonis liberis, nullique alij debitis, eo modo disponebat, vt ex se est perspicuum, & ex eo iure, atque ex alijs constat; præsertim cùm nullum ius reperiatur, quod id ei prohibeat. Item, de iure communi facere poterat in eo fideimisso, quæcunque vincula vellet, & apponere grauamina & onera, quæ vellet, modò emolumeutum fideicommissi non excederent, vt colligitur ex. l. ab eo. C. de fideicommiss. & consentiunt. l. 1. in fine. C. communia de fideicommiss. l. sed etsi sic, in fine. ff. de leg. 3. l. planè. 2. in fine. ff. de leg. 1. l. cum hi. §. idem erit dicendum, &. §. sed etsi certa. ff. de transs. &. l. cum pater. §. eorum. ff. de leg. 2. ex- se seque est res satis perspicua: eò quòd vnicuique integrum sit sua relinquere cum grauaminibus, quæ voluerit, nulloque iure id reperiatur prohibitum. Quarè, cùm in fideicommisso relicto familiæ, fas de iure communi illud relinquenti esset, facere substitutiones, quas vellet, & vocare, quos vellet, eo ordine, quo illos vocare vellet, & apponere in eo vincula; & onera, quæ vellet vtique, quanuis de iure communi non comperiatur institutio vlla primogenij eo modo, A quo Hispana primogenia disputatione precedente institui explicatum est, consentaneum tamen iuri communi, & integrum iuxta idem ius commune est, vt eo modo instituerentur: quin ex ijs, quæ de iure communi circa fideicommissa familiæ relicta, sancita reperiuntur, deriuatum id videtur esse in Hispanijs, additis nonnullis, quæ iure communi non erant prohibita, sed permissa.

Differunt nihilominús in multis Hispana primogenia à fideicommissis familiæ relictis. Primò, quòd in Hispanijs 5
B primogenijs vnus solùm succedit in integro primogenio, quod semper perseuerare debet indiuisum, isque successor regulariter esse solet primogenitus vltimi possessoris, si talis detur, indeque ea institutio nomen primogenij, seu maioratus, sortita est in Hispanijs: deficiente verò primogenito, succedit vnus maior natu proximior in gradu, eo modo, quo disputatione præcedente explicatum est; atque masculus minor natu in eodem gradu, excludit fœminam: in fideicomisso verò familiæ relicto, quando aliud non disponebat testator, simul succedebant
C omnes de familia proximiores in gradu, & fœminæ succedebant æqualiter cum masculis, vt colligitur ex. l. cum ita legatur. §. in fideicommiss. ff. de leg. 2. illis verbis; *& qui ex his proximo gradu procreati sunt*; & ex. l. peto. §. fratre. ff. eod. titul. illis verbis; *Omnes fideicommissum petent, qui in familia fuerunt*, iunctis sequentibus verbis, quibus statuitur, vt soli proximiores in gradu admittantur, & caueant de illo restituendo suo tempore posterioribus in gradu, & vtrobique affirmat communis doctorum sententia, quam Molina. num. 7. citato refert ac sequitur, consentiunt Couar. de pract. qq. capit. 38. à num. 1. & nu.
D 4. §. primum, & Aluar. Valas. numer. 9. citato.

Secundò differunt, quòd fideicommissa solùm poterant relinqui in vltima voluntate, non solũ testamento, aut codicillo, sed etiam donatione causa mortis, vt disp. 182. dictum est, & constat ex. l. cum hi. §. idem erit dicendum. ff. de transs. l. cum pater. §. eorum, &. l. vt hæredibus. ff. de leg. 2. l. Seia, in fine. ff. de dote præleg. &. l. 3. §. vltim. ff. de leg. 3. quin & quacunque scriptura, quæ vim vltimæ voluntatis haberet, vt colligitur ex. l. cũ quis decedens. §. cum pater. ff. de leg. 3. & cum

cum Bartol. & plerisque alijs affirmat Molina vbi supra, numer. 9. Maioratus autem non solùm vltima voluntate, sed etiam contractu inter viuos irreuocabili institui possunt, vt ex dicendis liquebit.

Tertiò differunt, quòd fideicommissarius accipere debet fideicommissum ab hærede grauato, nec priùs in fideicommissarium transit dominium fideicommissi, neque item transeunt actiones actiuæ, & passiuæ, quàm per hæredem grauatum fiat traditio aliquo exmodis disput. 186. explicatis, exceptis nonnullis euentibus ibidem explanatis, vbi e-
B tiam dictum est, quantum validitas fideicommissi de iure communi pédeat ex eo, quòd hæres grauatus adeat hæreditatem, neque è vita discedat ante mortem testatoris: hæc verò locum non habent in maioratu, siue instituto contractu inter viuos irreuocabili, siue reuocabili, aut per vltimam voluntatem: semper enim vocatus ad maioratum, censetur eum accipere immediatè ab institutore ipso, & non ab vltimo possessore; eoque ipso, quòd vltimus possessor è vita discedit, aut quacunque alia ratione, ex institutoris præscripto, alius succedere in eo debet, trãseunt dominium, & actiones omnes in ipsum, absque alia cesione, traditione, aut apprehensione: quin in Castella transit etiam possessio in nouum successorem absque alia apprehensione, vt, iuxta. l. 45. Tauri, quæ est. l. 8. titul. 7. libr. 5. nouæ collect. in calce disp. 3. & disp. 12. dictum est. Quarè rectè Molina. capit. 1. citato affirmat, maioratum, etiam si vltima voluntate sit institutus, non esse fideicommissum familiæ relictum, sed illi esse affine, & ab eo traxisse originem.

Molina vbi supra. numer. 16. ait, quan
7 do primogenium contractu est institutum, esse in effectu donationem sub modo, seu sub conditione & grauamine, fa-
D cta ab institutore omnibus, qui ab ipso ad id primogenium vocantur, de qua donatione habetur sermo. l. quoties, & alijs iuribus. C. de donat. quæ sub modo, dictumque à nobis est disp. 265. & in qua, vt ibidem dictum est, de iure Castellæ. l. 7. titul. 4. part. 5. transit dominium ipso iure, absque alia traditione, inuocatum post vltimum possessorem, eo ipso, quòd aduenit tempus à primo donatore præscriptum, vt ei restituatur: imò verò de
A iure ejusdem regni. l. 45. Tauri, quæ est. l. 8. titul. 7. libr. 5. nouæ collect. transit etiam possessio ciuilis & naturalis, vt paulò ante dictum est. Obserua tamen, quanuis sit donatio comparatione eorum, qui ad id primogenium vocantur, sæpe etiam esse contractum onerosum comparatione alterius, cum quo celebratur, vt matrimonium contrahat cum primo, aut cum aliquo sequenti, vocato ad id primogenium; atque etiam esse contractum onerosum cum ipsismet vocatis, quatenus grauamina aliqua eis imponuntur, & ad aliqua obligantur, si
B succedere in eo primogenio velint. Obserua etiam, non esse qualemcunque donationem sub modo, sed factam simul toti familiæ vocatorum, omnibúsve, qui ad id primogenium ordine quodam in infinitum vocantur: quam proinde necesse non est, vt singuli acceptent, etiam stando in iure communi, vt omnes ius comparent ad illud vi institutionis; alij tamen propinquius, & alij remotiùs, prout à primo institutore fuerint vocati, vt disp. 265. citata dictum ex parte est. Itemque eam donationem cum modo non esse qualemcunque, nec modum in eo solùm consistere, quòd va-
C ij ad eam rem donatam vocentur ordine quodam, sed etiam positum esse in prohibitione alienationis cuiusquam bonorum, quæ vinculo eius primogenij alligata sunt, ac diuisionis eorum, & in alijs grauaminibus, & oneribus: quo fit, vt, quæ de donatione sub modo disput. 265. citata dicta sunt, non similiter locum habeant in primogenio contractu irreuocabili instituto. Si verò (subiungit Molina ibidem) idem primogenium vltima voluntate sit institutum, erit quædam hæredis institutio, legatum, aut prælegatum, factum primò ad illud vocato, & cæteris ordine post eum
D ad idem vocatis, cum oneribus & grauaminibus appositis, ita vt absque vlla restitutione id primogenium ipso iure transeat ab vno in alium absque aliqua restitutione præuia, vt dictum est. Quarè, vt nu. 17. 18. &. 19. cum multis alijs, quos citat, subiungit, in eiusmodi institutione tot censentur esse donationes, substitutiones, legata, aut prælegata, submodo vt certo tempore finiantur, & transeant ad alterum (id quod licitum est, iuxta. l. vlt. C. de legatis, & alia iura) quot

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt personæ ad tale primogenium vocatæ, etiamsi illæ nondum exiſtant: celeritate enim, & comprehenſione multarū vnico verbo, occultantur, quaſi vnica, & non tot factæ videantur, argumento l. 3. §. vlt. ff. de donat. inter virum & vxo. & l. cum te in Gallia. C. ſi certum petatur, vbi vnico verbo duo mutua celebrata cenſentur comparatione duorum eidem ſimul mutuantium.

8 Quartò obſeruandum eſt, interdum aliud eſſe id, à quo nomen imponitur, originémve trahit, & aliud eſſe id, ad quod ſignificandum eſt impoſitum: neq; eſſe neceſſe, vt id, à quo nomen eſt impoſitum, recurrat cum re, ad quam ſignificandam eſt impoſitum. Vnde, quamuis lapis à lędendo pede ſit dictus, neceſſe non eſt, vt quæcunq; pedem lædunt, lapides ſint, aut vt quicunq; lapis pedem lædat. In re autem propoſita, quoniam, quando in Hiſpanijs bona aliqua vinculantur, in alienabiliaq; redduntur, vt in eis, indiuiſis, perpetuò, aut vſq; ad certum terminum, ſuccedatur, appoſitis aliquibus grauaminibus & obligationibus, aut nullis, præter vinculum & ordinem ſucceſsionis, alijs grauaminibus appoſitis, vocari ad eas inſtitutiones conſueuerunt primogeniti ordine quodam, & in eorū defectum alij, inde effectum eſt, vt eiuſmodi inſtitutiones, à primogenito, maiorive natu, qui ita conſueuit primo loco vocari, dictæ ſint primogenia, & maioratus; corrupto verò vocabulo in Caſtella *mayoraz gos*, & in Luſitania *morgados*: nomen verò impoſitum eſt ad ſignificandas eas inſtitutiones vniuerſim, eſto interdum non vocentur primogeniti, ſed alij, pro arbitrio inſtitutoris, & eſto, in defectum primogenitorum, fiat tranſitus ad alios deſcendentes, vel collaterales, aut etiam extraneos. Quare nō eſt cur Molina. c. 1. citato à. n. 22. & alij, tam anxiè laborent in quærenda definitione, quæ recurrat cum nominis etymologia: etenim res nomine primogenij, maioratúsve, in Hiſpanijs ſignificata, latius patet, quam id, vnde nomen rei eſt impoſitum: definitiones verò recurrere debent cum re nomine definiti ſignificata; nonverò cū nominis origine ac etymologia.

9 Poſtremò eſt obſeruandū, tria in repoſita ſpectari poſſe. Primum eſt, titulus, ſeu inſtitutio ipſa maioratus, qua res aliquæ vinculantur, vniuntur, & inalienabilia redduntur, ad ſuccedendumq; in illis ita vinculatis aliqui ordine quodam vocātur. Secundum eſt, res ipſæ ſic vinculatæ, & inſtitutæ, vt in eis ordine quodam ſuccedatur. Tertium verò eſt ius, quod ex eo titulo ac inſtitutione competit vocatis ad ſuccedendum in bonis illis, eaq; obtinendum, atq; illis fruendum aſſequuto iam illorum dominio. Porrò eiuſmodi ius variū eſt comparatione vnius & eiuſdem varijs temporibus, concurrentibusq; varijs circunſtantijs. Si enim primogenium reuocabiliter ſit inſtitutū, viuatq; adhuc inſtitor, qui poſsit illud reuocare, debilius ius competit primo vocato ad ea bona, & multò debilius poſteriùs vocatis, quā ſi idē primogenium irreuocabiliter ſit inſtitutum, aut ſi morte inſtitutoris ſit confirmatum, factumq; iam omnino irreuocabile. Item maius ius habet primò vocatus, quando iam eſt conſequutus dominium eorū bonorum, eiſq; fruitur tanquam verus illorum dominus, quàm haberet antequàm ea conſequeretur, & quàm habeat ſecundò, aut tertiò vocatus, eſto iam exiſtat in rerum natura, qui ſolùm habet ius ad rem, vt in eis ſuccedat morte anterioris, aut anteriorum poſſeſſorum.

His ita conſtitutis, nemini poteſt eſſe dubium, titulum, & inſtitutionem maioratus, nec dici, nec eſſe pimogenium, aut maioratum; ſed eſſe, & dici, titulum, inſtitutionemq; primogenij, ſeu maioratus. Res verò ipſæ eo titulo iam vinculatæ & inſtitutæ, vt in eis ordine, titulo ipſo præſcripto, ſuccedatur, ſanè, vt ſic affectæ ſunt, meritò dicuntur primogeniū, & maioratus, hoc eſt, bona debita primogenitis, ſeu vocatis eo titulo & inſtitutione, quo, & ipſa ita iam affecta ſunt, & vocati ius ad illa habent: imò verò correlatiua interſe ſunt, ius ad ea bona tanquam debita eo ipſo ad illa vocatis, & debitum eorundem bonorum ita ad illa vocatis, ob ius, quod ad illa habent: horumq; duorū reſpectuum, debiti ſcilicet illo modo, ac iuris ſimiliter eo modo, ratio fundandi, vt dialectici ac metaphyſici appellant, eſt titulus ipſe, inſtitutioq; maioratus, ex qua reſpectus vterq; reſultat. Sumpto autem in ea ſignificatione Hiſpaniarum primogenio, ſeu maioratu, ſic poteſt definiri. Eſt affectū vinculo, vt in eo, inalienabili ac indiuiſo, eo ordine ipſo iure ſuccedatur, quo ab illius inſtitutore fuerit ſtatutum. Quādo autem audis, affectum, &, vt in eo, intelige, vel affecta, vt in eis: ſumitur enim ſingulare

Maioratus definitio.

gulare indifferenter pro plurali: vtplurimumque multæ res vinculo vnius, eiusdemque primogenij vniri conſueuerunt. Ius autē, quod primogenitis, vocatísve ad ſuccedendum, competit vi tituli ac inſtitutionis maioratus, ſanè, quicquid Molina vbi ſupra in contrarium dicat, nec primogenium, nec maioratus dicitur, ſed dicitur ius ad primogenium ac maioratum paulò antea definitum, neque eſt concretum aliquod à primogenio deductum, quod ſignificet eum, cui id ius competit. Hiſpanè autem vocabulum, *mayorazgo*, ac Luſitanè vocabulum *morgado*, æquiuocum eſt, ſignificatque, tum primogenium paulò antea definitum, hoc eſt, bona vinculo primogenij affecta: tum etiam in concreto eum, qui ius, vel iam in re, vel ad huc ad rem, illius habet, hoc eſt, poſſeſſorem maioratus, eumque, cui debetur poſt vltimum poſſeſſorem, vt excommuni vſu loquendi liquet. Sumpto ergo in Hiſpanijs barbarè maioratu in poſteriori ſignificatione, nempe pro eo, cuius iam eſt, aut cui debetur, in priori ſignificatione paulò antea definita, ſic poſſumus eum definire. Eſt habens ius ad primogenium in priori ſignificatione. Danda autem eſt venia iuriſperitis, minus in perſcrutandis naturis rerum, arteque definiendi exercitatis, ſi non adeò exactas maioratus definitiones tradiderunt. Illud verò doctores, etiam exteri, obſeruant, maioratus nomen, & rem, in ſignificationibus explicatis, eſſe proprium Hiſpaniarum, neq; apud alias nationes reperiri; tametſi in Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, & alijs ſimilibus dignitatibus, haud diſsimiliter apud alias etiam nationes ſuccedatur.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *Quos licitè inſtitui omnes conſentiant.*

2 *Maioratus qui licitè inſtitui de bonis patrimonialibus negent.*

3 *Maioratus de bonis patrimonialibus, ſi abuſiue vitentur, licitè inſtituuntur, & quæ emolumenta ex illis ſequantur.*

4 *Quando illicitè inſtituantur.*

5 *Quando deſcendentibus ſunt debitæ legitimæ in bonis inſtitutoris maioratus, neq; de principis facultate eſt licita, aut valida inſtitutio, niſi relinquantur competentia alimenta, etiam ſufficientia ad contrahendum matrimonium pro illorum qualitate, reliquis filijs.*

6 *Alimenta non alia iure naturali à parentibus filijs debentur, quàm ea, ſinè quibus vitam conſeruare non poſſent.*

7 *Concedi non debet facultas à principe, vt maioratus inſtituatur ex legitima debita aſcendenti, niſi relictis illi competentibus alimentis, ſi illis indigeat, & niſi vt in eo ſuccedat ipſe aſcendens, & poſt eius mortem, filius maior natu illius, aut quem ille voluerit.*

8 *Maioratus inſtitutio ſinè principis facultate ex legitima eius, qui ad eum vocatur, vnà cum alijs bonis, ſub conditione, vt ſi conſentire velit, ſuccedat in eo, alioquin ſumat ſuam legitimam, & in reliquo ſuccedat alius, valida eſt, ſed pendens ab illius conſenſu: validuſq; eſt is conſenſus filij præſtitus viuente patre.*

9 *Inſtitutio maioratus ſinè Regis facultate, de legitima debita aſcendenti, aut deſcendenti, & de alijs bonis, ad quem vocetur is, cui ea legitima debetur, non appoſita prædicta conditione, inualida eſt de iure communi quoad legitimam, non verò quoad incrementum. De iure autem Caſtellæ, ſi legitima ſit filij, ſuccedit filius in eis omnibus bonis, ſed ſinè vllo grauamine ac vinculo.*

Licite ne Hiſpaniarum primogenia inſtituantur. Diſp. 578.

EXplicatis duabus præcedentibus diſputationibus origine, natura, & generibus primogeniorum Hiſpaniarum, conſequenter dicendum eſt de illorum productione ac ſubſiſtentia in rerum natura. Ac primùm, num licitè inſtituantur. Id quod controuerſum non eſt de prioribus duobus primogeniorum generibus, quæ diſput. 576. explanata ſunt: omnes enim conſtitentur licitè inſtitui; primum quidem genus, in rectorem & caput totius republicæ; ſecundum verò in eiuſdem reipublicæ adiutorium ac ornamentum, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt sint magnates, qui curiæ ac reipublicę ornamẽto sint, variaq; munia in Regis ac reipublicæ obsequiũ & defensionẽ exerceant. Tota verò controuersia est de primogenijs tertij generis, quæ instituuntur de bonis patrimonialibus instituentium.

2 Cinus, Barbatius, & pauci alij, quos Molina. 2. lib. de primog. cap. 1. num. 2. refert, censuere, in reipublicæ perniciem, contra naturalem rationem atque æquitatem, ac proinde illicitè in conscientiæ foro, ea instituì. Tum, quòd contra iura, naturalemq; æquitatem, atq; æqualitatem inter filios seruandam sit, vni filiorum relinquere penè omnia bona primogenij vinculo alligata, relinquendo cæteris modicam portionem. Tum etiam, quoniam fœminæ interdum omnino excluduntur ab eiusmodi primogenijs, etiamsi maiores natu sint, quam masculi: &, quòd pauperes relinquantur sinè competente dote, vt, pro ipsarum qualitate, nubere possint, recludi cogantur in monasteriis, inuitasq; religiosam assumemere vitam. Tum deniq;, quòd ad eiusmodi primogenia, non melior & aptior, sed maior natu soleat vocari: hominesq;, vt eiusmodi primogenia instituat, quibus ipsorum memoria, gentilium potius, quàm Christianorum more, inaniter cõseruetur, successiones astringendo ad nominis, insignium q; institutoris sumptionem ac delationem, allici soleant ad opes multas per fas ac nefas comparandas & retinendas, cum pauperum detrimento, multorum iniuria, ac pripriæ salutis animæ iactura.

3 Contraria tamen sententia, quòd scilicet licita sit primogeniorum institutio more Hispaniarum, in quibus masculi fœminis, etiam maioribus natu, præferantur; eò quòd in masculis potius, quàm in fœminis, quæ ad maritorum familiam tranſeunt, conseruetur eorum familia, qui ea instituunt; modò tamen abusus, qui in eis instituendis possunt interuenire, vitentur; est communis doctorum, quam referunt ac sequuntur Couar. in 4. decret. part. 2. capit. 8. §. 6. numer. 5. versic. quartò deducitur. c. Rainucius de test. in prin. nu. 24. &. 3. var. res. cap. 5. nu. 5. vers. tertiò principaliter, Gregor. Lopez. l. 32. titul. 9. part. 6. verb. Noualdra. in principio, Ant. Gom. l. 40. Tauri. nu. 56. Padilla in rub. C. de fideicommiss. num. 4. & copiosiùs, quàm alij, Molina lib. 2. de primog. cap. 1. num. 3. quibus subscribit Sotus. 4. de iust. q. 5. art. 1. ad. 2. Id quippe in ornamentum & robur reipublicæ cedit, cuia interest, illustres ac diuites familias, procereſq; & optimates habere, qui belli ac pacis tempore ipsi deseruiant, camq; gubernent & tueantur, ac veluti ossa & nerui ipsius sint. Id etiam in totius familiæ, ea primogenia instituentium, robur cedit ac firmamentum, dum, qui ad ea, tanquam familiæ caput, vocatur, cæteris suis opibus ac potentia præsidio esse solet ac iuuamini. Quæ sanè locum non haberent, si bona, ex quibus primogenia instituuntur, inter multos diuiderentur, integrumque possessoribus esset, ea subdiuidere, disipare, consumere, & alienare, vt ex se satis est manifestum. Perspicuitatis autem gratia, sequentes conclusiones sunt subijciendæ.

Prima est. In euentibus omnibus, in quibus in calce disputationis. 576. explanatum est, in his Castellæ, aut Lusitaniæ regnis, necessariam non esse facultatem Regis ad maioratus de bonis patrimonialibus instituendos, licitè in exteriori, & in conscientiæ foro, instituuntur. Probatur, quoniam leges horum regnorum omnibus de republica communes, quibus ea dispositio de omnibus suis bonis, aut de illorum parte, subditis in eis euentibus permittitur, iniustæ non sunt, sed rationabiles & æquæ, latæ ab habẽte ad id autoritatem; neq; in ea dispositione præiudicium vllum infertur legitimis portionibus, iuxta leges eorundem regnorum, ascendentibus, aut descendentibus debitis: ergo in exteriori, & in conscientiæ foro, licitè tales maioratus instituuntur: præsertim cùm, vt dictum est, id cedat in commune reipublicæ bonum, & in splendorem ac robur familiæ eum maioratum instituentis. Semper excludimus abusus, qui ex instituentium nequitia interuenire possunt, & loquimur de re ipsa in se, si nulla mala circunstantia inficiatur. Nihil enim est tam sanctum, circa quod, hominum nequitia, abusus interuenire non possint: ea tamen de causa res ipsa, quæ abusibus carere est nata, damnanda non est vt illicita. Quarè, si quis auiditate memoriam sui nominis relinquendi, aut sublimandi aliquem ex suis filijs, vel propinquis, suamq; exaltandi familiam, iniustè,

Prima cõclus.

iniustè, aut inordinatè, aliqua acquirat, vel eas eleemosynas, aut opera alia pia non faciat, ad quæ, pro sui status & qualitate bonorum (vt si ecclesiasticus sit) aut ratione indigentiæ proximorum, tenetur, atq; ex bonis ita malè partis, aut peruersè retentis, & in alijs rebus pijs insumendis, maioratum instituat, id quidem illicitum erit ex his prauis circunstantijs, & ex nequitia instituentis; non verò, quòd per se, seclusis malis circunstantijs, illicitum in se sit instituere maioratum. Non item negamus, sæpe consultius, longeq; melius esse, aliter de eiusmodi bonis disponere, quàm instituere maioratum; sed, quod contendimus, est, hoc malum & illicitum non esse, sed bonum in se. Intendere verò sui nominis memoriam, propriæque familiæ splendorem, atque exaltationem, malum sanè non est, si appetitus eius rei moderatus sit; etiam si multa alia ex eis bonis fieri possent Deo gratiora, reipublicæ vtiliora, & propriæ saluti spirituali longè cõmodiora. Hanc totam conclusionem intendit Molina vbi supra à. nu. 5. vbi rectè infert, licitè in Castella patrem instituere posse maioratum filio suo naturali, aut nepoti ex illo, de omnibus suis bonis, aut de parte eorum, quam voluerit, quando descendentibus legitimis caret, esto habeat ascendentes legitimos: quoniam, vt disput. 166. dictum est, licèt in eo euentu tali filio, aut nepoti, legitimam non debeat, relinquere tamen illi potest omnia sua bona, aut partem eorum, si voluerit. Idem dicendum est de iure communi, & in Lusitania, si is filius, aut nepos, non esset hominis plebeij, quo ad portionem, quam de iure communi, aut Lusitaniæ, disputatione citata explicatum est, posse illi liberè in eo euentu relinquere; cùm tamen eam illi tunc relinquere non teneatur.

Secũda cõclus. 4 Secunda conclusio. Si maioratus institutor alios descendentes, aut ascendentes habeat, quibus portio legitima in ipsis suis bonis debeatur, atq; de bonis ita illis debitis, sinè Regis facultate, & sinè præuio eorum legitimo consensu, modo disputatione sequenti explicando, maioratum instituat, tunc vtique illicitè atque inualidè eum constituit, tam in conscientiæ, quàm in exteriori foro.

Hæc notissima est, eamq; affirmat Molina vbi supra. num. 9. Cùm enim leges, quæ legitimam portionem in bonis alicuius descendentibus, aut ascendentibus illius tribuunt, iustæ ac validæ sint, irritumq; & inane reddant, quod in contrarium fuerit attentatum, vt disp. 158. &. 159. dictum est; vtiq; ea institutio, quatenus sine Regis facultate, aut legitimo consensu eorum, quibus legitima debetur, facta fuerit de legitimis eius debitis, illicita, iniusta, atq; inualida erit, tam in conscientiæ, quàm in exteriori foro.

Tertia cõclus. 5 Tertia conclusio. Quando maioratus institutor descendentes habet, quibus legitima portio in bonis ipsius ex legum præscripto debetur, siue Rex illi facultatem concedat instituendi maioratum de omnibus suis bonis, relinquendo cæteris liberis competentia alimenta, vt fieri consueuit, siue concedat facultatem instituendi maioratum de omnibus suis bonis, non exprimendo vt cæteris liberis competentia alimenta relinqueret, semper relinquenda sunt cæteris competentia alimenta, attenta ipsorum qualitate, quin & fœminis competens dos in ratione alimentorum relinqui debet, vt nubere, pro ratione sui status, competenter possint. Quòd si aliter instituatur maioratus, neque competentia alimenta relinquantur cæteris liberis, iniqua & inualida est ea institutio, tam in conscienaiæ, quàm in exteriori foro, quatenus competentia alimenta aliorum contigerit, eatenusque reuocabitur, moderamenq; illi adhibebitur, etiam in foro exteriori, quatenus fuerit satis, vt cæteris liberis relinquantur competentia alimenta. Iniquam autem reputo facultatem, quæ contineat, vt de omnibus bonis constitui possit maioratus, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta: neque tutus esset in conscientia, qui, vi illius, maioratum instituet, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta, moderamenq; princeps adhibere deberet in foro exteriori. Imò arbitror in Castella, vbi legitimæ filiorum sunt solùm octo partes ex quindecim, & septẽ parentibus liberæ relinquuntur, vt ex illis pro libito instituere possint maio-

ratum, raro concedi debere facultatem, A
vt in maioratus institutione contingantur legitimæ reliquorum filiorum, præter legitimam eius filij, qui ad eum maioratum immediatè vocatur.

Tres priores partes affirmat Molina cum pluribus; alijs, quos citat, vbi supra, à num. 10. ealq; intelligit, etiam quando filij habent alunde competentia alimenta. Et prima, vnà cum tertia, nempe quòd quando facultas continet, vt reliquantur cæteris liberis competentia alimenta, iniqua & nulla in conscientiæ, & in exteriori foro, sit institutio, quæ competentia alimenta eis non reliquerit, revocandaq; sit, ac moderamen sit illi adhibendum, quantum satis sit, vt reliquis liberis competentia alimenta relinquantur, notissimè ex se sunt. Etenim cùm, secluſa ea facultate, reliquis liberis non sola competentia alimenta, sed etiam integrè legitimè, ex legum præscripto in conscientiæ & in exteriori foro sint debitæ, sanè, si contra facultatem concessam, institutio maioratus competentia alimenta cæteris liberis non relinquat, iniqua ac nulla ea est in conscientiæ, & in exteriori foro, ac proinde revocanda ac moderanda erit, ita vt competentia alimenta C
relinquat.

Secunda item pars, vnà cum tertia, nempe quòd quando facultas continet, vt de omnibus suis bonis possit instituere maioratum, non exprimendo vt cæteris liberis alimenta competentia relinqueret, iniqua sit & nulla in conscientiæ, & in exteriori foro, ea maioratus institutio, quæ competentia alimenta eis non reliquerit, sitq; revocanda ac moderanda, quantum satis sit, vt reliquis liberis competentia alimenta relinquantur, aut à maioratus possessore eis præstentur, ex eo facilè probantur, quòd in D
concessione illa absoluta, intelligenda sit clausula & conditio apponi consueta, sinè qua esset iniqua, vt scilicet reliquis liberis competentia alimenta relinquantur. Et quoniam rescripta, & concessiones principum, ita sunt semper exponenda, vt nihil iniquum & contra rectam rationem constineant, vt cum glos. 3. cap. paratus. 23. quæst. 1. & plerisq; alijs, quos citat, rectè Molina vbi supra num. 13. ait, concinitq;. l. 27. titu. 18. part. 3. versus finem.

Quartam verò partem, quòd scilicet iniqua sit facultas, quæ contineat, vt de omnibus bonis constitui possit maioratus, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta, neq; tutus esset in conscientia, qui, vi illius, maioratum instituerit, non relinquendo cæteris liberis competentia alimenta, moderamenq; princeps in foro exteriori ei institutioni adhibere deberet, ex eo probare conatur Molina vbi supra nume. 14. quòd arbitretur, de iure naturali esse, teneri patrem relinquere filijs legitimam vsque ad competentia alimenta eis necessaria, secus verò quoad excessum, ac proinde quòd quamuis princeps dispensare possit cum patre in lege positiua, qua certa quota bonorum ipsius est eis debita in legitimam, vt ea lege non obstante possit instituere maioratum, contingendo eorum legitimas, non tamen possit dispensare, vt non accipiant tantum legitimæ, quantum satis sit ad competentia alimenta: quoniam id esset dispensare in iure naturali, ad quod non se extendit principum potestas. Ego verò quamuis arbitrer, de iure naturali esse, patrem, si possit, prouidere filijs de alimentis, sine quibus viuere non possint, quando ea aliunde non habent, neq; sua industria & labore sibi illa comparare possint, satisq; congruum esse existimè rationis rectę ductui, seu instinctui ac propensioni naturali, qua parentes propendent, vt filijs thesaurizent, eisq; parent vnde, absq; vlla indigentia, splendidè viuant; non tamen arbitror esse de iure naturali, vt alimenta, etiam necessaria ad vitam tuendam, illis relinquant, aut tribuant, si aliunde ea habeant, aut sua industria & labore comparare illa possint, nedùm vt competentia alimenta illis relinquant, vnde accommodatè ad paternas diuitias, honoremque, & statum suum, ac parentum, temporalem hanc & caducam transigant vitam: præsertim cùm, quòd vnus in republica lautiùs & & splendidiùs, quàm alius, viuat, altiorisq; sit status & conditionis, quàm alius, nihil ad ius naturæ attineat, quo solo spectato, nullus mortalium maior est alio, neque illi debetur splendidior & lautior vita, quàm alijs. Quarè aliunde partem conclusionis propositam mihi persuadeo. Nempe, quòd cùm leges, quæ cor-

tam

tam quotam bonorum parentum præscri- A
bunt filijs in legitimam, vnde sustentétur, & familiam assumant, æquæ sint, rectæque rationis ductui, ac propensioni naturali, qua parentes filijs thesaurizant, eosq; perducere conantur ad statum, in quo non egeant, valdè sint consentaneæ, in publicumque reipublicæ bonum cedant, & omnibus de republica communes sint, per easque filij ius sibi ad suas legitimas portiones comparauerint, recta ratio, æquitasque non patiatur, vt in detrimentum ipsorum, princeps vsque adeò dispenset in iuribus, quibus legitimæ portiones ipsis sunt debitæ, vt neq; congrua alimenta, iuxta opes, statum, ac conditionem parentum, ad ipsos per obitum B
parentum deueniant: maximè cùm non multum reipublicæ expediat multiplicatio maioratuum, imò fortè esset longè vtilius, non tot multiplicari, quot re ipsa multiplicati sunt, & in dies multiplicantur: & cùm plus satis multiplicentur, non contingendo legitimas aliorum filiorum, nedum non ita eas etiam contingendo, vt neque competentia alimenta ex magnis parentum opibus cæteris filijs relinquantur.

Vltimam verò partem ex eo mihi persuadeo, quòd cæteri liberi ius ad suas adeò moderatas portiones comparatione bonorum omnium suorum parentum vi legum æquissimarum, omnibusque de republica communium, compararunt; neque æquitas patiatur, vt princeps, in tantum eorum detrimentum, dispenset in eis legibus, iusque illud ab ipsis auferat; cùm, vt proximè dictum est, maius bonum reipublicæ sit, portiones legitimas singulis liberis tradi, quibus, accommodatè ad opes paternas, competenter viuant, quàm multiplicari & augeri maioratus, cum ipsorum detrimento: præsertim cùm sufficienter maioratus multiplicentur & augeantur, secluso D
eo cæterorum liberorum detrimento, vt etiam proximè dictum est. Equidè, quòd princeps in eo dispenset, quòd legitima eius, qui ad maioratum vocatur, vinculo primogenij subijciatur, etiam quando nullus alius est descendens, omniaque bona parentum in hoc Castellæ regno, iuxta communem, probabilioremque sententiam, pertinent ad legitimam talis filij, præter quintum, idque siue parentes simul maioratum ex quinto, aut ex parte quinti, instituant, siue non, non adeò graue præiudicium tali filio inde sequitur, vt dicendum sit, illicitam, irrationabilemque esse eam dispensationem; quandoquidem tota legitima eidem filio manet, tametsi vinculo primogenij alligata: multò verò minus detrimentum illi sequitur, si parentes nepotem ex eo filio habeant; siquidem ex tertio & quinto instituere possent maioratum in nepote, excluso filio ab eo maioratu: & multò adhuc minus detrimentum illi sequitur, si fratrem, aut fratres, haberet; quoniam, vnà cum maiori, aut cum minori sua legitima, quò plures fratres haberet, acciperet in maioratum tertium, aut etiam quintum bonorum parentum; cùm tamen posset à parentibus excludi à tertio & quinto. Cæterùm quòd, si sint duo filij, vnus excludatur ab accipiendis integris quatuor partibus ex quindecim bonorum parentum, quæ ad ipsius legitimam spectant, vt alius plusquam ex vndecim partibus suæ legitimæ, & tertij ac quinti bonorum patris, obtineat maioratum, sanè æquitas id non patitur: & multò minus æquitas patitur, vt si sint tres filij, duo excludantur, singuli quidem à minore C
portione suæ legitimæ, at ambosimul à maiori portione, vt maioratus alterius, institutus ex sua legitima & tertio ac quinto parentum, viterius augeatur: neque sanè id ego principibus consulerem, vt in eo dispensarent. Scio Molinam vbi supra, præsertim. numer. 26. Couarruuiam. numer. 5. citato Anton. Gom. l. 40. Tauri. numer. 57. & plerosque alios, contrarium affirmare, ductos, quòd lex, quotam legitimæ statuens, de iure sit humano, possitque proinde princeps in illa dispensare. Scio item receptum id esse in praxi ex eo fundamento, & ex autoritate eorum doctorum. Mihi verò, quod dixi, plus placet. Fundamentum verò in contrarium, locum non habet, quando vi legis humanæ comparatum est ius tertio; & quando dispensatio non cedit in maius commune bonum, quàm sit bonum, quod persistit, secluſa ea dispensatione, & quàm sit, quod impeditur, adhibita ea dispensatione: in re autem proposita ius est quæsitum filijs vi legis humanæ omnibus communis; neque dispensatio cedit in maius bonum publicum, vt ostensum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarta doctorum concluſ. 7

Doctores hanc quartam concluſionem communiter ſtatuunt. Quando aliquis omnino caret deſcendentibus, habetque aſcendentes, licitè maioratum inſtituit ex principis facultate de omnibus ſuis bonis, priuando aſcendentes legitima in bonis ipſius debita. Ita communis ſententia, quam Molina vbi ſupra, num.28.refert. Ducuntur illo communi argumento, quòd legitima portio in bonis deſcendentium, ſolum ſit aſcendentibus debita iure & ſtatuto humano: princeps autem diſpenſare ex rationabili cauſa poſsit, vt is legitima priuetur, cui iure humano eſt debita. Meritò Couar. numer. citato ait, aſcendentibus debita eſſe à deſcendentibus alimenta iure naturali, ſi ea non habeant, ac proinde conſentiet, neque ex regia facultate poſſe inſtitui talem maioratum, niſi relictis eis alimentis, ſinè quibus vitam tranſigere non poſſent. Imò verò dubitandum non eſt, neceſſe eſſe vt minimum illis relinqui competentia alimenta vnde, acommodatè ad ſuam conditionem & ſtatum, congruenter tranſigant vitam, quod Molina vbi ſupra obſeruat. Qui etiam addit, cùm diſpenſatio, vt maioratus ex omnibus bonis inſtituatur, priuando aſcendentes legitima in eis bonis ex legum præſcripto ipſis debita, fieri non poſsit, niſi ex ſufficienti ac rationabili cauſa; ſufficiens autem & rationabilis non ſit, vt deſcendens in aliquo tranſuerſali maioratum inſtituat, qui non pertinet ad familiam ac ſoboleм ex ipſo propagandam, ſicut eſt legitima cauſa, vt inſtituatur in vno deſcendentium, in quo nomen & familia inſtitutoris conſeruetur; ſibi videri, non poſſe licitè eam facultatem concedi, niſi vt maioratus inſtituatur in aliquo aſcendentium, cui legitima debeatur, aut in fratre aliquo inſtitutoris, ad quem ab eo aſcendente deuenire deberet maioratus. Ego verò, iuxta ea, quæ in probatione duarum vltimarum partium concluſionis præcedentis dicta ſunt, exiſtimo, quòd, cùm ius ſit quæſitum aſcendentibus ad ſuas legitimas portiones ex eis bonis vi legum æquiſsimarum, omnibusque de republica communium, quæ in recompenſationem legitimarum, quæ filijs debentur ex bonis paternis, parentibus eas legitimas in bonis filiorum conceſſerunt, quando filij deſcendentes non haberent, præſertim cum ſæpe ea bona à parentibus in filios emanarint, & filij ſuum eſſe à parentibus acceperint; neque vtilitas tanta ſit boni communis, aut inſtitutoris maioratus, ea etiam via maioratus multiplicari ex legitima parentibus debita; nefas eſſe principibus diſpenſare cum deſcendentibus, ſinè aſcendentium conſenſu, vt maioratus inſtituatur ex portionibus aſcendentibus debitis, etiamſi in vno aſcendentium inſtitueretur ex legitima alteri debita. Quando autem vni tantùm aſcendentium legitima deberetur, in eoque maioratus inſtitueretur, & poſt eum vocaretur ad maioratum filius maior natu eiuſdem aſcendentis, aut filius, quem aſcendens vellet, tunc, quia id in modicum, aut nullum, detrimentum talis parentis cederet, poſſet princeps diſpenſare, vt maioratus, etiam ex legitima ei parenti debita, inſtitueretur.

Quinta concluſio. Si habens deſcendentem, aut aſcendentem, cui legitima in bonis ipſius debeatur, maioratum ſinè Regis facultate inſtituat de ea legitima, & alijs ſuis bonis, ad quem vocet eum, cui ea legitima debetur, ſub ea tamen lege ac conditione eum maioratum inſtituat, vt ſi is, cui ea legitima debetur, conſentire velit in eo grauamine, obtineat maioratum; alioquin accipiat ſolam ſuam legitimam, & incrementum deueniat ad alium; tunc, ſi ille expreſsè conſentiat in eo grauamine circa ſuam legitimam, aut tacitè maioratum integrum acceptando cum ſcientia, quòd maioratus ſit ita inſtitutus, valida eo ipſo eſt ea inſtitutio, legitimaque, vnà cum incremento, alligata manet vinculo maioratus: ſi verò non conſentiat, liberam tunc accipit ſuam legitimam, & in incremento ſuccedit alius. Concluſio hæc ex ſe eſt ſatis perſpicua, & conſtat ex ijs, quæ diſp. 177. à nobis dicta ſunt. Rectè verò Couar. cap. Raynaldus de teſt. §. 2. num. 4. ait, in hoc euentu, validum eſſe pactum filij cum patre, & conſenſum filij in eo grauamine viuente patre, pro eo emolumento: quoniam non conſentit gratis in eo grauamine, & quaſi imminutione ſuæ legitimæ, ſed pro emolumento maximo.

Quinta concluſ. 8

Sexta concluſ. 9

Sexta concluſio. Si quis maioratum ſinè Regis facultate inſtituat de legitima debita filio, quem non ſuum iura vocant, aut alicui aſcendenti, & de alijs bonis,

nis, ad quem vocet eum, cui talis legitima debetur, non appoſita conditione, de qua præcedente concluſione habitus eſt ſermo, valida eſt de iure communi inſtitutio quoad incrementum, non verò quoad legitimam, ſed legitima manet liberaab eo vinculo. Idem, iuxta communiorem ac veram ſententiam, eſt dicendum hodie de eodem iure commnni, eſto filio ſuo ſit debita ea legitima, iſque ſimilirer vocatus ſit ad eum maioratum. De iure verò Caſtellæ, ſi legitima ſit debita filio ſuo, vel emancipato, iſque vocetur ad maioratum, ſuccedit quidem in omnibus illis bonis, legitima tamen, & incrementum, libera manent ab eo vinculo & grauamine. Hæc concluſio tota aſſerta & probata à nobis fuit diſp. 177. citata, eaque de cauſa non plura hac de re hoc loco dicimus.

SVMMARIVM.

1 SICVT *inualidum eſt pactum, quo quis ſibi adimit facultatem teſtandi: ita de iure communi inualidum eſt pactum, quo quis filiæ promittat, ſe æquali portione inſtitutorum eam hæredem cum filio: aut quo quis promittat, nullum filiorum melioraturum præceteris, aut æqualiter diuiſurum omnia bona inter filios.*

2 *Pacta hæc valida redduntur, ſi iuramento confirmentur.*

3 *In hoc regno, ſi quis contractu inter viuos promiſit, ſe non melioraturum aliquem ſuorum deſcendentium, eaq; de re confecit ſcripturam publicam, valet pactum, eſtq; inualida ea melioratio, ſi illam efficiat. Idem eſt ſi ſinè ſcriptura publica id pactum confirmet iuramento. Poteſt etiam probari teſtibus fuiſſe factum ſcriptura publica, ſi fuit deperdita.*

4 *Promiſsio in hoc regno facta circa melioration alicuius deſcendentium in tertio & quinto cauſa matrimonij, aut ex alia oneroſa, valet. Si autem non fiat, facta cenſetur mortuo, qui illam efficere promiſit.*

5 *Qui validè promitteret non meliorare filium, cenſeretur promittere non meliorare nepotem, neque alium deſcendentem.*

6 *Pactum de meliorando filio, aut filia, cauſa matrimonij, eſto cum ipſismet fiat, & eſto poſteà illud remittat alius, qui cum ipſis intuitu talis pacti contraxit, aut diſcedat ſinè liberis, valet.*

7 *Si is, cui facta eſt promiſsio de eo meliorando ex cauſa oneroſa, aut inſtrumento publico de non relinquendo alteri maiorem portionem, moriatur non relicta ſobole, expirat pactum: ſecus ſi ſobolem relinquat.*

8 *Vt eiuſmodi promiſsiones obligare deſinant, non ſatis eſt remiſsio eius, cui factæ ſunt, ſi alter vi illarum cum eo contraxit, etiam ſi ea remiſsio iuramento confirmetur: ſed vtriuſque eſt neceſſaria remiſsio, ac ſufficit.*

9 *Eiuſmodi promiſsiones inualidæ ſunt iam hodie poſt legem Caroli quinti in fauorem dotis filiæ factæ vlera illius legitimam matrimonij cauſa. Secus comparatione filiorum, & etiam filiarum ad ingrediendum monaſterium, & ad alia oneroſa.*

10 *Si iuramento poſt eam legem Caroli quinti, ſe aſtrinxiſſet parens in augmentum dotis filiæ, non meliorare aliquem filiorum, aut meliorare filiam per vltimam voluntatè, nulla ex tali iuramento conſurgeret obligatio.*

11 *Renunciatio ſucceſsioni in bonis eius, in quibus renuncianti legitima debetur, vno è tribus modis fit.*

12 *Nihil impediente renunciatione, vt pote nulla ipſo iure, facta in totum, aut in parte ei, in cuius bonis renuncianti legitima debetur, ſuccedit renuncians in integram ſuam legitimam, & ab inteſtato in maiori portione, ſi maior portio ab inteſtato illum contingat. Quin renunciatio facta ei, in cuius bonis nihil debetur, nihil impediquominus renuncians ſuccedat illi abinteſtato, & ex teſtamento.*

13 *Renunciatio, qua renuncietur legitimæ, aut ſucceſsioni, ſub iuramento, nec vi, nec dolo, nec metu extorto, valida eſt, & quam latè intelligenda. Excipiuntur renunciationes, de quibus diſput. 149. dictum eſt.*

14 *In præcedenti euentu, nec nepotes ſuccedunt auo, cuius ſucceſsioni pater eorum renunciauit, eſto illorum pater ſit mortuus ante auum, niſi iuramentum iniuſtè ex ipſorum patre fuiſſet extortum: nam tunc ſuccedunt.*

15 *Si filius, aut filia, ante ingreſſum religionis paternæ hæreditati cum iuramento renunciauit, etiam ſi parens poſt profeſſionem talis filij moriatur, non ſuccedit monaſte-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nasterium hæreditati ita renunciatæ.

16 Conditio, si ingrediar religionem, non vitiat renunciationem hæreditati iuramento confirmatam, factam sub ea conditione.

17 Non censetur grauis læsio monasterij, aut religiosi, si prædicto modo, qui religionem ingredi vult, renunciet, reseruata solùm quinta, aut minori parte illius, nec proinde locum habet restitutio in integrum.

18 Quando filius, aut filia, validè hæreditati maternæ renunciassent, antequàm dominium illius consequerentur, siue paterfamilias ipsorum renunciationi consentiret, siue non, vsusfructus illius ad patrem nõ spectaret. Si verò dominium illius consequerentur, pater compararet vsumfructum illius, etiamsi renunciationi validæ pater cõsensisset.

19 Quando filius, aut filia, validè cum iuramento renunciat hæreditati paternæ, attendi debet causa, ob quam renunciat: quoniam sub conditione illius censetur renunciare, eaq; proinde cessante, inualida redditur renunciatio. Et multa circa id expenduntur.

20 Renunciauerit licèt quis validè hæreditati alicuius, succedere tamen eidem potest per alium, ad quem deueniat, vt per suum fratrem, esto is illam non adiuerit, sed transmittat.

21 Renunciauit si quis validè patris hæreditati, si ille ad secundas nuptias transeat, eaq; ratione bona, quæ pater ex priori vxore accipiet, diuidenda sint inter filios illius, is filius succedit in portione, quæ ex matre ita ipsum contingit.

22 Renuncians hæreditati paternæ, non censetur renunciare ijs, quæ non deferuntur iure hæreditario, vt maioratui, feudo, & emphyteusi non hæreditarijs, nisi aliud de mente renunciantis constet.

23 Renuncians cum iuramento hæreditati paternæ, etiã fidicat ex testamento, si tamen à patre hæres instituatur, succedit & transmittit eam hæreditatem.

24 Renunciatio hæreditati iuramento confirmata, non reuocatur natiuitate filiorum renuncianti.

25 Renunciatio successioni in bonis alicuius iuramento confirmata, non redditur ex eo nulla, quòd renuncians ignoraret, iure ciuili esse nullam secluso eo iuramento.

26 Renunciantem cum iuramento successioni esse minorem, etiam impuberem, non auferet validitatem à renunciatione non extorta per iniuriam.

27 Renuncians paternæ successioni cum iuramento, validè renunciat, esto filius familias sit, nec alioquin valeat donatio facta ab eo patri.

28 Renunciauit si quis per vim, metum, cum iuramento successioni, licèt inde ius non comparet is, in cuius fauorem est renunciatum, & relaxare debeat id iuramentum; ante relaxationem tamen, qui iurauit, contrauenire non potest ei renunciationi.

29 Metu si facta sit renunciotio, etiam reuerentiali, quousq; inualida, inualidusq; quo ad id sit maioratus ex eis bonis institutus.

30 Renunciatio iuramento confirmata & dolo extorta, vt falsis promissionibus, aut falsis persuasionibus, inualida est, neq; est tunc necessaria relaxatio iuramenti.

31 Quando in renunciatione successioni iuramento confirmata, læsio renunciantis interuenit, vt explicetur, an validа sit, & an læso subueniatur, distinguitur, quando renunciatio dicatur gratuita, & quando contractu ex parte oneroso.

32 Renunciatio successioni iuramento confirmata, si facta sit vero animo condemnandi, quæ retinentur, aut incrementum, quod condonatur, comparat verum ius is, in cuius fauorem fit, esto renuncians minor esset, & locum non habet relaxatio iuramenti, neq; restitutio in integrum, nisi bonum commune contrarium postularet ob nimiam læsionem exignum iudicium, ac multam facilitatem, renunciantis.

33 Renunciatio legitimæ iuramento confirmata, non censetur comprehendere alimenta, si renuncians aliunde ea non habeat, nisi aliud exprimatur, aut intelligatur fuisse mentem renunciantis. Et de alimentis omnino necessarijs ad conseruationem vitæ esset nulla ea renunciatio iuramento confirmata.

34 Si cũ iuramẽto renũcietur successioni, cõtractu mere oneroso, pro emolumẽto aliquo, & læsio quæcunq; interueniat, attento pretio, quo ea successio æstimaretur, quando ei renunciatum fuit, inualida quoad incrementum est talis renunciatio in conscientæ foro. Et is, cui facta est, relaxare tenetur iuramentum, aut superior illius: ante relaxationem verò contrauenire renunciationi non potest.

35 In hoc eodem euentu in foro exteriori pube-

beri non conceditur actio, esto læsio sit vltra, aut infra, dimidium iusti pretij, neque conceditur remedium legis. 2. C. de resc. vend. (excipe in Lusitania, si iuramentum adhibitum sit sine Regis facultate) Deberet tamen relaxari iuramentum, & concedi actio, si læsio sit vltra, aut infra, dimidium iusti pretij.

36 Si minor solùm confirmet iuramento contractum, aut renunciationem onerosam, in quibus sit læsus vltra dimidium iustæ æstimationis, neque addat vnde sufficienter exprimat, renunciare beneficio. l. 2. C. de resc. vend. agere poterit ex. l. 2. Expediret tamen, vt relaxaretur iuramentum, & id in conscientia esset necessarium, si se intendit obligare neque inde agere. Idem de maiore, si iuramento confirmauit actum, secluso iuramento nullum.

37 Renunciatio legitimæ, aut parti illius, consensusve in id, si fiant, non quidem ante testamentum, sed in ipsa testamenti confectione, aut post illud confectum, valida sunt, etiam si iuramento non confirmentur, neque poterit agi postea aduersus testamentum, in quo ita sit præteritus, aut exhæredatus, esto neque hæc, neque alia causa sit in eo inserta. Et in quo euentu non sufficiat tacitus consensus renunciationis partis legitimæ, sed requiratur expressus. Et in quo alio esset testamentum nullum, esto approbaretur post testatoris mortem, nisi approbaretur in ipsa confectione testamenti, aut in eo insereretur causa exhæredationis, aut præteritionis.

38 Renunciatio legitimæ, aut parti illius, in fauorem cohæredis, aut cohæredum, valida est, etiam si iuramento non confirmetur, modò accedat ad id consensus eius, in cuius bonis debetur, & in eo perseueret vsque ad mortem. Idem de quocunque pacto circa successionem in bonis illius. Sine tali verò consensu, inualida est renunciatio, & pactum circa successionem in bonis illius, etiamsi iuramento confirmetur, & sub pœna amissionis hæreditatis fisco. Idem est de quacunque dispositione rei ita obtinendæ, etsam si hypothecæ subijciatur, sinè consensu eius, cuius ad hoc est.

39 Pactum futuri hæredis cum creditoribus eius, cui hæres esset futurus, ne ab ipso exigerent ea debita, validum est sinè eius consensu, cui successurus est. Secus de pacto, quo debitoribus illius remitteret debita.

40 In pactis, quæ dicta sunt valida esse accedente consensu eius, cui est succedendum, & perseuerante in eo vsque ad mortem, si is iurauit, non reuocare eum consensum, tenetur sub reatu periurij illum non reuocare. Si id non iurauit, nihil impedientibus iuramentis, quibus hæredes, aut cohæredes illa firmassent, posset reuocare consensum, & irrita eo ipso redderentur, neq; obligarent cohæredes.

41 Renunciationes, de quibus est dictum validas esse sinè iuramento, si factæ sine dolo sint à minore, subueniuntur ei circa illas restitutione in integrum. Quo remedio careret, si illas iuramento confirmauit.

42 Dicta circa primum renunciationis modũ, quousq; locum habeant circa secundum & tertium.

43 Maioratus quousque institui possint ex legitimis filijs ac filiabus debitis, etiam sinè regia facultate, renunciantibus filijs ea in parte suis legitimis. Et quem faciẽt maioratus ex eis instituti, columnijs subiacent.

Maioratus institutio ex legitimis alijs debitis, quando valida sinè Regis facultate, ex consensu eorum, quibus legitimæ illæ debentur. Et quædam alia rei huius occasione examinantur. Disput. 579.

INtegra explanatio eorum, quæ disputatione præcedẽte dicta sunt, examen cõsilagitat eius, quod primo loco est propositum. Eius tamen occasione simul libet examinare, quousq; validum sit, aut non sit, pactum circa successionem in bonis alicuius.

Quemadmodùm de iure ciuili inualidũ est pactum, quo quis sibi facultatẽ testãdi eo modo, quo voluerit, adimit, ac proinde quo se astringit, vel aliquem instituere hęredẽ, vel non reuocare suũ testamentũ, vt disp. 151. dictũ est; qua etiã ratione inualida est donatio omnium bonorum præsentium & futurorũ, quia per eam sibi facultatẽ testãdi eo ipso adimit, vt disp. 280 explicatum est: ita quoq; eodem ciuili iure nullum est pactum, quo quis filiæ promittit, se ex æquali portione institutũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam hæredem cum filio, esto in instrumento dotali, atq; ex causa onerosa matrimonij cum tali filia, id pactum efficiat, atque adeò iure ciuili inualidum est pactũ, quo quis promittit, nullum filiorum meliorare aut exheredare: quoniam eo ipso sibi libertatem adimit, quæ sibi naturali ac gentium iure competit, testandi de eis suis bonis, quæ ciuili iure in legitimam filiorum deputata non sunt, vt voluerit. Ità habetur expresse. l. pactum quod dotali. C. de pactis, & affirmat communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. capit. quanuis pactum part. 3. in prin. num. 2. Ant. Gom. l. 22. Tauri. num. 19. & Gutier. de iur. confir. par. 1. capit. 59. a num. 1. Idemq; esset, si pactum contineret, vt donatione inter viuos æqualiter omnia bona sua præsentia & futura diuideret inter filios: quia similiter sibi auferret libertatem testandi: secus verò, si pactum contineret, vt æqualiter donaret aliqua inter viuos filijs, relinquendo sibi alia bona, vnde libere inter eos testaretur, vt Gutier. ibidem, cum alijs, rectè affirmat.

Vtrum autem pactum illud, quo quis filiæ promittit, se instituturum illam hæredem in portione æquali cum alijs filijs, aut quo promittit se nullum filiorum melioraturum, validum reddatur, si confirmetur iuramento. Communis doctorum sententia cum Bart. & alijs, quos in simili quæstione disp. 151. citauimus, negat: quoniã patrem auferre sibi eam testandi libertatem, est contra bonos mores: iuramẽtum autem de re contra bonos mores, seu illicita, est nullum. Proculdubio tamen dicendum est cum Baldo, Couar. cap. quanuis pactum, part. 3. in initio. num. 2. & 8. veri. vlt. & cum alijs, quorum sententiam amplectitur Gutier. vbi supra, num. 7. red divalidũ ac firmũ (Excipe in Lusitania, si iuramentũ de facultate regia adhibitũ non sit, iuxta ea quæ disput. 149. dicta sunt.) Id quod satis est perspicuũ ex dictis disp. 151 & 280. Neq; enim id est cõtra bonos mores, quasi illicitum sit, quenquam facultatem testandi, sibi competentem stando in solo naturali ac gentium iure, restringere, aut prorsus adimere, vt præsertim disp. 151. copiosè ostensum est: sed solùm est minimè consentiens cum moribus, quos iurisconsultis visum est, esse debere in bene instituta republica: iuramentum autem de re non illicita, seruandum est. Adde, parentem id pacisecentem, non sibi omnino auferre facultatem testandi; quippe, nihil impediente eo pacto, relinquere possit filiæ plusquàm filijs, & id non impediat testari libere circa extraneos de parte suorum bonorum, quæ ad filiorum legitimas non pertinet.

In hoc autem Castellæ regno. l. 22. Tauri, quæ est. l. 6. titul. 6. lib. 5. nouæ collect. derogatũ est sanctioni legis, pactum quod dotali, dum prior eius legis pars sic habet. *Si el padre, o la madre, o alguno de los ascendientes, prometio por contracto entre viuos de no mejorar alguno de sus hijos, o descendentes, y puso sobre ello escritura publica, en tal caso no pueda hazer la dicha mejora de tercio ni de quinto, y si la hiziere, que no valga.* Vbi vides, posse aliquem in fauorem filiæ, aut cuiusuis filij, adimere sibi potestatem meliorandi alium, aut alios, atque adeò relinquendi illos hæredes in maiori portione, quàm fuerit ea, quam reliquerit ei, in cuius fauorem factum fuerit id pactum. Vt tamen id pactum valeat, & deroguet legi, pactum quod dotali, fieri debet in scriptura publica, vt apertè in ea. l. 22. dicitur, alioquin manet in sua vi lex. pactum quod dotali. Si autem pactum illud iuramento confirmaretur, validum esset, esto factum non esset in scriptura publica, sed in priuata, aut coram testibus, vel, illud confiteretur is parens, iuxta ea quæ suprà dicta sunt, & affirmat Gutier. vbi supra. num. 9. Neq; iudex ecclesiasticus, aut secularis, tunc relaxare posset iuramentum licitè, & sinè fraude, vi, aut metu, factum in fauorem tertij, vt disp. 149. dictum est. Si item pactum de non meliorando, factum esset in scriptura publica, & illa esset deperdita, poterit probari per testes, pactũ fuisse factũ in scriptura publica, argumento. l. testiũ. §. vlt. C. de test. & affirmat communis doctorum sententia, quam Anton. Gom. ibidem. numer. 28. refert ac sequitur, & constat ex dictis disp. 448.

Eadem quoq; lex in posteriori sua parte derogat legi, pactum quod dotali, dum sic habet. *Y assi mismo mandamos, que si prometio el padre, o la madre, o alguno de los ascendientes, de mejorar a alguno de sus hijos, o descendientes, en el dicho tercio y quinto, por via de casamiento, o por otra causa onerosa alguna, que en tal caso sean obligados a lo cumplir y hazer: y si no lo hizieren, que passados los dias de su vida, la dicha mejoria y mejoras, de tercio y quinto, sean auidas por hechas.* Vbi etiam vides, posse etiam quenquam sibi adimere facultatem testa-

testandi ad libitum de tertio & quinto, astringendose id totum relinquere vni filiorum ex causa matrimonij, aut ex quacunq; alia onerosa, & nihil illius relinquere alijs filijs, aut descendentibus: cum tamen in hoc eodem regno parentes solum de quinto possint liberè omnino testari, & de tertio solum inter suos descendentes, si plures vno habeant, vt habet communis ac probabilior sententia, neque, vt valida sit hęc posterior promissio, necesse est, vt fiat in scriptura pública. Si ergo pacta, de quibus hac lege est sermo, valida sunt, & vi huius legis derogant legi, pactũ quod dotali, nullo ad hibito iuramento, quo confirmentur, signum profectò est, ea non esse contra bonos mores, quasi illicitum aliquid contineant, ac proinde, esto hæc lex lata non fuisset, si iuramento confirmarentur, valida essent, nihil impediente lege pactum quod dotali, quæ illa nulla reddidit: pacta enim nulla, si mala nõ sint, vim ex iuramento acquirunt, vt disp. 149. copiosè probatum est. Ant. Gom. ad eandem legem. n. 20 multa verba prodigit, anxiè laborat, neq; se satis extricat, in defendenda æquitate eius legis. Nec id est mirum, cùm falsò existimet, contra ius naturale esse, quenquam sibi auferre facultatem liberè testandi, neque id vim habere, esto pactum, quo eam sibi auferat, iuramẽto confirmetur, vt disp. 151. &. 280. eum censere retulimus. Errat verò dum non attendit, nullam esse hanc consequentiam; stando in solo iure naturali ac gentium, facultatem habent homines testandi de suis bonis, vt libuerit, ergo contra ius naturale est, pacto sibi eam auferre. Sicut enim, stando in naturali ac gentium iure, dominus est vnusquisq; eorum, quæ possidet, & liberè de eis potest disponere, tum inter viuos, tum etiam vltima voluntate, & tamen non est contra ius naturale, quòd pacto illa efficiat alterius, transferendo in eum dominium illorum, aut quòd efficiat illa alteri debita, auferatq; proinde à se eam libertatem disponendi de eis: ita profectò non est contra ius naturale, quòd quis pacto à se auferat facultatem liberè de suis rebus testandi: sicut etiam non est contra ius naturale, quòd ciuile ius eam facultatem ab eo auferat circa portionem, quam esse voluit legitimam descendentium, aut ascẽdentium.

5 Circa priorem partem legis. 22. relatæ, est obseruandũ, qui promisisset illo modo non meliorare filium neq; etiam posse meliorare nepotem, aut alium descendẽtem. Quoniam in eo euentu eadem est ratio de nepotibus, & de filijs, eaque apertè fuit contrahentium intentio: in pactis autem voluntati & intento contrahentium est standum, & non fono verborum duntaxat; nomineq; filiorum, quando hæc cõcurrunt, descendentes omnes cõprehenduntur, etiam in materia odiosa. Ita Ant. Gom. ad eam. l. n. 27. Gutier. vbi supra, nu. 11. & alij, quos Gutier. citat.

6 Quod ad secundam partem eiusdem legis attinet, Ant. Gom. ibidem nu. 22. licèt rectè affirmet, modò pactum fiat ex causa onerosa matrimonij, aut alia, satis esse si tale pactum & promissio fiat filiæ, aut genero, eò quòd bona illa non quærantur genero, sed filiæ, tametsi cõmoditas vsusfructus ad generum pertineat; addit tamẽ, si pactum fiat filiæ, non cum genero, sed filiæ, vt melius contrahat, meliorẽmve & ditiorem maritum inueniat, nullum determinando, pactum esse nullum, esto posteà aliquis cum ea contrahat ductus eo pacto de illa melioranda. Contrarium tamen arbitror esse verum, modò sequatur matrimonium, causáve onerosa, sub cuius conditione est censendum factum. Etenim eo ipso, quòd pactum illud fit, vt illa meliorem ac ditiorem maritum inueniat, verè fit *por via de casamiento, o causa onerosa*; vt lex ipsa exigit ad pacti validitatẽ, esto non exprimatur cum quo in particulari, id matrimonium & causa onerosa celebrari debeat, & videtur consentire Gutier. vbi supra nu. 13. Bene autem Ant. Gom. ibidem num. 23. addit, eaq; in re consentit cum eo Gutier. vbi supra nu. 13. si posteà gener è vita discedat, etiam liberis non relictis ex eo matrimonio, aut si posteà gener remittat socero id pactum, validum tamen permanere comparatione filiæ: quoniam per id pactum filiæ quæsitum est ius ad eam meliorationem, esto intuitu generi, vt cũ ea contraheret, esset celebratum, imò esto cum genero, quatenus in ipsius cõmodum redundabat, neque volebat aliter cum ea contrahere, esset celebratum, argumento l. si post mortem. §. vlt. ff. de bonor. posse. cõtra tab. Hæc, quæ de promissione facta filiæ, vt nubat, dicta sunt, similiter locum hebent de promissione facta filio, vt aliquam ducat vxorem, aut ex alia causa onerosa, vt ex eadem lege liquet.

7 Si is, cui facta est ea promissio de eo me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

meliorando ex causa onerosa, vel cui in instrumento publico facta est promissio de non relinquendo alteri maiorem portionem hæreditariam, moriatur non relicta sobole, tunc integrum est patri, non seruare pactum, vt pote eo ipso finitum: secus verò, si sobolem relinquat: nam illa succedit in eo iure defuncto, eumq; repræsentat, ac proinde similiter cum illa est seruandum pactum, atq; cum defuncto fuisset seruandum. Ita Ant. Gom. vbi supra in calce. n. 24. &. n. 25.

8 Quando eiusmodi pacta facta essent, A vt alius contraheret matrimonium cum eo, cui aliquid tale promissum est, & secuturetur matrimonium, hoc alio id sciente, eaq; de causa contrahente matrimonium, tunc nó satis esset remissio eius, cui id promissum est, vt parens posset relinquere alteri filiorum maiorem portionem, aut eum meliorare, etiam si remissio esset facta cum iuramento ab eo, cui id esset promissum, sed necessarium esset, vt is quoq; remitteret, qui ea de causa cõtraxit B matrimoniũ. Ratio est, quoniam ea remissio, sinè cõsensu huius, cederet in iniuriã & detrimentũ huius, qui ea de causa cõtraxit, & de cuius interesse simul agitur, sibi etiã virtute promissio ex causa secũ onerosa, quarè sinè huius cõsensu esset inualida talis remissio, & mala, ac proinde non seruanda, esto iuramento esset confirmata. Remissio verò vtriusque eorum simul, etiam si filios haberent, valida esset, esto C per accidens in detrimentum filiorum redundaret. Ita Gutier. vbi supra. nu. 12. &. 13.

9 Carolus. 5. anno. 1534. in comitijs Madritij celebratis, respondendo ad. 101. quandam petitionem procuratorum ciuitatum, legem condidit, quæ est. 1. titu. 2. lib. 5. nouæ collect. & qua, præter alia circa dotes filiarum eorum, qui bona vinculata habent, sic statuit. *Mandamos, que ninguno pueda dar, ni prometer, por via de dote ni casamiento de l ija tercio ni quinto de sus bienes, ni* D *se entienda ser mejorada tacita, o expressamente por ninguna manera de contrato entre viuos: so pena, de todo lo que de mas, de lo aqui contendo, diere y prometiere segun dicho es, lo aya perdido, y pierda.* Dubium verò est, vtrum hæc lex, quæ posteriùs est lata, deroget quoad dotẽ filiarũ. legi. 22. Tauri quoad priorem, & posteriorem sui partem. Etenim quoad filios, quin & quoad filias ex alia causa, quàm dotis & matrimonij, vt ad religionem ingrediendam, perspicuum est, nihil illi derogare: cùm in his euentibus nihil ea lex. 1. loquatur. Paucis verò dicendum est cũ Gutier. c. 59. citato à. n. 14. & Baeça, quem citat, illi derogare, ac proinde inualidum esse pactum publico instrumento confectum, quo parentes se astringant, nulli filiorum relinquere maiorem portionẽ hæreditariã, quã filiæ, ad eã maritandã, possẽt; nihileo pacto impediẽte, meliorare quencũq; aliũ, aut quoscũq; alios ascendentiũ in integro tertio & quinto. Ratio est, quoniã pactũ illud verè esset cõtractus inter viuos via dotis ac matrimonij talis filiæ, quo ei promitteretur aliquid de tertio, aut quinto, vereq; illo conferetur meliorata expressè, aut tacitè, in aliquo tertij, aut quinti, vltra suam legitimam, quę omnia prohibentur, nullaq; reduntur ea lege. Longè verò apertius est, nullum esse pactum, quo promitterent meliorare filiã causa matrimonij in tertio & quinto, aut in aliqua eorum parte, vt ex se est satis perspicuum. Quin, si filiæ promitterent, aut traderent in dotem aliquid vltra legitimam, integrum eisdem parentibus posteà esset, disponere de toto tertio & quinto, meliorando aliquem, aut aliquos descendentes in illis, aut legando de quinto, quæ vellent, & meliorando de reliquo quinti, & de integro tertio, descendentem, aut descendentes, quos vellent, qui ita meliorati repeterent in eo C euentu à filia illa, quod vltra legitimam accepisset; eò quòd inualidè ac reuocabiliter ex præscripto legis primæ citatæ id accepisset. Solent verò, qui contractum celebrant, obtinere à Rege dispensationẽ in ea lege, vt illa non obstante, plus promittant, & tunc valide id efficiunt. Obserua tamen, quanuis prohibitum, cassumq; reditum sit, contractu inter viuos dare, aut promittere in dotem filię aliquid vltra legitimam; prohibitum tamen non esse, illã succedere ab intestato parentibus in portione æquali cum reliquis fratribus, neq; item prohibitum esse, patrem ex testamento illi relinquere æqualem portionem cum fratribus, aut maiorem, vel illam omnino meliorare in tertio & quinto. Quarè ex ijs, quæ ei filiæ obuenerunt per mortem parentum, rectè potest habere in dotem plus, quàm suam legitimam, esto ante mortem parentes ipsi egissent, pactíve essent, de ea maritanda cum tota ea dote, quicquid perperam cum Baeça Gutier.

vbi

vbi supra. numer. 17. in contrarium dicat. A Quando item filia à parentibus accepisset plus dotis, quàm esset sua legitima, aut id illi promisissent, vtique, si ex testamento patris tantundem, aut plus, illi obueniret, posset licitè totam eam dotem retinere, & exigere incrementum: quoniam iam tunc alio titulo, quàm dotis, id totum ei obuenisset. Similiter, si parentes ab intestato ex hac vita decessissent, & portio, quæ ei ab intestato ex illis obueniret, esset vltra suam dotem, esto dos excederet nudam suam legitimam, posset non solùm retinere integram suam dotem, sed etiam adducere B illam ad partitionem cum fratribus, vt longè maiorem portionem de bonis parentum acciperet.

10 Dubium verò est, vtrum, si pater iureiurando causa dotis ac matrimonij promittat, nemini filiorum se relicturum maiorem hæreditariam portionem, quàm filiæ, aut se tempore mortis meliaturum filiam in tanta, vel tanta quantitate, vel in toto tertio & quinto, teneatur id efficere, nihil impediente lege. 1. citata: an verò tuta consentia, nihil impediente eo iuramento, possit id non efficere, aut teneatur id non ef- C ficere. Gutier. vbi supra. numer. vltim. affirmat, non obligare in eo euentu iuramentum, vt pote factum in præiudicium filiorum, in quorum fauorem lex illa. 1. lata est; sed, petita priùs relaxatine eius iuramenti, posse parentes meliorare in toto tertio & quinto, aut in quanta parte illius voluerint, quencunque aliorum filiorum. Sanè, si iuramentum illud in eo euentu non obligat, necessaria non est relaxatio illius: si verò obligat, vtique, cùm parens, non meliorando quenquam aliorum filiorum, aut melirando filiam, vt sub iureiurando promisit, nullam iniuriam filijs faciat, sed potiùs iure suo vtatur, quo, etiam non præstito eo iuramento, licitè, nihil impediente lege. 1. citata, posset similiter vti, vt explicatum est, relaxari ei non poterit id iuramentum, nulla vi, metu, aut inuoluntariè præstitum in filiæ commodum, & in nullam cæterorum filiorum iniuriam. Ex hoc autem alio fundamento videtur potiùs non teneri illo iuramento, eoque proinde nihil impediente, posse in eo euentu meliorare, quem aliorum filiorum voluerit, in toto tertio & quinto, A aut in quanta parte eorum voluerit: quòd lex illa prima citata, non solùm irritum ac nullum reddit, *dar, o prometer, por via de dote, o casamiento de su hija tercio o quinto*, aut contractu inter viuos tacitè, vel expressè, eam meliorare, sed etiam id prohibet, atque illicitum reddit, vt patet ex illis verbis, *mandamos que ninguno pueda darni prometer, &c.* Et quoniam, in pœnam delicti, addit, *so pena, que todo lo que de mas, de lo aqui contendo, diere, o prometiere, lo aya perdido y pierda*, vtique videtur intelligendum fisco, cùm ea pœna nulli alteri applicetur: ad eam tamen pœnam, neque filia, neque parentes, tenentur ante latam sententiam: cùm autem exequutio rei fieri prohibitæ, illicita sit, sanè, esto iuramento sit promissa, nulla ex eo iuramento oritur obligatio, eò quòd vinculum iniquitatis non sit, ac proinde, ad id non exequendum, necessaria non est iuramenti relaxatio. Dicerem, cùm ea promissio, & iuramentum, facta fuerint intuitu matrimoni, rationemque habeant contractus onerosi inter viuos, implendi in testamento, ac tempore mortis; & tam promissio, quàm impletio, ac datio vltra legitimam ea via, prohibita sint parentem, qui id promisit, non teneri illud implere, nihil impediente iuramento, necessariamque non esse relaxationem illius. Addo tamen, nihil impediente eadem lege prohibitiua, atque illicitum reddente id promittere & implere ea via, posse parentem, absque veniali culpa, meliotare filiam illam, aut illi relinquere portionem æqualem cum cæteris filijs, alia via sibi licita, quatenus scilicet liberè per vltimam voluntatem potest disponere de suo tertio & D quinto, vt sibi libuerit, nihil eadem lege impediente. 11

Deinde dicendum est de actu, quo quis omnino, aut ex parte, renunciat successioni alterius, in cuius bonis portio legitima ei debetur, quo vsque validus sit, aut non. Et quidem eiusmodi renunciatio vno e tribus modis fieri poterit, quod ad rem præsentem attinet. Primò, pacto inito cum eo, cui succedere debet, quo in totum, aut ex parte, renunciat successioni illius, contentus, vt nihil ex bonis illius ipsi obueniat, aut vt solùm

lùm ei obueniat tantum, vel tantum, reliquum remittendo. Secundò, consentiendo in ipsomet actu testandi, aut post testamentum conditum in testamento, quo priuatur, aut legitima tota sibi debita, aut parte illius. Tertiò, pacto inito cum cohæredibus in fauorem ipsorum, aut alicuius eorum, vt priuetur tota sua legitima, aut parte illius, consenciente simul illo, in cuius bonis est succedendum.

12 Quod ad primum ex his tribus modis attinet, pactum illud & renunciatio est ipso iure nulla ob mala, quæ inde nata sunt euenire, ac proinde, eo pacto & renunciatione nihil impedientibus, succedit in integra legitima sibi debita, & ab intestato, in portione æquali cum alijs cohæredibus, siue renunciatio facta sit merè gratis, siue ex causa onerosa, vt si filia contenta tanta, vel tanta dote, renunciet reliquæ suæ legitimæ. Imò verò renunciatio successioni alicuius vniuersim est inualida, esto renuncianti non debeatur legitima in bonis eius, cuius successioni renunciat, vnde potest nihilominùs succedere illi, tam ab intestato, quàm ex testamento, si hæres ab illo instituatur. Ita habetur. l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæredi. l. vltim. ff. de suis & legit. hæredib. l. si quando. §. illud. C. de inofficios. testam. & .l. pactum dotali. C. de coll. affirmatque communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Anton. Gomez. l. 22. Tauri. numer. 1. Couar. capit. Raynaldus de testam. §. 2. in calce. numer. 2. & capit. quanuis pactum, part. 3. in initio. numer. 1. & Molina libr. 2. de primog. capit. 3. num. 5. dictumque ex parte est disp. 149. &. 175. §. dixi. Est verò similiter nullum pactum & renunciatio, qua ascendens similiter renunciet legitimæ, quæ sibi debetur in bonis descendentis, vt ex iuribus citatis satis apertè colligitur, & affirmat gloss. vltim. l. si quando. §. illud. C. de inofic. testam. in vltima solutione eius glossæ ibi, quam approbat Bart. vt additio eidem glossæ ibidem subiungit, & aduersus Baldum affirmant Anton. Gom. vbi supra. numer. 3. Molina. 2. de primog. capit. 3. numer. vltim. Gutier. de iur. confirm. part. 1. capit. 19. numer. 2. & plerique alij, quos Anton. Gom. citat. Quando A tamen, vel filius, accepta viuente patre integra sua legitima, renunciaret successioni in bonis patris, vel pater, accepta similiter viuente filio integra sua portione legitima sibi debita, renunciaret successioni in bonis filij, valida esset talis renunciatio. Ita cum Bart. & Panor. affirmant additio glossæ citata, & multi alij, quos Anton. Gom. in fine. numer. 3. citati, & numer. 4. refert ac sequitur. Si tamen, post ita acceptam integram legitimam, spectato tempore, quo accipitur, accrescerent bona illius, cui est succedendum, posset, qui ita illam accepisset, agere ad incrementum vsque ad integram suam legitimam pro tempore mortis, iuxta. l. si quando. §. illud. C. de in offic. test. consentiunt Couar. c. quanuis pactum par. 3. §. 1. nu. 2. B

Quanuis pactum, quo filij renuncient 13
portioni legitimæ, & hæreditati paternæ, sit nullum ipso iure, vt explicatum est; si tamen confirmetur iuramento, nec vi, nec dolo, aut metu ex torto, validum redditur vi iuramenti. Ita habetur. capit. quanuis pactum de pact. libr. 6. cuius verba sunt: *Quanuis pactum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, vt, dote contenta, nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex ciuilis; si tamen iuramento, non vi, nec dolo, præstito, firmatum fuerit ab eadem, omnino seruari debebit: cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Consentit communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Anton. Gom. vbi supra. numer. 6. Couar. cap. Raynaldus de test. §. 2. num. 3. vers. secundum, &. c. quanuis pactum part. 3. in initio a. num. 1. &. §. 1. num. 1. & Molina. nu. 5. citato, ostensumque est disp. 149. & disp. 175. citatis, exceptis quibusdam renunciationibus, de quibus ibidem habitus est sermo. Idem, cum multis alijs, quos citat, ait Couar. capit. quanuis pactum. 3. part. in initio. numer. 3. esse, si sub iureiurando promittat, se renunciaturum hæreditati paternę, censerique eo ipso cum iuramento illi renunciasse, ac proinde expelli posse à petitione hæreditatis exceptione eius promissionis iuramento confirmatæ, atq; etiam à dicendo nullo testamento, in quo vi talis promissionis iuramēto confirmatę fuerit præteritus, aut exhæredatus, iuxta ea quæ sub ijciemus. Hæc verò intelligenda sunt C D de

de iuramento per verum numen, seu per A verum Deum, etiam si præstitum sit à Iudæo, vel à Saraceno, vt benè, affirmat Couar. c. quanuis pactum part. 3. §. 4. n. 1. cum alijs, quos citat: secus autem de iuramento facto per Deum falsum, esto iurans crediderit esse verum Deum, quicquid in contrarium dicat Couar. ibidem. Etenim, qui ita iurauit, non tenetur efficere, vt eum, per quem iurauit, non adduxerit in testem infidelis promissionis; cum falso Deo, nō ea reuerentia, sed ignominia debeatur. Neq; iuramētū illud ius tribuit ei, cui sub eo aliquid promittitur, neq; per cōsequēs B vim tribuit contractui, alioquin nullo.

EO Verò ipso, quòd filius cum iuramento renunciat hæreditati paternæ, censetur etiam renunciare legitimæ sibi debitæ in bonis paternis, & non solum in cremēto portionis, quod sibi obuenire deberet ab intestato, vt cum alijs, quos citant, rectè affirmant Couar. c. quanuis pactū. p. 3. §. 3. nu. 3. & Gutier. c. 19. citato. n. 3. Idemq; est de renunciatione cum iuramento, qua ascendens renunciat hæreditati sibi ex descendente competenti, vt Gutier. n. 4. sequenti subiungit. Quando quis accepta sua integra portione pro tem C pore, pro quo illam accepit, cum iure iurando renunciasset successioni in reliquis bonis illius, in quibus ea legitima illi debebatur, tunc rectè Couar. c. quanuis pactum part. 3. §. 1. n. 2. propēdet, esto bona illius postea accrescant, ita vt maiorem legitimam esset accepturus, nisi cum iuramento renūciasset successioni in reliquis bonis, non posse postea petere incrementum: quoniā censetur renunciasse in quencunq; euentum: & esto postea decrescerent bona, & minueretur legitima, nihil ille restitueret: renunciatioq; cum iura- D mento, non est annullata, vt annullata est renunciatio sinè iuramento, vt præiudicare non possit ad effectum obtinendi integram legitimam, quando facta est ante testamenti confectionem. Consentiunt Molina lib. 2. de primog. c. 3. n. 29. & alij, quos citat.

Item eo ipso, quòd quis cum iuramēto renunciat successioni absq; vlla limitatione, censetur renunciare omni renunciationis modo, tam scilicet ex testamēto, quàm ab intestato, eaq; de causa, si is, cui alioquin succedere debebat, discedat ab intestato, illi non succedit, vt argumento multorum iurium, rectè cum alijs affirmat A Ant. Gom. l. 22. citata nu. 8. consentiunt Couar. c. quanuis pactum. part. 3. §. 3. n. 5. & alij, quos citat. Si item discedat confecto testamento, in quo illum prætereat, aut exhæredet, etiam nulla apposita causa, neq ipse, neq; alij, dicere possunt testamentum illud nullum; eò quòd, vi renunciationis iuramento confirmatæ, non sit illi debita iam legitima; & is, cui legitima non debetur, dicere non possit nullum testamentum, in quo illa ei non relinquitur, neq; tale testamētum est ex eo capite nullum, vt Ant. Gom. ibidem, argumento multorū iuriū, cū cōmuni doctorum sententia affirmat, dictumq; est cum eodem autore. 1. tom. var. ref. c. 11. n. 9. & cum communi doctorum sententia, disp. 175. §. qui cum.

Vtrum autem, licèt filius, qui ita renū- 14
ciauit, non succedat parenti, cuius successioni renunciauit, nihilominùs nepotes ex hoc filio succedant auo. Dicendum est, si tempore mortis aui, superstes sit filius, pater eorum nepotum, non succedere nepotes, vt affirmat communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. l. 22. citata nu. 10. Couarru. c. quanuis pactum, p. 3. §. 3. n. 7. & Molina lib. 2. de primog. c. 3. num. 47. Ratio autem est, quoniam, viuente patre, non ipsi succedunt auo, sed pater, qui per renunciationem iuramento confirmatam, amisit ius succedendi. Si verò tempore mortis aui defunctus erat filius, pater eorum nepotum, tunc communis sentētia, quam Ant. Gom. l. citata. n. 10. refert, & quam referunt ac sequuntur Couarru. c. quanuis pactum part. 3. §. 2. n. 4. & nu. vlt. in fine, & Molina lib. 2. de primog. c. 3. nu. 47. censet, succedere nepotes. Mihi verò omnino probatur contraria sententia, quàm multis. n. 10. citato Ant. Gom. satis doctè confirmat, nempe, nepotes in eo euentu non succedere auo, neq; cum patruis, fratribus patris defuncti, neq; cum sobole ex patruis. Ratio potissima est, quoniā nepotes, neq; cū patrius, neq; cū sobole patruorū, succedūt nisi loco sui patris defuncti, quē repræsentant, atq; in portione, in qua ille succedere debebat, si superstes esset: sed tunc patri, si superstes esset, nihil omnino deberetur in bonis patris, aui eiusmodi nepotum, idq; vi renunciationis iuramēti confirmatæ: ergo neq; nepotibus quicquam tunc debetur. Confirmatur, quoniam ea renunciatio iuramento confirmata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mata; pactúmve de non succedendo, verũ ius tribuit parenti, vt filio, qui ita cum iuramento renũciauit, nihil relinquat, & vt filius nihil ex eo paréte obtineat ab intestato: vnde ex iuramento, quo ea renunciatio fuit confirmata, nó solùm oritur primavis & obligatio ex duabus disp. 149. explicatis, quæ propria est & peculiaris ipsi iuranti, nec ad hæredes illius transit, nempe efficiendi, vt Deum nõ adduxerit in testem infidelis promissionis, qualis obligatio oritur in eo, qui iurauit soluere vsuras, aut centum grassatori, ne ipsum iniustè interficeret; sed etiam oritur secunda, quæ se extendit ad hæredes iurantis, ob verum ius, quod ex eo pacto, iuramento confirmato, is, cui iuramentum est præstitum, comparauit: ergo ius, quod ex ea renunciatione pater comparauit, etiam se extendit ad nepotes, hæredes filij, vt, loco & vice filij, nihil recipiant. Sanè si renunciatio illa iuramento confirmata, iniquè esset extorta ex filio, ita vt pater nullũ ius comparasset ex illa, sed teneretur relaxare iuramentum filio, & eum admittere ad successionem, sicut vsurarius tenetur relaxare iuramentũ ei, qui iureiurando se astrinxit soluere ei vsuras, tunc nepotes succedere possent auo loco filij, ipsorum parentis: quippe cũ obligatio illius iuramẽti solùm fuisset per sonalis patri, neq; à filijs vllũ ius, loco patris, abstulisset: sicut hæredes eius, qui iureiurando promisit soluere vsuras, non tenentur, illo defuncto, eas soluere: in eoq; solo euentu vera esset communis opinio, quã impugnamus: cæterùm, quòd, quãdo filius verè ius amisit ad succedẽdũ patri, ob renunciationem iuramento confirmatam, nepotes, mortuo ipsorum patre ante auum, possint, loco & nomine illius, succedere auo in portione, in qua succederent, si pater non renunciasset cum iuramento successioni, certè id nullam probabilitatẽ habet, neq; autores cõtrariæ opinionis vllum solidum fundamentũ afferunt, quo id affirment.

15 Hinc facilè constat, falsam esse opinionem Socini, & quorundam aliorum, quos Couar. refert. cap. quanuis pactum. par. 3. §. 2. numer. 2. asserentium, si filius, aut filia, cum iuramento renunciet hæreditati parentum ante ingressum religionis, & post filij professionem parentes moriantur, redi inualidam eã renunciationem succedereque monasterium in patris hæreditate, non secus ac si facta à filio non fuisset ea renunciatio. Ratio verò eorum erat, quòd renunciatio illa iuramento confirmata, habet hanc tacitam conditionem, si hærediras renuncianti deferatur: hæreditas autem, subsequuta morte parẽtis, post filij professionem, non deferatur filio bonorum incapaci, sed monasterio, quod non renunciauit hæreditati loco filij. Hanc, inquam, opinionem facilè ex dictis constat falsam esse, verissimamq; esse contrariam, quam cum Bart. Bal. & alijs affirmat Couar. c. quanuis pactum par. 3. §. 2. nu. 3. Etenim, cùm monasterio nullum ius competat ad hæreditatem parentum religiosi professi, nisi loco & nomine talis filij, & nisi ius, quod competeret filio, si religiosus non esset, neque renunciasset cum iuramento hæreditati parentum, constat, quòd, cùm filio, facta renunciatione iuramento confirmata, nullum ius competat ad eam hæreditatem, neque etiam competat monasterio. Confirmatur, quoniam quando filia, contenta certa dote ad celebrandum matrimonium, renunciat cum iuramento hæreditati parentum, neque ipsa, neque filij, præsertim ipsa viuente, petere possent incrementum legitimæ, vt habetur. c. quanuis pactum de pact. lib. 6. ergo neq; quando contenta certa dote ad ingredien dum monasterium, renunciauit cum iuramento reliquo legitimæ, poterit monasterium, mortuis parentibus ipsa viuente, petere loco & nomine illius, incrementum, cui illa cum iuramento renunciauit. Quarè, quanuis quidam, quos Couar. n. citato refert, & quorum consilium approbat, dicant, tutum esse, vt, quando quæ religionẽ ingreditur, contenta certa dote, renunciat cum iuramento reliquæ hæreditati parentum, accedat consensus monasterij, hoc est, prælati & conuentus, qui in acquirendo reliquo hæreditatis, possunt monasterio præiudicare, sanè id non est necessarium. Ad rationem verò contrariæ opinionis dicendum est, eatenus, eaq; de causa renunciationem illam habere tacitam conditionem, quoniam, si nunquam hæreditas deferatur, vel ipsi renunciãti, vel alteri, cui verè competat loco & nomine illius, inutilis, minimeq; necessaria est renũciatio. Vt si renuncians præmoriatur ei, cuius hæreditati renunciat, non relicta sobole, quæ renunciantem repræsentet: si enim religiosus professus, nulla facta renunciatione, moriatur ante parentes, nihil hæreditatis, quæ

quæ alioquin ratione talis filij obuenire debebat monasterio, pertinet ad monasterium: facta autem renunciatione iuramento confirmata per eum, qui religionem ingreditur, esto parentes moriantur ante talem religiosum professum, hæreditas parentum, neq; defertur professo illi, tum quia valide ei renunciauit, tum etiam quia illius incapax est; neq; item monasterio, quod solum ratione eius religiosi poterat habere ius ad illam; quo tamen caret, propter validam eiusdem religiosi renunciationem prius factam. Quousq; verò hodie post concilium Tridentinum, valida sit, aut non sit, eiusmodi renunciatio iuramento confirmata, & quòd, vt in Lusitania valida sit, necesse sit, iuramentum de facultate Regis adhiberi, disp. 149. dictum est.

16 Illud est obseruandum cum Couarru. vbi supra. nu. 4. renunciationem reliquo hæreditatis iuramento confirmatam sub conditione, si religionem ingrediar, eamve profitear, non reddi nullam ex ea conditione, quasi id retrahat ab ingressu religionis. Etenim, quòd quis se cum non deferat multa bona ad religionem, vbi nihil habere potest, voluntariamq; paupertatem sectari debet, non reuocat a religionis ingressu, vt disp. 207. in fine, dictum etiam est. Quin potius affectus ad consanguineos, & timor, quòd, si diuitias multas secum ad religionem deferat, pauperem vitam consanguinei degent, retrahere potius solet a religionis ingressu.

17 Illud quoq; obseruandum est cum Couarr. vbi supra. nu. 5. & cum multis alijs, quos Molina lib. 2. de primog. c. 3. n. 27. refert ac sequitur. Non censeri grauem læsionem, si, quæ ingreditur monasteriũ, contenta dote competenti prosui, & monasterij qualitate ac consuetudine, renunciet cum iuramento hæreditati reliquæ parentum, ex qua in quintuplo, aut in longè maiori quantitate, obtinere debebat legitimam portionem, vt ex eo capite annullari ea renũciatio possit. Etenim mulier illa, ad eum amplectendum statum perfectionis, in cuius complexu & electione non decipitur, sed fœliciss imè ac prudentissimè agit, satis competentia accipit bona, reliquaq;, nisi illis renunciasset, obuenire debebant monasterio, eaq; de causa ipsa non est læsa. Neq; item monasterium, quoniam læsio supponit id, in quo quis dicitur læsus, esse suum, aut illi aliquomodo debitum: bona autem illa nunquam fuerunt monasterio debita: quia non ante ingressum mulieris illius, vt satis est perspicuum: neq; post ingressum: quia integrum fuit mulieri illi, non aliter velle ingredi, quàm cum sola ea dote, renunciando prius validè, & cum iuramento, cæteræ legitimæ, prout re ipsa factum est, ac proinde nec post ingressum facta prius illa valida renunciatione, per quam parentes eius ius sibi compararunt ad non relinquendum illi, nec monasterio, reliquum legitimæ illius. fuerunt monasterio ea bona debita: non ergo monasterium in eo euentu potest dici læsum. Atq; hæc nostra ratio vires omnes continet argumenti, quo Couar. n. 5. citato rem hanc confirmat. Hæc eadem confirmant, quæ de validitate dispositionis de suis bonis, facta à religioso ante professionẽ, disp. 139. copiosè a nobis dicta sunt, & quòd postea non annullantur professione, nec ius ad illa comparet monasterium. 18

Ex hactenus dictis dirimenda etiam est ea quæstio, quam Couar. vbi supra. n. 3. in resp. ad. 2. argum. discutit. Num scil. cetsi filiusfamilias renunciauit cum iuramento hæreditati maternæ, materq; viuente patre, sub cuius potestate sit ad huc filius ille moriatur, ea renunciatio præiudicet patri ad effectum, vt non potiatur vsufructu eorum bonorum maternorum, quo fruiturus fuisset, si is filius maternæ hæreditati non renunciasset. Ad eam verò quæstionem dicendum cum eodem Couarr. arbitror. In primis, si pater consensit illi renunciationi validæ ex parte filij, absq; dubio sibi præiudicasse in eo vsufructu, cui eo ipso, & cuicunq; alteri iuri ad ea bona materna ratione filij, renunciasse censetur. Deinde, si tempore renunciationis hæreditas matris nondùm erat delata illi filio, per validam filij renunciationem præiudicasse patri quoad vsum fructum in eis bonis. Ratio autem est, quoniam patri non competebat ius ad vsum fructum in eis bonis, aut in quibuscunq; alijs, quæ deuenire poterant ad eum filium dum in ipsius esset potestate, nisi dependenter ex eo, quòd re ipsa deuenirent, & efficerentur filij: per eam autem validam renunciationem, id impeditum est. Neq; obstat. l. vlt. in prin. &. §. 1. C. de bonis quę liber. dum statuit, quòd si de fera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

feratur hereditas filiofamilias, velitque illam repudiare, tunc possit illam pater acceptare nomine & loco filij, habebitq; tunc pater vsumfructum illius, quin & pleno iure eam sibi acquiret, si filius erat maior viginti quinq; annis, sine beneficio filio restitutionis in integrum. Non, inquam, obstat ea lex, quoniam, vt ex ipsamet patet, in ea est sermo de hereditate iam delata filio; non verò quando renunciatio facta fuit antequá esset delata. Quando autem filio esset iam delata hæreditas, illiq; cum iuramento renunciaret, videntur censere Couar. & alij, competere patri vsumfructum in illa, nihil impediente valida filij renunciatione, idq; propter dispositionem. l. vlt. citatæ. Cæterum propendeo in partem contrariam. Lex quippe vlt. citata solum loquitur, quando filius contradicit aditioni hæreditatis sibi iam delatæ, eò quòd arbitretur sibi esse damnosam, quia subiacet pluribus debitis & oneribus, quàm sit emolumentum illius: in eoq; euentu meritò concedit patri, vt suo periculo, & commodo, eam adeat nomine & loco filij, ad seq; integrè ea tunc pertineat. Quando autem filius valide cum iuramento illi renunciasset, condonando illam alteri, atq; adeò impediendo ea via, ne dominium ad ipsum trãsiret, condonato toto iure ad illam, quod sibi competebat, sanè non concedit ea lex patri, vt illam valide adeat nomine & loco filij, ad gaudendum vsufructu illius, & non proprietate, ita vt aliquando pater vsufructuarius sit aliquorum bonorum aduentitiorum filij, quorum dominium non ad se, neq; ea filium, sed ad quendam tertium ob filij validam renũciationem pertinçat neq; rationi est consentaneum, vt id faciat. Postremò est dubium, quando filio familias defertur hereditas, cui valide renunciauerat, vt quia mater nihilominus hæredem illum instituit, tunc, licet pater renunciationi consenserit, ad ipsum pertinet vsusfructus eorum bonorum: quoniam eo ipso, quòd ad filij dominium pertinent, debetur patri vsusfructus eorum: & sicut renunciatio antecedens non impedit filio dominium eorum bonorum, ita neq; consensus in renunciationem, impedit patri vsumfructum.

19 Quando filius, aut filia, paternæ hæreditati cum iuramento renunciat, attendendum est maximè ad causam, in cuius fauorem renunciat & ad quam parens renunciationem petit. Si enim ea causa deficiat, cùm renunciatio sub conditione eius causę facta censeatur, eo ipso expirat renunciatio & obligatio ex iuramento, ac proinde renuncians succedit ei parẽti ab intestato, & parens ex testamento tenetur relinquere ei, vt minimum suam integram portionem legitimam, alioquin filius dicere poterit testamentum nullum, in quo ita fuerit præteritus, aut ex hęredatus. Quarè, si deficiant omnes fratres & sorores renunciantis, totaq; eorum soboles, regulariter expirat renunciatio. Ita communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. l. 22. citata. n. 11. Couar. c. quanuis pactum. §. 3. n. 4. & Molina. c. 5. citato n. 48. Dixi, regulariter tunc expirare renunciationem: quoniam, si filius, aut filia, religionem ingrediens, renunciet cum iuramento successioni parentum, videtur renunciare, vt esto parentes liberos non habeant, possint ad libitum disponere de suis bonis, vel ad alia pia, vel inter collaterales, vt Couar. n. 4. citato. vers. 9. ait. Sub dubio tamen properdet, tunc religiosi mittũ, seu monasterium loco illius, quando capax est successionis, succedere parentibus illis ab intestato. Maximè autem, qui religionem, facta ea renunciatione ingreditur, relinquere liberum videtur parentibus, vt ad libitum de ipsius bonis disponant, quando tempore talis renunciationis, nec descendentes habebant, nec spem eos habendi.

Si item renunciatio, etiam à non ingredientibus religionem, fiat intuitu, vt parentes opus pium instituant, cõstat tunc, etiam si nullos alios descendẽtes habeãt, non reddi nullam eam renunciationem, modò in ea re bona illa insumantur, ad id ve à parentibus relinquantur, cuius intuitu facta est renunciatio. Molina. n. 48. citato ait, quando filiæ renunciarent legitimis, aut parti earum, vt inde parentes instituerent maioratum, validam esse renunciationem, esto moriatur fratres; eò quòd maioratus instituatur, vt perpetuò perseueret. Id sanè verum est, cæterum tunc in defectum, tam fratrum, quàm sobolis eorum, & sororum maiorum natu, sobolisq; earum, succederet in eo maioratu ea filia, quę ita renunciasset: neq; enim credendum est, filias velle renunciare, vt instituatur maioratus, à quo ipsæ excludantur, etiam in defectum fratrũ & sobolis eorum, ita vt, ipsis omnino exclusis, deueniat ad transuersales. Couarru. vbi supra multos examinat & expendit euentus, num in illis filia censenda sit solum renunciasse in fauorem vnius fratris, aut in fauorem tantùm fratrum, non verò sororum, aut etiam in fauorem extraneorum: atque hunc vltimum euentum expendit etiam Ant. Gom. vbi supra. num. 12. si filius renunciasset, quando parens non habebat alios filios, nec descendentes: omnes tamen illi euentus reducendi sunt ad eam regulam, vt coniecturis, ex circunstantijs concurrentibus, iudicetur, quæ fuerit mens renunciantis: quando verò aliud ex coniecturis non constat, censendum est, non intendisse renunciare in fauorem extraneorum: nihilque certius, quàm data regula, potest hoc loco statui.

20 Licèt quis cum iuramento renunciauerit hæreditati alicuius, verbi gratia, patris, potest nihilominùs succedere in bonis illius loco alterius, ad quem immediatè ex patre ea bona deferantur, vt loco fratris, cui is, qui paternæ hæreditati renunciauit, immediatè succedat; idque non solum, si is frater, qui immediatè patri succedit, adiuit hæreditatem patris, sed etiamsi illam, nondùm aditam, transmittat in fratrem, qui paternæ hæreditati renunciauit, iuxta ea quæ disput. 180. dicta sunt. Vtrunque affirmat communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. l. 22. citata. nu. 3. Couarru. c. quanuis pactum part. 3. §. 3. num. 2. multisque id Ant. Gom. confirmat, estque ex se satis perspicuum.

21 Eadem ratione, esto quis renunciet hæreditati patris; si tamen pater transeat ad secundas nuptias, eaque de causa tempore mortis regrediantur ad filios prioris matrimonij bona quæ patri ex priori vxore aduenerant, iuxta ea quæ disput. 163. dicta sunt, potest in eis succedere filius, qui patris hæreditati renunciauit: quoniam ea bona, non ibi obueniũt iure hæreditario ex patre, sed tanquam bona, quæ fuerunt matris, diuidenda in eo euentu, ex iuris dispositione, inter filios prioris matrimonij. Ita Couar. §. 3. citato. n. 1. ex cõmuni doctorũ sententia, quam refert.

22 Similiter, si filius renunciet cum iuramento hæreditati paternæ, non censetur renunciare bonis patris, quæ hæreditaria non sunt, vt feudo, aut emphyteusi, non hæreditarijs iuxta ea, quæ disp. 472. dicta sunt, nisi constet aliud renunciantem intendisse. Ita Couarr. vbi supra. nu. 6. cum alijs, quos citat. Idem longè maiori cum ratione dicendum est de maioratu, in quo non succeditur hæreditario iure, vt videbimus.

Filius, qui cum iuramento renunciauit hæreditati paternæ, esto expresserit, neq; ex testamento illi successurum, si tamen postea hæres à patre instituatur, potest illi succedere in portione, in qua fuerit institutus, nihil impediente iuramento. Ita communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Anton. Gom. l. 22. citata. nu. 10. versus finem, Couarru. cap. quanuis pactum part. 3. in initio. nu. 8. & Molina lib. 2. de primog. c. 3. nu. 6. Ratio autem potissima (præter alia, quibus latè & docte id probat Ant. Gom. vbi supra) est: quoniam iuramentum illud præstitũ est patri in ipsius fauorem: eo autem ipso, quòd eum filium hæredem instituit, censetur remittere illi obligationẽ ex eo iuramento; eòque ipso regreditur is filius ad statum, in quo erat ante eam renunciationem, atque adeò perinde eam hæreditatem, nondum aditam, transmittit ad suos hæredes, ac si illi non renunciasset, vt rectè Ant. Gom. ibidem cum alijs obseruat. Qui addit, quanuis renunciatio cum iuramento facta fuisset post conditum testamentum patris, in quo hæres vnà cum alijs instituebatur, si pater testamentum non mutauit, censeri voluisse discedere in antiqua voluntate, ac proinde remittere obligationem iuramenti tali filio, & eum vocare ad hæreditatem. Idem, cum alijs, affirmat esse censendum, esto pater post eam renunciationem eum filium verbis generalibus instituat hæredem, vt si dicat, instituo omnes filios meos, vel filios meos, hæredes. Idem dicit esse Couarru. vbi supra, esto renunciatio cum iuramento facta sit patri in fauorem alicuius filij: quoniam, cum iuramentum, & renunciatio facta sit patri, & non filio, satis est si pater obligationem remittat, vocando eum, qui renunciauit, ad hæreditatem. Consentit Molina

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi supra, qui de renunciatione cum iuramento ad institutionem maioratus in fauorem vnius filiorum loquitur.

24 Vtrum autem ea renunciatio iuramento confirmata reuocetur ex eo, quòd renunciãti postea filij nascantur, iuxta l. si vnquam. C. de reuocand. donat. & ea quæ disp. 282. copiosè dicta sunt. Couar. cum glos. vlt. ibi. c. quanuis pactum part. 3. §. 3. num. 8. & cum communi doctorum sententia, quam refert, loquens quando filia, contenta certa dote, renunciat reliquæ paternæ hæreditati, affirmat, non reuocari. Tum quia ea renunciatio non est propriè donatio. Tum etiam quoniam fit præ B uia cognitione prolis suscipiendæ: cùm fiat, contenta ea dote, ad matrimonium contrahendum, atque adeò ad liberos ex illo procreandos. Molina lib. 2. de primog. c. 3. à num. 37. licèt consentiat, quando renunciatio fit aliquo suscepto, vt susceptæ certa dote, vt renuncietur, pluresque doctores alios in confirmatio-nem eius sententiæ citet; negat tamen, quando renunciatio fit gratis, idque siue renuncietur hæreditati iam delatæ, sed nondùm aditæ (quoniam, si renunciaretur hæreditati iam aditæ, renunciantisq; effectæ, esset proprijsima donatio, nec dubitandum esset, reuocari natiuitate filiorum) siue renuncietur hæreditati nondùm delatæ, viuente adhuc parente, cuius hæreditati renunciatur: tametsi firmus non sit in ea sententia. Mihi verò plus probatur contraria sententia, quam Molina communem confitetur. Etenim Couarru. & cæteri autores contrariæ sententiæ, indistinctè loquuntur, siue suscipiatur aliquid, vel retineatur, pro renunciatione, siue omnino gratis fiat: neque quando mulier contenta dote, reliquæ D hæreditati renunciat, idcirco negant id esse propriè donationem, quia suscipitur ea dos; quoniam negari non potest, si renunciatio hæreditati nondùm delatæ, aut aditæ, sit vera donatio, quando nihil recipitur, esse etiam veram docationem, quando accepta certa dote, renunciatur incremento vsq; ad integram legitimam; eò quòd id totum verè sit filiæ debitum vltra eam dotem, illudq; remittat gratis, prout adhuc est in spe, & dependens ab ipsius acceptatione, cogiq́ue possit pater filiam dotare; sed ex eo negant esse propriè donationem, quòd renunciatio in fa- A uorem & bonum alicuius, eius emolumenti, quod nondùm est acquisitum, siue sit iam delatum, siue delatio sit adhuc pẽdens & in spe, non sit propria donatio, quandiu pendet, vt sit donantis, ab ipsius acceptatione: qua de causa, quanuis donatio inter coniuges regulariter non sit valida, nisi morte donantis confirmetur; eiusmodi tamen renunciatio vnius coniugis in bonum & fauorem alterius, non censetur propria donatio, ac proinde statim valet, vt disput. 289. dictum est, multisque iuribus est ostensum: atque hoc eodem modo, renunciatio hæreditatis nondùm aditæ, siue delata iam sit, siue non, non censetur propria donatio, idque siue renuncietur integræ hæreditati, siue solùm parti, accepto, aut retento, reliquo illius: lex autem si vnquam. C. de reuocand. donat. cùm exorbitans sit, & quæ iuxta illam disp. 282. dicta sunt, intelligi debent, de donatione propria. Adde, rationem aliam Couarruuiæ, nempe mulierem, quæ, contenta certa dote, reliquæ hæreditati renunciat, renunciare præuia cognitione filiorum ex eo matrimonio suscipiendorum, suo etiam modo locum habere in filijs, qui renunciant partibus suarum legitimarum, vt inde maioratus C primogenito instituatur: id enim absque dubio intelligunt, esto ipsi liberos in futurum habeant, vt ex se est satis manifestum, rediculaque esset renunciatio ad instituẽdum maioratum sub conditione tacita, si renunciantes liberos non haberẽt: Molina autem ex eo censet legem, si vnquam. C. de reuocand. donat. vim habere in eiusmodi renunciatione, ac proinde reuocari natiuitate filiorũ, quòd præsumptio sit, renunciantes sub ea tacita conditione renunciare, eaq́; est potissima ratio, cui nititur. Adde etiam, dum filij renunciant, vt maioratus in primogenito instituatur (in quo euentu Molina loquitur) non gratis renunciare, sed in suum cõmodum & emolumentum, nempe vt familia, quorum ipsi partes sunt, nobilitetur, habeatq́; caput in perpetuũ, à quo cæteri de familia protegantur & adiuuentur, de quorũ numero ipsi sunt, descendentesq́; ipsorũ, & cum spe, vt, deficiẽte sobole ex primogenito, & ex alijs, prius vnoquoq; eorũ natis, ipsi succedant in eodem primogenio: Molina autem ait, quando non gratis, sed pro emolumento fit renunciatio, non

non reuocari natiuitate filiorum renunA cianti.

25 Renunciatio successioni in bonis alicuius iuramento confirmata, esto renuncianti debita alioquin in eis esset legitima, non definit esse valida ex eo, quòd renuncians ignoraret, secluso eo iuramento, esse nullam iure ciuili. Quoniam ex eo adhibito iuramento obligat, & alter verum ius comparat ad id, cui reunnciatur, quia est de re licita, neque per iniuriam fuit extorta: vtrunque autem ei renunciationi iuramento confirmatæ conuenit, siue iurans sciret, secluso iuramento, esse nullam iure ciuili, siue id ignorauerit: quarè ignoB rantia illa vim obligandi ab ea non aufert. Ita Couar. c. quanuis pactum part. 3. §. 1. n. 4. cum alijs, quos citat.

26 Renunciantem præterea cum iuramento, minorem esse, non aufert à renunciatione, propter eandem rationem, validitatem, vt Couarru. loco citato. nu. 3. cum communi doctorũ sententia, quàm refert, affirmat, & colligitur ex authentica sacramenta puberum. C. si aduersùs vend. modò tamen per iniuriam non sit extorta: quod verum esse arbitror cum alijs, quos Couarru. ibidem citat, etiam si minor impubes sit, dummodò sit doli capax: quoniam est eadem ratio. Vtrum C autem tunc, si minori ex renunciatione iuramento confirmata, aut ex pacto alio iuramento confirmato, sequatur aliqua læsio, relaxari possit, ac debeat iuramentum, & consequenter rescindi debeat renunciatio, aut aliud pactum, quod eo iuramento fuit confirmatum, dicetur statim.

27 Etiamsi renuncians successioni paternæ, filiusfamilias sit, alioquinq́ue donatio non valeat inter eum patrem & filium, valida tamen est renũciatio iuramento confirmata, propter eandem rationem, vt constat ex. c. quanuis pactum de pacD tis lib. 6. & cum Couar. ibidem part. 3. §. 1. n. 5. & alijs disp. 291. & 243. dictum est.

28 Renunciatio cum iuramento paternæ hæreditati, si vi, aut metu, sit extorta, ita quòd secluso tali vi, aut metu, non fieret, licèt nullum ius tribuat ei, cui est facta, sed teneatur remittere renuncianti obligationem ex iuramento, ac proinde reducere rem ad statum, in quo erat antequam facta esset ea renunciatio, & ad id cogi possit, ac debeat in foro exteriori, si A vis, aut metus, sufficienter probentur, quin & prælatus, aut iudex illius, cui renuncians tenetur ex eo iuramento, possit relaxare iuramentum renuncianti, nullamq́ue, eo relaxato, pronunciare talem renunciationem; renuncians tamen, interim dum relaxationem iuramenti non obtinet, stare tenetur renunciationi illi, ei nõ contraueniendo, eò quòd id malum non sit. Hoc totum assertum conitat ex dictis disput. 149. Atque hoc vltimum, quòd scilicet renuncians obtinere prius debeat relaxationem iuramenti, quàm renunciationi contraueniat, aut aduerB sùs eam agat, persuadet aperta ratio: quoniam stare ei renunciationi, illiue non contrauenire, vt iuramento se astrinxit, malum non est: quarè, interim dum iuramentum non fuerit relaxatum, seruare id proculdubio tenetur, ne Deum adduxerit in testem infidelis promissionis. Consentiunt aperte. c. si verò &. cap. verum, de iur. iur. vbi eos, qui metu sunt inducti ad aliquid non illicitum promittendum, absolui à iuramento, quo verè obligantur, præcipiuntur, vt id implere non teneantur: eò quòd iuramentum de re non mala, metu extortum, non sit ipso iure nullum. Id verò ita necessariò esse faC ciendum, affirmat communis sententia, quam referunt ac sequuntur Couarru. 1. var. resol. c. 4 num. 7. &. 8. c. quanuis pactum part. 3. §. 5. num. 2. & in. 4. decret. cap. 3. §. 5. num. 2. & Molina lib. 2. de primog. c. 3. nu. 13. Tametsi vterque referat ab aliquibus malè in praxi esse receptum, quando contractus alioquin est nullus secluso iuramento: si enim iuramento metu extorto, sit confirmatus, solent admittere ad contrauẽiendum tali contractui, non obtenta prius absolutione iuramenti, cum Panormitano, qui id asserit.

Quòd autem renunciatio illa, & similes dispositiones, iuramento confirmatæ, si interuenit vis, aut metus, quo iniustè sint extortæ, ius non tribuant ei, cui factæ sunt, satis colligitur ex. c. quanuis pactum, de pactis libr. 6. ex cap. cum contingat, de iureiurando, ex. cap. licet mulier eodem titul. libr. 6. vbi, vt ius tribuant, neque relaxari debeat iuramentum, exigitur, vt sine vi (late sumpta, vt comprehendit iniustum metum) sint factæ. Id quod apertius adhuc

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet ex authentica sacramenta puberum
.C. si aduers. vend. vbi id exprimitur: fusè
verò dictum, explicatumq; est disp. 149.
citata, & affirmant Couarru. c. quanuis
pactum part. 3. §. 4. nu. 2. Molina. c. 3. ci-
tato à nu. 9. & communis sententia, quam
29 referunt. Bene autem Molina ibidem. nu.
12. obseruat, si renunciatio facta sit in
fauorem vnius, & metus ad id iniustè ab
alio sit illatus, vt si renunciatio sit facta
ab alijs filijs ad instituendum maioratum
primogenito, inferente parente metũ eis
alijs filijs, vt ad id renũciarent parti legiti-
marum, reuocari posse ex eo metu maio-
ratum illum quo ad eas partes portio-
num legitimarum, & quo ad emolumen-
ta ex eis percepta, esto primogenitus
iam illo potiretur, & esto bona fide, &
absque vlla sua culpa, illucvsque fuisset
inpossessione illius. Ratio autè est, quo-
niam actio, quod metus causa, est in rem
scripta, & competit, non solùm aduersus
inferentem iniustè ad id metum, sed
etiam aduersus omnes, qui inde emolu-
mentum reportarunt, saltem quatenus
inde facti sunt locupletiores, vt habetur.
l. metum autem præsentem. §. vltim. &
duab. legib. sequentib. ff. de eo quod
metus causa, consentitque communis
doctorum sententia.

Vtrum autè, vt ea renunciatio iuramẽto
cũfirmata ius tribuat ei cui facta est, autin
cuius fauorẽ est facta, satis sit, quòd ex me
tu reuerẽtiali sit facta. Dicendũ in primis
est, si ex eo metu ita facta sit, vt, si is non
interuenisset, facta non fuisset, nec vellet
tunc renuncians consentire, eumve re-
nunciationem proferre, si eo metu non
præmeretur, tunc non tribuere ius in
foro conscientiæ. Ratio est, quoniam in
ea renunciatione condonatio interuenit,
neque habet tantum voluntarij, quantum
requiritur ad conferendum ius illi, cui
fit. Minus quippe voluntaria est, quàm
promissio vsurarum ad obtinendum mu-
tuum: ea verò promissio, quia involun-
taria, esto iuramento confirmetur, ius
non tribuat vsurario ad eas vsuras, vt cõs-
tat ex. c. debitores de iure iur. & in ma-
teria de vsuris copiosè dictum est. Quia
enim mutuans nullum titulum habet ad
eas vsuras, præter promissionem earum,
vtique, vt illa ius tribueret, admixtum
non deberet habere inuolũtarium, quòd,
si necessitas, aut cupiditas mutui non
adesset, nec promittere, nec soluere
vellet eas vsuras: eodemque mod in re
proposita, cùm is, cui renunciatio hæ-
reditatis fit, nullum titulum ad eam hæ-
reditatem habeat, præter renunciationem
illius, vtique, vt ius illi tribuat, debet esse
ita voluntaria, vt admixtum non habeat
tantùm inuoluntarium metus reuerentia-
lis, quòd, quando consentit & renunciat,
nullo modo vellet renunciare & consen-
tire, nisi ob eum reuerentialem metum.
Dicendum deinde est, in foro exteriori
ex eo, quòd is, cui renunciatio fit, aut qui
ad illam inducit, pater sit, aut in dignitate
aliqua constitutus, non præsumi tantum
metum reuerentialem in renunciante, vt
inuoluntariam, modo explicato, renun-
ciationem efficiat, ac proinde talem, vt,
accedente iuramento, ius non tribuat ei,
cui fit, ac proinde ad eum, qui obtendit,
ex tanto metu fuisse factam, pertinet id
probare, eoque sufficienter probato, in
eodem exteriori foro pronunciabitur,
fuisse eam renunciationem insufficien-
tem adtribuendum ius illi, cui facta fit,
vt hæc omnia constant ex. l. 1. §. quæ one-
randæ, iuncta glos. ibi verb. solo metu. ff.
quarum rer. act. non datur, vbi, cùm ser-
mo esset de cõsensu liberti cuidam oneri
patrono suo ob libertatem, num ex eo,
quòd consensisset, haberet exceptio-
nem, quòd non teneretur id onus subire,
sic dicitur. *Sed si, (consensit scilicet) post
interuallum, concessa iam antea libertate, habet
quidem dubitationem: quia nemo cogebat cum
hoc promittere. Sed idem erit probandum* (in-
terueniſſe scilicet sufficientem metum)
*& hoc tamen causa cognita, si liquidò appa-
reat, libertum metu solo, vel nimia patroni re-
uerentia, ita si subiecisse.* Eadem constãt ex
l. ad inuidiam. C. de his quæ vi, metúsve
causa fiunt. Addunt verò Couarru. in. 4.
deret. part. 2. c. 3. §. 6. num. 4. Molina lib.
2. de primog. c. 3. num. 9. & alij plerique,
quos citant, si minæ, aut verba iniuriosa,
accedant patris, aut alterius superioris,
vel potentis, qui ad renunciationem, vel
ad alium consensum inducit, aut ille ni-
mis crudelis sit, sæuitiamque præseferat,
tunc eo probato, præsumi, probatumque
censeri, renunciationem, aut alium con-
sensum, elicitum fuisse ex tanto reueren-
tiali metu, vt insufficiens sit ad ius illi tri-
buendum, cui is consensus fuit præstitus:
idque præcipuè censeri, quando, qui
consen-

consensit, erat mulier, quæ faciliùs de-
terretur, atque ex reuerentiali metu in-
uoluntariè consentit, vt cum gloss. ca-
pit. cum locum, de spons. affirmant Co-
uar. capit. 3. citato. §. 4. numer. 9. Moli-
na vbi supra, numer. 10. Panor. & alij,
quos citant. Atque ex hoc capite ait Mo-
lina. numer. 9. citato, sæpe reuocari ma-
ioratus institutos ex parte legitimarum
cæterorum filiorum ac filiarum, con-
querentibus & reclamantibus filijs post
mortem patris, consensisse in ea renun-
ciatione ex reuerentia ac metu patris,
non verò spontaneè ac liberè, quantum
satis fuisset ad ius earum portionum le-
gitimarum à se abdicandum, ac alteri
tribuendum. Addunt præterea Couar-
ru. capit. 3. citato. §. 6. numer. 4. & ca-
pit. quanuis pactum part. 3. §. 4. numer.
7. & Molina vbi supra. numer. 11. quan-
do, qui ex metu reuerentiali consensis-
se obtendit, si simul adsit enormissima
læsio ex ea renunciatione, aut consen-
su, id sufficere, vt renunciatio pronun-
cietur insufficiens ad ius transferen-
dum, & vt reuocari possit maioratus in-
de institutus, esto non probentur mi-
næ, verba iniuriosa, aut sæuitia, in-
ducentis ad eam renunciationem. Cæte-
rùm quovsque ex enormissima læsione,
renunciatio iuramento confirmata pro-
nunciari debeat, aut non debeat, insuf-
ficiens ad transferendum ius, mox dice-
tur.

30 Renunciatio iuramento confirmata,
quando renuncians dolo vero, iuxta ea
quæ disput. 293. & initio disput. 352. di-
cta sunt, inductus fuit ad ita renuncian-
dum, quia videlicet falsis promissioni-
bus, aut persuasionibus, ad id inductus
fuit, alioquin minimè renunciaturus, non
solum ius ei non tribuit, cui facta est,
vt colligitur ex. c. quanuis pactũ, de pact.
libr. 6. ex capit. cum contingat, de iureiur.
& ex capit. licèt mulieres, eod. titul. lib.
6. & ex authentica sacramenta puberum.
C. si aduers. vend. constatque ex dictis
disp. 149. idque propter rationem, ob
quam dictum est, similem renunciatio-
nem factam ex metu ius non tribuere,
quia scilicet non habet tantum voluntari-
j, quantum necesse est, vt ius renun-
cianti tribuat; sed etiam necesse non est
petere relaxationem iuramenti, ad illi
contraueniendum, vt cum communi do-
ctorum sententia, quã referunt, alierunt.

Couar. cap. quanuis pactum par. 3. §. 4. n.
2. & 1. var. res. cap. 4. in calce. num. 6. ac
Molina. 2. libr. de primog. capit. 3. num.
14. & 25. Ratio autem est, quoniam ea
renunciatio caret vero consensu renun-
ciantis in eo euentu, ac proinde, esto iu-
ramento confirmetur, non obligat. Etenim, qui renunciat falsis persuasionibus, aut promissionibus inductus, intelligit, si res ita se se habeat, ac proinde ea renuncia tio, ac iuramentum, quo confirmatur, habent eam tacitam conditionem, ex mente ac dispositione iurantis ac rennnciantis, si res ita se habeat: quarè, cùm res non ita se habeat, verè non renunciat in eo
B eueutu, neque se iuramento astringit: sicut, qui iuramento promisit, se ductu-
rum aliquam vxorem, cumqua decem mille aurei in dotem promissi sunt, aut quam credebat virginem, si posteà comperiat, non habere tantam dotem, aut virginem non esse, non tenetur ducere eam vxorem: quoniam promissio illa, ac iuramentum, eam tacitam habent conditionem, si tantam habeas dotem, quanta mihi promissa est, & virgo sis, vt à me existimaris, esseque solent, decetq; eas esse, quæ nuptui traduntur. Quando in foro exteriori interuenisse verum
C dolum sit censendum, reliquendum est id prudentis arbitrio, attentis circunstantijs concurrentibus, & qualitate decepti: minus enim sufficit ad circumuenien-
dam & decipiendam fœminam, regula-
riter loquendo, quàm ad circumuenien-
dum & decipiendum virum, vt Molina vbi supra cum Decio, & alijs ait.

Maius autem dubium est, quando *Quæstio.* renunciatio, iuramento confirmata, fa- 31
cta est, non quidem interueniente ve-
ro dolo, cæterum interueniente læ-
sione renunciantis, saltem enormi, aut
D enormissima (quod multi, non satis aptè, appellant, interueniente dolo re ipsa) num ea renunciatio ius illi tribuat, cui facta est; an verò non, sed contraueniri ei possit, petita prius, & obtenta, relaxatione iuramenti, quo confirmata est. Arbitror autem rem hanc definiendam esse ex principijs disput. 149. iactis, idque aliter magna ex parte, atque à iurisperitis definitur, de quorum numero sunt Couar. capit. quanuis pactum, partit. 3. §. 4. à. numer. 3. & Molina libr. 2. de primog. capit. 3. à numer. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atq; distinguendum est, nũ eiusmodi renunciatio iuramento confirmata, sit facta, condonando, quod renunciatur, omnino, aut ex parte, vel incũdo contractum merè onerosum, quo, pro aliquo accepto, hæreditati, aut alteri iuri, renuncietur. Exempla prioris euentus sunt. Vt si quis, ingredi volens religionem, cernensque sibi sufficere certam dotem, aut partem suæ legitimæ, cæteraque in religione sibi non esse necessaria, accepta ea portione à parentibus, reliquum hæreditatis, quod ad se pertinere poterat, eis cedat cum iuramento, illúdve illis renunciet ac donet, vt de illo perinde, atq; de alijs suis bonis, disponant; aut illud condonet in fauorem alicuius tertij, vt scilicet sit in dotem alicuius filiæ, sororis ita ingredientis religionem, aut in ad aliud pium opus, vel vt adiumento sit ad maioratum instituendum. Item, si filij, ac filiæ, contenti certis portionibus, reliquo renuncient, idque condonent, vt inde instituatur maioratus in primogenito, qui cedat in familiæ splendorem ac præsidium, & qui, in defectum prolis primogeniti, & cæterorum, qui sexu, aut ætatæ, antecedunt, deuenire ad vnumquenque renunciantium possit. Item, si aliquis filiorum, habens aliunde competentia bona, toti paternæ hæreditati renunciet cum iuramento, vt de ea parentes ad libitum disponant, aut aliquid pium instituant, vel in fauorem cæterorum fratrum, aut alicuius eorum, vt illi detur. Id enim est condonatio totius hæreditatis, vel parentibus, vel fratri, aut fratribus, in quorum commodum fit renunciatio. Exemplum verò posterioris euentus est, siquis, volens ducere vxorem, paciscatur cum parentibus, circa suam legitimam portionem, vt eam sibi statim tradant, contentusque sit in suam legitimam portionem certa quantitate bonorum, quam statim accipiat, & renunciet reliquo hæreditatis pro ea quantitate. Aut si filia, nubere volens, similiter cum parentibus paciscatur pro certa dote, quam statim accipiat. Eiusmodi quippe pactum circa legitimam, est merè onerosum, & quanuis filius, aut filia, dicat, se remittere, & condonare parentibus reliquum, esto plus legitimæ ad se pertineat, sanè id non est vera condonatio, si constat tunc plus ad ipsius legitimam pertinere, aut si certum est, vt minimum id totum ad suam legitimam pertinere, & probabile sit, quòd plus posteà pertineat: quia condonatio illa illius incrementi, saltem in spe, est voluntaria mixtè, vt sibi statim tradatur reliquum suæ legitimæ: eo modo, quo promissio vsurarum ad obtinendum mutuum, est inuoluntaria, quia si mutuum sinè ea vsura concederetur, non daretur id incrementum: imò in re proposita, contractus ille cum filio, aut filia, est vsurarius, quo, promutuo virtuali anticipatione solutionis partis illius suæ legitimæ filio, aut filiæ, talis filius, aut filia, remittit reliquum suæ legitimæ.

His iactis fundamentis, sequentibus cõclusionibus satisfaciendum est dubio proposito. Prima est. Si renunciatio hereditati, aut legitimæ, iuramento confirmata, facta sit vero animo condonandi, vel totum, cui ita renunciatur, vel incrementũ vltra id, quod accipitur, aut reseruatur ex ea legitima, vel ex ea hæreditate, tuno is, cui, aut in cuius fauorem facta est, verum ius ad id comparat, esto, qui renunciauit, minor esset; neque concedi renuncianti potest relaxatio iuramenti, vt contraueniat renunciationi, neque locus est restitutioni in integrum. Excipe, nisi tam paruo iudicio rationis renuncians polleret, quando ita renunciauit, adeoque sua facilitate & exiguo suo iudicio læsus reperiretur, vt bono communi expediens iudicaretur, cogere eum, cui renunciatio facta esset, vt relaxaret iuramentum, & cederet renunciationi, vel in totum, vel ex parte: tunc enim prælatus, aut iudex eius, cui facta esset renunciatio, posset similiter relaxare iuramentum renuncianti in totum, aut ex parte, & reuocare in consequentiam simili modo renunciationem, quantum bono communi expedire iudicaret.

Priorem partem huius conclusionis intendunt capit. quanuis pactum de pactis. lib. 6. cap. cum contingat de iureiur. capit. licèt mulieres eod. titul. libr. 6. & authentica sacramenta puberum. C. si aduersus vend. vt disp. 149. citata explicauimus. Quia enim, quando vis, metus, aut dolus, non interueniunt, iuramentum sponte factum, etiam à minore, validum reddit actum non malum, quem confirmat, etiamsi actus ex rationabili causa iure humano esset redditus nullus eo iuramento secluso; per eumq; actũ iuramẽto confirmatum, ius verè sibi acquirit is, cui aliquid promissum, traditum, aut renunciatum est, neque spoliari iustè quis potest iure ritè semel perfectè comparato sinè rationabili causa, maxime quando religio iuramenti id ius præstitit, & reuerentia, quæ Deo debetur, vt stetur ritè conuentis iuramento confirmatis: inde quatuor illa iura statuerunt, in euentibus illis verum ius esse comparatum, etiam si actus illi, alioquin inualidi ac nulli, à minore essent iuramento confirmati: neque tunc locum esse relaxationi iuramenti in præiudicium eius, qui ita ius comparasset.

Hoc vetò intendisse illa iura in illis euẽtibus ex eo constat, quòd excipiunt, nisi iuramentum in illis euentibus ex tortum esset vi, metu, aut dolo: nam tunc is, cui aliquid sub iureiurando esset promissum, aut traditum, nullum ius ad id comparet: cùm tamen necessaria nihilominus esset relaxatio iuramenti, quando vi, aut metu, esset iuramentum elicitum, vt dictum est, & iura alia affirmant: quarè qnatuor illa iura actum non malum iuramento confirmatum, quo quis ad aliquid se astringit, ita validum esse volunt, quando vis, metus, aut dolus, non interuenire, vt in illis locum, non habeat relaxatio iuramenti, in præiudicium eius, cui est præstitum, etiamsi minor sit, quæ illud præstitit: id quod satis apertè significant verba illi capitis quanuis pactum citati; *omnino seruari debebit*; hoc est, absque vlla relaxatione. Hoc ipsum volunt Molina lib. 2. de primog. cap. 3. numer. 30. & plerique alij, quos citat, tametsi non ita dilucidè id explicent, dum affirmant, donationem, seu renunciationem gratuitam, iuramento confirmatam, non rescindi ex enormissima læsione. Quo loco obserua, læsionem propriè non esse, nisi cum in iustitia, ac proinde cum detrimento ab alio iniustè dato: quarè locum habet in contractibus onerosis, si æqualitas in eis non seruetur: in donatione verò, gratuitáve renunciatione, locum non habet, nisi vi, metu, aut dolo, quis inductus sit iniustè ad ita donandum, aut renunciandum: quatenus enim quis vi, metu, aut dolo, iniustè illatis, causa esset iniusta, vt alius donaret, vel renunciaret, læsisse donantem censeretur in eo toto, quod inductus ita iniustè, donaret. Iuxta eandem etiam priorẽ partem conclusionis, verum est, quod Couar. cap. qnanuis pactum part. 3. §. 2. numer. 6. cum plerisque alijs, quos citat, recte affirmat, nempe, vt valida sit renunciatio iuramento confirmata, nec locum habeat iuramenti relaxatio, vt illi contraueniatur, necesse non esse, vt filia, quæ ita renunciat legitimæ, aut hæreditati paternæ, accipiat dotem, aut aliquid aliud, in recompensatinoem: valida quippe est renunciatio integræ legitimæ iuramento confirmata, etiamsi nihil in recompensationem accipiatur, quando filiæ aliunde remanent competentia alimenta, aut dos.

Quando autem filia, aut aliquis alius, renunciaret legitimæ, aut hæreditati parentum, cum iuramento, si aliunde non haberet competentia alimenta, petere illa posset, quando nihil in contrarium circa ea alimenta expressit, aut intellexit: quoniam in ea absoluta legitimæ, aut hæreditati, renunciationi, intelligenda non veniunt alimenta, quæ, quatenus necessaria sunt ad vitæ conseruationem, debentur de iure naturali, & de quibus, si facta fuisset mentio, exciperentur: in dispositione quippe absoluta, aut vniuersali, non veniunt illa intelligenda, de quibus, si mentio esset facta, excepta fuissent. Quando autem talis filia, aut filius, renunciasset cum iuramento hæreditati, etiam quoad alimenta, aut id ita intellexisset, quicquid Anton. Gom. l. 22. Tauri in calce, numer. 12. Molina. numer. 30. citato, &. 33. ac alij dicant, arbitror, validam esse renunciationem, quaudo aliunde, vel ex suo labore & industria, vel alijs ea ei subministrantibus, sustentare ac conseruare posset vitam: secus autem si aliunde eam non posset conseruare: nam eatenus alimenta debentur de iure naturali à parentibus filijs, eaq; renũciatio, quoad eum euentum, esset mala & peccatum, ac proinde non obligaret, esto iuramento esset confirmata. Quando verò sinè eis alimentis vita sustineri posset, renunciatio incrementi eorum vsque ad competentem ac congruam sustentationem pro qualitate suæ status, vtique mala non esset ac peccatum, ac proinde, si iuramento id confirmaretur, obligaret tale iuramentum, quod absq; vllo peccato posset seruari, ac proinde, nisi priùs relaxaretur, cõtraueniri non posset tali renũciationi. Vtrũ autẽ relaxari posset ac deberet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil impediente iure alteri ex illo quæsto. Dicendum est, si adeò incedens esset, ita renunciantem manere priuatum competentibus alimentis ex sua legitima, facilitate, imperitia, & prodigalitate sua, & alterum acceptare eam renunciationem, vt acceptans cogi arbitrio prudentis posset, ac deberet, relaxare iuramentum renuncianti, illiq; relinquere competentia alimenta ex sua legitima, tunc potestatem publicam prælati, aut iudicis secularis, eius, cui facta esset talis ranunciatio, relaxare etiam posset iuramentum renuncianti, quátum satis esset, vt illi remanerent competentia alimenta; quoniam id bono communi expediret, quod priuato eius, cui facta esset renunciatio, esset præponendum: secus autem, si prudentis arbitrio, non ita iudicaretur. Quando autem id ita iudicandum sit, aut non, ex circunstantijs concurrentibus prudentis arbitrio est committendum.

In eadem parte cõclusionis dictum est, id etiam habere locum in minore renunciante: quoniam est par ratio de minori, & de maiori, quoad hoc, vt constat ex authẽtica sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. quæ de minoribus loquitur, & extr. bus alijs iuribus citatis, quæ vniuersim loquuntur, nihil exprimendo, quòd solùm sit sermo de maioribus; & præsertim ex cap. quanuis pactum, de pactis lib. 6. quod de mulieribus contentis certa dote ad nubendum loquitur: mulieres verò regulariter nubere solent ante vigesimum quintum suæ ætatis annum, ac proinde dum minores sunt. Atque hinc emanauit pronunciatum illud commune inter iuris peritos, quod amplectuntur Couar. c. quantis pactum part. 3. §. 4. num. 6. verfic. 1. & 2. Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. cap. 1. numer. 10. Molina vbi supra. numer. 21. & plerique alij, quos referunt, nempe, iuramentum de minore efficere maiorem, ad effectum vt ipsum perinde obliget, ac si esset maior, nec locum habeat restitutio in integrum aduersus id, quod à minore iuramento confirmatum est, vt subiungimus in eadem priori parte cõclusionis.

Obiectio. Neque mihi obijcias. l. 56. titul. 5. part. 5. in calce, quæ statuit, si emptor vltra dimidium iusti pretij, aut venditor infra dimidium iusti pretij, iurauit, esto res plus, vel minus valeret, nunquam contrauenturum emptioni, aut venditioni, non

A posse tunc illi contrauenire, nec concedi illi actionem, modò, qui id ita iurauit, excederet quatuordecimum ætatis suæ annum: si verò non esset tantæ ætatis, posse illi contrauenire, non secus ac si id non iurasset. Non, inquam, id mihi objcias: quoniam in primis ex eo iure potiùs colligitur, minorem, si decimumquartum ætatis suæ annum excedat, æquari ratione iuramenti maiori, nec locum esse restitutioni in integrum. Deinde, & potissimum, quoniam eo in loco est sermo, de formali, aut virtuali, renunciatione legi. 2. C. de rescind. vend. iuramento confirmata, quæ actionem impedit ex ea lege, vt in calce disputationis. 349. dictum est, pronunciaturque ea lege. 56. eam impedire, etiam minori, si quatuordecimum ætatis suæ annum excedat: secus verò, si eum annum non excedat. Attamen, vt is minor ad actionem in eo euentu ex. l. 2. C. de rescind. vend. admittatur, necesse est antecedat relaxatio iuramenti ad agendum, idque ea lex supponit: cùm enim seruari id iuramentum, malum non sit, si præstitum fuit à minore vsum rationis habente, vtique relaxandum illi est antequàm ad eam actionem admittatur, alioquin omnino est seruãdũ.

Satis fit.

Posterior verò pars conclusionis satis ex se perspicua est: quando autem id locũ habeat, prudentis rbitrio iudicãdũ est. Et se autẽ renũciantẽ minore, præsertim quatuordecim annis, aut esse fœminam, multum conducit, vt id locum habeat.

Secũda cõclus. Secunda conclusio. Si renunciatio cum iuramento hæreditati, aut legitimæ, fiat contractu merè oneroso, quo pro certa dote, aut aliquo alio accepto, illi renuncietur, tunc quæcunq; læsio ex eo contractu renuncianti sequatur, quia videlicet, quod accipitur, non attingit ad integrum valorem legitimæ debitæ, cui renunciatur, quoad id, in quo prudentis arbitrio in infimo pretio iusto æstimatur pro tempore, quo illi renunciatur, vtiq; is, cui talis renunciatio fit, nullum ius sibi comparat ad id incrementum, sed in foro conscientiæ tenetur quoad illud relaxare obligationem iuramenti, idque incrementum renuncianti restituere. Cæterum renuncians, nisi prius relaxarionem iuramenti obtineat, non potest contrauenire ei renunciationi, eò quòd ex parte ipsius nó sit de re mala, seu illita. Quando autẽ cõtractu merè oneroso renũciatio facta

sit, nec interuenerit vera condonatio incrementi, prudentis arbitrio ex circunstãtijs concurrentibus est iudicandum, atq; ad id melius conijciendum inseruiũt, quæ ante primam cõclusionem dicta sunt.

Posterior pars huius conclusionis, quòd scilicet renuncians non possit illi contrauenire, nisi obtenta priùs relaxatione iuramenti, ex se, & ex ratione in ea subiuncta, est satis perspicua, eamq; communiter affirmant doctores, habetque verum, etiam quando interuenit læsio maxima, seu enormis, modò non constet tenunciãtem dolo inductum fuisse ad ita renunciandum: nam tunc, vt supradictum est, non obligaret iuramentum, ob defectum consensus in eo euentu. Ita Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. c. 1. n. 8. Gutier. in authentica sacramenta puberum. n. 96. Couar. c. quanuis pactum part. 3. §. 4. nu. 3. &. 5. Molina lib. 2. de primog. c. 3. n. 25. Panorm. & alij, quos citant.

Prior verò pars ex eo facilè probatur, quoniam contractus ille onerosus, quo ita legitimæ renunciatur pro minori dote, aut minori alia quantitate, quàm sit legitima, æstimata tempore, quo fit renunciatio illa, prout plus minus erit valitura tẽpore, quo foret tradeda, est in æqualis & iniustus, & renũciatio illa quoad incrementũ est in volũtaria mixtè, quin & vsurarie accipitur incrementum illud pro anticipata solutione dotis, aut alterius minoris quantitatis, vt supradictum est: ergo, esto iuramento confirmetur, nullum ius sibi comparat is, cui fit: sed tenetur relaxare quoad id obligationem iuramẽti, & restituere in foro conscientię incrementum illud: sicut vsurarius, cui sub iureiurando promissæ sunt vsuræ, tenetur quoad id relaxare iuramentum, easq; non accipere, & acceptas restituere, vt constat ex se, & ex. c. debitores, de iur. iurand. affirmatque communis doctorum sententia.

Positis his, quę de renunciatione, remedio. l. 2. C. de rescind. vend. præsertim interueniente iuramento, de iure communi, & Castellæ, in calce disputationis. 349. dicta sunt, quæ similiter habent regulariter locum in alijs cõtractibus onerosis, in quibus læsio vltra, aut infra, dimidium iusti valoris cernitur, tertia cõclusio est. Si maior quatuordecim annis contractu oneroso cum iuramento renunciauit suæ legitimę, promittens sub eodem iuramento, se illi nunquam contraventuram, non concedi-

Tertia cõclus.

A rur illi actio in foro exteriori ex. l. 2. citata, esto læsus sit vltra dimidiũ iusti pretij. Ratio est, quoniam de iure communi ei, qui renunciauit remedio. l. 2. citatæ, non competit remedium illius, iuxta communiorem doctorum sententiam, vt disputatione citata dictum est; & is, qui cum iuramento promisit, se non contrauenturum ex illa lege alicui contractui, censetur renunciasse remedio illius legis, idq; validè, etiam si minor sit: quare, cùm renunciatio legitimæ contractu oneroso valida sit, si iuramento confirmetur: & eo ipso, quòd

B simul eodem iuramento sit promissum, illi non contrauenire, censeatur renunciatum remedio illi, vt eadem disputatione dictũ est; consequens profectò est, vt tunc actio non concedatur in foro exteriori, neque habeat locum relaxatio illius iuramẽti ad effectum, vt actio in eo euentu cõcedatur. Atq; hoc est, quod consentance ad glos. l. 2. C. de rescind. vend. ad Part. & ad communem doctorum sententiam, disponit. l. 56. tit. 5. p. 5. paulò antea relata. Deũ enim actionem alterius admittit, quando, qui ita cum iuramento renunciauit, non expleuerat decimumquartũ suæ ætatis annum,

C vtiq; id intelligit, obtenta priùs relaxatione eius iuramenti de ea re non mala; quod perinde eum ligat, si ad iudicium rationis peruenerat, ac si ligat puberẽ: quare impubes admitti in eo euentu non potest ad actionem, nisi obtẽta prius relaxatione iuramenti. Eandem conclusionem amplectuntur Couar. c. quanuis pactum part. 3. §. 4. n. 4. Gutier. in authentica sacramenta puberum. nu. 88. &. 89. Padilla. l. 2. C. de rescind. vend. n. 32. Molina libr. 2. de primog. c. 3. n. 18. 21. &. 22. Greg. Lopez. l. 56. citata glos. vltim. & alij quos citant. Hi

D autores communem opinionem, &. l. 56. citatam, intelligunt, quando læsio excedit quidem aliquantulum dimidium iusti valoris; secus autem, quando excedit multum, ita vt læsio sit enormissima: tũc enim dicunt, obtẽta priùs relaxatione iuramẽti, posse agere remedio legis. 2. C. de rescind. vend. Ita Couar. vbi supra. nu. 5. & libr. 2. var res. c. 4. n. 5. Padilla. l. 2. citata. n. 43. & 44. Gutier. in authentica sacramenta puberum. nu. 92. & Molina. nu. 18. citato, & 24. ac pleriq; alij, quos citant. Refert autem Molina in calce. n. 18. citati: quosdam asserere, tunc esse grauissimam, seu enormissimam læsionem ad hunc effectum, quando est vltra triplum, aut quadruplum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse verò potiùs censet,id arbitrio prudē- A
tis esse relinquendum. Multi autem,quos
Couar.c.quanuis pact.part.3.§.4. n.3.re-
fert,censuerunt, neq; ex enormissima læ-
sione relaxandum esse iuramentum in eo
euentu, neq; proinde admittendam esse
actionem. Aries verò Pinel. vbi supra. nu.
7.&.8.nō probat distinctionem in re pro-
posita de læsione graui vltra dimidium iu-
sti pretij,& grauissima, seu enormi, vel e-
normissima: quoniam neq; in iure est vl-
lum solidum fundamentum, vnde in re
proposita sit vnum dicendum de graui læ
sione,& aliud de grauissima, seu enormi,
vel enormissima:&quoniam satis enormis
læsio est,quæ dimidium iusti veloris exce- B
dit:ipse autem arbitratur in vtrauis conce
dendam esse relaxationē iuramenti,admit
tendamque actionem in foro exteriori.
Mihi etiam, propter has duas rationes,
non probatur ea distinctio, neque proin-
de quòd, in re proposita, sit vnum di-
cendum de graui læsione, & aliud de gra-
uissima. Præsertim cùm, si vera esset
ratio, cui Couar. Molina, & alij innitun-
tur,quod scilicet, quando adest grauissi-
ma læsio,præsumatur defuisse consensū,
læsi, interuenisseq; dolum lædentis,neces
saria non esset relaxatio iuramenti ad agen
dum. Dicerem verò in Lusitania,cùm re- C
nunciatio remedij legis. 2.C. de rescind.
vend.inualida sit, quibuscunq; verbis sit
concepta, vt disp.349. dictum est concē-
dendam esse relaxationem iuramenti, ad-
mittendamq; esse relaxationem iuramen-
ti,eo ipso, quòd læsio sit vltra dimidium
iusti valoris, siue excessus sit paruus, siue
magnus &enormis, vel enormissimus. Imò
verò necessariam non esse tunc relaxatio-
nem,sed contractum,ac iuramentum, esse
nullum,si iuramentum sinè regia facilita-
te sit adhibitum,iuxta ea,quæ disp.149.di
cta sunt. Adderem,cùm,data quacunq; læ
sione notabili in eiusmodi contractibus
onerosis,etiam si non sit vltra,aut infra,di D
midium iusti valoris,nullum ius ad eam si-
bi cōparet is,qui ita læsit, esto contractus
iuramento sit confirmatus,sed teneatur in
foro conscientiæ illam,nondùm acceptā,
remittere,aut restituere, si iam illam acce-
pit,vt conclusione.2.dictum est,idq;nihil
impediente, quòd,ad litium multiplicita-
tem vitandam,non detur actio in foro ex-
teriori, vt vtūrq; disp.350. ostensum est,
sanè abrogandę essent leges, quę sonant,
quando lęsio est vltra,aut infra, dimidium

iusti pretij, concedendam non esse actio- A
nem,si remedio legis.2.C.de rescind,vēd.
sit renunciatum, relaxato priùs iuramen-
to,si contractus iuramento fuit confirma-
tus,aut si cum iuramēto eidem legi.2. fuit
renunciatum. Vnde, quicquid glos. l. 2.
citata,voluerit, & cum ea communior o-
pinio,ac lex Castellæ. 56. citata, proban-
dam censeo opinionem,quæ asserit, data
enormi læsione,relaxandum esse iuramen
tum,& admittendam esse actionem,præser
tim cùm Couar & alij, receptam in praxi
eam esse affirment. Atq; vniuersim, si præ
latus,aut iudex rei,relaxet iuramentum ad B
agendum,tuta conscientia læsum vltra di
midium iusti pretij,imò & in minori quan
titate,posse agere,& accipere, siquid de lę
sione fuerit ei satisfactum: cùm reus ipse,
nulla expectata sententia, teneatur id illi
in foro conscientię restituere.

Quarta conclusio. Si minor solùm iura Quarta cō
mento confirmet contractum,aut renun- clus.
ciationem onerosam,in quibus lęsus sit vl 36
tra dimidiū iustę estimationis, aut iuramē-
to promittat illi nō cōtrauenire, neq; ad-
datvnde sufficiēter exprimat,renūciare re
medio legis.2.C.de rescind. vend. falter
quia dicat, neq; ex minori ętate, neq; e
quocūq; alio capite, illi cōtrauēturū, tū
agere potest remedio.l.2.C. de resc. vēd C
vtvel copleaturvalor vsq; ad limites iusti
vel vt rescindatur contractus, vt malueri
al ter cōtrahens. Expediet tamen relaxar
priùs iuramentum ad cautelam antequàm
agat. Imò id necessarium erit in foro con-
scientiæ,si eo iuramento intendit se obli-
gare,etiam ad non agendum ex.l.2. Hanc
conclusionem, quoad priorem, ac preci-
puam illius partem,affirmant cum glos. l.
2.citata,& cum glos. cap.vltim.de emp.&
vend.Bar. Panor. & communis doctorum
sententia, quam referunr ac sequuntur,
Couarr.c.quanuis pactum part. 3. §. 4. n.
6. Aries Pinel.l.2.C.de rescind.ven. part. D
3.c.1.nu.9. Padilla eadem.l.2.nu.33.Gu-
tier. in authentica sacramenta puberum.
n.86.& Molina libr. 2. de primog.c. 3.n.
21. Ratio autem est, quoniam minor cense
tur confirmare contractum illum iuramē-
to, nec illi contrauenturum ex parte mi-
noris ætatis,neq; censetur renunciare re-
medio particulari.l.2. sibi cum maioribus
communi: præsertim in hac materia fauo-
rabili minori,in qua alter sibi non compa-
ratius, etiam ex iuramento minoris, sed
tenetur in foro conscientiæ restituere to-

tam

titudinem læsionis. Vnde lex.56. titulo.5. A
part.5.solùm negat actionem,quando suf
ficienter expressum fuit, renunciare cum
iuramento remedio.l.2.citatæ, vt eam le-
gem.56.intuenti est satis perspicuum. Ex
eodem verò fundamento affirmant Ant.
Gom.2.tom.var.res.c.14.n.20 & Gutier.
vbi supra.n.87.si maior renunciet hæredi
tati simili modo cum iuramento, ita vt nō
exprimat sufficiēter renūciare remedio.l.
2.citatæ,sitq; Læsus vltra dimidium iusti
valoris,posse similiter agere remedio le-
gis.2.citatæ: quoniam confirmare censē-
tur renunciationem iuramento, quatenus B
secluso iuramento,est actus inualidus, nō
verò quasi intendat renunciare remedio le
gis.2.citatæ. Idem dicendum est de quo-
cunq; alio maiori,vel minori, confirman-
te simili modo iuramento actum, secluso
iuramento,inualidum. Quando autem ma
ior confirmaret iuramento actum validū,
tunc ea confirmatio haberet vim renun-
ciationis.l. 2. citatæ, iuxta dicta incalce
disp.349.ac proinde maior ille non admit
teretur ad actionem ex ea lege,& ad relaxa
tionem iuramenti,iuxta dicta conclusio-
ne præcedente.

Admonet Gutier.vbi supra.n.91.si mi- C
nor iuramento se astrinxit non contrauen
turum ex.l.2.C.de rescind.vend.alicui cō
tractui,aut renunciationi,& nihil aliud ad
iecit, posse illi contrauenire, si res immo-
bilis ab ipso alienetur sinè iudicis decreto
ex eo,quòd sit nullus contractus ob de-
fectum eius necessariæ solemnitatis, aut
ex beneficio restitutionis in integrum.
Hæc de primo illorum trium actuū, qui-
bus quis renunciat hæreditati alicuius,pa-
ctum videlicet cum eo ipso ineundo, cu-
ius hęreditati renunciat.

37 Quod verò attinet ad secundum, con- D
senciendo scilicet in ipsomet actutestlan-
di eius,in cuius hęreditate succedere de-
bet,aut post testamentum conditum,in te
stamento ab illo confecto, quo priuatur,
aut legitima tota sibi debita, aut parte il-
lus,dicendū est. Eiusmodi cōsensum vale
re,firmamq; reddere renunciationem le-
gitimę, aut parti illus, esto talis consensus
& renunciatio iuramento non sit confir-
mata,neq; posse deinceps filium agere ad
uersus id testamentum, in quo sit præte-
ritus,aut exhæredatus, esto neq; hęc cau
sa, consensus scilicet talis filij neq; alia le
gitimæ ex hęredationis, aut præteritionis,
sit inserta in eo testamento: quoniam in

sertio causæ tunc est necessaria,quando fi
lius,aut ascendens, contra suam voluntā-
tem pręteritur,aut ex hæredatur:secus ve
rò quando suo consensu. Intelligendum
tamen est id,modò is consensus in ipso te
standi actu interueniat,aut post testamen-
tum confectum, siue formalis is sit, siue
virtualis & tacitus,modis disp. 175. §. si-
quis,explicatis;secus autem si ante testa-
mentum adhibitus sit,vt ibidem.§. antece
dēte,aduersus Iulium Clarum dictum est.
Ita iuxta.l.non potuit.§.si quis sua manu.
ff.de bonor.pos.contra tebul.dictum ibi-
dem est cum communi doctorum senten-
tia,quam Ant.Gom.1.tom.var. res. c. 11.
n.14.refert ac sequitur.Hæc eadem affir-
mant,cum communi etiam doctorum sē-
tentia,quam referunt ac sequuntur,idem
Ant.Gom.l.22.Taur.n. 5. Couar.c.Rey-
naldus de test.§.2.n.2.&.3. & Molina lib.
2. de primoḡ.c.3.n.7.

Disp.175.citata.§.secundum est,addidi
mus.Si quis institutus sit in minori portio
ne,quàm sit sua legitima, tunc, esto eam
portionem petat,& recipiat post mortem
patris,imò esto chirographum det hęredi
bus,se illam recepisse,neq; quicquam pro
testetur, remanere sibi ius,vt petat incre- C
mentum,nisi specialiter dicat, aut pactus
sit,se ea portione esse contentum, vt ex-
pressè habetur.l.si quando.§. generaliter.
C.de inofficios. test. eaq; de causa in eo
euentu, non sufficere tacitum consensū,
quo renuncietur incremento legitimæ,
sed necessarium esse expressum,vel dum
testamentum conficiebatur,vel post mor
tem testatoris.

Addidimus præterea, si quis, sinè causa
inserta, esset præteritus,aut ex hæredatus,
atq; sua alicuius, aut aliquorū, ex hęredi-
bus in eo testamento scriptis interesset, D
id testamentum esse nullum,quia ab inte-
stato maiores portiones hęreditarias acci-
perent, tunc quòd talis filius pręteritus,
aut ex hęredatus,approbaret id testamen-
tum post testatoris mortem,nihil impedi-
ret, quominùs quiuis aliorum hęredum,
agere posset de nullitate illius; eò quòd
verè nullum fuerit tempore mortis testato
ris: secus si is filius illud approbasset quā
do conficiebatur, aut in eo esset inserta
causa exhęredationis, aut pręteritionis:
quoniam tunc id testamentum non fuis-
set nullum tempore mortis testatoris. Le-
ge quę ibi dicta sunt. Atq; hęc dicta sint
de secundo actu.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

38 Quòd deniq; ad tertium actum attinet, quando scilicet is, cui legitima portio in bonis alicuius debetur, renunciat toti, aut parti illius, in fauorem alicuius, aut aliquorum cohæredum, pacto inito cum ipsis, cõsentiente eo, in cuius bonis legitima portio debetur, & cui est succedendum, dicendum est. Quanuis inualidum omnino sit pactum de futura hæreditate certo modo diuidenda, si sit alicuius certi & determinati hominis (societas enim in genere omnium bonorum, etiam circa bona hæreditaria, valida est, vt disp. 412. dictũ est) vt si filij, viuẽte patre, aut alij cohæredes, qui hæreditatem alicuius sperãt, viuente illo, circa eam hæreditatem certo modo diuidendam paciscantur, inualidum omnino sit tale pactum; attamen, si accedat consensus eius, cui succedere debent, circa illam eo modo diuidendam, atq; adeò circa renunciationem alicuius, aut aliquorum eorum, toti, aut parti, legitimæ ipsis debitæ, in fauorem alicuius, aut aliquorum cętero rum, isq;, cui succedere debent, in eo consensu perseueret vsq; ad finem vitæ, validum est tale pactum, etiam si iuramento non confirmetur. Vtrunq; habetur expresse l. vlt C. de pactis, & affirmant Bart. & communis doctorum sententia, quam referũt ac sequuntur Ant. Gom. l. 22. Tauri n. 30. Couar. c. quanuis pactum part. 3. in initio. n. 1. & sequent. &. c. Raynaldus de test. §. 2. n. 1. & 2. ac Molina lib. 2. de primog. c. 3. n. 2.

Non solùm pactum, de hæreditate viuentis certo modo diuidenda, est nullum, nisi accedat eius consensus, sed etiam omne aliud pactum, donatio, dispositio, obligatio, vel subiectio hypothecę, alicuius eorum bonorum, est ipso iure nulla, vt constat ex. l. vlt. citata, cẽseturq; in iure quod cunq; horum contra bonos mores, ob periculum mortis captandæ viuenti, cuius ad huc sunt ea bona, & propter alia mala, quę inde nata sunt sequi, vt constat ex. l. vlt. citata: eaq; omnia pacta prohibita sũt fieri in iure, &, qui aliquod eorum exercet, incidit in pœnam amittendi fisco, quicquid ex hęreditate ad ipsum deuenerit, eò quòd eo ipso illa efficiatur indignus, vt constat ex. l. quidam in iure. §. vlt. &. l. sequenti. ff. de donat. ex. l. 2. in fine. ff. de his quib. vt indig. iuncta. l. Papianus. §. meminisse. ff. de inoffici. test. & affirmant Bart. & communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. n. 30. citato refert ac sequitur. Quia ergo A id non solùm reputatur contra bonos mores propter mala, quæ inde nata sunt sequi, sed etiam prohibitum sub certa pœna est in iure, inde sequitur, quòd, esto tale pactum iuramẽto firmetur, inualidum sit, nisi accedat consensus eius, cui in eis bonis est succedendum, quo consensu accedente, desinit id esse prohibitum. Ita affirmant (licèt non rem sic explicent) cum cõmuni doctorum sententia, quam referũt ac sequuntur Ant. Gom. n. 30. citato, Couar. c. quanuis pact. part. 3. in initio, in calce. n. 1. &. n. 2. & Molina vbi supra. n. 4. Quia ergo renunciare hęreditati non est B prohibitum in iure, tamet si redditum sit nullum; paciscì verò circa futuram hęreditatem cum aliquo alio sinè consensu eius, cui est succedendum, non solùm est reditum nullũ, sed etiam prohibitũ sub certa pœna est in iure, inde efficitur, vt illud primum, adhibito iuramento, reddatur validum; non verò hoc secundum.

Obserua tamen, quando futurus hæres 39 paciscereturcum creditoribus eius, cui esset successurus, sinè illius consensu, ne ipse, deuoluta ad se hęreditate, cõueniretur, sed liber ab eo debito maneret, validũ esset pactum, neq; vllam incurreret pœnã; C quoniam id solùm est liberatio à debito, & non dispositio de bonis hęreditarijs, neq; est obligare ea alicui alteri, neq; inde vllum periculum imminet captandi mortem ei, cuius sunt ea bona. Ita probat textus. l. & suum hęredem. §. idem probat. ff. de pactis, & affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. l. 22. citata. n. vlt. refert ac sequitur. Idem vult ibidem Ant. Gom. esse, si hæres futurus remittat debitoribus eius, cui est successurus, debitum aliquod in tempus, quo ipse succedet. Contrarium tamen arbitror esse verũ: quoniam id accasio esse posset optãdi mortem ei, cui est successurus: & quoniam nihil tale reperitur dispositum in iure. D

Cùm pactum inter cohæredes de diuidenda hęreditate certo aliquo modo, atq; 40 adeò, cùm renunciatio legitimę, aut parti illius, in fauorem alicuius, aut aliquorum, ex cohæredibus, quod per consequens est pactum de hæreditate diuidenda inter cohæredes certo modo, & vniuersim cùm pactum circa bona, in quibus est succedẽdum cum aliquo alio, validum sit, esto nõ confirmetur iuramento, modò tamen accedat consensus eius, cui est succedendum, in quo perseueret vsq; ad finem vitę; satis

satis profectò est perspicuum, longè magis esse validum, si insuper confirmetur iuramento. Dubitãt verò doctores, si eiusmodi renunciatio in fauorem alicuius, aut aliquorum ex cohæredibus, facta sit patri cum iuramento præstito illi, aut si eiusmodi pactum factum sit inter cohæredes inter se confirmatum iuramento, accedenteq; consensu patris, num pater mutare possit consensum, & num, si illum mutet, filius perinde succedat patri, ac si non interuenisset tale pactum, neq; præstitisset id iuramentum. Ad quod in primis dicendum est, cum Couar. c. quanuis pactum part. 3. in initio. n. 2. aduersus Deciũ, si pater etiam iurasset non mutare consensum, B tunc, cùm illum non mutare, malum non sit, neq; prohibitum patri, vtiq; periurus esset, si eũ mutaret, nihil impediẽte, quòd manendo ita obligatum ex iuramento ad illum non mutandum, reddatur intestabilis: id quod satis perspicuè constat ex dictis disp. 151. & alibi, eaq; de causa non plura hac de re hoc loco dico. Dicendum deinde est, quando pater solum adhibuit consensum, nec se obligauit iuramento ad illum non mutandum, integrum tibi esse, nihil impediente iuramẽto filij, aut cohæredum, illum mutare. Quoniã pactũ filio- C rum inter se, pendens à libero cõsensu ipsius, quod ex dispositione iuris, pro suo arbitrio & voluntate, interim dum viuit, mutare potest, tollere à patre non potest eam libertatem, & facultatem liberam testandi, quantum ius ipsi concedit, neq; itẽ iuramentũ filiorum id potest ab eo adimere. Dicendum tertiò est, patre mutante consensum, filium, vel cohæredes, non tineri pacto & iuramento, sed filium, qui legitimæ, aut parti illius renunciauit cum iuramento in fauorem alicuius, aut aliquorum ex cohæredibus, perinde succedere patri, ac si tale pactum, & iuramentum, nõ D interuenissent. Ita cum Bald. cõmunis doctorum sententia, quam referunt ac sequũtur Ant. Gom. l. 22. Taur. n. 31. & Molina lib. 2. de primog. c. 3. n. 4. Ratio autem est, quoniam factum illud filiorum, non solùm in iure censetur contra bonos mores, sed etiam est prohibitum sub pœna amissionis totius commodi ex hæreditate, nisi accedat consensus eius, cui est succedendũ, & in eo perseueret vsq; ad finem vitæ, vt dictum est iuxta. l. vlt. C. de pactis, & iuxta, eaq; alia iura, ratione non A confirmatur iuramento, nisi accedat ille consensus, & perseueret vsq; ad finem vitæ: quarè eo ipso, quòd consensus ille mutatur ac desinit esse, obligare desinit iuramentum, & pactum cohæredum inter se. Vnde probanda non est opinio Couar. c. quanuis pactum part. 3. in initio. n. 2. 7. &. 8. qui cum concedat, pactum filiorum interse, sinè consensu patris, non firmari iuramento, propendet (tametsi trepidus) accedente semel cõsensu patris, esto posteà illum mutet, teneri filios pacto iuramento confirmato de consensu patris inter se celebrato. Probanda item non est Iasonis sententia, qui asseuerat aduersùs Bal- B dum, renunciationem legitimæ cum iuramẽto vnius filiorum, in fauorem alterius, aut aliorum, obligare filium ita renuncian tem, esto pater mutet voluntatem ac consensum: ductus, quòd id sit renunciatio legitimę, quæ renunciatio (vt circa primum auctum dictum est) confirmatur iuramento. Dicendum quippe est, quatenus in fauorem alicuius, aut aliquorum ex cohæredibus facta est, transire in pactum de certo modo hæreditate inter cohęredes diuidenda, atq; eatenus, esto iuramento confirmata sit, pendere, vt sit valida, à consen- C su patris, & à perseuerantia in illo vsq; ad finem vitæ, vt dictum est, & rectè, cum communi doctorum sententia, affirmant Ant. Gom. & Molina locis citatis.

Circa hunc tertium actum, & secun- 41 dum præcedentem, obseruandum in primis est. Si facti sint à minore sinè iuramento, ac se læsum inueniat, quia expediens ipsi non fuit, eos celebrare, tunc locum habere beneficium restitutionis in integrũ ad eos rescindendum, & ad reuocandum, quoad id maioratum, si, vt inde maioratus institueretur, facti sint, vt ex se est notissimum, & ex parte disp. 175. dictum est. Quando autem cõfirmati essent iuramento, locum non haberet restitutio in integrum: quoniam iuramentũ validè adhibitum, beneficium impedit restitutionis in integrum, iuxta authenticam sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & alia iura, vt supra dictum est.

Deinde obseruandum est, quod circa primum actum dictum est de renũciatione ob causam, attendendum scilicet esse, num causa cessauerit, ad iudicandum vtrum renunciatio expiret, etiam si iuramento confirmata sit, maximè habere locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cumcirca tertium actum explicatum. Multa etiam alia, quæ circa primum actum dicta sunt, suo etiam modo locum habent circa secundum, & tertium actum, vt rem expendenti, facilè liquebit. Et præcipuè locum habent, quæ de vi, metu, & dolo dicta sunt, vt relaxetur iuramentum, & nulli reddantur omnino eiusmodi actus, atq; institutio maioratus ex hisce renunciationibus, aut etiam vt nulli iudicentur, etiam sine relaxatione iuramenti, si dolus interuenit. A

43 Ex dictis tota hac disputatione facilè intelligetur, quovsq; ex legitimis debitis filijs, aut filiabus, validè institui possit maioratus, etiam sinè regia facultate, renunciantibus filijs, aut filiabus validè, aliquo ex tribus modis explicatis, integris suis legitimis, aut parti earum, vt inde maioratus instituatur, qui cedat, modis explicatis, in bonum totius familiæ, & ipsorum renũciantium: qua de causa tam multa de his renunciationibus hoc loco dicta sunt. Item ex dictis hac eadem disputatione facilè patet, ex quot capitibus renunciationes explicatæ subiaceant calumnię, atq; reuocationi, vel etiam vt pronunciẽtur fuisse ipso iure nullæ, & in consequentiam, quovsq; columniæ, reuocationi, aut pronunciationi fuisse ipso iure nullas, subiaceant institutiones maioratuum factæ vi eiusmodi renunciationum. Ait verò Molina vbi supra. n. 8. institutores maioratuum ex legitimis filiorum, quò eiusmodi institutiones sinè regia facultate firmiores sint, solere simul vti tribus generibus renunciationum hactenus explicatis. Etenim filij omnes, ex quorum legitimis maioratus instituitur, eum approbant in ipso actu institutionis, aut post illum institutum, in eoq; consentiunt; pacis cunturq; inter se, ex patris consensu, vt ita instituatur ex ipsorum legitimis, aut ex partibus earum, promittentes se nunquam illi contrauenturos, illum ve impugnaturos; renunciant item paternæ hereditati, suisq; legitimis portionibus, quatenus ea institutio illas contingit, promittentes, se nihil aliud ex testamento paterno, aut alia occasione, petituros, quam quod exsuis legitimis remanserit, completa integrè ea institutione, eaq; omnia iuramento confirmant. Ait verò Molina, vt eiusmodi institutiones ex legitimis aliorum tutiores & firmiores sint, solere obtineri à Rege facultatem & confirmationem. Cæterùm nos disputatione præcedente conclusione. 4. & 5. exposuimus, quovsq; princeps dispensare possit, vt eiusmodi institutiones ex legitimis alijs debitis fiant. B C D

SVMMARIVM.

1 PRIMOGENIA *tempore legis naturæ, & scriptæ, cõsueta in Gallia, & in alijs prouincijs, legalia sunt.*

2 *Regnum maioratus est legalis regulariter loquendo. Et quovsq; aliquando, & quibus ex causis, mutare liceat de modo regiminis ac successionis primitùs statuto. Regulariter verò non licet.*

3 *Maioratus cum titulo, & alij de bonis coronæ huius regni creati, licèt aliquid de legali participent simpliciter non legales, sed à Rege dicendi sunt creati.*

4 *Maioratus in Lusitania legi mentali subiecti, legales rectius appellari possunt.*

5 *Idem de maioratibus ex donatis ab Henrico secundo in hoc regno creatis.*

6 *Maioratus instituti de bonis patrimonialibus, simpliciter non sunt legales, sed ex priuatorum institutione: licèt quidam eorum aliquid de legali participent.*

Maioratus, qui legales, & qui ex aliorum institutione. Disput. 580.

IVXTA ordinem initio disputationis. 578. propositum, dicendum est de varia diuersorum maioratuum productione, ac subsistentia in rerum natura; vnde varij maioratuum modi, & qualitates fiẽt manifesti. Atq; prærogatiuæ illæ primogenitorum, quę primogenia, & primogenita, dicuntur, de quibus initio disp. 577. dictum est, quasq; locum diximus non habere in Hispanijs, eheeq; longè diuersas ostendimus. maioratibus Hispanis, omnes erant lege statutæ, & sunt hodie in Gallia, & in alijs prouincijs, aut certè consuetudine vniuersali, placitoq; vniuersali hominum earum prouinciarum, in quibus vigebant, fuerunt introductæ, vt ex dictis disputatione citata facile constat: eiusmodi verò consuetudines vim habent legis. Quo, fit, vt prærogatiuę illa, ac primogenitura illa omnia legalia sint. A

2 Eis verò prærogatiuis omissis, vt de solis Hispanis primogenijs vniuersim dicamus. In primis regnum hoc Castellæ, & regulariter cætera regna, lege introducta sunt, ac proinde maioratus legales dici possunt; hoc est, lege constituti & creati, vt eam formam habeant, eoq; modo in eis succedatur, quo re ipsa succeditur. Id verò de Hoc Castellę regno satis constat ex dictis disp. 576. vbi ostendimus, abrogato tempore Pelagij antiquo more, qui Gothorum tempore vigebat, creandi ac succedendi Reges per electionem, constitutum à Pelagio, consentiente republica, fuisse, vt via generationis, modo ibi explicato, in eo deinceps succederetur. Regna etiam, & regimina varia diuersarum rerum publicarum, ortum habuisse à lege ea de re lata, qua diuersæ nationes ac prouinciæ communi consensu, modum sibi regiminis vnicuiq; proprium delegerunt, satis etiam constat ex dictis disp. 22. & 23. Quando verò multa regna ad eundem Regem deueniunt, accidere id potest, vel successione hæreditario iure eiusdem Regis in multa regna, vel pacto, quo prouincia aliqua, aut regnum, dedere se vult alteri regno, vel iure belli. In primo euentu seruanda est forma, ac lex lata in prima eius regni creatione: neq; fas est nouo Regi quicquam illius formæ mutare, legemve illam aliquomodo transgredi, vt regimen vnius cum regimine alterius conueniat, aut aliqua alia de causa, nisi vel communi libero consensu illius reipublicæ, vel ob delictum eius respublicæ, aliquid in pœnam iustam mutet. Sic regnum Aragoniæ vnitum fuit regno Castellæ, matrimonio Catholici Regis Ferdinandi cum Elisabetha, seruataq; semper fuerunt iura, seu *fueros*, quos vocant, eius regni, quouisq; rebellione & inobedientia reipublicæ Aragoniæ præteritis annis, non nihil de eis acerrimis iuribus in pœnam iustam fuit abolitum. In secundo etiam euentu, siue ea respublica ex sola sua sponte se dedat alteri Regi, siue coacta timore potentię illius in causa dubia, num ad eum Regem pertineat, standum est pacto tunc inter eum Regem, & rempublicam illam inito, neq; fas est Regi, abiq; eius reipublicæ libero consensu, vel abiq; iusta alia causa, quicquam de constitutis in ea deditione mutare. In tertio deniq; euentu, integrum

est Regi, qui bello iusto rempublicam aliquam sibi subiecit, vel nihil mutare de antiquo illius regimine ac successione, vel mutare, quę voluerit, eam omnino æquando regno, cui accedit, in qualitate & modo regiminis, ac successionis, vt ieri solet, aut aliquid diuersum relinquẽdo, vel statuendo: modò nihil fiat, quod dishonum à recta ratione sit, vel excedes iustam pœnam ob delicta commissa, vt ex se hæc omnia satis perspicua sunt. A

Molina lib. 2. de primog. c. 2. n. 4. maioratus legales dici posse affirmat castra, & oppida, a principe concessa sub titulo Comitatus, Marchionatus, Ducatus, Principatus, aut sub alio simili. Quod intelligere videtur, quando in hoc Castellæ regno absolute absq; aliqua restrictione ac declaratione, quæ deuiet ab eiusdem regni imitatione, concessa sunt. Censet vero tunc dici posse maioratus legales, quatenus (iuxta dicta disp. 576.) concessa reputantur, vt instar regni Castellę, quod caput & exemplar cęterorum eiusdem regni maioratuum est, creata habeantur, quando aliud non fuit expressum, ac proinde lex lata circa Castellę regnum, a qua id regnum legalis maioratus est, ad eiusmodi maioratus antiqua consuetudine se se extendit, quę consuetudo vim etiam habet legis. Hac eadẽ ratione dicere posset, maioratus reliquos sinè titulo à Rege simili modo creatos, dici posse legales: eo quòd, vt eadem disp. 576. dictum est, antiqua consuetudine eodem modo creati censeantur; eademq; lex ad eos etiam se se extendat. Totius autem dicerem, eiusmodi maioratus participare id de legalibus maioratibus, catenusq; dici posse legales maioratus; cæterùm simpliciter dicendos esse maioratus principis institutione creatos: cùm non lege sint creati, sed principis beneplacito ita tacitè subiecti ei legi. B 3

Longè verò maiori cum ratione maioratus Lusitani, legi mentali subiecti, de quibus disp. 576. actum est, dici possunt legales maioratus; præsertim quando bona coronæ regni, ex quibus constant, à principio non fuerunt concessa subiecta vinculo maioratus: tunc enim à lege illa mentali habent, tum quod maioratus sint, tum etiam quod eam peculiarem formam maioratus habeant, inqua multum deuiãt à forma maioratus ipsius regni Lusitani, aliorumq; maioratuum. C D 4

Idem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem propter eadem rationem, dicendum est, de maioratibus huius Castellæ regni constantibus ex rebus ab Henrico. 2. donatis, de quibus eadem disp. 576. dictum est, quam formam ex prescripto eiusdem Regis, ac ex lege Ferdinandi ac Elisabathæ, & Philippi secundi habeant. A

In nouo orbe, præsertim in Peru, commendæ institutæ sunt, quę ad primogenitos, illas obtinentiũ, lege regia deriuãtur. Eatenus autem dici possunt maioratus legales: & multò magis, si à principio lege tales commendæ institutæ sunt, vt essent, & quibus conferendæ essent, & vt ad primogenitos illorum deriuentur. Harum commendarum mentionem fecit Molina. c. 2. citato. n. 6. maioratusq; legales illas appellat, additq;, temporales esse. Nullam verò maiorem notitiam de illis huc vsq; habeo. B

Maioratus autem tertij generis, de quibus disp. 576. dictum est, quanuis, legibus permittentibus, fiant ac creentur, quia tamen, non à lege, sed à priuatis pro suo arbitrio instituuntur, no legales sunt appellandi, sed ex priuatorum institutione, vt ex se est satis perspicuum. Quatenus tamen in hoc Castellæ regno, si ab habente descendentes ex tertio instituantur, quoad id tertium ex legis prescripto vocari prius debent descendentes, & in eorum defectum, ascendentes, & his deficientibus, collaterales vt disp. 576. dictum est, vtiq; eatenus participant de maioratibus legalibus, vocariq; possunt legales maioratus: simpliciter tamen legales non sunt, sed ex priuatorum institutione. C

SVMMARIVM.

1 ANSI *castrum, aut oppidum, concedantur perpetuo alicui, & descendẽtibus illius cũ dignitate Comitis, Marchionis, aut alia simili, id castrum, aut oppidum, maioratus ratione sortiatur, an verò sit diuidendum inter descendentes. Et argumenta proponuntur, quòd sit diuidendum.* D

2 *Tale castrum, aut oppidum rationem maioratus in Hispanijs sortitur, neq; est diuidendum.*

3 *Dignitas comitis, marchionis, & similes, variis modis concedi possunt.*

4 *Dignitas eadẽ simpliciter sine alia expressio ne concessa, expirat cũ eo, cui conceditur, nisi princeps illam proroget ad successorem. Censetur verò eam prorogare, si illum verbo, aut scripto, nomine eius dignitatis appellet. Si eam princeps concessit alicui, filio illius, ac nepoti, illis defunctis expirat.*

5 *Dignitas eadem concessa alicui & suis descendentibus, transit ad omnes, ad quos iuxta formam concessionis se extendit. Et transit indiuisa ad primogenitum iuxta limites concessionis, tanquam maioratus. Alicubi est consuetudo, vt licet ad vnum solum transeat, omnes tamen descendentes nomine eius dignitatis nuncupentur.*

6 *Si cum eadem dignitate oppidum, aut aliud territorium donetur accipienti & successoribus, dignitas & territorium iure maioratus deriuantur in perpetuum instar regni. Et verunq; in Lusitania legi mentali est subiectum, nisi concedatur ab illa exemptum.*

7 *Dignitas eadem si alicui concedatur in titulum in aliquo suo oppido, aut oppidis liberis, partibilia manent ea oppida, & dignitas expirat cum eo, cui fuit concessa, nisi aliud sit expressum.*

8 *Oppida si donet princeps alicui, & successoribus, cum titulo alicuius ex his dignitatibus solum illi ad vitam concesso, oppida maioratus non sunt, sed partibilia, etiam si filius eundem titulum obtineat. In Lusitania secus res habet.*

9 *Multa oppida si similiter concedantur, cum dignitate sibi & successoribus in vno eorum, non aliud exprimendo, id solum oppidum sortitur rationem maioratus: reliqua verò partibilia sunt. In Lusitania verò omnia maioratus rationem subeunt.*

10 *Dignitas si concessa sit cum oppidis titulo feudi, maior natu succedit in dignitate & oppidis, esto partibilia sint quo ad commoditatem, soluendo legitimas fratribus in alijs bonis, aut ex sola oppidorum commoditate. Secus res habet extra feuda.*

11 *Argumenta soluuntur.*

De maioratibus titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio simili, á principibus institutis, quantam perpetuitatem, ac indiuiduitatem, quoad titulos ipsos, & res quibus sunt annexi, habeant. Disput. 581.

OCCA-

CCASIONEA eorum, quæ de eiusmodi maioratibus disputatione precedẽte dicta sunt, & vt intelligatur, quales in rerũ natura producti ex principũ institutione sint censendi, quod propositũ est, erit hoc loco examinandum, antequàm ad maioratus, ex priuatorum institutione productos gradum faciamus.

Licet ex dictis disput. 576. & 577. facilè intelligi possit, maioratus omnes Hispanianum, quando aliud non fuit expressum, perpetuos esse, bonaque, quibus constant, in alienabilia esse, minimeq; conferenda, atq; indiuidua, & integra ad vnicum in illo successorem pertranire, qui regulariter est in institutoris, vel vltimi possessoris, primogenitus, quando is datur, & aliud ipsa maioratus institutione non fuit dispositum; id quod testatur regni ipsius institutio, ad cuius exemplar maioratus alij in Hispanijs censentur instituti, & antiqua consuetudo, ac finis, ad quem instituuntur, vt scilicet familiarum dignitas ac memoria perpetuò in eis conseruetur, quæ omnia cum plerisq; alijs, quos citat, afirmat Molina lib. 1. de primog. c. 1. à n. 1. Licèt, inquam, hæc ita sint, concertatio tamen nó modica fuit inter Hispanos iurisperitos, vtrum, quãdo princeps alicui, sibi, & suis descendẽtibus, perpetuò concesit castrum, aut oppidum, cum titulo Comitatus, Marchionatus, Ducatus, aut alio simili, id castrum, aut oppidum, possideri debeat ab eo, & à successoribus illius, iure maioratus, ita vt integrum, atq; indiuisum debeat semper deuenire ad primogenitum; an verò non debeat possideri iure maioratus, sed inter descendentes sit diuidendum portionibus æqualibus, perinde atque cætera bona vltimi possessoris libera. A B C Quæst. 1. D

Roderius Xuarez. l. quoniam in prioribus, limit. 11. infertis ibi, quę ea de re dixerat circa Comitatum de Valecia, circa quem de ea controuersia agebatur, asseuerat. Quando similia bona titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio simili, eo modo cõceduntur, neq; aliud exprimitur, censenda esse bona libera, diuidenda inter descendentes.

Argumẽtũ primũ. Ducitur. Primò, quoniam bona omnia libera præsumuntur, ac sunt cẽsenda, non verò vinculo maioratus subiecta, nisi ex scriptura maioratus aliud ostendatur, argumento textus. c. 1. §. inter filiam, &. §. defuncto, si deffend. defunct. content. vbi id affirmant Bald & alij: ergo, nisi aliud exprimatur, castrum illud, aut oppidum, liberum erit reputandum.

Secundò, quoniam dignitas Comitatus, Marchionatus, Ducatus, & similes, non transeunt ad hæredes, sed, vnà cum vita eius, cui primò conceduntur expirant, nisi à principe denuo successori concedantur, vt cõstat ex. c. 1. in prin. de feudo Marchię, ex. cap. 1. infine, de alienatione feudi, & ex lege. 6. in fine, titu. 226. part. 4. Vnde idem Rodericus Xuar. vbi supra ait, in hoc Castellæ regno, antiqua consuetudine fuisse seruatu, vt, mortuo Comite, Marchione, aut Duce, eiusmodi dignitates expirẽt, nec possint successores eis titulis appellari, nisi Rex eadẽ dignitates eis confirmet. Quarè, cùm eiusmodi dignitas, mortuo primo, cui concessa est, expiret, neque ad hæredes transeat; consequens est, vt castrum, aut oppidum, in perpetuum ei, & descendentibus, concessum cum eo titulo & dignitate, ad hæredes, tanquam bonum liberum, transeat, inter illos æqualiter diuidendum. Secundũ.

Tertiò, quoniam quãuis dignitates, Comitatus, Marchionatus, & similes, ad hæredes transirent, bona tamẽ cum eo titulo ac dignitate à principe concessa, diuidenda essent æqualiter inter hæredes: licèt enim. c. imperialem. §. prętereà Ducatus, de prohibit. feud. alien. per Feder. statuat, feuda Ducatus, Marchionatus, & similia, diuidenda non esse; in re tamen proposita, sermo non est de bonis feudalibus, sed de bonis alodialibus, hoc est, ita liberis, vt directum eorum dominiu ad alterum non spectet, qualia in Hispanijs sunt bona, etiã maioratui subiecta: quare, quæ. §. prætereà Ducatus, disponuntur circa res feudales, extendenda non sunt ad res alias. Tertiũ.

Quartò, quoniam licèt. §. prætereà Ducatus, extendendus esset ad bona in Hispanijs maioratui subiecta; ex eo tamen, quòd bona, de quibus agimus, cum titulo dignitatis concedantur, non sequitur esse bona maioratui subiecta. In primis, quoniã eiusmodi bona alicui, & successoribus illius, conceduntur: in quo euentu, etiam feudalia bona Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, similiter concessa, essent inter filios diuidenda, nisi expresse sub ea conditione à principe essent concessa, vt in eis solus primogenitus succederet, vt Quartum

D in eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eo.§.notat Isernia, quem sequitur Alexander,& Tiraquellus,qui plures alios eiusdem sententiæ autores refert.Deinde,quoniam nulla est hæc consequutio,hæc bona non diuiduntur, eò quòd titulo Ducatus, aut Marchionatus sunt subiecta , ergo in eis succedere debet solus primogenitus, ita vt neque commoditas eorum inter filios omnes sit diuidenda. Etenim, quando feudum aliquod cum titulo Marchionatus, aut alio simili alicui, & descendentibus, conceditur, quanuis nec dignitas diuidatur,eò quòd indiuidua sit, & deueniat ad solum primogenitum , nec ratione dignitatis,diuidantur bona sub eo titulo concessa, vt habetur.§. præterea Ducatus, citato; commoditas tamen eorum inter omnes filios diuiditur,vt Bald.ibidem, & plerique alij affirmant.

6 Contraria tamen sententia in euentu,de quo est sermo , & in causa illa Comitatus *de Valencia*, fuit communis iurisperitorum Hispanorum , eamque sequuntur Anton. Gom.l.40. Tauri.nu. 12.& Molina libr.1. de primog.c.11.à num.16. & satis consentaneè loquitur Greg. Lopez.l. 12. titul. 1. part.2.glos. 1. tametsi, quòd iudex fuerit in causa illa, & adhuc lis penderet, subiungat, non plura ea de re dicere, &. l. 6. titul. 26.part.4.glos. vltim. subiungitque Molina vbi supra.n.25. iuxta eam fuisse iudicatum in supremo Pinciano senatu in eadem causa Comitatus *de Valencia*. Atque in Lusitania nullum ea de re poterat esse dubium:quandoquidem,vt disput.576.ex. lege mentali relatum est, in eo regno , eo ipso, quòd bona aliqua ex regni corona donata sunt, sortiuntur rationem maioratus, qui indiuisus omnino debet deuenire ordine ibi præscripto ad solos descendentes masculos vltimi possessoris.

3 Vt verò dilucidius res intelligatur.Dignitas Comitatus,Marchionatus, Ducatus, aut alia similis, vel concedi potest ipsa sola quoad officia, munus , seu administrationem,sinè territorio, quod simul concedatur ac donetur,cuius sit ea dignitas ac titulus : vel potest concedi vnà cum territorio , cuius sit dignitas ac titulus. In priori autem euentu , potest ad huc altero è duobus modis concedi. Vno , simpliciter. Altero verò,exprimendo , quòd pro se, & suis descendentibus ac successoribus concedatur.

4 Quando simpliciter eo modo conceditur,tunc morte eius,cui fuit concessa, expirat,nec transit ad primogenitum,aut ad alios filios,vel hæredes illius, nec proinde potest primogenitus ea vti, aut ex illa nominari, sinè noua principis concessione. Atque id est , quod habetur ac disponitur. c.1.in prin.de feudo Marchiæ, & communiter ibidem doctores notant ,& affirmat Molina.c.11.citato ad finem.num.21.satis tamen est , si princeps post mortem eius, cui fuerat concessa, successorem illius literis,aut verbo,ex certa scientia appellet nomine eius dignitatis, putà Comitem, Marchionem,aut Ducem, vt censeatur eam illi de nouo concedere , vt cum Bart. & plerisque alijs,quos citat,affirmat ibidem Molina.nu.22.iuxta.l.1.C. de sententiam passis. Quanuis autem lex illa non multum id B probet,consuetudine tamè id in Hispanijs est receptum. Quando tamen eiusmodi aliqua dignitas à principe alicui de nouo conceditur , conuenit solet ea de re instrumetum,seu priuilegium. Quod dictum est, quãdo ea dignitas alicui simpliciter cõceditur,dicendu similiter est,quando exprimitur,quòd ei solum concedatur. Idẽ quoq; suo modo est dicendum , quando alicui conceditur sibi , filio , aut etiam nepoti, nempe, finitis vitis horum omnium , C rare dignitatem, nisi iterum de nouo vlteriori successori à principe cõcedatur. Atq; dum aliquo horum modorum dignitas in Lusitania conceditur , appellatur concessa *de merce*,& non *de iuro*.

Quando autem aliqua eiusmodi dignitas 5 conceditur,exprimendo concedi alicui,& suis descendentibus ac successoribus,tunc transit ad omnes , ad quos , iuxta formam priuilegij , sese extendit concessio : atq; in Lusitania dicitur concessa *de iuro*. Cæterum ea dignitas perpetuò manet indiuisa, etiam si in feudũ sit concessa,vt constat ex.c.imperialem. §. præterea Ducatus, de proh. feud.alien.per Fed. vbi,ratione dignitatis, D diuidi prohibetur res feudalis , cui tãquam titulus est annexa ; transit verò ad solum maiorem natu eorum , qui ad eam , iuxta formam concessionis , vocantur: regulare quippe est , vt, quando res est indiuidua, vnusq; tantùm ex successoribus deuenire ad eã debet,is sit maior natu ex descendentibus, aut ex alijs proximioribus in gradu, deficiẽtibus descendẽtibus vltimi possessoris,vt cũ Anor.in re proposita de eiusmodi dignitatibus.c. licet de voto.nu. 6. &.9.c. prudentiam in prin.n.13.de officio iud.delegconf 3.part.2.& cum cõmuni doctorũ

sententia,quam refert, affirmat Molina.c. A 11.citato.nu.9.& susius.nu.24.Vbi tamen consuetudo viget , vt filij omnes Ducis, Marchionis,aut Comitis,nomine eius dignitatis nuncupentur, vt in Germania & Italia,Molina vb. supra.n.25. ex Oldraldo,& alijs vigere refert , illi est stadum:in Hispanijs verò nunquam ea cõsuetudo inoleuit.

6 Quando verò simul cum dignitate conceditur ac donatur territorij,seu castrum, aut oppidum,vel oppida,quibus,tanquam titulus,sit annexa,& quæ transeant ad successores,tunc, esto non exprimatur,dignitatem donari sibi ac successoribus , nó expirat ea dignitas morte eius , cui fuit con- B cessa,sed trãsit ad successores,modo paulò antea explicato. Ita cum Isernia Greg.Lopez.l.12.tit.1.part. 2.glos.1. &.l.6.tit.26. part.4.glos.vlt.& Molina.c.11. citato.nu. 19. Et in hoc euentu , cõmunior iurisperitorum Hispanorũ sententia,& cum eis Ant. Gom.l.40.Taur.n.12. & Molina vbi supra à.n.16.&.25.censent,etiam territorij,castrum, aut oppida,ita in perpetuũ concessa, censenda esse concessa iure maioratus , vt indiuisa transeant ad primogenitũ , modo explicato. Quoniã dignitas cum territorio censenda est concessa in Hispanijs instar primi & supremi maioratus, nempe regni, vt membra capiti respondeãt.Et quoniam C ea videtur esse mens principis concedẽtis, & ita expedit principi:tum ad splendorem & ornamentu suæ reipublicę , atq; vt memoria magnificentiæ ipsius melius cõseruetur : tum etiam , vt melius ea bona vnita conseruẽtur, atq; pro illorũ magnitudine, qui ea accepit,ipsorumque descentes, seruant Regi;præsertim in bello,vt in Hispanijs antiqua consuetudine eiusmodi donatarij de bonis coronæ regni , seruire Regi tenentur : tum deniq; quoniam nunquam auditũ fuit in Hispanijs, bona; licet ampla; illo modo cum titulo dignitatũ similium concessa,diuisa fuisse inter liberos tãquam D bona parẽtis libera, sed perpetuò reputata sunt bona maioratus vinculo alligata:standum verò est antiquæ cõsuetudini.Et quidem in Lusitania nó potest esse ea de re dubium : eò quòd omnia bona à principe de corona regni donata, eo ipso censeantur vinculo maioratus ligata iuxta legem mentalem,de qua disp.576. habitus est sermo. Et idem dicendum est de donatis in hoc Castellæ regno ab Henrico.11. iuxta ea, quæ ibidem dicta sunt. Imo verò, si quæ donentur à principe de corona regni Lusitani , cum titulo in eisdem rebus Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus , donatario,& successoribus,expirabit dignitas illa eo ipso , quòd bona illa ad regni coronam iuxta legem mentalẽ reuertentur,diuicientibus descendentibus vltimi possessoris: quoniam deficiente re,cui titulus,seu dignitas erat annexa, deficit etia titulus ac dignitas. Intellige , nisi donatio illa facta esset exempta à lege mentali, cum illius legis derogatione,vt disp.576.dictum est.

Quando autem habenti oppida libera, 7 princeps in aliquibus,aut in aliquo eorum, concederet titulum Comitatus,Marchionatus,aut Ducatus, tunc ex eo titulo solo, & concessione,non efficerentur bona maioratus, sed manerent libera inter filios diuidenda,vt antea erant,& expigaret titulus cum vita primi possessoris , nisi aliud esset expressum. Ita cum Isernia Molina vbi supra.n.26.& Ant.Gom.l.40.Tauri,in calce nu.12.

Idem Molina ibidem.nu. 27.ait,si prin- 8 ceps alicui oppida aliqua sibi, & successoribus , donet , cum titulo alicuius ex eiusmodi dignitatibus,ad vitam solum illius ex presse concesso,tunc,& dignitatẽ expirare cum vita illius, & oppida esse libera , diuidenda inter fratres,nihil impediente,quòd primogenitus obtineat sibi a Rege dignitatem illam post mortem patris. Contra tamen res habebit in Lusitania , si oppida illa erant deriuata ex corona regni: nam siue cum titulo, siue sinè titulo concedantur,eo ipso alligata sunt vinculo maioratus ex lege mentali,vt sæpe dictum est.

Numero.28.cum Rainerio,& alijs,quos 9 citat , subiungit , si multa oppida donata à principe sint alicui sibi, & successoribus,& simul in vno illorum (vt fieri solet) fit ei concessus titulus alicuius ex his dignitatibus , solum id oppidum censendum esse alligatum vinculo maioratus, essequè præcipuum primogenito ; reliqua verò censenda esse libera , vna cum cæteris bonis, diuidenda inter omnes. In Lusitania tamen omnia oppida ex corona regni deriuata, censebũtur vinculo maioratus alligata, vt dictum est.

Quæ autem à.n.29.cum alijs subiungit, 10 nempe primogenitum retinere posse integrum Comitatum,Marchionatum aut Ducatum , cum omnibus suis oppidis , & castris , soluendo de alijs liberis bonis parentis integras suas legitimas alijs fratribus , si sufficientia ad id alia bona parenti sint;

Universidad de Deusto
Biblioteca

alioquin de sua propria pecunia posse illas eis soluere; vel, si neutro modo eas integras soluere ipsis possit, præstanda eis esse cópetentia alimenta ex emolumentis oppidorum ac rerum aliarum dignitatis, vt, quæ ad illam pertinent, integra & indiuisa maneant; vera esse existimo in feudalibus eiusmodi dignitatibus, & quoad oppida & res, quæ ad eam dignitatem spectant. Quanuis enim alij fratres in rebus, eis dignitatibus feudalibus annexis, partem habeant quoad emolumenta; quia tamen prohibita sunt diuidi. c. imperialem. §. præterà ducatus, de prohib. alien. feud. per Feder. vt dignitas, cum rebus omnibus ei annexis, integra maneat; inde efficitur, vt in eiusmodi dignitatibus feudalibus, ea locum habeant: atque de eis tantùm loquuntur autores omnes, quos Molina citat. In dignitatibus verò Comitatus, Marchionatus, ac Ducatus, maioratuum Hispaniarum, quoad ea, quæ proximè ex eodem autore relata sunt, sanè ea locum non habent. Vel enim oppida, & alia emolumenta, annexa eis sunt tanquam bona vinculata maioratus, vel nō: in primo quidem euentu, integra pertinent ad primogenitum, neq; ex eis debetur alijs fratribus legitima: in secundo verò euentu, ad dignitatem non attinet, sed libera omnino sunt, & ex eis ipsis, atque in eis ipsis, debentur fratribus portiones legitimæ, perinde atque in cæteris bonis liberis, quæ parens reliquerit; neque satisfaciet primogenitus, si, ipsis inuitis, velit illas eis soluere in pecunia, aut in alijs rebus.

Ad primū argum. 11 Supereſt respondeamus ad argumenta Roderici Xuarez. Ad primum dicendum est, necesse non esse, vt id verbis expressis scriptura maioratus ostendatur: sed satis esse, vt ex modo institutionis intelligatur, eam fuisse instituentis mentem atque intentionem: præsertim id comprobantibus alijs vrgentibus coniecturis, & antiqua cōsuetudine.

Ad secundum, Ad secundum dicendum est, id solùm esse verum, quando talis dignitas conceditur simpliciter ratione solius administrationis sinè territorio, quo pacto intelligéda sunt iura in eo argumento citata: secus autē, quando conceditur cum territorio, seu oppido, vel castro, concesso pro se & successoribus, cui annexa sit tanquam titulus: nam tunc, etiamsi dignitas simpliciter concedatur, transit cum re, cui annectitur, ad successores, vt cum Isernia affirmāt Greg. Lop. l. 12. tit. 1. part. 2. glos. 1. & l. 6. tit. 26. part. 4. glos. vlt. & Molina. c. 11. citato. nu. 19. Secus itē, si, quanuis concessa esset sinè territorio ratione solius administrationis, concessa tamen esset pro se & successoribus: nam tunc non expiraret mortuo eo, cui primò fuit concessa, vt ex se est notissimum, & satis innuitur. c. 1. in prin. de feud. march. & habetur expressè. l. 6. citata. Vnde consuetudo, quam Rodericus Xuarez refert, solùm de rigore habet locum in primo euentu, non verò in secundo & tertio, vt Molina vbi supra. n. 21. rectè ait. Tametsi successores in secūdo & tertio euentibus vrbanius facient, si priùs expectent literas principis, quibus eis titulis eos appellet, quas minimo negotio obtinebunt.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum est, nos non duci, vt nostram amplectamur sententiā, & communem iurisperitorum Hispanorum, ex. §. præterea ducatus, & ex his, quæ de feudalibus dignitatibus, rebusque illis annexis, traduntur; sed ex eo, quòd in euentu, de quo loquimur, ex mente concedentis, varijs coniecturis, & ex antiqua cōsuetudine comprobata, cēsentur ea castra & oppida alligata vinculo maioratus: quarè neque ex ijs, quæ de feudalibus illis bonis tradūtur, quòd diuidenda scilicet sint quoad commoditatem inter fratres, deduci potest argumentum, quòd idem similiter faciēdum sit de cōmoditate castrorum, & oppidorū, vinculo maioratus Hispani alligatorū dignitatibus illis.

Ad quartum. Vnde constat, quartū argumentum nullius esse momēti. Supponit enim nos duci, ad nostram sententiam asserendam, exijs, quæ de dignitatibus feudalibus, & rebus illis annexis, tradi consueuerunt: cùm tamē longè diuerso fundamento ducamur; longeq; diuersam rationem esse censeamus, de rebus feudalibus dignitatibus annexis, & de rebus vinculo maioratus Hispani annexis dignitatibus eiusdem nominis, minimè verò feudalibus.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *non ex regia facultate ritè institutus, non confiscatur ex crimine hæreseos, læsæ Maiestatis, & Sodomiæ: ex quibus criminibus confiscatur institutus ex regia facultate. Quod intelligitur solùm, quando ea facultas erat necessaria. Item in illo euentu non tam facilè potest princeps concedere facultatem ad alienandum bona, ex quibus est institutus, quàm in hoc.*

2 *Maioratus*

2 *Maioratus si ex parte institui potest sinè regia facultate, & ex parte non, obtenta facultate regia, quæ clausula vtiliter apponatur. Quia iuxta eam est censenda facta institutio, esto non apponatur.*

3 *Maioratus, qui non aliunde probatur, quàm ex legitima præscriptione, censetur institutus absq; regia facultate: nisi ad eum instituendum necessaria fuerit regia facultas.*

4 *Maioratus in Lusitania ex bonis patrimonialibus de facultate Regis institutus, non confiscatur etiam crimine læsæ Maiestatis. Secus institutus de bonis coronæ regni.*

De maioratibus, qui à priuatis, ex regia facultate aut sinè illa, instituuntur: & quæ eorum institutio vtilior. Disp. 584.

EX DICTIS DISP. 576. & disput. 579. facilè patet, quousque priuatus, absque regia facultate, instituere possit maioratum, & quousque non possit. Item disp. 578. concluſ. 3. & 4. dictum est, quousq; ex nostra sententia, princeps concedere possit facultatem, vt de legitimis ascendentibus, aut descendentibus debitis, maioratus instituatur.

1 Molina lib. 2. de primog. c. 2. à num. 10. cum communi iurisperitorum Hispanorum existimatione ait, si maioratus, absque regia facultate valide ac securè constitui possit, vtilius ac firmiùs institui absque regia facultate, quàm ex facultate regia. Quoniam, quando à priuato absque regia facultate est institutus, si possessor in crimen læsæ Maiestatis diuinæ, aut humanæ, vel in crimen Sodomiæ incidat, maioratus non confiscatur & extinguitur, sed transit ad vlteriùs in eo vocatum, modò capax illius sit, vt in progressu huius materiæ suo loco dicetur. Si verò ex facultate regia sit institutus, cùm in ea facultate præcipi soleat, vt bona tali maioratui subiecta, non possint fisco addici, nisi ex crimine hæretis, læsæ Maiestatis humanæ, ac Sodomiæ; vtiq; si possessor in aliquod illorum trium criminum incidat, confiscatur, & extinguitur maioratus, nec transit ad vlteriùs vocatos: eò quòd cum eo onere, & sub ea lege, censeatur constitutus. Item, quando maioratus autoritate propria, absque regia facultate, est institutus, difficilius à principe conceditur facultas ea bona alienandi, aut subijciendi hypothecæ; vt pote ex sola alterius, & non principis voluntate inalienabilia reddita. Quando verò facultate Regis est institutus, facilius conceditur facultas ea alienandi, aut subijciendi hypothecæ: quoniam, sicut principis facultate & autoritate vinculo maioratus sunt subiecta, ac proinde sunt facta inalienabilia: ita eiusdem principis autoritate redire possunt ad pristinū statum, ac proinde eximi ab eo vinculo, & alienari possunt: vt enim habetur. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. *Nihil tam naturale est, quàm eodē genere quodq; dissoluere, quo colligatum est.*

Hinc subbiungit Molina, quando parentes liberos habentes, maioratū instituunt de bonis, quæ excedunt tertium & quintum (de quibus solis tertio & quinto permissum eis est in hoc regno constituere maioratum absque regia facultate) solere petere facultatem ad illum instituendō attamen illum instituere, apposita communiter hac clausula, quòd illum instituunt ex regia facultate quoad id, quod excedit tertium & quintum; non vero quo ad tertium & quintum, quoad quod solum instituere eum intendunt ex propria facultate legibus sibi permissa.

C Admonet verò ipse, quando parentes vnicum haberent filium, sinè vllis alijs descendentibus, illam clausulam ita appositam, non solùm non esse vtilem, sed etiam esse valde damnosam: quoniā cùm tertium tunc rationem legitimæ haberet comparatione eius filij, iuxta communem ac probabiliorem opinionem, acproinde non posset illi apponi vllum grauamen absque regia facultate, & per consequens nec vinculum maioratus; vtiq; si, obtenta ea facultate, apponeretur clausula illa, corrueret, quoad id, ea maioratus institutio, neq; sustineretur ex regia facultate priùs obtenta, qua tali clausula esset profectus, se vtinolle: locum quippe tunc haberet proloquium illud *quod potuit, noluit, & quod volatr, implere nequiuit*: quod habetur. c. cum super abbatia, de offic. deleg. & affirmant glos. penult. l. multum interest; C. si quis alteri vel sibi, Bald. & alij. Item admonet, damnosam similiter esse, si institutor habeat multos descendentes, & obtenta priùs facultate regia, maioratum instituat ex tertio, non vocando ad successionem in illo descendentes, ascendentes, & alios consanguineos, ordine præscriptio. l. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tauri, de quo in calce disp. 576. dictũ est, atque eam clausulam apponat: tunc enim, si iuxta facultatem regiam non astringeretur seruare eum ordinem, apposita ea clausula, corrueret institutio non seruato eo ordine: quandoquidem professus esset, se nolle vti ea facultate quoad tertium; & sinè ea inualida est institutio eo ordine nõ seruato. Quarè addit, ea clausula, præsertim in euentibus explicatis, erit vtendum, non simpliciter, vt hactenus communiter factum est, sed profitendo, se nolle regia facultate vti quoad quintum, neq; quoad tertium, nisi quatenus necessarium fuerit ad maiorem eius maioratus conseruationem ac perpetuitatem, substitutionumq; ac grauaminum liberam appositionem: quoad cætera verò bona, vti ea velle: quo pacto ea clausula apposita, vtilis erit & proficua. Greg. Lopez. l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *Que la no pudieße vender*, vers. quid tamen in casu, versus finem, rectè consulit, vt qui, obtenta facultate regia, maioratum instituit, apponat ad maiorem cautelam clausulam, qua dicat, se ita illum instituere ex propria facultate sibi iure cõmuni permissa, & ex regia facultate, quatenus vti facultate vtrauis vtilius sit, vt institutio melius conseruetur, & maiores vires habeat. Atque hæc sanè excludit omnia dubia, & comprehendit omnem euentum, facitque institutionẽ meliori modo valere in omni euentu, quo ex vtraque facultate valere potest, ac proinde meo iudicio, vtilior est, quàm illa alia, quam Molina admonet: relataq; vbi supra hac alia Greg. Lopez clausula, non negat Molina, satis esse eam adhibere: addit tamen, vtilius esse vti ea sua alia: contrarium verò ego potiùs existimo.

Illud est obseruandum, rectè Gregor. Lop. vers. citato docere, & probare, quando quis, obtenta regia facultate, instituit maioratum, quem sinè ea posset instituere, aut quem ex parte posset sinè ea firmiùs, melius, & vtiliùs sibi, & successoribus suis, instituere, censendum esse illum instituisse ex sua, & non ex regia facultate, quoad illa, quoad quæ meliùs, firmiùs, & vtilius ex sua solum facultate potuit instituere, ad effectum, vt posteà quoad id confiscari non possit ex crimine hæresis, lasæ Maiestatis humanæ, aut ex crimine nefando, atq; ad effectum, vt princeps posteà nó magis possit concedere facultatem alienãdi ea bona, quàm si facultatem ad eum instituendum non cõcessisset. Ratio autem est perspicua: quoniam, qui facultatem à Rege petit ad maioratum instituendum, vtique illam petit ad securiùs & meliùs illũ instituendum: non verò ad infirmiùs & inutiliùs sibi, & suis successoribus, illum instituẽdum: neq; intendit vti ea facultate, maioratumque ex illa instituere (quod in potestate ipsius est, vt Molina, & cæteri confitentur) quatenus nocium & inutilius fuerit, sed præcisè quatenus fuerit vtilius: quarè, esto id non exprimat, solùm censendum est velle vti regia facultate, quatenus eidem institutioni est expedientius; non verò quatenus nociuum, minusq; expediens est. Neq; vllum est absurdum, quin potiùs iuridicum est reputandum, vt cum Bald. Panor. & plerisq; alijs, in re proposita affirmat ibidem Greg. Lopez, & consentit Molina vbi supra a.n. 13. (tamet si aliud intendens) eum, qui duplici iure, seu facultate, aliquod totum efficere potest, partem vnam facere vno iure (præsertim communi, si id sibi expedientius sit) seu facultate, & partem alteram, ad quam non se extendit ius commune & sibi vtilius, alio iure, seu priuilegio ac peculiari facultate à Rege impetrata; imò verò ita censendum est fuisse effectum. Quo fit, vt qui facultatem à Rege petit ad maioratum instituendum, quem sinè illa, aut omnino, aut ex parte, potest instituere, idque firmiùs & meliùs, quàm ex regia facultate, non cẽseatur illam petere ad suam facultatem eneruandam, sed præcisè ad suam adiuuandam, & ad id se extendendum, ad quod, vel ex sua sola non potest, vel non ita firmiter & vtiliter, atque accedente principis facultate; neque aliud sit censendus intendere, quando vtraque præditus facultate maioratum instituit. Quarè, vt bene loco citato ait Greg. Lopez, qui obtenta regia facultate, maioratum instituit, quem omnino, aut ex parte, poterat sinè ea facultate instituere, in rigore, vt institutio sit firmior, necesse non habet apponere clausulam, quòd intendit vti vtrauis facultate, prout fuerit vtiliùs, vt institutio meliùs conseruetur, & maiores vires habeat; eò quòd sinè ea clausula ita est censendus institutus; sed solùm ad maiorem cautelam, propter siniistras aliquorum cauilationes. Neque enim valet hæc consequentia, maioratus institutio, quatenus pendet à facultate regia, subiacet confiscationi ex tribus crimibus explicatis, quia Rex non aliter concedit facultatẽ ad maioratus instituẽdos, itẽq; faciliùs potest princeps

princeps concedere facultatem ad alienandum bona, quæ vinculo maioratus ex ipsius facultate sunt alligata, quàm si sinè ea facultate essent similiter alligata, quoniam qua potestate ea alligauit, potest illa dissoluere: ergo, quando maioratus institutus fuit præuia regia facultate, eadem locum habebant quo ad ea, quæ simul interueniente propria facultate, & ad quæ sola propria facultas sufficiens fuit, vinculo maioratus alligata sunt: neq; enim ea, dependenter à regia facultate, vinculo maioratus sunt alligata, sed solùm assistente regia facultate, minimeque vires auferente à propria institutoris facultate, virtute eiusdem propriæ institutoris facultatis maioratus vinculo alligatæ sunt; ac proinde nó desinũt habere tantam vim ac firmitatem, quantam haberent, si minimè assistente regia facultate, per propriam institutoris facultarem eodem vinculo alligarentur: quarè non probo contrariam Molinæ sententiam, quam apertè vbi supra innuit.

Hinc ad quæstionem, quam Molina vbi supra. num. 13. excitat, nempe, si ab eo, qui regiam ad maioratum instituendum habebat facultatem, maioratus sit institutus, vtrum censendum sit, eum instituisse ex regia facultate, an verò ex propria iuxta cõmune ius. Hinc, in quam, ad hanc quæstionem, non solùm est dicendum, vt Molina dicit, censendum esse institutum ex propria facultate, ac iuxta ius commune; eò quòd id meliùs & vtilius instituenti sit; modò tamen, vt subiungit, non fuerit necessaria ad eum illo modo instituendũ regia facultas; quia tũc arbitrandum est, eum instituisse ex regia facultate; sed etiam, iuxta proximè dicta est dicendum, si ex parte necessaria fuit regia facultas, & ex parte non, sed vtilius ex propria facultate quo ad id institueretur, iudicandum esse, quo ad id, quo ad quod necessaria non esset regia facultas, institutum esse ex propria facultate, & quo ad aliud ex facultate regia.

Quando autem maioratus non aliunde probatur, quàm ex legitima temporis immemoriabilis præscriptione, iuxta ea quæ disp. 75. explicata sunt, dicendum cum eodem autore. nu. 18. sequenti est, censẽdum esse institutum ex propria facultate: quia similiter id melius possidenti est, actusque potiùs censetur factus iure cõmuni, quàm particulari ac priuato: & quoniam regia facultas in facto consistit, quod non præsumitur, nisi probetur. Quando autem maioratus ex immemoriabili præscriptione probatus, cõsistere non potest quoad aliquid, nisi ortum habuisset a regia facultate, tũc, quoad id, institutus iudicaretur ex regia facultate: quoniam, quando immemorabilis præscriptio adest, præsumuntur à principio interuenisse omnia necessaria ad titulum & legitimam possessionem, vt ex. c. 1. de præscrip. lib. 6. disputatione citata dictum est, & consentit. c. super quibusdam. §. præterea de verb. sig. secluſa autem necessitate priuilegij, vt maioratus consistere possit, multò melius est sinè priuilegio ac facultate regia esse maioratum institutum, quàm ex regia facultate ac priuilegio, ac proinde maiorem vim habet tunc sola præscriptio, quàm priuilegium. Imò verò in rebus, in quibus præscriptio, infra immemorabilem, sufficit, præstantior est præscriptio ac firmior, quam priuilegium; quod principis voluntate, qua fuit concessum, potest reuocari, vt cum Innoc. & alijs, recte Molina vbi supra. num. 20. ait.

Quæ hactenus dicta sunt de confiscatione maioratus ex tribus illis criminibus, *tanum.* si institutus sit ex facultate regia, non videntur esse in vsu in Lusitania, neq; sub ea cõditione facultas illa videtur solere cõcedi. Quinto enim lib. ordinationũ tit. 3. §. 15 cùm de crimine lęsę Maiestatis sit sermo, sic habetur. *Eo que em qualquer dos ditos casos cometese traiçam se tener beẽs de morgado, ou feudo, ou foro, que deuessem vijr per geraçam descendente, ou andar em pessoas, se elle per iustiça morrer, nom auera o fisco os ditos beẽs, mas auelos a aquelle, a quem por bem da instituiçam e condiçam do seu feudo, morgado, ou aforamento, pertencerem. E fugindo o dito culpado da terra, de maneira que se nom possa, ne le comprir a pena da justiça: em tal caso auera o fisco os ditos beẽs em quanto viuer o dito culpado, pois que os elle nom pode auer polla maldade que cometeo, e morto elle, os auera aquelle, a que de dereito pertemcerem, segund o forma da tal ordenança e instituiçam de seu contrato, sem os mais auer o fisco por raçam da dita maldade.* Paragrapho tamen sequenti subiungitur, si feudum, aut maioratus, vel emphyteusis, essent de bonis coronæ regni, tunc confiscari atque redire ad coronam regni, vt de eis disponat Rex, vt sibi libuerit.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS de bonis patrimonialibus, siue propria autoritate, siue regia facultate, sit siue vltima voluntate, aut contractu inter viuos instituatur, reuocari in totum potest dum institutor viuit, & in quibus euentibus institutus contractu inter viuos reuocari non possit.

2 Melioratio reuocar. potest dum, qui eam fecit, viuit, exceptis nonnullis euentibus quado contractu inter viuos fuit facta.

3 Maioratus, & melioratio, vltima voluntate instituta, reuocari non possunt, si princeps suam autoritatem interposuit, vt irreuocabiliter fierent. Si institutor iuramento se astrinxit ea non reuocare, periurus est, si ea reuocet, & ad interesse tenetur.

4 Maioratus vltima voluntate institutus, vt sit validus, indiget solemnitate eius vltimæ voluntatis, in qua est institutus.

5 Institutio maioratus à parente per viam diuisionis hæreditatis sub bonorum inter liberos, ejo fiat per viam contractus, vim vltimæ voluntatis habet, vt valeat, esto inter liberos sint filijsfamilias, & vt reuocari possit: non verò vt requirat solemnitatem vltimæ voluntatis.

6 Maioratus hoc modo simpliciter institutus, si habeat solemnitatem sufficientem in hoc regno ad contractum, & non ad vltimam voluntatem, contractu censetur institutus: nisi constet institutorem vltimam voluntatem intendisse.

7 Maioratus similiter institutus ab vxore sine viri consensu, & à minore sine curatoris consensu, & iudicis decreto, si habeat solemnitatem ad vltimam voluntatem sufficientem, censetur vltima voluntas, vt valeat.

8 Maioratus per viam contractus irreuocabiliter institutus, nihil de vltima voluntate participat.

9 Maioratus contractu reuocabiliter institutus, vna cum donationibus reuocabilibus (ea natione causa mortis excepta) ad mediam speciem inter vltimam voluntatem, & contractum meré inter viuos spectat. Quo ad creationem & initium, sequitur conditiones contractus, & quo ad reuocabilitatem, naturam vltimæ voluntatis.

10 Maioratus, siue reuocabiliter, siue irreuocabiliter sit institutus, cur insinuatione non indigeat, quando quingentos solidos excedit.

11 Melioratio in hoc regno valida est, facta in testamento, in quo aliquis iniustè sit præteritus. Potest item melioratus acceptare meliorationem, & repudiare hæreditatem.

12 Melioratio facta irreuocabiliter, contractus est meré inter viuos. Facta autem contractu reuocabili, pertinet ad mediam speciem inter contractum & vltimam voluntatem. Virouis modo facta ob causam, insinuatione non indiget: ea verò indiget, facta non ob causam.

13 Donatio quinti facta extraneo contractu, statim est irreuocabilis, etiam si non ex causa onerosa fiat, neq; sit facta traditio. Si sit simplex, insinuatione indiget. Si ea donans intestabilis reddatur, est nulla.

14 Eadem de donatione ex quinto facta descendenti, qui non sit in potestate donantis, dicenda. Si facta sit filio sub potestate constituto, vt sit valida, necessaria est traditio, reuocariq; potest.

15 Maioratus si ex quinto extraneo sit institutus donationis contractu, aut descendenti, siue in potestate constituto, siue non, potest reuocari, nisi aliquid interueniat. Vnde iuxta l. 44. Tauri reuocari non possit.

Maioratus, ac melioratio, tum vltima voluntate, tum etiam contractu, fieri possunt. Et quando reuocabiles sint ab institutore, interim dum viuit: quando verò irreuocabiles.

Disp. 583.

MAIORATVM fieri posse pro arbitrio instituentis, tam vltima voluntate, quam contractu inter viuos, quãdo ex regia facultate instituitur, ex eo constat, quòd, vt Molina lib. 2. de primog. c. 2. nu. 22. refert, in omnibus regijs facultatibus, quæ ea de re conceduntur, hæc verba apponi solent. *Os damos licencia y facultad, para que en vuestra vida, o al tiempo de vuestra muerte por vuestro testamento, o postrimera voluntad, por via de donacion entre viuos, o por causa de muerte, o por otra manda, o institucion, o por otra qualquier via de disposicion, &c.* Posse item instituí maioratum, tam ex regia facultate, quam ex propria, lege permissa, vel vltima voluntate, vel contractu inter viuos, pro arbitrio instituentis, & semper esse reuocabilem ab eo interim dum viuit, exceptis quibusdam euentibus ibidem explicatis, habetur l. 44. Tauri, quæ est l. 4 tit. 7. lib.

7. libr. 5. nouæ collect. & in hunc modum habet. *El que hiziere algun mayorazgo, aunque sea con autoridad nuestra, o de los Reyes que de nos vinieren, ora por via de contrato, ora en qualquier vltima voluntad, despues de hecho pueda lo reuocar a su voluntad. Saluo, si el que lo hiziere por contrato entre viuos, ouiere entregado la possession de la cosa, o cosas contenidas enel dicho mayorazgo, a la persona en quien lo hiziere, o a quiẽ su poder ouiere: o le ouiere entregado la escritura dello ante escriuano: o si el dicho contrato de mayorazgo se ouiere hecho por causa onerosa con otro tercero, assi como por via de casamiento, o por otra causa semejante: que en estos casos mandamos, que no se pueda reuocar. Saluo si en el poder de la licencia, que el Rey le dio, estuuiesse clausula, para que despues de hecho lo pudiesse reuocar: o que e al tiempo que lo hizo el que lo instituyo, reseruasse en la mesma escriptura en q̃ hizo el dicho mayorazgo, el poder para lo reuocar: que en estos casos mandamos, q̃ despues de hecho, lo pueda reuocar.* Vbi vides, maioratum semper esse reuocabilem ab instituto re dum viuit, nisi institutus sit contractu inter viuos, & institutor tradat possessionem rei, aut rerum, quibus constat maioratus, personę in qua eum instituit, aut alteri, qui facultatem ad id ab eo habeat; vel institutionis instrumentum ante tabellionem illi tradat; aut si institutio facta sit ob causam onerosam cum aliquo tertio. Et nihilominus, etiam in his tribus euentibus, posse ab illo reuocari, si vel in facultate à Rege ad eum maioratum instituendum cõcessa, opposita sit clausula, quòd post institutionem possit illum reuocare, vel si institutor instrumento ipso, in quo maioratum instituit, sibi reseruauit facultatem ad eum reuocandum.

2 Eodem modo melioratio in tertio alicui descendentium, fieri potest, vel per vltimam voluntatem, vel contractu inter viuos, pro arbitrio meliorantis, & est reuocabilis ab eo interim dũ viuit, nisi in similibus alijs tribus euentibus, excepto, si meliorans sibi in eis euentibus in eodem contractu reseruauit facultatem eam reuocandi, aut nisi eueniat causa, ex qua donatio perfecta, ac ritè facta, possit reuocari. Ita habetur l. 17. Tauri, quæ est l. 1. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. & sic habet. *Quando el padre, o la madre, mejorare a alguno de sus hijos, o descendientes legitimos, en el tercio de sus bienes en testamento, o en otra postrimera voluntad, o por otro algun contrato entre viuos, aora el hijo este en poder del padre, que hizo la dicha mejora,* o no, *passada la hora de su muerte la puede reuocar quãdo quisiere. Saluo, si hecha la dicha mejora por cõtrato entre viuos, ouiere entregado la possessiõ de la cosa y cosas en el dicho tercio contenidas a la persona a quiẽ la hiziere, o a quiẽ su poder ouiere, o le ouiere entregado ante escriuano la escriptura dello, o el dicho contrato se ouiere hecho por causa onerosa con otro tercero, assi como por via de casamiento, o por otra causa semejante: que en estos casos mandamos, que el dicho tercio no se pueda reuocar, sino reseruasse el que lo hizo en el mismo contrato el poder para lo reuocar, o por alguna causa, que segun leyes de nuestros reynos las donaciones perfectas, y con derecho hechas, se pueden reuocar.*

Quousq; autem his duobus iuribus corrigatur ius comune, tam quoad donationes simplices filijsfamilias à parentibus, in quorũ potestate sunt, quàm quoad simplices donationes factas, vel filijs emãcipatis, vel filijs non emancipatis, comparatione eorum parẽtum, in quorum potestate non sunt (quod idem intelligendum est comparatione extraneorum, si in aliquo eorum instituatur maioratus, de quo. l. 44. Tauri est sermo) disp. 243. & disp. 291. dictum est.

Ex. l. 44. Tauri relata, facilè constat, exceptis tribus euentibus explicatis, maioratum, siue vltima voluntate, siue contractu institutum, posse ab institutore, dum viuit, reuocari, non solùm quoad substitutiones & vocationes, sed etiam integrè, ita vt bona maneant prorsus libera, vt antea erãt, quod Molina. 4. lib. de primog. c. 2. n. 1. rectæ aduersus Peralta affirmat, qui perperam, & absq; vllo fundamento asseruit, reuocari solum posse quoad substitutiones & vocationes, non verò in totum.

Molina ibidẽ n. 2. iuxta Bartoli & communem doctorum sententiam, quòd testamentum, etiam si iuramento promissorio de illo non reuocando, præstito hæredi, sit confirmatum, possit nihilominus licitè pro libito testatoris reuocari, quam copiosè ac dilucidè disp. 151. impugnauimus, cõsequenter asseuerat, maioratum testamento, vltimáve voluntate institutum, esto cõfirmatum sit iuramento de illo non reuocando, præstito personæ, in qua instituitur, posse nihilominus licitè pro libito institutoris reuocari. Additcum alijs, quos citat, neq; si princeps suam autoritate interponat ad petitionem institutoris maioratus in vltima voluntate & eius, in cuius personam instituitur, vt talis maioratus irreuocabilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

deinceps sit, posse nihilominùs instituto- A rem libere eum reuocare, reuocationemq;
5 tunc validam esse. Nos verò, iuxta ea quæ disputatione citata, copiosè dicta sunt, asserimus. Quanuis maioratus (idem de melioratione intellige) vltima voluntate institutus, si nec prædictum iuramentum, nec prædicta illa principis autoritas interueniat, possit pro libito validè ac licitè reuocari; si tamen prædicta principis autoritas interuenit, inualidè reuocari: si verò interuenit iuramentum illud incurrere lethale peccatum periurij, instituto rem, qui illum reuocare attentauerit, B teneriq;, tam ipsum, quàm heredes ipsius, ei, cui præstitum est iuramentum, ad interesse. Et quoniam vtrunq; satis perspicuè ac sulè disputatione citata ostendimus circa heredis institutionem, eademq; est ratio de maioratus institutione vltima voluntate, nihil aliud addendum hoc loco hac de re duximus,

4 Quando maioratus testamento, aut alia vltima voluntate, instituitur, tanquam ea ipsa vltima voluntas reputáda est talis institutio, ac proinde requirit solemnitatem eius vltimæ voluntatis, in qua fit: quod verum affirmat Molina lib. 1. de primog. c. 12. n. 2. etiam si in ea institutione verba aliqua adhibeantur, quæ donationé, ac proinde contractum præseferant; eò quod ea verba iuxta materiam subiectam accipienda sint: præsertim in institutione maioratus, quæ ob sui reuocabilitatem, etiam si in contractu fiat (exceptis tribus euentibus explicatis) multùm de natura vltimæ voluntatis participat.

5 Idem autor lib. 1. c. 12. citato. nu. 4. subiungit, si maioratus à parente per viam diuisionis hereditatis seu bonorum suorum inter suos liberos fiat, vt frequenter fieri solet, relinquendo primogenito certa quædam bona iure primogenituræ, & reliqua D diuidendo inter alios filios, tunc, esto is maioratus, & ea bonorum distributio, per viam contractus fiat, habere vim vltimæ voluntatis: quod intelligendum est, ad effectum vt, (etiam de iure communi (valeat ea institutio & partitio, esto inter eos liberos sint aliqui filijfamilias comparatione distribuentis ea bona, & vt reuocari possit pro libito instituentis ac diuidentis ante ipsius mortem, nec confirmetur, nisi morte instituentis vt diuidentis: non verò ad effectum, & requirat ad sui validitatem solemnitatem vltimæ voluntatis, nec sufficiat solemnitas contractus: cùm enim verè sit contractus, & per viam contractus sit id effectum, & non per viam vltimæ voluntatis, ad illius validitatem sufficiet solemnitas ad validitatem contractus necessaria. Quòd autem, etiam de iure communi, contractus ille vim supremi iudicij, hoc est, vltimæ voluntatis, habeat quoad prædicta, colligitur apertè ex. l. si filia. §. si pater. ff. famil. hercis. ex. l. vlt. illis verbis, *siue quocunq; modo scripturæ*. C. eod. titul. consentiunt. l. parentibus. C. de in offic. test. & alia iura, atq; stando in solo iure communi, affirmat communis sentétia, quam Molina lib. 1. c. 12. citato. n. 5. atq; etiam à n. 1. refert ac sequitur.

Neq; obstat, si quis dicat, maioratum inter descendentes hoc modo per viam diuisionis bonorum institutum, videri quandam legitimæ deputationem à parente in vita factam, quæ de iure communi statim volet, etiam si à parente filio in eius potestate constituto fiat, iuxta. l. si non mortis, in princ. ff. de in officios. test. quam Angel. ibi & alij, iuxta eum textum affirmant, non posse vlterius reuocari postquàm semel facta est. Non, inquam, id obstat. Primò, quoniam, vt Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 5. Molina vbi supra. n. 6. & alij, quos citant C rectè asserunt, falsum est, non posse eam legitimę deputationem ac donationem semel filio familias factam, reuocari: contrarium quippe habetur expressè. l. cum bonis. C. de donat. vt optimè Ant. Gom. n. 5. citato ait. Secundò, quoniam, vt Molina vbi supra subiungit, esto id gratis daretur, secus tamen res habet, quando omnia bona inter liberos diuiderentur, etiam pro legitima: quoniam id vim vltimę voluntatis obtineret ad effectum, vt interim dum is parens viueret, posset ab eo reuocari. Tertiò, quoniam si, similiter gratis, id daretur, quando sola legitima traderetur, eò quód esset quasi debiti solutio: secus tamé res haberet, quando interueniret melioratio: quoniam id non esset debiti solutio, ac proinde reuocari optimè posset.

Quando autem maioratus institueretur à parente eodem modo per viam quidem diuisionis bonorum inter liberos, cęterùm simpliciter, neq; exprimendo, quód per vltimam voluntatem, neq; quód per viam cóTractus, tunc longè maiori cum ratione obtineret vim vltimę voluntatis quoad effectus explicatos, vt scilicet reuocari posset interim dum instituens viueret, nec confirmaretur nisi morte illius, etiam stando in A solo iure communi, vt rectè Molina. c. 12. citato. n. 22. affirmat: quoniam si, etiam quando expressè instituitur, per contractú vim habet vltimæ voluntatis quoad eos effectus, longè maiori cum ratione eandem vim habebit, si simpliciter instituatur, nullo existente peculiari indicio, quòd per viá contractus institui intendatur: quod, præter iura citata, cófirmatur ex. l. quoties. C. famil. hercis.

6 Dubium tamen emergit, vtrum tunc censeri debeat institutus omnino per vltimam voluntatem, ita vt requirat solemnitatem necessariam ad vltimam voluntatem, alioquin valida non sit institutio, si tota ea solemnitas non sit adhibita: an verò B non sit censendus institutus per vltimam voluntatem omnino & simpliciter, sed per viam contractus, ac proinde satis sit solemnitas ad contractum requisita. Et quanuis, stando in solo iure communi, non multum vtilitatis ex dissolutione huius dubij penderet, eò quòd, vt disp. 128. dictum est, de iure communi, ad validitatem ac firmitatem testamenti inter liberos, satis sint duo testes, sicut ad validitatem contractuum, attamen in hoc Castellæ regno, in quo eadem solemnitas requiritur ad firmitatem vltimæ voluntatis inter liberos, quæ necesC saria est ad firmitatem vltimæ voluntatis inter extraneos, vt ex. l. 3. Tauri, quæ est. l. 2. titu. 4. lib. 5. nouæ collect. eadem disp. 128. dictum est, cùm tamen longè minor sufficiens sit ad firmitatem contractuum, sanè non parum refert decisio eius dubij: maximè cum maioratus, de quibus agimus, peculiares Hispaniarum sint. Optimè verò ad hoc dubium respondet Molina vbi supra. n. 25. quòd, cùm diuisio bonorum fieri possit, tum per vltimam voluntatem, tú etiam per contractum, vt dictum est, & prę sertim maioratus institutio, vt habetur. l. 44. Tauri, vtiq;, quando simpliciter fit, eo D modo est cęsendum facta, quo meliùs sustentetur maioratus institutio, ac bonorum diuisio. Vnde, si adhibita sit solemnitas ad vltimam voluntatem necessaria, censenda erit facta per vltimam voluntatem: si verò solùm sit adhibita solemnitas sufficiens ad contractum, censenda erit facta per contractum. Atque ita sustinentur in prætorijs (referente Molina vbi supra. nu. 28.) multi Hispani maioratus simpliciter instituti diuidendo bona inter liberos, & non adhibita solemnitate requisita ad firmitatem vltimæ voluntatis, sed solùm adhibita solemnitate requisita ad cõtractum. Atque iuxta hanc doctrinam exponit Burgum de Paz. l. 3. Tauri, qui dixit, ad validitatem eiusmodi diuisionis bonorum factę simpliciter, necessariam esse solemnitatem vltimæ voluntatis, vt intelligatur, vt valeat tanquam vltima voluntas: secus verò, vt valeat tanquam contractus. Et exponit. l. 7. titu. 1. part. 6. dum, iuxta commune ius, exigit ad validitatem diuisionis bonorum factæ, non in testamento in scriptis, sed verbo tenus, duos testes rogatos, vt intelligatur, vt valeat tanquam vltima voluntas: nõ verò vt valeat tanquam contractus: nam in auditum est, vt ad solemnitatem contractus requiratur, vt testes sint rogati. Est tamen obseruandum, si apertè constet, institutorem maioratus per viam diuisionis bonorum intendisse id efficere in vltima voluntate, & non per viam contractus, tunc, vt firma sit institutio, necessariam esse solemnitatem vltimæ voluntatis, nec sufficere solemnitatem contractus, argumento. l. non codicillum. C. de test. & l. illud. §. tractari. ff. de iure codic. & eorum, quæ disp. 132 dicta sunt.

Similiter ait ibidem Molina, si maiora- 7
tus institutus sit ab vxore sinè viri consensu, aut à minori sinè curatoris autoritate, & iudicis decreto in ijs, in quibus iudicis decretum requiritur, tunc, si non constet intendisse instituere illum per viam cótractus, sed absolutè illum instituisse, adhibitaq; sit solemnitas ad firmitatem vltimę voluntatis requisita, sustineri eiusmodi institutiones tamquam vltimas voluntates, in quibus neq; vxor indiget viri consensu ad validitatem, neq; minor consensu tutoris, aut iudicis autoritate, esto solemnitates hę necessariæ sint ad validitatem, vt aliorum contractuum, sic etiam institutionis maioratus per viam contractus, quod ad minores quidem attinet, de iure communi, quo ad vxorem verò de iure horum Castellæ & Lusitaniæ regnorum, vt etiam de donatione causa mortis disput. 288. dictum est, 8
& de contractibus vniuersim disp. 343.

Quando maioratus, non per viam diuisionis bonorum, nec in vltima voluntate, sed per modum contractus est institutus, tunc, si irreuocabiliter sit institutus aliquo ex tribus modis. l. 44. Tauri expressis, & fusiùs sequẽtibus disputationibus explanã dis, aut aliquo alio modo ex subijciẽdis eisdem sequẽtibus disputationibus, sanè taHis

Universidad de Deusto
Biblioteca

iis contractus, aut donatio, ita est contractus simpliciter & omnino inter viuos, ac validus, vt nihil de vltima voluntate participet, neq; quoad reuocabilitatem, neq; vt indigeat morte institutoris, vt confirmetur. Sicut enim donatio causa mortis amittit naturam donationis causa mortis, & transit in donationem inter viuos eo ipso, quòd aliquid ei aduenit, vnde irreuocabilis reddatur, vt disp. 287. iuxta varia iura, cum communi doctorum sententia dictũ est: ita quando institutioni maioratus per viam contractus, aliquid eiusmodi aduenit vnde irreuocabilis ac firmus redditur, non indigens in hoc Castellæ regno morte institutoris vt confirmetur, sortitur plenè rationem contractus inter viuos, nihil participans de vltima voluntate, vt rectè Molina. lib. 1. de primog. c. 12. n. 21. sit.

9 Deniq; quando maioratus est institutus per viam contractus reuocabiliter in hoc Castellæ regno iuxta dispositionem legis. 44. Tauri, etiam quando institutus est diuidendo bona inter liberos, sed per viam cõtractus, modis supra explicatis, & non per vltimam voluntatem, rectè cum Greg. Lopez. l. 4. titu. 11. part. 4. verb. *en su vida*, & cum alijs, quos citat, affirmat Molina vbi supra 2. n. 8. resultare mediam speciem contractus, inter vltimam voluntatem & cum cõtractũ merè inter viuos, qui nõ sapit naturam vltimæ voluntatis: atq; hanc speciẽ ait comprehendere etiam omnes donationes, quæ non, nisi donantis morte, confirmantur, quales sunt donationes inter coniuges, & patris ac filij, de quibus disp. 289. & 290. dictum est (excipe donationem causa mortis, quæ quia aliquantulum plus conuenit cum legatis, quàm illę aliæ, vt disp. 287. & potissimum disp. 288. explicatum est, quanuis comprehendi etiam poterat sub eadem specie, & donatio verè ac contractus sit, placuit tamen iurisconsultis, in ter vltimas voluntates eam potius computare) eamq; speciem affirmat distinctam esse a legato & fideicommisso, & deniq; ab omni vltima voluntate: eatenus verò ait esse mediam inter merum contractum inter viuos, & vltimam voluntatem, quòd, cùm verè contractus sit, aut donatio, participat tamen de vltima voluntate, non solum, quòd reuocari possit (id quod præcario, & contractibus innominatis, interim dum fines pacti nudi non egrediuntur, de iure cęsare o conuenit) sed simul etiam ac præcipuè, quòd morte donantis, seu disponentis, confirmentur: quod illis alijs contractibus, qui simpliciter & omnino sunt inter viuos, non conuenit. Vnde quemadmodũm disp. 288. de donatione causa mortis cum communi doctorum sententia, quam retulimus, dictũ est, si spectetur quoad sui initium, ordinationem, seu productionem, plus accedere ad cõtractũ, quàm ad vltimã voluntatem: si verò spectetur quoad effectum & stabilitatem, postquàm est producta, quatenus scilicet reuocari potest, accedere plus ad vltimam voluntatem: ita de eiusmodi institutionibus & donationibus mediæ huius speciei, est dicendum, quoad sui videlicet initium, ordinationem, ac dispositionem, esse contractus: quoad effectum verò & stabilitatem, participare naturam vltimæ voluntatis, eoq; ex capite sortiri mediam quãdam speciem inter meros cõtractus inter viuos, & vltimã voluntatẽ, vt rectè Molina vbi supra. nu. 16. affirmat. Quarè in cõtractibus mediæ huius speciei, sufficit solẽnitas, quæ in cõtractibus est necessaria neq; est necessaria maior, quę ad vltimã voluntatẽ exigitur: quoniã solẽnitas ad initium ac productionem dispositionis requiritur. In donatione verò causa mortis, quoniam placuit iurisconsultis, plus illi de natura vltimæ voluntatis tribuere, & cum vltimis volũtatibus eam computare, maiorem solemnitatem, disp. 288. explicatam, ad illam necessariam esse statuerunt. Qua etiam ratione noluerunt, necessariam esse insinuationem ad donationem causa mortis, esto summam quingentorum solidorum excederet, vt eadem disp. 288. ostẽsum est; cùm tamen regulariter in donationibus mediæ speciei, de qua loquimur, vt in donatione inter coniuges, & inter patrem & filium, necessaria sit; eò quòd insinuatio ad initium & productiõẽn donationis spectet, vt eadem disp. 288. citata, & duabus sequentibus, comprobatum est.

10 Dixi, regulariter in donationibus, seu dispositionibus mediæ huius speciei, necessariam esse insinuationem: quoniam quemadmodum in maioratibus, etiam irreuocabiliter institutis, necessaria non est insinuatio ob varias rationes, quas disp. 279. explicauimus, ita neq; necessaria, propter eadem rationes, est insinuatio in maioratibus reuocabiliter contractu aliquo institutis: quando quidem rationes illæ non minus in reuocabili, quàm in irreuocabili militent. Nõ ergo est legitima ratio, cur in maioratu instituto cõtractu reuocabili, insinuatio non sit necessaria, quam Molina lib. 2. de primog. c. 8. n. 21. reddit, quia videlicet contractus ille vltimæ voluntati æquiparatur, vt disp. 288. à nobis obseruatum est, sed legitimæ sunt, quas disp. 279. annuente eodem autore, reddidimus.

11 Quæ dicta sunt de maioratus institutione, dicenda ferè sunt de melioratione in tertio, iuxta. l. 17. Tauri. Si enim in vltima voluntate, aut per viam diuisionis bonorum sit facta, ita vt in vltima voluntate facta censeatur, reuocabilis est interim, dum institutor viuit. Valida autem est eiusmodi melioratio, atq; etiam in quinto, esto in hoc Castellæ regno facta sit in testamento, in quo aliquis iniustè sit præteritus, vt disp. 175. dictum est. Item integrum est meliorato in tertio & quinto, acceptare meliorationem, & repudiare hereditatem meliorantis (id quod locum similiter longè maiori cum ratione habet, etiam si melioratio facta esset ex contractu) vt disp. 204. dictum est, vbi explicatum etiam est, quovsq; tunc melioratus teneatur pro rata ad debita defuncti.

12 Quando melioratio in tertio facta esset contractu irreuocabili in euentibus, de quibus est mentio. l. 17. Tauri citata, & qui copiosius disputationibus sequentibus explanabuntur, tunc contractus est merè inter viuos. Quando verò facta esset quouis alio contractu, esset reuocabilis, neq; confirmaretur, nisi morte meliorãtis, ac proinde talis contractus attineret ad mediam illam speciem inter contractus merè inter viuos & vltimam voluntatem, sufficeretq; proinde ad illius firmitatem solemnitas ad contractum requisita. Quòd si ea melioratio, aut quęuis alia donatio, facta inter viuos filiæ, aut filio, quæ iuxta. l. 26. Tauri, quę est. l. 10. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. censetur eo ipso melioratio quo ad eam latitudinẽ in tertio & quinto, facta sit ob causam, vt regulariter fieri solet, tunc melioratio illa non indiget insinuatione, esto quingentos solidos excedat, iuxta dicta disp. 279. Si verò esset facta contractu, & non esset donatio ob causam, insinuatione indigeret, quo ad excessum vltra quingentos solidos.

Obseruat verò optimè Molina lib. 1. de primog. c. 12. n. 19. Legem. 17. Tauri loqui solum de melioratione in tertio facta alicui descendentium, vt patet intuenti eam legem, ac proinde, quæ dicta iuxta eam legem sunt, intelligenda esse, de sola melioratione in tertio, siue facta sit filio sub po-

testate eius parentis, à quo melioratur, constituto, siue non, ac proinde ea legẽ corrigi ius commune circa donationem factam de tertio descendentibus, iuxta dicta supra & fusiùs disp. 243. & disp. 291. Quod verò 13
attinet ad meliorationem in quinto per viam contractus, aut donationis, incorrectum manet ius commune. Quarè, si ea melioratio contractu, aut donatione, facta sit alicui extraneo, statim efficitur irreuocabilis, etiam si nec facta fuerit ex causa onerosa cum aliquo tertio, nec fuerit facta traditio rerum donatarum. Obserua tamen, si ea donatio facta extraneo, non sit ex causa, sed sit donatio simplex, indigere insinuatione quoad excessum vltra quingentos solidos. Præterea, si ea donatione simplici in testabilis redderetur donator, esset inualida. Concinit. Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 10.

Hæc eadem dicenda sunt de donatione 14
ex eadem quinto, facta à quouis parentum descendenti, qui sub ipsius potestate non est. Si verò donatio de eodem quinto, facta esset filio in potestate donantis constituto, tunc, vt valida esset, requireretur traditio rei donatæ, possetq; post traditionem factam reuocari a parente interim dum viueret, nec confirmaretur, nisi morte talis parentis, vt hæc omnia, quod ad filios attinet, explicata ex iure communi sunt disp. 243. & 291. citatis: cùm enim, quoad melioratione ex quinto, nihil in hoc Castellæ regno sancitum sit, quod deroget dispositionibus iuris comunis, vtiq; quoad hęc, vt bene Molina vbi supra ait, standum est dispositionibus iuris communis.

Rectè etiam ibidem Molina subiungit, 15
si ex quinto maioratus sit institutus alicui extraneo contractu donationis, aut etiam alicui filio, vel descendenti, siue in potestate constituto, siue non, tunc, nisi aliquid interueniat, quod iuxta. l. 44. irreuocabilem illam efficiat, posse ab institutore pro libito reuocari dum viuit, iuxta eandem legem 44. Tauri. Atq; hoc esse discrimen, maximè attendendum, interim dum aliud non disponitur, inter institutionem maioratus ex quinto, & meliorationem, seu donationem, sinè maioratus institutione ex eodem quinto, factam extraneo, aut descendenti, qui non sit in ita donantis potestate; quod institutio maioratus reuocari potest, melioratio verò illa ex quinto non item.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

MAIORATVS *institutio, aut melioratio in tertio, factæ contractu, vt irreuocabiles reddantur, satis est traditio per actum fictum, & quando ea traditio se extendat etiam ad futura.*

2 *Maioratus eadem institutio, aut melioratio, irreuocabiles redduntur, traditione coram tabellione scripturæ, in quo factæ sunt, eis quibus sunt factæ.*

3 *Institutio maioratus, aut melioratio, factæ contractu oneroso, irreuocabiles eo ipso redduntur; modo, si contractus onerosus sit matrimonij, contractus fiat cum tertio contrahente, aut sequatur id matrimonium.*

4 *Maioratus institutio, aut melioratio, si factæ sint vltima voluntate, nullo trium actuum, qui explicati sunt, irreuocabiles redduntur. Quando autem fieret traditio ex interuallo, non facta mentione, quòd id fieret ad implendam vltimam illam voluntatem, censeretur facta noua donatio inter viuos irreuocabilis. Et num id locum etiam habeat in maioratu.*

Vtrum, vt maioratus institutio, aut melioratio in tertio, irreuocabiles reddantur, necessaria sit traditio per actum verum, an sufficiat per actum fictum, vt per clausulam cõstituti. Et de alijs duobus actibus, quibus eædem dispositiones irreuocabiles efficiuntur. Disp.584.

QVAESTIO hęc excitatur ad maiorem explanationẽ trium actuum, quibus, ex l.17. & 44. Tauri, disputatione præcedente relatum est, maioratus institutionem, & melioiratonem in tertio, irreuocabiles reddi. Et, quod ad primum eorum, quæ circa primum actum, hoc est, circa irreuocabilitatem ex traditione, proposita sunt, attinet, disp.13. iuncta disp.12. antecedente, explicatum est, qui sint actus veri, & qui ficti, quibus possessio comparetur. Atq;, licèt de omnibus fictis idem in re proposita dicendum sit, si contingat possessio

A nem rerum, quæ ad maioratum, aut melioraționem spectant, quouis eorum tradi, prę cipui tamẽ, quibus id eueniet, sunt per clausulam constituti, aut per reseruationem vsusfructus earum rerum: qui duo actus, vnà cum cæteris fictis, disp.13. citata explanati sunt.

Hoc ita constituto, breuiter dicendum 1 est. Etiam si traditio per actum fictum fiat, vt per clausulam constituti, qua videlicet maioratus istitutor, aut qui melioraționem facit, profiteatur in scriptura institutionis, aut melioraționis, se res illius maioratus, aut tertium, in quo meliorat, deinceps possidere nomine eius, in quo maioratus instituitur, aut qui in eo tertio melioratur, satis esse, vt ea institutio, aut melioratio, facta per contractum, irreuocabilis ac firma omnino reddatur. Ita communis sententia, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 15. & Molina lib. 4. de primog. c. 2. à. n. 4. Ratio autem est, quoniam verò per actum fictum transfertur possessio ciuilis in eum, cui sit ea traditio per eum actum fictum, & comparat dominium rei ita traditæ, si habeat ad id titulum sufficientem, vt disp. 13. citata, & alijs, ostensum est. Atq;, si per clausulam constituti tradatur ita possessio bonorum maioratus, aut tertij, in quo facta sit melioratio, exprimendo, tradi præsentium & futurorum, aut tradendo illam eorum bonorum absolutè, tunc se extendit ea traditio & possessio, etiam ad bona futura, pro tempore tamen, quo erunt futura, redditurq; proinde ea institutio maioratus, aut melioratio, firma & irreuocabilis, etiam quoad bona futura, vt cum plerisq; alijs, quos referunt, affirmat Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 11. & 12. & Molina vbi supra. n. 7.

Ibidem subiungit Molina. n. 13. cum Tellio Ferd. si institutor maioratus, aut qui intertio meliorauit, professus est, primò vocatum, aut melioratum, possidere, satis esse id, vt censeatur in illũ translata possessio, atq; adeo, vt institutio maioratus, aut melioratio, effecta sit irreuocabilis, iuxta glo. l. ab emptione, verb. cõstituãtur. ff. de pactis. Glossa tamen illa solùm dicit, si, qui titulũ in aliũ transtulit, cõfiteatur, se nomine illius possidere eam rem, censeri illam traditam: profiteri autem aliquem, se nomine alterius, in quem titulum transtulit, possidere, nihil profecto à clausula constituti differt. Item subiungit, cum eodem Tellio, & alijs, etiam quoad bona, quorum maioratus

tus institutor, aut meliorator, est dominus, sed caret eorum possessione, & quoad nomina debitorum, reddi institutionem irreuocabilem, si institutor, aut meliorator, cedat actionem ad illa in primò vocatum, aut melioratum, iuxta glos. l. vlt. in prin. verb. portionibus. ff. de donationib. argumento l. illam. C. eod. titu. & l. vlt. iuncta glos. vlt. ibi. C. quando fiscus vel priuatus.

Inter actus fictos, quibus de iure communi trãsfertur possessio, vnus est, vt disp. 13. citata dicebamus, quando traditur scriptura, non quidem de nouo confecta, qua titulus confertur ei, qui mittendus est in possessionem, sed antiqua, qua prior possessor titulum illius habebat. Atq;, si tradatur eiusmodi scriptura ab institutore maioratus, aut à meliorante, rei ad maioratum, aut ad melioraționem spectantis, ei, qui ad maioratum primò vocatur, aut qui melioratur, eo ipso censebitur translata possessio rei ea scriptura contentę in eum, ac proinde, quoad eam rem, maioratus, aut melioratio, reddetur irreuocabilis. Neq; hæc traditio scripturæ est, de qua fit mentio. l. 17. & 44. Tauri: sed hic modus tradendi possessionem, sub primo modo comprehendi tur è tribus, quibus eis duabus legibus dicitur, institutionem maioratus, aut melioB rationem, reddi irreuocabilem. Eadem verò disp. 13. ostendimus, de iure huius Castellæ regni, etiam traditione scripturæ de nouo confectæ, qua alicui titulus eius rei conferetur, transferri in eum possessionẽ eiusdem rei. Atq;: de traditione eiusmodi scripturæ, qua maioratus instituitur, aut melioratio fit, sermo est duabus legibus citatis, dum dicitur traditione illius coram tabellione, reddi secundo modo institutionem maioratus, aut melioraționem, irreuocabiles. Quia enim de iure communi traditione eiusmodi scripturę, non censetur tradita possessio, ad tollenda dubia, opus fuit addere secundum illum modum, quo dispositiones illæ redderentur irreuocabiles vt cum alijs, quos citant, affirmant. Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 16. & Molina. c. 2. citato. n. 10. Vbi, cum Tellio, Molina subiungit, cùm iura illa ad eum effectum exigant, vt scriptura illa tradatur coram tabellione, non satis esse, si tradatur illi coram iudice, vel coram aliquo alio; tametsi addat, quando euentus occurreret, in quo tradita esset, non coram tabellione, sed coram alio, esse ea, de re cogitandum.

3 Vt verò expediamus, nos etiam à tertio

A actu, quo institutio maioratus, aut melioratio, irreuocabiles redduntur, satis perspicuè constat ex duobus iuribus citatis, non satis esse, si fiant ex causa, aut ob causam onerosam, vt ex causa matrimonij, sed insuper esse necessarium, vt fiant cum tertio aliquo, cui id onerosum sit: verba enim eorum duorum iurium in re proposita sic habent; *por causa oneroſa con otro tercero.* Quarè esto in aliquo homine institutus sit maioratus, aut homo aliquis melioratus sit, ad contrahendum matrimonium, si tamen actum ea de re non sit cum ea, quæ cum illo debet contrahere, aut cum aliquo loco eius, B reuocari poterit maioratus, aut melioratio. Si tamen, post institutum maioratum, aut factam melioraționem, virtute talis institutionis, aut melioraționis, celebretur matrimonium, tunc eo ipso redduntur irreuocabiles, quia iam tunc ea institutio, & contractus, se extendit ad tertium illũ, subitq; comparatione illius rationem contractus oneroſi: neque satis erit tunc consensus ita instituti, aut meliorati, vt reuocari possit in præiudicium vxoris, & filiorum, vt hæc omnia cum Tellio asseuerat Molina vbi supra. n. 16. Imò verò, esto dissolutum esset matrimonium sinè liberis, consensus C viri, in quo institutus esset maioratus, satis non esset ad illum reuocandum: eò quòd id cederet in præiudicium cæterorum, qui ad eum maioratum irreuocabiliter ea ipsa institutione vocati etiam sunt. Quando maioratus, aut melioratio, facta essent ad contrahendum matrimonium contractu celebrato cum tertio, comparatione cuius ea subirent rationem contractus oneroſi, tũc, inquit vbi supra Molina cum Tellio Fernandez, si non sequeretur matrimonium, posse reuocari maioratum aut melioraționem, quasi facta irreuocabiliter ob eam causam, seu sub conditione eius causæ, causa non subsequuta. Quod si, orta controD uersia inter aliquos, illa cõponeretur transactione, vno instituente maioratum in persona alterius ex aliquibus bonis, tunc, quia eo ipso institutio celebrata esset contractu oneroſo comparatione instituti, ianè ea institutio continuo esset irreuocabilis.

Dubium est, vtrum sicut, quando maioratus est institutus contractu inter viuos, aut melioratio eodem modo facta est, & sequitur traditio, aut aliquis alius ex tribus actibus explicatis, redditur institutio, aut melioratio irreuocabilis: ita reddantur,

quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando institutio, aut melioratio, factæ fuerunt vltimæ voluntate. Ad quod, quicquid Peralta, à Molina c.2.citato n.19. relatus, dixerit, proculdubio simpliciter dicendum est, non reddi, præsertim in hoc Castellæ regno iuxta l.17.& 44. Tauri, quæ expresiè statuunt, solum reddi irreuocabiles ex quouis eorum trium actuum, quando factæ, sunt contractu inter viuos: secus autem, quando factæ sunt vltima voluntate. Quare si traditio rerum ad maioratum, aut melioration em attinentium, fiat intuitu implendi dispositiones illas factas ex vltima voluntate, aut mentione facta, quòd ad illas implendas id fiat, tunc vtiq;, quanuis dominium & possessio earum rerum transeat in accipientem, iuxta ea quæ disp.287. de donatione causa mortis dicta sunt quando illi accedit traditio, nihilominus reuocabiles adhuc remanent, vt rectè affirmant Ant. Gom. l.17. Tauri. n. vlt. Molina à.n.19.citato, & alij, quos referunt, quibus consentit Couar. in Rub. de test. part. 2.n.vlt.§.vlt. Imò verò (iuxta ea, quæ diximus disp.193.§.vlt. circa legatum, quando accedit traditio testatoris ad illud implendũ dũ viuit) transeũt dispositiones illæ tũc in donationes causa mortis sequuta traditione quæ traditio dominiũ rei donatæ cõfert, sed reuocabile; neq; impedit reuocationẽ taliũ donationũ, sicut neq; impedit reuocationem donationis causa mortis, vt disp.287. dictum est. Quando autem præcessissent institutio maioratus, aut melioratio, factæ in vltima voluntate, & ex interuallo sequeretur posteà traditio rerũ ad maioratum, aut melioration em, attinentium, nulla facta mentione, quòd ad vltimam voluntatem exequutioni mandandam id fiat, tunc communis opinio, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. & Molina vbi supra affirmat, censeri factam de nouo donationem inter viuos earundem rerum, subsequuta traditione, ac proinde reddi irreuocabiles, iuxta ea quæ de legato priùs facto, sequuta posteà ex interuallo traditione sinẽ vlla mentione, quòd mandandum exequutioni tale legatum id fiat, affirmat communis doctorum sententia, quam ijdem doctores ibidem atque a nobis dictum est disp.193.§.vlt. & Ant. Gom.1. tom. var. res.c.12.n.4. ac Couar. in Rub. de test. part.2.n.vlt.§.vlt. referunt ac sequuntur. Recte verò ait Couar. vbi supra, per eiusmodi donationem præsumptam de eadem re factam ex interuallo censeri extinctum

A priùs legatum. Hoc loco obserua, quanuis dictum sit, Molinam hæc omnia affirmare; numero tamen.20. in fine, subiungere, nõ carere id difficultate, quando maioratus priùs esset institutus in vltima volumate, & posteà sequuta esset traditio rerum ad eum maioratum attinentium. Quoniam ad hoc, vt extraditione rerum maioratus facta ex interuallo, censeatur facta, noua donatio inter viuos, opus est dicamus, institutorem recessisse à prima institutione, & aliam de nouo intendisse efficere, quod, inquit, non facilè est præsumendum. Vnde addit, quando id euenerit, rem maturius esset cogitandam.

B

SVMMARIVM.

1 ARGVMENTA *proponuntur, quòd vt institutio maioratus, aut melioratio in tertio, traditione irreuocabiles reddantur, necessaria sit omnium traditio.*

2 *Maioratus institutio, & melioratio in tertio, vt traditione irreuocabiles reddantur, sufficit quarundam rerum traditio.*

3 *Satis sit argumentis in contrarium.*

4 *Maioratus, & melioratio, in tertio quando traditione vnius rei censeatur factæ irreuocabiles quoad eam solam rem.*

5 *Maioratus institutor, aut meliorator, si per clausulam constituti fecit eas dispositiones irreuocabiles, quòd existente posteà aliqua re, interuertat possessionem illius, non id circo reuocat eas dispositiones.*

6 *Maioratus institutio, ac melioratio, reddi possunt irreuocabiles traditione clausula constituti, etiam quo ad iura in corporalia, & quo ad nomina debitorum.*

Vtrum, vt maioratus institutio, aut melioratio in tertio, contractu inter viuos factæ, irreuocabiles reddantur, satis sit traditio rei vnius, an requiratur omnium ad illas attinẽtium. Et an traditione irreuocabiles reddantur, etiam quoad bona futura. Disp.585.

QVOD necessaria sit omnium earum rerum traditio, aliquin reuocabiles maneãt institutiones illæ quoad res non traditas, suaderi potest. Primò, ex illis verbis legis. 17. Tauri; *auiendo entregado la posseſsion de la cosa* Primũ argumentũ. 1

cosa y casas en el dicho tertio contenidas; ex quibus constat, ad irreuocabilitatem omnino melioration is, non sufficere traditionem rei vnius ad illam attinentis, sed requiri traditionem omnium. Et quanuis in alijs editionibus verba illa habent; *la posseſsion de la cosa o cosas*; in noua tamen collectione copulatiuè habet; *la posseſsiõ de la cosa y cosas*: cui editioni est stãdũ.

Secũdum. Secundò, quoniam eisdem duobus iuribus habetur, fieri eiusmodi institutiones irreuocabiles, *auiendo entregado la posseſsiõ de la cosa y cosas*; quibus verbis satis apertè innuitur, translationem possessionis rerum ad maioratum, aut ad melioration ẽ pertinentium, efficere eiusmodi dispositiones irreuocabiles: sed, quãdo diuersæ res pertinent ad maioratum aliquem, aut ad melioration ẽ, apprehẽsione possessionis vnius earum, non comparatur possessio reliquarum, estò ad comparandam possessionem rei vnius, non sit necesse apprehendere illam quo ad omnes illius partes, sed satis sit apprehendere illam per partem, animo tamẽ per eam apprehensionem possidendi rem totam, vt vtrunque initio disput. 13. ostensum est: ergo traditione quarundam rerum ex his, quæ pertinent ad maioratũ aliquẽ, aut ad melioration em, non efficiuntur eiusmodi dispositiones irreuocabiles quo ad res cæteras ad

Tertium. easdem institutiones attinentes.

C

Tertiò, ratio quarẽ traditione rerum ad maioratum, aut ad melioration ẽ attinentium, eiusmodi dispositiones irreuocabiles fiunt, est, quoniam ea traditione transfertur earundem rerum dominium in personam, in qua maioratus est institutus, aut qui est melioratus, estò aliquando possessio earum non comparetur, vt si erat apud aliquem tertium, vt in calce disput. 13. citatæ ostendimus: sed quando traditio fit quarundam rerum, & non omnium, ad aliquam harum dispositionum attinentium, comparatur solum dominium earum, quæ traduntur, non verò reliquarum: ergo traditione solum quarũdam ex illis non redduntur eiusmodi dispositiones irreuocabiles quo ad res minimè traditas.

D

Castillo, & Tellius. l.17. Tauri, in hanc sententiã propendent, quando non additur clausula constituti, quæ, iuxta dicta disputatione præcedete, comprehẽdat præsentia & futura, quę eo actu facto tradita censeantur pro tempore (quod ad futura attinet) quo illa erunt.

2 Ant. Gom. l.17. Tauri. à.fin 11. & in calce. l. 23. censet, satis esse tradi rem, aut res aliquas, vt irreuocabiles fiãt eiusmodi dispositiones, etiam quoad res cæteras, quanuis nõdum existant. In eadem sententia est Molina libr.4. de primog. c.2.à.n.23. modò tamẽ, inquit, traditio alicuius, aut aliquarũ rerũ, eo animo adhiberetur, vt dispositio irreuocabilis efficeretur. Satis in hanc sententiam propẽ deo, tametsi tutũ semper iudicem, addere clausulam constituti, quę res omnes cõprehendat, aut tradi corã tabellione scripturã eius dispositionis. Præter multa alia, quib⁹ Ant. Gom. l.17. citatæ ducitur, hanc sententiã cõfirmat Molina. Primo, quiã l. 7. Tauri, de melioratione in tertio loquitur: tertiũ autẽ, vt ex l.23. Tauri cõstat, accipiendum est de bonis, nõ præsentibus, sed quæ tempore mortis meliorantis reperiẽtur: &

B idem est de institutione maioratus ex tertio & quinto, iuxta l.44. Tauri: intelligitur enim de bonis, quæ tempore mortis institutoris fuerint reperta; ac proinde hæ institutiones & aliæ, bona futura respiciunt, quorũ traditio fieri nequit statim, nisi per actum fictũ; neq;, si per actũ fictum ea fiat, sortitur effectũ, nisi per cõparationem ad tẽpus, in quo res illæ erunt, vt disputatione præcedente dictũ est: cùm ergo in his omnibus dispositionib⁹, & in alijs, quæ cõprehendunt bona aliqua adhuc acquirẽda, nõ possit fieri traditio omnium rerũ per actũ verum ante mortem disponentis, ad effectum, vt dispositiones ipsæ ante eam mortẽ irreuocabiles reddatur; neq; fit credendũ l.17.&.44. Tauri loqui solùm ad eum effectum de traditione per actum fictũ, sed potiùs per actum verũ; consequens profectò est, vt intentum earũ legum non sit, necessariã ad irreuocabilitatẽ earũ dispositionũ esse traditionẽ rerum omniũ, sed sufficere alicuius, aut aliquarũ, animo easdẽ dispositiones irreuocabiles ea traditione reddẽdi: præsertim cum l.44. Tauri, etiam in noua collectione, sub distinctione habeat: *Saluo si ouiere entregado la posseſsiõ dela cosa o cosas*. vbi apertè innuitur, necessariã ad id nõ esse traditionẽ omnium, sed sufficere alicuius, aut aliquarũ, nusquãq; legamus, necessariã esse traditionẽ omniũ. Secũdò, quoniã legibus. 17.&.44. Tauri, in verbis, quæ nũc expẽdimus, nõ agitur ea traditione de trãslatione possessionis rerũ ad maioratũ, aut ad melioration ẽ pertinẽtiũ; sed de irreuocabilibus reddẽdis eis dispositionibus traditione ea facta: reddere verò eas dispositiones traditione irreuocabiles, sanè non minùs pẽdet ex animo institutoris maioratus, aut meliorãtis, quàm restitutio hæreditatis, traditione facta fideicõmissario, pendeat à volũtate hæredis illã restituẽtis: sed, vt hæres

E grauatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauatus restituere hæreditatẽ, cẽseatur re ipsa eam totã restituere ad effectũ, vt actiones omnes, tam actiuæ, quàm passiuæ transeant in fideicõmissarium. satis est, si tradat vnã, aut multas res hæreditatis, animo tradendi totam hæreditatem, vt habetur. l. restituta, in princ. ff. ad Trebell. his verbis, *Restituta hæreditas videtur re ipsa, si fortè passus est hæres possidere res hæreditarias, vel totas, vel aliquas earum, hac mente, vt vellet restituere, & ille suscipere*, dictumq; vtrũq; est disp. 186. ergo eadẽ ratione, vt dispositiones, de quibus loquimur, irreuocabiles traditione fiãt quo ad omnia, satis est, tradi vnam, aut multas res, ad eas dispositiones attinẽtes, neque est necesse, tradi omnes. A

Ad primũ 3 Ad primum ergo argumentũ in contrarium dicẽdum est, ibi, *de la cosa y cosas*, coniunctionẽ æquipollere desiunctioni *o cosas*, quod frequens est in iuribus, vt habetur. l. sæpe. ff. de verb. sig. præsertim cùm lege. 44. in eadẽ noua collectione habeatur, *de la cosa o cosas*: & cùm neutro in loco sit sermo de omnibus rebus, vt constat ex legũ ipsarum intento explicato.

Ad secundum. Ad secundum negandũ est, eodẽ modo requiri traditionẽ ad possessionẽ cõparendam, & ad irreuocabiles efficiendas dispositiones aliquas expressione, seu declaratione animi per eam traditionẽ, vel ad aliud ius cõferẽdũ simili animi declaratione, vt ex. l. restituta citata constat, & affirmant Bart. & alij, quos Molina vbi supra. n. 28. refert ac sequitur: quarè, estò traditione alicuius rei, aut rerum aliquarũ, ad eandẽ dispositionẽ attinentiũ, solùm cõparetur possessio earũ, quæ tradũtur; non verò earum, quæ nõ traduntur, nihilominùs traditione alicuius earũ rerũ, animo ea traditione irreuocabilẽ reddẽdi dispositionẽ, irreuocabilis efficitur quoad omnia vniuersim, quæ sub illa cadunt. B C

Ad tertiũ. Ad tertiũ neganda est maior: nõ enim irreuocabilitas pẽdet à dominij translatione, vt cõstat, quia quando dispositiones fiunt contractu oneroso cum quodam tertio, irreuocabiles eo ipso reddũtur, neque tamẽ trãsfertur dominium, nisi accedat traditio: sed irreuocabilitas pendet ex eo, quid fiat, quod à lege est dispositũ, vt sit sufficiẽs ad reddendas illas irreuocabiles: quod in re proposita est traditio, saltem alicuius, vel aliquarũ rerũ animo firmas illas efficiendi.

Ibidẽ Molina. n. 30. ait, si quãdo fit traditio alicuius, aut aliquarũ ex reb⁹ ad maioratũ, vel ad meliorationẽ attinentiũ, addatur, id fieri ad maiorẽ eius dispositionis firmitatẽ, vel vt reuocari nõ possit, aut aliud simile, cẽsẽdũ esse eam traditionem esse factã animo reddẽdi irreuocabilẽ totam dispositionẽ: idẽque esse, si tradãtur omnia præsentia ad eam dispositionẽ attinentia; estò nihil aliud exprimatur: quia tunc institutor, aut meliorans, fecit totũ, quod pro tunc facere ad id poterat: secus autem, si ex multis rebus, quæ erant in prospectu, & ad eam dispositionẽ attinebant, tradat vnam, nihil aliud exprimendo: quia tunc quoad eam solã, censebitur facta irreuocabilis talis dispositio; nõ verò quo ad reliquas. 4

Numero. 31. idem autor aduersus Tellium, cæterum cõsentaneè ad Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 12. addit. Si maioratus institutor, aut meliorans, constituit se possessorẽ bonorũ maioratus, aut meliorationis, loco vocati primò ad maioratũ, aut loco meliorati, quẽuis cum Baldo, & alijs, sit dicendũ, si interuertat possessionem cõparatione rei alicuius futuræ ad eã dispositionẽ attinentis, dicendo, se non comparare possessionẽ eius rei vocato ad maioratum, aut meliorato, sed sibi, nõ acquiri illi possessionẽ, nihil impediente clausula constituti ãtecedẽte, quæ ad eam etiã rẽ se se extendebat: nihilominùs per eã possessionis interuersionem, non censeri reuocatam maioratus institutionem, aut meliorationem, etiam quoad eam rem. Ratio autem est, quoniã per clausulam constituti facta fuit à principio ea institutio omnino firma & irreuocabilis simpliciter, & quoad omnia: possessio aurem per eandem clausulam, quæ quoad eam rem pendebat ex illius existentia, potuit interuerti & impediri protestatione illa, & animo non acquirẽdi possessionem eius rei illi alteri, sed sibi: sicut, post acquisitam alicui possessionem, potest ab illa deturbari, eamque amittere, comparante eam altero. 5 D

Anton. Gom. l. 17. Tauri. n. 13. affirmauit, estò, quando ex tertio fiebat maioratus institutio, aut melioratio, institutor, aut meliorans, se constituisset possessorem loco primò vocati, aut meliorati, solùm rerum præsentium ad eam dispositionem attinentium, dispositionem reddi irreuocabilẽ, etiam quoad futuras. Ait verò Molina vbi supra. nu. 32. verum quidem id esse, si institutor, aut meliorans, ea via intenderet efficere dispositionem irreuocabilem; maleque ea de causa reprehendi à Tellio in eadem lege: quia tunc irreuocabilitas se extendit ad omnia, etiam si traditio per eam clausulam constituti solùm se extendat ad præsentia: secus verò ait esse, si non significauit, se ea via intendere firmam,

firmam, aut irreuocabilẽ efficere eam dispositionẽ: quia tunc solùm manebit irreuocabilis quoad præsentia, nõ verò ad futura. A

Tellius. l. 17. Tauri. n. 56. asserit, in rebus in corporalibus, in quibus maioratus institutor, aut meliorans, possessionem non habet, non posse fieri maioratũ, aut meliorationẽ, irreuocabilẽ, nisi cessio earum rerum incorporaliũ interueniat, etiã si maioratus institutor, aut meliorans, se constituat possidere bona omnia maioratus, aut meliorationis, nomine primò vocati, aut meliorati. Id verò probat, quia in iuribus incorporalibus, vt in nominibus debitorum, non aliter fieri potest traditio, quàm per cessionẽ, vt constat ex. l. 3. in prin. ff. pro socio, vbi habetur, nomina debitorum acquisita ab vno ex socijs, administrando negotium societatis, non cõmunicari alijs socijs, nisi cedãtur: cùm tamen res aliæ acquisitæ negotiũ societatis administrãdo, statim cæteris socijs pro indiuiso, ex ipsamet iuris dispositione, acquirantur, postulante id ita contractu societatis, vt habetur. l. 1. & 2. ff. pro socio, & suo loco dictũ à nobis est: quarè, vt aliqui dicunt, societas vim habet clausulæ constituti loco aliorũ sociorum: vnde cum in societate, vi clausulæ illius cõstituti virtualis, non fiat traditio rerum incorporalium alijs socijs, neq; proinde comparẽt possessionem earum absq; cessione; consequens est, vt neq; si institutor maioratus, aut meliorans, cõstituat se possidere bona maioratus, aut meliorationis, loco primò vocati aut meliorati, censeatur facta traditio, aut translata possessio rerum incorporalium, ac proinde neque reddita, quo ad illa, sit ea institutio irreuocabilis. B C

6 Meritò autem Molina vbi supra. nu. 35. iuxta hactenus dicta, ait. Si maioratus, aut melioratio, cõsistat in rebus corporalibus, & incorporalibus, vt regulariter consistere solet, tunc per clausulam constituti effici dispositionem, etiam quo ad incorporalia, irreuocabilem, esto daremus, neq; traditionem esse factam, neque possessionem esse translatam, quo ad res incorporales: quoniã satis esset traditio quo ad res corporales animo firmandi totã dispositionem, qui animus colligitur ex clausula cõstituti quo ad omnia, vt censeretur facta irreuocabilis quo ad omnia vniuersim. Dicendũ deinde est, si res incorporales eius naturæ sint, vt quasi affixæ sint rei alicui corporali, vt sunt iurisdictio alicuius loci, vsus fructus prædij alicuius, & alię similes, vel sint eius naturę, vt possessio earũ cõparari possit vsu illius, vt est ius eligendi, aut præsentandi, tunc falsum esse, per clausulam constituti adhibitã ab eo, qui verè possidebat, nõ censeri factã traditionẽ quasi possessionis talium rerum incorporalium absq; vlla cessione: quemadmodum absq; cessione potest cõparari possessio, aut quasi possessio earũ rerũ incorporaliũ per actũ corporalẽ aut per vsum iuris earum, vt disp. 14. ostensum est. Lex autem. 3. ff. pro socio, non loquitur de eiusmodi rebus incorporalibus, vt illam intuenti est satis perspicuum; sed solùm loquitur de nominibus debitorum, hoc est, de debitis, ad quæ competit solùm actio personalis; quorum proinde quasi possessio non videtur qua alia ratione possit transferri in alium, quam per cessionem: æquitasq; postulabat, vt eiusmodi iura cõtractu ab vno sociorum comparatione alicuius, qui se illi obligauit, nõ priùs competerent alijs socijs, quàm ab illo socio eis cederentur aduersus eum debitorem, vt actionem aduersus illum intentare possent. Alias responsiones adhibet Molina vbi supra. n. 36. legi illi. 3. quæ videri apud illum possunt. Deniq; aut, quando maioratus, aut melioratio, solum cõstaret iuribus incorporalibus eius naturæ, cuius sunt nomina debitorum, quod raro, aut nunquam eueniet, tunc clausulam constituti habere vim cessionis ac traditionis eorum, vt cum Molinęo affirmat. Eum legito. C D

SVMMARIVM.

1 *Maioratus institutio & melioratio in tertio, contractu celebratæ, adiecto pacto de eis non reuocandis, irreuocabiles reddi intelligitur. Et quibus rationibus quidam sibi contraria immeritò persuadeant, & quo modo respondeant ad fundamentum veræ sententiæ.*

2 *Satis fit argumentis.*

3 *Maioratus institutio, aut melioratio, vt irreuocabiles fiant pacto adiecto de eis non reuocandis, parum refert, siue id pactũ apponatur in ea instrumẽti parte, in quã continetur dispositio, siue in ea, in quã de executione agitur.*

4 *Clausulæ à tabellionibus in quacunque parte instrumenti appositæ, nisi apertæ contrariæ sint in cõtrarium, de partiũ consensu appositæ censentur.*

5 *Maioratus institutus ex regia facultate, in qua continetur, quòd semel instituturus, reuocari non possit, etiam si per vltimam voluntatẽ sit instituturus, reuocari deinceps non possit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 *Maioratus institutio si confirmetur iuramento, qua instituens iuramento asseret, se illa efficere, non est irreuocabilis: secus si iuramento promittat, se eam non reuocaturum, aut illi non contraeuenturum: & in Lusitania de Regis facultate sit adhibitum: & quid in Castella.*

Quibus aliis actibus maioratus institutio, & melioratio irreuocabiles reddantur. Disp. 586.

CONVENIVNT Molina libr. 4. de primog. c. 2. n. 40. Tellius. l. 17. Taur. nu. 91. & alij antiquiores eius legis interpretes, ex eo, quòd lege. 17. & lege. 44. Tauri, tres solì actus explicati cómemorentur, quibus eiusmodi dispositiones irreuocabiles reddãtur, non propterea excludi alios, vnde idem euenire possit. Atque in primis controuertunt, num ex pacto addito de non reuocanda aliqua ex his dispositionibus, irreuocabilis reddatur. Respondet verò Molina ibidé affirmanter cum Tellio. l. 17. Tauri. n. 99. & cum Peralta, quos refert. Quoniam, ficut donatio causa mortis, quæ sui natura reuocabilis est, si ei addatur pactum, aut promissio donantis, de ea non reuocanda, redditur irreuocabilis, ac trãsit in donationem inter viuos, vt constat ex. l. vbi ita donatur, & consentiunt. l. si alienã. §. Marcellus, in fine, &. l. Senatus. §. mortis causa, in fine. ff. de mortis caus. donat. dictumq; est disp. 287. vbi cómunem ea de re doctorum sententiam retulimus: sic multò magis eiusmodi dispositiones ita de iure huius Castellæ regni reuocabiles, vt reddi irreuocabiles tacitè possint aliquo triumactuum adiectione, de quibus. l. 17. &. 44. Tauri est sermo, & qui disputationibus præcedentibus explanati sunt, reddétur quoq; irreuocabiles expresso pacto de eisdé non reuocandis, quod longe plus exprimit métem ea in parte disponentis, quàm exprimant illi actus.

Idem Molina subiungit, multoties se vidisse ea de re fuisse acriter controuersum circa institutiones maioratuũ cum eo pacto de illis non reuocandis, contendentibus aliquibus, posse nihilominus reuocari sequentibus rationibus.

Argum. primum. Primò, quoniam quãdo aliquis acit donatione causa mortis cũ pacto, vt in nullo alio euentu res reddatur, nisi donatarius, qui eam acceperit, moriatur ante donantẽ, potest nihilominùs donas illam reuocare, vt affirmat glos. l. si alienam. §. Marcellus verb. qui acceperit. ff. de donat. caus. mort. quam sequuntur Bald. & alij: quod sanè nó aliunde euenit, nisi quia, quando donatio est reuocabilis, pactũ de illa nó reuocanda, nó efficit eam reuocabilem: ei m ergo dispositiones, de quibus loquimur, factæ con tractu inter v.uos, seu donatione, reuocabiles sint ex dispositione. l. 17. &. 44. Tauri, exceptis euentibus eisdé legibus expressis; consequens est, vt ex pacto, de eis non reuocandis, non reddantur irreuocabiles.

Secundũ. Secundò, quia quando dispositio est reuocabilis, pactum, aut stipulatio accessoria de ea non reuocanda, est etiã reuocabilis. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & glossa. l. si patronus verb. Fauiana. ff. si quid in fraud. patro.

Tertium. Tertiò, quoniã clausula de nó reuocãdo, solet assiduè poni post verba dispositionis, potius ad exequutionẽ, quàm ad substantiã dispositionis: clausulæ autem, quæ ad contractus exequutionẽ apponuntur, non solent alterare eius substantiam, vt colligitur ex Clement. 1. in fine de præbend. & affirmant Panor. & alij.

Quartũ. Quartò, quoniã clausula de nó reuocãdo, solet apponi à Tabellionibus: eiusmodi autem clausulæ nihil operantur, nisi constet fuisse à contrahentibus appositas, vt Bart. Panor. & alij tradunt.

Qui hæc ita affirmant, ad legẽ vbi ita donatur, quæ præcipuum fundamentum est cótrariæ opinionis, respondent. In eo iure non aliud haberi, nisi donationẽ, quæ alioquin futura erat causa mortis, ex pacto de nó reuocãdo, effici donationẽ inter viuos, atq; adeò irreuocabilẽ: dispositiones autẽ, de quibus loquimur, sunt donationes inter viuos & reuocabiles ex dispositione. l. 17. &. 44. Taur. nisi aliquid accedat ex ijs, quæ in eisdẽ legibus cómemorantur, vnde irreuocabiles reddantur: cùm ergo pactum de illis non reuocandis, nihil illorũ fit, inueniatq; illas donationes inter viuos reuocabiles ex earundem legum præscripto; consequens est, vt irreuocabiles eas no efficiat.

Secundò respondent, ideirco. l. vbi ita donatur, ex pacto de nó reuocando induci irreuocabilitate donationis, quoniã efficit, vt donatio causa mortis transeat in donatione inter viuos: quando autẽ contractus, de quo inter partes conuenit, non potest transire in aliam speciem cótractus, vtiq;, si reuo-

si reuocabilis sit, nó transibit in contractũ irreuocabilem additione pacti de illo non reuocando: pactum enim contra naturam & substantiam contractus, est nullum, vt constat ex. l. cum precario. 1. in prin. ff. de precar. & affirmant Bart. & alij.

Ad primũ argumentum. Persistendum tamen est in priori sententia. Vnde ad primũ argumentũ posterioris dicendum est, eam glossam apertè pugnare cum textu ibi, ipsamq; glossam confiteri, textũ ibi innuere contrariũ: vnde à Bart. & cómuni doctorum sententia reprobatur, quam referunt ac sequuntur Anto. Gom. tom. 2. var. res. c. 4. nu. 22. Couar. in rub. de test. p. 2. nu. 11. Iul. Clarus. 4. lib. senten. §. donatio. q. 4. n. vlt. & Molina vbi supra. n. 45. dictumq; est disp. 287. Item glossa illa, iuxta textũ ibi, non loquitur de donatione cum solo pacto de nunquá illa reuocanda, in quo euentu donatio illa transit omnino in donationé inter viuos, quæ nullo modo potest reuocari, iuxta. l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. & cómunem doctorũ sententiá, quam glossa illa nó negat: sed loquitur de donatione cum pacto, vt in nullo alio euentu res donata reddatur, nisi donatarius, qui eam acceperit, moriatur ante donantẽ; virtute cuius pacti donatio illa retinet de donatione causa mortis, q̃ si donata rius moriatur ante donantẽ, donatio redda tur nulla; id quod cóuenire donationi causa mortis, esseq; illi cómune, cum legatis ostẽdimus disput. 287. quarè licèt donatio, de qua ea glossa loquitur, & de qua in eo textu erat sermo, virtute cótineat pactũ de nunquam illa reuocanda, habet tamen pactum continens moduni, seu códitionem, quòd, si donatarius moriatur ante donantem, donatio reddatur nulla; in quo differt à mera donatione inter viuos, idq; retinet de donatione causa mortis: & quia id retinet, voluit glossa illa, sed malè, cótra textũ ipsum, & comunem doctorũ sentẽtiá, pactũ illud aliud virtuale, de núquam illa reuocanda, non reddere illã irreuocabilem, sed posse donantẽ pœnitere, valideq; eam reuocare. Quæ autẽ Molina vbi supra. n. 46. addit ex mente Baldi, & quorundam aliorum, quòd scilicet, si donationi, quæ alioquin esset causa mortis, aut quæ alioquin esset reuocabilis, addatur pactũ de illi non cótraueniendo, etiã si id pactũ iuramento sit confirmatũ, non reddatur irreuocabilis. disp. 287. est à nobis impugnatũ, ostẽsumq; est, pacta de non cótraueniendo, &, de non reuocãdo, æquipollere in re proposita. Illud etiam o'serua, vt institutio maioratus, aut melioratio, irreuocabiles fiant ex pacto de eis non reuocandis apposito, parũ referre, siue id pactũ apponatur in ea instrumenti parte, in qua cõtinetur institutio ac dispositio, siue in ea, in qua agitur de exequutione. Cùm enim de substantia & natura harũ dispositionũ non sit, vt reuocari possint, ficut est de natura & substantia donationis causa mortis; sed solùm sint reuocabiles ex dispositione. l. 17. &. 44. Tauri, nisi addatur aliquid vnde irreuocabiles reddãtur, quod non variat naturã & speciem earum dispositionũ, sed solùm efficit eas diuersas accidentariò; vtiq; ex eo, q̃ eiusmodi pactũ apponatur in exequutione ad corroborationem & firmitatẽ eorum, quæ antea dispo sita fuerant in institutione, nó sumitur argumentũ, q̃ non sit positum ex voluntate contrahentiũ, sed ex cõsuetudine tabellionum: sicut sumitur in donatione causa mortis, cuius natura destruitur appositione talis pacti: neq; enim facilè credendũ est, cótrahẽtes voluisse in exequutione destruere, quod in dispositione statuerunt, voluisseq; efficere transire illud in dispositionẽ alterius speciei: de qua re disput. 287. diximus quid sentiremus, quod attinet ad donationem causa mortis, de quæ sola nobis ibi erat sermo. Lege, quæ eo loco dicta sunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ est, illud esse verum, quãdo tale pactũ est redditũ nullum, quia est contra bonos mores, aut quia ita expedit reipublicæ: tunc enim pactum de non reuocãdo, id quod est reuocabile, per spicuè est nullũ, atq; de eiusmodi pacto est sermo. l. stipulatio hoc modo cõcepta: quãdo autẽ nullum est absurdum, quod est reuocabile, corrobari & effici irreuocabile, vt in institutione maioratus, aut in melioratione, aut quando pactum, de non reuocãdo, facit dispositionẽ, cui apponitur, transire in aliã speciem licitam & irreuocabilẽ, diuersam ab ea, quę esset, si no appone retur ei id pactũ, vt quando dispositioni, quę alioquin esset donatio causa mortis, apponitur pactũ de ea non reuocanda. validũ est tale pactũ, redditq; dispositionem irreuocabilẽ, vt ex se liquet, & cõstat in donatione causa mortis. In glossa autem in eodem argumento citata, sermo est, quando iure est permissum alicui rescindere donationẽ aliquam, quia in fraudẽ ipsius alicui ab alio factam: tunc enim quanuis donans illam fecisset sub certa pœna, si ab alio reuocaretur, nihil impediente eo pacto &

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœna donantis, posset reuocari ab eo, in A cuius fraudefactaesset: quia accessoriũ illud non admit ius huic tertio ad principale reuocandum in præiudicium ipsius factum. Longè autem diuersa est ratio, quando aliquid erat ab aliquo reuocabile, neq; vllum erat absurdum, quòd irreuocabile redderetur, & ab ipsomet, à quo poterat reuocari, redditũ est irreuocabile per pactũ de eo nó reuocãdo, vt in re proposita cernitur.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ est, illud intelligendum esse, quando clausulæ illæ, seu verba aliqua, incidẽter in exequutione apponerẽtur, & quæ non manifestè dispositionẽ augerent, interpretarẽtur, amplirent, aut cor- B roborarent: secus autem, si manifestè id efficerent: nam tunc, esto post dispositionem apponantur, non minorem vim habent, quàm si in ipsamet dispositione insererentur. Potissimum autem hoc vim habet, quando dispositio ex sua natura indifferens est, vt vel reuocabilis maneat, vel reddatur firma & irreuocabilis adhibito aliquo, quòd tacitè, aut expresè, eam irreuocabilem reddat, vt sunt institutio maioratus, & melioratio: quocunq; enim loco, aut tempore, id fiat, etiam post confectum instrumentum, irreuocabilis redditur.

Ad quartum. Ad quartum dicendũ est, cùm tabelliones ministri publici sint, potiùs cẽseri, quæ C apponunt, ex partium consensu & cõuentione apponere, vt cum Felino & alijs rectè Molina vbi supra. n. 51. ait, & conc.inunt. l. vlt. C. de fideiuss. & alia iura: quarè, nisi conjecturæ sint apertæ in contrarium, censendum semper est, clausulas omnes de consensu partium fuisse appositas.

4

Ad primum verò, quod ad fundamẽtum prioris sententiæ respõdetur, dicendũ est. Quanuis in ea lege id solùm habeatur; inde tamen colligi sufficienter nostrũ intentũ. Pactũ enim de non reuocando, aduenienti donationi, quę alioquin esset causa mortis, D idcirco facit eam transire in nouã speciem donationis inter viuos, quia efficit illã irreuocabilem, & irreuocabilitas pugnat cum natura & essentia donationis causa mortis: quarè, quia pactũ illud, sublatis impedimẽtis, efficere habet irreuocabile id, cui apponitur, efficere consequenter habet trãsire donationẽ eam in aliam speciẽ donationis inter viuos: cùm ergo dispositiones, de quibus loquimur, aptæ sint fieri irreuocabiles aduentu eius, quod ad id sufficiens sit, multoq; potentius ad id ex se sit pactũ expressum de illis non reuocadis, quam alia tacita inducta à l. 17. & 44. Tauri ad id efficiẽdũ; consequens profectò est, vt multò magis pactũ de non reuocando id efficiat; præsertim cùm nulla lege redditum sit irritum ad id efficiendũ. Esse autem dispositiones, de quibus loquimur, reuocabiles intrà limites donationis inter viuos, talesq; illas inuenire pactũ de eis nó reuocandis, nihil profectò impedit, quòd eius vi reddãtur irreuocabiles, sicut reddũtur illis alijs actibus, quiex legũ præscripto irreuocabiles eas efficiũt.

Ad secundum negandũ est, idcirco pactum de non reuocãdo, inducere irreuocabilitatem in donatione, quæ alioquin esset causa mortis, quia facit illã transire in aliam speciẽ contractus; sed è contrario, quia inducit irreuocabilitatẽ in ea, & irreuocabilitas pugnat cum natura & essentia donationis causa mortis, transire eam facit in aliam speciẽ contractus: quarè neganda est cõsequentia, qua infertur, ex eo, quòd dispositiones, de quibus loquimur, sint donationes inter viuos, neq; appositione eius pacti transire possint in aliam speciẽ cõtractus, infertur, non posse reddi eo pacto irreuocabiles: ad hoc enim, vt pactũ de nõ reuocando, irreuocabilem reddat dispositione aliquam, impertinens est, q transire eam faciat in aliã speciẽ cõtractus, aut non.

Molina vbi supra cum Peralta ait, si in facultate regia ad maioratũ instituendum 5
expresè habeatur, vt, si is maioratus semel instituatur, non possit deinceps reuocari; tunc eo ipso, quòd ex ea facultate est institutus, reuocari non potest: quoniam facultas ei cõditioni, seu modo fuit astricta: & quoniã ea fuit eo ipso intentio & mens institutoris. Id Molina restringendum arbitratur, modò in contractu, & non in vltima voluntate, sit institutus, quia arbitratur vltimã volũtatẽ, neq; ex principis autoritate, neq; ex iuramento, reddi posse irreuocabilem. Contrariũ verò nos docuimus disp. 583. iuxta ea quæ disp. 151. copiosiùs dicta sunt: quare, si ex facultate illa regia in vltima voluntate instituatur, non dubito reddi irreuocabilem.

Quando institutio maioratus, aut melio- 6
ratio, in eo sensu cõfirmata esset iuramẽto, q̃ instituens maioratu, aut meliorans, iuramẽto affirmaret, se eum maioratũ ita instituere, aut se ita facere eam meliorationem, tunc, quia iuramentum potius esset assertorium, quàm promissorium, & quia caderet supra institutionem in se reuocabilem, reuocari vtique posset, nihil impediente

diente eo iuramẽto. Ita Molina. c. 2. citato. A n. 56. cùm communi doctorum sententia, quam refert, dictumq; in simili euentu est disp. 287. circa donationem causa mortis similiter iuramento confirmatam cùm Couar. & alijs. Quando autem aliqua earum institutionum promitteretur nõ reuocari, & iuramento id confirmaretur, tunc ex natura rei irreuocabilis redderetur: quia, vt dictum est, solum pactum, de illa nõ reuocanda, efficit illam irreuocabilem, nedum pactum iuramẽto confirmatũ. Diximus, ex natura rei: quoniã in Lusitania, nisi iuramẽtum de Regis facultate esset adhibitũ, non solum non redderet illam irreuocabilẽ, sed B etiam efficeret eam nullã eo ipso, iuxta ea quæ disp. 149. dicta sunt. Idem erit in hoc Castellæ regno, eò quòd ea institutio, secluso iuramento, sit valida; & contractus, atq; obligationes, alioquin validi, si confirmentur iuramẽto, eo ipso in hoc regno sint nulli, vt eadem disputatione dictũ est. Nisi dicas, has dispositiones esse donationes perpetuas, quas in hoc regno fas est confirmare iuramento: aut nisi aliqua eius modi dispositio fieret in dotẽ, quam etiam permissum in eodem regno est confirmare iuramento, vt disputatione citata dictũ est. C Quæ dicta sunt de pacto iuramento confirmato non reuocandi aliquam harũ dispositionum, similiter dicẽda sunt, de pacto iuramento confirmato illi non contraueniendi: quoniã, vt disp. 287. (hoc idem affirmando circa donationem causa mortis) dictũ est, satis ei dispositioni cõtraueniret, qui eam reuocaret, ac proinde pactum de non reuocãdo, cõprehenditur in pacto de non contraueniendo. Lege quæ ibi dicta sunt. Nobiscum conueniunt in hoc vltimo multi, quos Ant. Gabr. lib. 2. communium opinion. tit. de iureiurando concluſ. 10. n. 11. refert tametsi refragetur Molina vbi supra. n. 57. cum quibusdam alijs quos citat. D

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS institutio, aut melioratio in tertio, vt irreuocabiles in hoc regno sint ex capitibus explicatis, non pẽdet ab acceptatione vocati, aut vocatorum, neque alterius nomine ipsorum. Et quid in Lusitania.

2 Quanuis concurrant capita, ex quibus maioratus institutio irreuocabilis in hoc regno redderetur, si tamen institutus sit ex regia facultate habente clausulam, quòd postquam fuerit institutus, reuocari possit, reuocabilis erit. Et quid à libertate habeat, vt ea clausula non impediente, irreuocabilis efficiatur.

3 Institutio maioratus, aut melioratio, irreuocabiles redditæ ex capitibus explicatis, reuocari possunt si aperuerint in aliquo ex ijs, ex quibus donatione reuocari possunt.

4 Maioratus institutus, etiam irreuocabiliter, à non habente descendentes, nascitur se filiorum reuocatur in totum. Institutus verò habẽte saltem vnicum descendẽtem, nascitur se filiorũ, solum reuocatur quatenus cõtigerit legitimas eorum retentorum maioratu tertio & quinto.

5 Maioratũ vt instituat, qui facultatem à principe petit, exprimere non tenetur, quot filios habeat.

6 Si maioratus, aut melioratio ex tertio & quinto irreuocabiliter sint facti in aliquibus determinatis bonis, & decrescentibus bonis, tẽpore mortis non tot ad tertium & quintum pertineant, reuocantur quo ad excessum. Nisi causa matrimonij fuerint effecta: nam tunc is, cui facta facti, eligere poterit velle stare bonis quæ erant tempore, quo sunt facti. Si item donationibus postea factis decrescant bona illæ, sunt nullæ.

7 In institutione maioratus, aut in melioratione non valet pactũ in præiudicium aliorũ filiorũ, quòd stetur quo ad tertium & quintum bonis, quæ pater tunc habet, & non bonis, quæ tempore mortis fuerint reperta.

8 Melioratio quo ad ius ex ingratitudine reuocetur.

9 Maioratum reuocabilem si vterque coniux de communibus bonis instituant, superstes reuocare illum potest quo ad suam partem. Secus quando vxor est superstes, & marit.us de facultate vxoris illum instituit.

Num, vt maioratus institutio, aut melioratio irreuocabiles sint ex capitibus quatuor disputationibus præcedentibus explicatis, necesse sit accedat acceptatio. Atq; ex quibus capitibus reuocari adhuc nihilominùs eiusmodi institutiones possint. Disp. 587.

QVOD ad primum eorum, quæ proposita sunt attiner, magno nos onere hoc loco leuabunt, quæ disput. 203. & duabus sequentibus dicta sunt. Molina. 4. libr de primog. c. 2. à n. 58. affirmat, nisi interueniat acceptatio eius, qui primò ad maioratum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocatur, quantunuis interueniat quoduis ex capitibus explicatis, vnde dictum est, institutionē maioratus reddi irreuocabilem, posse nihilominus reuocari ab institutore, esto iramento, sine tali acceptatione, promiserit eam non reuocare; idq; nihil impedit. te in hoc Castellę regno. l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. quæ est l. 2. tit. 16. lib. 5 nouę collect. quæ perspicuè videtur cōtrariū disponere, non solum quando institutio acceptata est à quocunq; alio nomine primi vocati, præsertim à tabellione, sed etiam quando à nullo est acceptata, modò tamen instituens se intenderit obligare ad illam non reuocandam vt ex capitibus explicatis tacitè ex legis dispositione, aut expressè se intendit obligare. Præsertim, addit Molina, cùm maioratus institutio fieri soleat cum multis grauaminibus iniūctis vocatis ad eum, atq; adeò institutio illa non sit mera donatio, sed ex parte sit contractus onerosus, qui, ad validitatem, acceptationem, mutuumq; consensum, requirit. Arbitratur etiam, nihil impediente acceptatione tabellionis, tanquam ministri publici, nomine absentis vocati ad maioratum (per quam acceptationem actionem vtilem acquirit ita vocato confitetur, dependentem à ratihabitione ipsius) posse institutorem maioratus reuocare institutionem ante sequutam ratihibitionem eo modo vocati. Addit verò, quando donatio fit pluribus ordine quodam, vni post alium, si fiat illis tanquam priuatis, necessariam esse acceptationem cuiusq; eorum, vt reuocari non possit comparatione vniuscuiusq; eorum; alioquin, si à solo primo acceptetur, posse reuocari comparatione cæterorum, interimdum ab eis non fuerit acceptata. Si autem donatio, seu institutio, familiæ sit facta, vt in maioratibus fit, quanuis ad eam institutionem multi vocentur ordine quodam tanquam mēbra & partes familiæ, tunc eo ipso, quòd à primo institutio est acceptata, redditur irreuocabilis quoad omnes, vt constat ex. l. 44. Tauri, in qua disponitur, quòd eo ipso, quòd traditio est facta primò vocato, redditur institutio simpliciter & omnino irreuocabilis.

1 Quanuis verò maioratus ex aliquo è capitibus explicatis irreuocabilis reddatur, esto nō acceptetur à primò vocato; ex dictis tamen tribus disputationibus citatis constat, contrarium ferè in his omnibus esse dicendum, atq; Molina affirmat. In primis enim ostendimus, in hoc Castellæ regno, non solùm quando donatio, aut maioratus acceptatus est à quodam tertio priuato nomine absentis (in quo omnes consentiunt) nedùm à tabellione ministro publico, sed etiam quando à nullo est acceptatus modò tamen institutor intenderit se obligare ad eum non reuocādum, post. l. 3. ord. citatam, quæ est l. 2. titu. 16. lib. 5. nouæ collect. nō posse reuocari. Ostendimus item, si institutio confirmetur iuramento eam non reuocandi, si secluso iuramento, esset reuocabilis, vi iuramenti irreuocabilem reddi, etiam ante acceptationem. Prętereà ostendimus, acceptationem tabellionis tāquam ministri publici etiam extra iudicium, non solùm parere actionem vtilem absenti ante acceptationem ipsius dependenter ab eiusdē ratihabitione, sed etiam efficere irreuocabilitatem ab eadem ratihabitione similiter dependentem: Molinamq; sibi non constare, dum ex fundamento, quo dicitur, concedit competere actionem vtilem, & negat interim irreuocabilitatem ab acceptatione dependentem. Habent verò hæc omnia similiter locum in melioratione tertij facta. Item ostendimus, quòd in institutione maioratuū apponi soleant grauamina, tam parui illa esse momenti comparatione vtilitatis & commodi maioratuum, vt nullus sit futurus, si institutionem ob ea grauamina non acceptet, ac proinde eiusmodi institutiones appellandas non esse contractus onerosos, sed gratuitos simpliciter, atq; donationes, ac proinde institutoris obligationem tacitam, aut expressam, ad aliquam ex his institutionibus non reuocandam, non pendere in hoc Castellæ regno post. l. 3. citatam, ab acceptatione vocati; tametsi pendens semper sit, ad hoc vt ea obligatio nō dissoluatur, à ratihabitione vocati, aut vocatorum ad illam. Ac sanè, si eiusmodi institutiones cōtractus essent simpliciter onerosi, idq; in causa esset, vt ad obligandum institutorem ad eam non reuocandā, necessaria esset acceptatio & mutuus cōsensus, non solum esset necessarius consensus primo vocati, sed et am cæterorum omnium, vt obligatus maneret institutor cōparatione cuiuscūq; eorū omniū, sicut necessarius esset cōsensus cuiusq; eorū vt vnusquisq; obligatus maneret ad grauamina, quę in recompensationem subire deberet. Ité disp. 265. citata ostendimus, quando donatio multis est facta ordine quodā, nempe cum grauamine, vt primus donatarius totam donationem, aut partem illius, restituat secundo, & secundus tertio, quousque grauamen illud de iure huius regni, aut communis rem tti possit, aut non possit, ante acceptationem secūdi, aut tertij donatarij. Lege quæ tribus disputationibus citatis, quo ad hęc omnia dicta sunt.

Illud obserua, in institutione maioratuum in Lusitania, & similiter in melioratione in tertio, quando hæc fiunt contractu inter viuos, standum esse dispositioni iuris communis, quādo reuocari possint, aut non possint: perinde enim de illis iudicandum est, atque de cæteris donationibus similiter factis. In eo verò regno ad irreuocabilitatem necessaria erit acceptatio, nisi institutio confirmata esset iuramēto appositō ex facultate Regis: & sufficeret acceptatio per tabellionem, iuxta ea quę de iure eius regni disp. 264. dicta sunt, iunctis quæ diximus disput. 263. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

2 Quod ad secundum attinet. In primis quanuis concurrant tria illa capita, aut eorum aliquod, ex quibus dictum, iuxta. l. 44. Tauri, est institutionē maioratus reddi irreuocabilem; si tamen maioratus ex regia facultate sit institutus, atque in ea facultate contineatur, quòd, postquam fuerit institutus, possit libere ab institutore reuocari, quam clausulam Molina vbi supra. nu. 78. affirmat communiter apponi in regijs facultatibus; tunc, esto ex causa onerosa matrimonij sit institutus, sitque facta traditio, potest nihilominus ab institutore libere reuocari, vt expresse habetur. l. 44. Tauri, & affirmat Molina. num. 78. citato: neque est cur conqueratur, quæ, freta ea institutione, nupsit alicui; quando quidem prius à lege fuit admonita, eam institutionem tunc esse reuocabilem. Subiugit verò ibidem Molina. n. 79. optimum consilium esse, quando maioratus ita ex regia facultate instituteretur, vt, qui illum irreuocabilem instituere vellet, hanc clausulam adijceret; quòd promittit maioratum perpetuò firmum ac ratum habere, eumq; nunquam reuocare ex quacunque causa, quæ ad illius reuocationē superueniat, & quòd renunciat poteitati sibi regia facultate cōcessæ, vt, post eum institutum, reuocare illum possit, promittitque, se nunquam ea facultate vsurum. Ait verò Molina, adhibita ea clausula, cessare omnia dubia. Cum enim in fauorem institutoris sit concessa, valida erit illius renunciatio.

3 Quando maioratus, aut melioratio, irreuocabiliter, modis explicatis, sunt instituta, reuocari nihilominus ex iuris dispositione possunt, aliquo superueniente ex ijs, quæ ad reuocationē donationis iure sunt dispositā: id quod non obscure docet. l. 17. Tauri, quæ est l. 1. titul. 6. libr. 5. nouæ collect. dum in illius calce habetur, *No se puede reuocar sino por alguna causa, que segun las leyes de nuestros reynos, las donaciones perfectas y con derecho hechas se pueden reuocar.*

4 Hinc efficitur, si liberi nascantur ei, qui, quòd descendentes non haberet, maioratum in aliquo alio irreuocabiliter instituerat, reuocari in totum maioratum illum ea filiorum natiuitate, iuxta ea quæ disp. 282. copiosè dicta sunt, & affirmat Molina vbi supra. n. 81. cum alijs, quos citat. Si autem maioratus institutus erat in aliquo descendentium, & nascātur postea alij filij, solùm reuocabitur quousque contigerit legitimam eius filij, aut eorum filiorum, idque dempto non solùm quinto, sed etiam tertio, quæ maneant vt antea in maioratu, etiam si maioratus institutus esset in vnico filio, quando non erant alij descendentes, vt aduersus Calaguritanum Episcopum, & Gregoriū Lopez copiosè disp. 283. ostendimus, & Molina vbi supra asseuerat. Quo in loco subiungit, cum doctrina hæc vera vniuersim sit in alijs donationibus factis filio, quando postea nascuntur alij, vt disp. 283. citata dictum est; multò magis habere locum in institutione maioratus: eò quòd, quò plures filios diues aliquis habet, eò promptior esse soleat ad instituendum maioratum, in quo nomen familię, diuitię, & splendor conseruentur, nec bona inter multos æqualiter, aut fere æqualiter, diuisa, quasi in nihilum redigantur: quæ etiam causa mouere solet principem, vt facilius concedat facultatē, vt, etiam contingendo legitimas filiorum, maioratus instituatur, relinquendo tamen alijs filijs competentia bona, seu alimenta. Atq; hac ratione affirmat ibi Molina cum Couar. 1. var. resol. c. 20. nu. 9. eum, qui facultatem petit à principe ad maioratum instituendum, non teneri exprimere, quot filios habeat: cum pluralitas eorum conferat ad facilius eam obtinendum.

6 Ex eodem fundamento euenit, si maioratus ex tertio & quinto sit irreuocabiliter institutus in aliquibus bonis determinatis, posteaque decrescant bona institutoris, ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt tempore mortis, deducto ære alieno, non A
tot bona ad tertium & quintum pertineat,
reuocari eum maioratum quatenus, iuxta
quantitatem bonorum, quę tempore mor-
tis fuerint reperta contigerit legitimas, seu
portiones aliorum liberorum: eò quòd, vt
habetur l.23. Tauri, quæ est l.7. titu.6. no
uæ collect. tertium & quintum accipien-
da sint, attenta quantitate bonorum, quæ
reperta fuerint tempore mortis melioran-
tis, aut disponentis. Excipe, nisi melioratio
facta sit, aut maioratus ex tertio & quinto
sit institutus, ex causa onerosa matrimonij:
nam tunc melioratus, aut vocatus ad maio
ratum ex ea causa, eligere fauore matrimo B
nij potest, vt stetur bonis, quæ meliorator,
aut institutor maioratus habebat quando
id disposuit, vt habetur l. 29. Tauri, quæ
est l.3. titu. 8. lib.5. nouę collect. Excipe
etiam, nisi diminutio in bonis reperta tem-
pore mortis proueniat ex donationibus,
aut alijs meliorationibus, posterius factis
ab eo, qui irreuocabiliter meliorauerat, aut
maioratum instituerat ex tertio & quinto:
posteriores enim donationes, aut meliora-
tiones, sunt nullæ, ac proinde præiudicare
non possunt priori dispositioni irreuo-
cabiliter factę, vt ex se est satis perspicuũ,
vt eadem l.29. innititur. Ita Molina vbi su-
pra.n.82. C

Quæstio. Dubium est, si pater melioret filium, aut
in eo instituat maioratum ex tertio & quin
to, atq; pater & filius renuncient disposi-
tioni: legis. 23. Tauri, quatenus statuit, vt
quoad tertium & quintum stetur bonis,
quæ pater tempore mortis habuerit, pa-
ciscanturq; inter se, vt quicquid postea tẽ-
pore mortis patris eueniat, stetur quoad ter
tiũ & quintũ bonis, quæ pater tempore me-
liorationis, aut institutionis maioratus ha-
bebat, valida sit ea renunciatio ac pactum.

Tellius eadẽ l.23. Tauri. n.4. & l.25. n.
Argumen tũ primũ. 3. affirmanter respondet. Ducitur vero. Pri D
mò, quoniam lex illa. 23. Tauri, nec concer
nit fauorem patris, nec filij meliorati, nec
cæterorum fratrum, quippe incertum sit,
an bona patris augeri, vel minui debeant
vsq; ad tempus mortis, ac proinde ex eo
pacto nullum præiudicium cuiquam eorũ
proueniat, argumento. l. de fideicommisso.
C. de transf. & l. si pater puellæ. C. de inoff.
test. quarè valida est ea renunciatio & pa-
ctum.

Secũdum. Secundò, quia quando filio tradita fuit
à patre integra legitima, spectato tempore
traditionis, & filius ea fuit contentus, non
potest petere incrementum postea, esto
bona patris accrescant, etiam si pactum illud
non fuerit iuramento confirmatum, vt
Butriaca, Bald. & alij affirmant: quare sicut
eiusmodi pactum circa legitimam est vali-
dum, cùm tamen legitima, ex præscripto
iurium, attendatur habita ratione quantita
tis bonorum parentum tempore mortis,
consequens profectò est, vt eodẽ modo sit
validum pactũ inter patrẽ & filium, de quo
modò nobis est sermo.

Contrarium tamẽ est affirmandum cum 7
Molina vbi supra.n.83. Ratio autem est,
quoniam lex. 23. Tauri in fauorem cæteror
rum filiorum lata est, ne minuatur ipsorum
legitimę, & ne aliquando eueniat, vt tem-
pore mortis solùm tertium & quintum re-
periatur bonorum, quæ erat tempore, quo
facta esset melioratio, aut maioratus institu-
tio, & reliqui filij omnino sine legitima
manent: solumq; in fauorem matrimonij
est confessum, vt quãdo melioratio aliqua
ad matrimonium contrahendum facta sit,
possit, ita melioratus, stare indifferenter,
vel bonis, quæ parentes habebant tempo-
re talis meliorationis, vel quę reperta fuerint
tempore mortis, vt melioratus maluerit: legi autem, quæ in aliquorum fauorem
lata est, preiudicari non potest renunciatiõe & pactis aliorum.

Ad primũ Ad primum verò argumentum in con- A
trarium dicendum est, fallum esse, legem
illam non concernere fauorem cæterorũ
fratrum, pactumq; illud inter parentem, &
filium melioratum, perspicuè cedit in pre-
iudicium aliorum fratrum; cùm multò tu-
tior sit sors filij ita meliorati adhibito eo
pacto, quàm sors aliorum. Iura autem, quę
in contrarium citantur, solùm habent lo-
cum, quando sors esset æqualis, neq; vllum
preiudiciũ inde pararetur, præsertim con-
tra legem, quæ contrarium, in fauorem
quorundem statuit, vt in re proposita eue-
nit.

Ad secun dum. Ad secundum negãdum est, eum filium
non posse petere incrementum legitimæ,
si id pactum iuramẽto non sit confirma-
tum: vt enim disp.579. cum Couar. & Mo-
lina dictum est, id solùm habet verum, quã-
do ea renunciatio iuramẽto confirmatur.
Prętereà, cùm pater, vltra legitimas, habeat
magnam portionem, de qua liberè potest
disponere, & quæ filijs in legitimas nõ de-
betur, pactum illud non cederet in præiu-
dicium aliorum filiorum, quoad id, quod
ipsis in bonis patris deberetur: quod si ali-
quando

quando id pactum, etiam iuramento con- A
firmatum, præiudicium afferret fratribus,
quia contingerentur legitimæ ipsis tempo
re mortis patris debitæ, vtiq; nullum esset
tale pactum, etiam iuramento confirma-
tum, in præiudicium ita aliorum filiorum,
vt rectè Molina.n.83. citato ait.

Vtrum autem maioratus irreuocabiliter
institutus, reuocari ab institutore possit ob
ingratitudinem à primò vocato commis-
sam, iuxta ea quę de reuocatione donatio-
nis ob ingratitudine disp. 381. dicta sunt,
aut excludi à successione in illo ea de cau-
sa possit, aut debeat, commodius examina
8 bitur in sequentibus. Melioratio autem
perinde, atq; cęteræ donationes, reuocari
ex ingratitudine posterit. Quovsq; autem B
id fieri possit, quãdo ex causa onerosa ma-
trimonij facta est, disp. 281. citata explica-
tum est.

9 Quando duo, vt vir & vxor, reuocabi-
lem maioratum condiderunt, etiam de cõ-
munibus vtrisq, bonis, posse superstitem,
quoad suam partem, illum reuocare mor-
tuo altero, secus autem, quando vnus so-
lus, putà vir, eum ita instituit de commu-
nibus bonis ex facultate vxoris. disp. 152.
est explanatum.

SVMMARIVM.

1 PROPONVNTVR *argumenta, quòd finitis vocatis ad maioratum, maioratus expiret.* C

2 *Maioratus si sit institutus, finitis vocatis, non expirat, nisi in institutione fuerit expressum, vt tunc expiret.*

3 *Satisfit argumentis.*

4 *Melioratione si vocentur aliqui in particulari, & descendentes eorum in perpetuum, illis omnibus deficientibus, expirat melioratio ac vinculum, esto sint superstites alij de familia institutoris.* D

Instituens maioratum ex suis bonis, ad eumq; vocans filium suum primogenitum, & descendentes illius, nulla alia vocatione omnino facta, an finitis descendentibus exillo, maioratus expiret, & bona illa libera reddantur. Disp. 588.

ANTEQVAM ad alia[9] formas maioratus creandi[1] ac producendi deueniamus, examinandum est, quanta perpetuitas in Hispanijs ma ioratibus sit censenda, quãdo quidam ad eos vocantur, non facta de alijs mentione.

Quod autem, finitis illis descentibus, 1
maioratus expiret, eaq; bona libera red-
dantur, suaderi potest. Primò, quoniam *Primum argum.*
quando vnus, aut multi ordine quodam,
ad fideicommissum aliquod vocantur, in
persona vltimi vocatorum, ea bona libera,
minimeq; fideicommisso subicta, manent.
l. cum pater. §. libertis, in fine, & l. qui so-
lidum. §. prædium. ff. de leg. 2. l. pater fi-
lium. §. fundum Titianũ. ff. de leg. 3. ergo
finitis vocatis ad maioratum, expirat ma-
ioratus, eaq; bona libera redduntur.

Secundò, quoniam quando quis dispo- *Secundũ.*
nit, ea dispositio de casu ad casum non ex
tenditur, & multò minus de persona ad per
sonam, sed casus ab ita disponente omis-
sus, remanet in dispositione iuris commu-
nis, vt Bart. & doctores communiter affir
mant, argumento. l. commodissimè. ff. de
lib. & post. l. si mater. §. vlt. ff. de vulg. &
pupl. & l. si extranei. ff. de condict. caus.
dat. Imò verò casus eueniens præter testa
toris dispositionem, non comprehẽditur
in ea dispositione, etia si esset maior ratio
idem in eo disponendi, vt Cinus. Anchar.
& alij à Molina lib.1. de primog. c.4. n.3.
relati, rectè affirmant: ergo finitis vocatis
ad maioratum, fieri non potest extensio
ad alios, ac proinde maioratus expirat ea-
q; bona libera redduntur.

Confirmatur hęc ratio, quoniam testa- *Confirm.*
toris, aut disponentis volũtas, quæ expres
sa non fuit in dispositione, nullius est ef-
fectus, vt Baldus & plerij; alij, quos Mo-
lina vbi supra.n.6. refert, probe affirmãt,
argumento. l. quidam cum filium. ff. de hæ
red. inst. & aliorum iurium: quarè, licèt ma
ioratus institutor, qui ad eũ vocauit filium
suum primogenitum, & descendentes il-
lius, intenderet, vt is maioratus ad alios se
extenderet, id non erit curandum, ac pro
inde deficientibus descendentibus ex tali
filio, expirabit maioratus, eaq; bona libera
fient.

Tertiò, quoniam fideicommissum, vin- *Tertium.*
culum, & inalienabilitas rerum, onus sunt
& grauamen, vt ex se est notissimũ, ideoq;
cessare in dubio debent: semper enim in
dubijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubijs benignior pars est eligenda,& quę minus debitoré, personamq; honoratam grauet.l.si fuerit.§.vlt.ff.de reb. dub.l. si ita relictũ.§.vlt.ff.de leg.2.l.apud Iulianũ (aliàs incipit, idem Iulianus).§. scio.ff.de leg.1.& l.nũmis.ff.de leg.3.ergo quando maioratus institutor vocauit filium primogenitũ,& descendentes illius,& non aliud expressit,eis finitis,expirat maioratus, & bona manent libera.

Quartum Quartò, in maioratus institutione, vel expressim bona maioratus alianari prohibentur, vel saltem tacitè alienari censentur prohibita eo ipso, quòd maioratus instituitur, vt ex dictis disput. 576. & sequentibus, satis liquet: sed, quando aliqui designati alienare prohibentur, ea alienandi prohibitio non extenditur vltra personas expressas, quin potiùs bona deinceps alienari possunt: vnde, si pater filio alienare prohibuit, ea probitio non extenditur ad nepotem, vt constat ex.l. pater filium.§.fundũ Titianum. ff.de leg. 3.qua ratione, quando pater filio aliquid relinquit cum clausula, vt id non alienet, sed,si decesserit sinè liberis,id deueniat ad fratrem,censet Couar.3.var.res.c.5. n. 4. cum Accursio in authentico de rest. ẽdei commis.glossa vlt.& cum Bart.prohibitionem illam vltra eum filium non extendi ad nepotem,aut ad fratrem,si is filius sinè liberis decesserit,atq; ita exponit ibi Accursium:ac deniq; prohibitio alienandi facta aliquibus expressim, non se extendit vltra eas personas expressas, vt habetur eodem authentico citato.§. nos igitur: imò verò ibidem disponitur, quando prohibitum est alienari aliquid extra familiã, eam prohibitionem non se extendere vltra quartam generationem nisi aliud adijciatur, rectèq; Couar. n. 4. citato aduersus quosdam affirmat,idem censendum esse, si prohibitio alienationis fiat extra descendentes: quoniam tam latè patet familia, quàm descendentes, imò comprehendit plures. Et quanuis dispositio illa authẽtici illius rigida sit quoad hoc vltimum, vt.nu. 4.citato rectè Couar.affirmat, sitq; hodie de rogata.l.27.Tauri,quæ est.l.11.titu.6. lib.5.nouæ collect.vbi prohibitio alienandi censetur facta in perpetuum, esto non exprimatur,quòd sit vltra quartam generationem;quando, qui id prohibuit, non expressit,vt esset vsq; ad certum tempus, aut quoad aliquos solùm: attamen ex dictis satis liquet, prohibitionẽ, siue expressam, siue tacitam,factam aliquibus, non se extendere vltra eos,quibus est facta: quarè,quando maioratus instituitur,& ad eum vocantur primogenitus & descendentes illius,eis deficientibus,expirat prohibitio & maioratus,manentq; ea bona libera, vt alienari possint. 2

Contraria sententia est affirmãda cum Molina lib.1.de primog.c.4.n.12.Couar. 3.var.ref.c.5.nu.4.verl.4.& vers.5.Greg. Lop.l. 2.tit.15.p.2.verb.*mayorta*. & verb. *el mas propinquo pariente*.§. vnde si aliquis vers.de natura tamẽ,Ant.Com.l.40. Taurin.59.& alijs,quos citãt.Nempe eo ipso, quòd maioratus instituitur,cẽseri institutũ perpetuũ,ita vt ad omnes vniuersin de familia institutoris, etiã vsq; ad millesimũ gradũ,deueniat,esto aliqui expressi sint, ad quos deueniat,dũmodò non sit expressum, quòd ad eos tantùm aduenias, aut quòd eis deficientibus,expiret. Probatur, quoniam,vt ex dictis disp.576.& alijs sequentibus constat, de natura Hispanorũ maioratuum est, idq; consuetudo in Hispanijs seruat,vt, instar Castellæ regni tanquam capitis atq; exemplaris, sint perpetui,&, in defectum descendentium ac propinquiorum,se extandat ad omnes vniuersim,qui sunt de familia institutoris, vt ita in ea perpetuò conseruetur, eoq; ipso, quòd aliquis maioratum instituit, censetur,ipsamet maioratus institutione, facere substitutiones omnes ad eiusmodi perpetuitatẽ illius in familia necessarias; quin & omnes illę maioratus nomine compreduntur,atq; exprimuntur,si non in singulari, certè in communi quodam, in quo omnes continentur ac comprehẽduntur: sicut,quando fideicommissum familiæ relinquitur, omnes vniuersim, qui sunt & erunt de familia,censentur comprehensi, ac ordine quodam censentur ad eum vocati quò fuerint in gradu proximiores, vt constat.l.peto.§.fratre. ff.de leg.2.& alijs iuribus.Et sicut in fideicommisso familiæ relicto, esto aliqui à testatore expressim in singulari ad eum nominentur,succedũt illi quidem primò in illo eo ordine, quo vocati sunt, cæterùm,eis extinctis, succedunt cæteri de familia in perpetuum, quò proximiores fuerint, vt constat.l. cùm ita legatur.§.in fideicommisso. ff.de leg.2. illis verbis; *cẽmitti possunt, qui nominati sunt, aut, post eos omnes extinctos, qui ex nomine* (hoc est,ex familia) *defuncti fuerint*: ita res habet in proposito, vt quanuis maioratus institutor quosdam duntaxat nominauerit,seu vocauerit in particulari, dum modò tamen cęteros non expresserit excludendos,illi quidem in particulari expressi ac vocati,admittantur ante reliquos, cæterum, eis extinctis, admittantur reliqui de familia,quò in gradu fuerint proximiores,qui omnes intitutione ipsa maioratus vocati ac expressi in eo verbo maioratus censentur.

Ad primũ 3 Ad primum ergo argumentum in contrarium,concesso antecedente, distinguẽdum est consequens. Si enim intelligatur finitis vocatis in particulari ad maioratũ, neganda est consequentia: quoniam, vt maioratus non expiret, satis est, si perseuerent vocati & comprehensi nomine ipso maioratus,vt explanatum est, esto finiti sint vocati in particulari.Si verò consequens intelligatur, finitis vocatis, tam in particulari,quàm in communi nomine maioratus,concedenda est consequentia, sed id non est contra nos, neq; inseruit instituto argumentantis.

Ad secundum. Ad secundum, concesso similiter toto antecedente,eodem modo est distinguendum consequens. Si enim intelligatur de vocatis solum in particulari, neganda est consequentia.Si verò etiam de vocatis ac comprehensis nomine maioratus, concedenda est,sed id non est contra nos, nec inseruit instituto.

Ad cõfir. Ad confirmationem dicendum est, disponentis quidem voluntatem, quæ in dispositione expressa non fit in particulari, neq; in aliquo verbo generali, in quo illa comprehendatur,nullius esse effectus;cæterum eam quæ, licèt expressa non fit in particulari, expressa tamen & cõprehensa est verbo aliquo generali, vt in re proposita omnes de familia proximiores in gradu comprehensi sunt verbo maioratus, esse maximi effectus:eaq; de causa, deficientibus descentibus ex tali filio,qui peculiariter & primò sunt vocati, adhuc vocatos esse proximiores cõsanguineos in gradu.

Ad tertiũ. Ad tertium,concesso antecedente(quàis dici posset, institutionem & conseruationem maioratus esse fauorabilem,ac proinde in dubio extendendam) neganda est consequentia:quoniam, in ea ipsa institutione maioratus, vocati censentur proximiores de familia, finitis omnino eo filio primogenito,& descendentibus ex ipso.

Ad quartum. Ad quartum,admisso toto,neganda est vltima consequentia:in institutione enim ipsa maioratus comprehenditur, vt deficientibus primogenito ,& descendentibus illius,succedant perpetuo in eo proximiores in gradu de familia, vt sæpe dictum est.

Non defuere,qui asseruerint,omnes de familia ordine quodam censeri vocatos ad successionem in maioratu modo explicato,quando maioratus simpliciter est institutus,nulla in particulari facta vocatione ad illum, aut quando instituitur maioratus,& simul adijcitur,vt in eo succedãt filius primogenitus, & descendẽtes illius, vel aliæ adijciuntur vocationes ad succedendum in illo:cùm enim primò maioratus institutus sit in rebus ipsis,vtiq; personæ, quæ posteà ad successionem in illo vocantur, non mutant perpetuitatem priorem maioratus in se, & quoad vinculum, tacitamq; prohibitionem alienationis earum rerum. Ceterùm quando maioratus institutio fit primò in personis, addendo, quòd ea bona possideant iure maioratus, vt si institutor dicat, relinquo talia bona filio meo primogenito, aut filio meo, & descendentibus illius,vt ea possideãt iure maioratus,referente Molina lib.1.de primog.c.4.n.31. multi dubitarunt, an eis personis extinctis,expiraret maioratus: eò quòd institutio illa principaliter censeretur facta in personis, fauoreq; personarũ. Verumtamen dicendum est cum eodem Molina ibidem,cum Couar. 3. var. res. c. 5.n.1.& 3.& cum multis alijs, quos referunt,præsertim Couar. in editione Cęsar augustana, idem etiam in hoc euentu esse censendum,quod in precedente.Eo enim ipso, quòd de maioratus institutione fit mentio,dicendo, quòd ea bona iure maioratus possideantur,iuxta nominis huius vim ac significationem in Hispanijs,communem;intellectum, ac interpretationem consuetudine receptam, intelligatur vinculum perpetuum ,ad eumq; censentur vocati omnes de familia proximiores in gradu,ita tamen,vt ij,in quibus maioratus instituitur,& qui ad eum in particulari vocantur, præferantur cęteris modo supra explicato.Lege hac de re,si placet, Iongiorem disputationem apud Molinam vbi supra

Hoc loco obserua,cùm melioratio non 4
includat perpetuitatẽ talem, quàm dicit maioratus,liquis nomine meliorationis,& no maioratus, vocet descẽdentes alicuius in perpetuum,aut aliquorum duorum, finitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitis illis expirare melioratione, esto ita A
melioratione inst tuens, alium filium, aut
filios hab at, quos non vocet, nec eorum
descendentes: vt respondi in melioratione
facta ab habente tres filias, qui ad eam vo-
cabat filiam secundò genitam, & descen-
dentes omnes in perpetuum ex illa, in de-
fectumq; eorum vocabat filiam tertio loco
natam, & descendẽtes omnes ex illa in per
petuum, nullum alium ad eam meliorati-
nem vocando. Cùm autem vtraq; filia mor
tua esset sine descendentibus, dixi expira-
sse melioratione, neq; succedere in ea so-
bolem ex filia primogenita, quæ soboles
superstes erat, & successionem pretende-
bat. B

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *transit ad descendentes primò ad eum vocati, esto illi descẽdentes nõ sint institutoris, quando insti tutor aliud non expressit.*

2 *Feudum, deficientibus descendentibus eius, cui primò fuit concessum, expirat.*

3 *Maioratus, deficientibus descendentibus institutoris, aut eius, in quo primò fuit institutus, non expirat, sed transit ad collateralem proximiorem.*

4 *Familia alicuius sumitur dupliciter. Vno, pro descẽdentibus illius, vnà cum ipso. Alio latius, pro familia agnationis illius, cuius ipse, & descendentes ex ipso, sunt partes.*

5 *Legitimatus, etiam rescripto principis, ad familiam spectat. Secus ad optatus.*

Vtrum deficientibus omnino descendentibus ex primo institutore maioratus, expiret maioratus: an trã seat ad collaterales consanguineos institutoris. Lisp 589.

VT explicetur pleniùs, quanta sit maioratuum D
Hispanorum perpetuitas, hæc etiam quæstio
examinãda est. Ait verò Molina lib. 1. de primog.
c. 4. n. 37. quæstionem hanc minus habere difficultatis, quando
maioratus institutor eum instituit in fratre
suo, aut in aliquo tranuersali consangui-
neo remotiori, vel in aliquo prorsus extra-
neo, vtrum scilicet transire debeat ad des-
cendentes instituti, etiam si illi nõ sint des
cendentes institutoris, sed vel sint transuersales, vel omnino extranei comparatione inst tutoris. Perspicuum quippe est, iux
ta naturam, ac perpetuitatem maioratuum
Hispanorum hactenus præcedentibus dis-
putationibus explicatã, eo ipso, quòd ma-
ioratus in aliquo instituitur, quicúq; is sit,
ad eum vocari omnes descẽdẽtes ita insti-
tuti, non secus ac si in filio primogenito in
stitutoris is maioratus institueretur, quan-
do aliud ab institutore non sit expressum.
Est enim ex sua natura, primaque origine
iuribus & consuetudine recepta, maiora-
tus Hispanus perpetuus ac indiuiduus,
nequeeius perpetuitas vi primæuæ ipsius
originis consuetudine receptæ in alijs
potiùs videtur intelligi cõseruanda, quàm
in descendentibus primi instituti, quando
ab institutore aliud nõ est expressum: cùm
affectionis ratio, quæ in primo institutore
comparatione primi vocati consideratur,
consideretur etiam comparatione descen-
dentium illius ad effectum, vt nulli alij cen
seantur prælati in vocatione ad eum maio-
ratum: nisi expressissimè aliud ab institu-
tore sit expressum, argumento. l. cùm auus
.ff. de conditionib. & demonst. l. cùm acu-
tissimi. C. de fideicommiss. & aliorum iu-
rium. C

Præcipuum autem dubium est, quando
maioratus institutus est in primogenito in
stitutoris, illiusque descendentibus, an
deficientibus omnino descendentibus
primi institutoris, non solum per li-
neam primi instituti, sed etiam per lineas
omnes fratrum primi instituti, qui omnes
descendentes sunt primi institutoris, defici-
at maioratus; an verò non, sed deueniat
ad collaterales primi institutoris, descen-
dentesve eorum. Similiter dubium est, si
maioratus institutus sit in aliquo collate-
rali institutoris, aut in alio prorsus extra-
neo, vtrũ deficiẽtibus omnino descendẽti
bus ex primo instituto, expiret maioratus,
an verò deueniat ad alios colleterales pri-
mi instituti, qui proximiores sint in gradu.

Quòd expiret, deficiẽtibus omnino des- *Argumẽ-*
cendentibus ex primo institutore, aut (quã *tum.*
do primo institutus descendens non est ex 2
institutore) deficientibus omnino descen-
dẽtibus ex primo instituto, suaderi potest.
Quoniam ita res definita est in feudis, quã-
do aliud expressum non est in feudi inue-
stitura, vt scilicet, deficientibus omnino
descen-

descendentibus ex primo, cui feudum fuit A
concessum, expiret feudum, & deuoluatur
ad proprietarium, vt constat ex cap. 1. §. &
quia vers. cùm verò Corradus, de his qui
feud. dar. poss. vbi habetur, quòd si feu-
dum ab aliquo acquiratur, succedũt in eo
omnes, qui descendentes illius per lineam
masculinam fuerint, etiam si illi compara-
tione vltimi possessoris transuersales sint:
fratrem autem primò accipientis feudum,
& cæteros trãsuersales cõparatione primò
acquirentis feudum, in eo non succedere,
nisi aliud in inuestitura fuerit expressum.
Idem constat ex cap. 1. §. filia, de success.
feudi, & aperti. ex. c. 1. si capitanei, de feu- B
do Marchiæ, dictumque à nobis est disp.
472. & disp. 473. & consentit communis
doctorum sententia: quarè idem videtur
dicendũ quoad maioratus successionem,
vt argumento ducto ex feudis, affirmat
Greg. Lop. l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *Mayoria*,
post medium, vers. Item pone.

Contraria tamen sententia est affirman- 3
da cum Molina vbi supra num. 39. nempe
deficientibus descendentibus institutoris,
aut collateralis, vel omnino extranei, in-
quo maioratus sit institutus, trãsire ad col- C
lateralẽ proximiorẽ gradu. Ratio est, quo- 4
niã maioratus Hispanus in perpetuũ cõse-
tur institutus, vt conseruetur memoria in-
stitutoris, non solùm in descendentibus
institutoris, aut primò instituti, atq; adeò
in familia, cuius institutor, aut primo insti-
tutus, sit caput, quæ est vna ex vsurpatio-
nibus familię, quę cõmemorantur. l. pro-
nunciatio. §. familiæ. ff. de verb. sig. sed
etiam, vt, quando descendentes ex familia
ita vsurpata defecerint, conseruetur in fa-
milia agnationis institutoris, aut eius, in D
quo primò institutus est maioratus, de qua
etiam familia sermo est. §. citato, & sequen
tibus, &. l. vltim. C. eod. titu. Etenim agna-
tionis familia comparatione institutoris
maioratus, aut eius, in quo primò maiora-
tus est institutus, sumitur primò comparatione patris, qui sit primum caput, cuius
descendẽtes per alios fratres, sunt agnati,
seu propinqui, de eadem familia proximio
res institutori, aut ei, in quo primo maiora-
tus est institutus: deinde sumitur compa-
ratione aui paterni, & ita cõsequenter, quò
caput remotius sumitur, eò descendentes
ex illo sunt propinqui remotiores in gra-
du. Atq; capita eiusmodi, in familia com-
prehenduntur, quorum sunt capita, vt ha-
betur. l. familiæ. ff. de verb. sig. immedia-
teque post descendentes cẽsentur vocati
ad maioratum, si superstites sint, & post
eos collaterales. Quòd autem familia agna
tionis ita sumatur, præter alia, quę habetur
l. pronũciatio citata. §. cõmuni iure. §. item
appellatur, sic habetur. *Item appellatur fami*
lia plurũ personarũ, quæ abeius fãe vltimi genito
ris sanguine profic situr, sicut dicimus, familiã
Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ. Nomi-
ne verò, *vltimi progenitoris*, in ea lege intel-
ligitur retro computando, vt ibidem Al-
ciatus obseruat: vnde ratione habita supe-
rioris alicuius capitis, à quo familia cogna-
tionis multorum incipiat, quorum vnus in
stitutor sit maioratus, non solùm descen-
dentes ex ipso, sed etiam collaterales eius-
dem, de communi illa sua agnatorum fa-
milia dicuntur, cuius primum caput, non
ipse, sed ille alius superior est, à quo omnes
effluxerunt. Sumi item modo explicato
agnatorum familiam, etiam ad succeden-
dum in fideicommisso familiæ relicto, cui
maioratus Hispanus multum est similis,
constat etiam ex. l. vlt. C. de verb. sig. iun-
cta glossa ibi in verb. post eos, vbi de fami-
lia illa nõ solùm dicũtur descẽdẽtes relin
quentis id fideicõmissum, sed etiã reliqui
propinqui collaterales eiusde. Porrò ratio
ni est valde cõsentaneũ, vtqui in sui memo
riã, familiæq; sue, aut aliene, maioratum in
stituit, velit, vt deficiẽtibus suis descendẽ-
tib⁹, atq; adeò familia, cuius ipse est primũ
caput, succedat familia agnationis, cuius
sua familia erat veluti pars, suaq; memoria
in illa maiori & vniuersaliori familia cõser
uetur quoad membra eiusdem familiæ ip-
si propinquiora. Idemq; dicendum est,
quãdo maioratus instituitur in familia ali-
cuius collateralis, aut prorsus extranei, vt
in illa memoria institutoris conseruetur,
splẽdeatq; deinde illa alia familia alterius,
in quo maioratus instituitur. Concinit. l. 2.
titu. 15. part. 5. vbi in regni Hispani succes
sione, ad cuius exemplar Hispani alij ma-
ioratus censentur instituti, statuitur, vt de
ficientibus omnino Regis descẽdentibus,
regnum deueniat ad proximiorem colla-
teralem Regis consanguineum. 1

Subiungit Molina vbi supra. n. 44. cum §
Couar. in. 4. decret. c. 8. §. 10. n. 2. & cum
communi doctorum sentẽtia, quam vterq;
refert, legitimatum, etiã ex rescripto prin-
cipis, heri ex cognatione & familia eius, cui
legitimatur, comparatione omnium qui
de cognatione & familia sunt, ac proinde,
in defectum legitimorum, conseruari ma-
ioratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

iotatus perpetuitatem, etiam in legitimatis: secus verò in dispensatis quoad alia. Quo vsq; autē legitimari principis rescripto aliquis possit, aut non possit, in aliorum præiudicium, ad succedendum in maioratu, feudo, & in alijs similibus rebus, & quo vsq; succedere possint, aut non possint, tum ipsi, tum etiam naturales filij, copiosè explicatum est disp. 172. & duabus sequentibus, & disp. 475. Adoptiuus autem filius non reputatur de familia & agnatione, ad succedendum in maioratu, & in similibus alijs rebus, etiam in defectum filiorum legitimorum: quoniam non est filius & agnatus verus, vt rectè Molina vbi supra. n. 50. affirmat, & consentiunt, quæ diximus disp. 190.

Ad argumentum. Ad argumētum verò in contrarium dicendum est, illud esse ius peculiare feudorum, quod longè arctius ante Corradum erat, vt constat ex. §. & quia citato: quo fit, vt inde nullum solidum argumentum fiat ad Hispanos maioratus, quorum institutio ac perpetuitas est valde diuersa.

Quando in institutione mentio non est facta de maioratu, quibus verbis ac coniecturis censendum erit institutum esse maioratum. Disp. 590.

EX DICTIS DVAbus præcedētibus disputationibus, iunctis alijs antecedentibus, facile constat, quando in institutione dictū expressè est, maioratū institui, dispositionem habere perpetuitatem duabus præcedentibus disputationibus explanatam, atq; ad omnes ibi explicatos se se extendere. Idem intellige quādo in institutione mentio facta est *de patronazgo*, iuxta consuetudinem huius Conchensis ciuitatis, & aliorum locorum: nomine enim *de patronazgo*, maioratus intelligitur. Quando autem de maioratu non est facta mentio, sequentes coniecturas tradit Molina lib. 1. de primog. c. 5. quibus maioratum institutum esse iudicetur, ac proinde institutionem se extendere ad omnes duabus præcedentibus disputationibus explicatos, & quibus decidantur lites, quæ ea de re frequenter oriri solent.

Prima est, quando in proœmio dispositionis apponuntur verba, quibus disponēs sufficienter exprimit, se facere dispositionem, quæ perseueret in perpetuum, vt si dicat, cupiens memoriam meam conseruare, atque illam perpetuam facere in omnibus primogenitis familię meæ; vel si dicat, quoniam ex maioratuum institutione resultat familiarum conseruatio; aut similia alia verba adijciat; tunc, estò in dispositione solùm faciat particulares quasdam substitutiones primogenitorum ex sua familia, alienandi prohibitionem addendo, nec maioratus nomine vtatur, aut meminerit, dummodò tamen terminum non præscribat, quando dispositio finiatur, censetur instituere maioratum, qui ad omnes duabus præcedentibus disputationibus explicatos, se extendet. Ratio est, quoniam ex præfacionibus intelligitur intentum dispositionum, estò minus in dispositione sit expressum, idq;, quod in dispositione nō est expressū, colligitur ac supletur ex intento in præfacione explicato, vt constat ex. l. vltim. ff. de hæred. inst. & ex. l. vltim. ff. de testamentaria tutel. & cum Bartol. & communi doctorum sententia, affirmat Molina vbi supra num. 2. Imò verò in ipsa iuris ac legum dispositione, si initium, & quasi proœmium fiat generale, estò postea suijciantur verba specialia, intelliguntur dispositiones generaliter, iuxta initium ac proœmium legis, vt constat ex. l. regula. §. vltim. ibi. *Nam initium constitutionis generale est.* ff. de iur. & fact. ign. iuxta quem textum Bartol. communiter receptus, dixit, si præfacio legis sit generalis, lex ipsa generice intelligenda est, estò in sequentibus specifice disponat. Et Bald. quem alij sequuntur, in eadem lege dixit, præfaciones præstare lumen dispositioni, & per eas tolli incertitudinem. Item Socinus dixit, verba indefinita & generalia dispositionis, declarari ex ratione adducta in proœmio. Idem Socinus & Decius addiderunt, præfacionem causam finalem dispositionis ostendere, ex qua dispositio ipsa extenditur & ampliatur. Quos omnes, & multos alios, eandem doctrinam amplectentes, refert Molina vbi supra à. n. 3.

Secunda est, quando post aliquas substitutiones, seu vocationes primogenitorum, disponens hęc verba adiecit, vt bona perpetuò in familia mea cōseruētur; aut si bona alienari expressa ratione prohibeat, vt in familiæ primogenitis conseruentur.

Etenim,

Etenim, licèt sola verba dispositiua sufficiēter nō decidant atq; exprimant aliquid, si tamē ratio reddita ac subiūcta eius dispositionis id decidat & cōprehendat, cōprehēsum censetur id in dispositione, quādo dispositio nō repugnat: à fine enim à disponēte expresso suę dispositionis, intellectus ac comprehensio dispositionis sumi debet, vt multis Molina vbi supra à. n. 7. confirmat. Quod inde cōfirmatur, quia quādo bona à disponēte alienari prohibentur, reddita ac subiūcta ab ipso ea ratione, vt in familia perpetuò cōseruentur, ex eiusmodi reddita ratione cēsetur inductū fideicōmissū perpetuū inter omnes de familia, vt cum cōmuni doctorū sentētia, quā referūt, affirmāt Couar. c. Raynaldus de testa. in princ. nu. 9. & Molina vbi supra. n. 16. Hāc verò doctrinā verā esse existimo, quādo vocatis aliquibus expressis primogenitis ad institutionē, adiecit prohibitionē absolutā, minimeq; directā ad solos ita vocatos, qua absolutè prohibuit, ea bona alienari, reddita ea ratione, vt perpetuò in familia conseruentur: secus autem si, vocatis expressim aliquibus primogenitis, ipsos prohibuit ea bona alienare: quanuis enim tunc rationem reddat, vt perpetuò in familia conseruentur; id quidem erit ratio motiua & finalis earum particulariū vocationum, & prohibitionis, qua ita vocatos alienare ea bona prohibuit; atq; hęc duo erūt media cōducentia & partialia, vt is finis sequatur, si vltimus ex ita vocatis & prohibitis alienare, idē postea, & alij similiter efficiant: nō tamē ex tali prohibitione & ratione reddita, sufficiēter colligetur institutio maioratus, aut fideicōmissi perpetui in ea familia: id quod aperte colligitur ex. l. pater filiū. §. fundū Titianū. ff. de leg. 3. vbi, cùm pater fundū Titianum filio reliquisset, ac prohibuisset filium eum alienare, rationem q; eius prohibitionis hanc reddidisset; *ita demum fiet, vt fundus Titianus de nomine vestro* (hoc est, de vestra familia) *nunquā exeat*; definitur, non induci fideicōmissum familiæ, sed successorē tali filio in eo fundo, posse illum alienare. Neq; sanè est negādū, illud in eo textu appositū, fuisse rationē ac finē, cur is pater filio prohibuerit alienationē eius fundi, vt negare videtur Molina vbi supra. n. 17. Est tamen ita ratio ac finis vnde fuit motus, vt ad eum finē solùm adhibere intenderit id conducens & partiale mediū. Vnde Couar. & alij solùm loquuntur, quando prohibitio alienandi est absoluta, minimeq; directa ad solos aliquos expressim vocatos, & redditur ea ratio, vt perpetuò ea bona in familia conseruentur.

Tertia est, si bona aliqua relinquantur, vt in eis succedāt primogeniti de familia. Idē esset si diceretur, vt in perpetuū, aut vt sem per succedat in eis primogenit⁹ de familia. Nomine enim primogeniti in genere, nullo particulari designato, intelligitur quicūq; fuerit repertus in infinitum talis, defuncto vltimo possessore. Quòd si ex filijs vltimi possessoris mortuus fuerit filius primogenitus sobole nō relicta, tunc, qui maior natu fuerit ex reliquis filijs legitimis superstitibus, sortitur rationē primogeniti. Si autem nulla sit soboles vltimi possessoris, succedet proximior transuersalis primogenitus. Lege multa, quibus Molina. c. 5. citato à. n. 18. hæc confirmat.

Quarta est, si institutor relinquat ea bona suę proprię cognationi, agnationi, aut familię, vt perpetuò primogenitura ordine in eis succedatur: in quo sanè euētu nulla potest esse difficultas, cēseri institutū maioratum. Quādo autē familię aliquid relinqueretur, & nō illo modo, distinguendū est. Quoniā, si exprimatur, vt perpetuò in familia cōseruetur, tractúve tēporis, tūc succeditur iure fideicōmissi familiaris, seu substitutionis fideicōmissariæ intrà familiam, ita vt omnes proximiores in gradu simul succedant, vt disp. 577. explicatū est. Si verò nihil tale exprimatur, succeditur vulgari substitutione, atq; in prima vice, qua succeditur, expirat successio vi primæ illius institutionis, relictíve familiæ. Ita Ant. Gom. l. 43. Tauri & multò copiosiùs Molina vbi supra à. nu. 23. cū cōmuniori doctorū sententia, quam refert. Quia verò raro in Hispanijs hoc euenit, lōgiorē de hac re sermonē non facio.

Quinta, in qua nihil etiā est difficultatis, est, si testator bona sua relinquat filio, aut alicui cōsanguineo, vt in eis perpetuò succedatur seruato ordine primogenitur⁹, vel vt semper, aut in infinitū, in eis primogenitus succedat. Seruari enim, maximè perpetuò, semper, aut in infinitū, ordinē primogenituræ, & ordinē maioratus, idem sunt, itē æquipollet, primogenitum perpetuò, semper, aut in infinitū succedere. Hāc quinta coniecturā cōfirmat Molina vbi supra. n. 23. testibus multis minimè adid necessarijs.

Sexta, si testator grauauit successores in aliquibus suis bonis, vt nomine propriæ familiæ nominari perpetuò debeant, insigniaque eiusdem familiæ deferre. Inde enim coniectura in Hispanijs

 sumitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumitur, ea bona vinculo maioratus esse ligata, vt quâ plurimi, quos Molina. c. 5. citato. n. 34. refert, affirmant: additq; Molina, semper vidisse in forensibus controuersijs maximi momẽti, æstimatâ multũ esse, ad agnoscendũ maioratus naturã ac perpetuitatem, hac armorum & nominis coniecturâ: id quod approbat, quando simul adsunt prohibitio alienãdi ea bona, aut aliquæ primogenitorum vocationes, vel alia maioratus vestigia: ex sola verò armorum delatione, nominisque familiæ appellatione alicui, aut aliquibus iuncta, quando nullę aliæ adessent cõiecturæ, ait, nõ videri sufficiẽter corroborari maioratus institutionẽ.

Septima, si testator masculis propriæ familię bona sua relinquat, ita vt vnus eorũ, ac proximior, in eisdem bonis succedat. Quòd si adderet, semper, aut perpetuò, vel aliud simile verbum, nullam apud me ex coniectura difficultatem contineret. Verbum autem illud, in eisdem bonis, continuitatem denotare videtur, ita vt non sit vnica successio. Circa eam coniecturam longam subijcit Molina vbi supra a. n. 35. disputationem. Eum legito.

Octaua, si testator relinquat bona sua omnia, aut aliqua filio primogenito, ita vt deinceps in eis succedatur, aut ea deueniant, vel trãseant de maiori in maiorem, vel de primogenito in primogenitum, aut de hęrede in hæredẽ, vel de masculo in masculũ gradatim, aut successiuè. Ita meritò affirmat Molina vbi supra. n. 39. cu alijs, quos citat.

Nona, si in scriptura institutionis verba aliqua reperiantur, quæ coniecturam maioratus præseferant, non tamen adeò vrgentia, vt maioratũ persuadeant, ac simul cum eis concurrat consuetudo succedendi in eis bonis iure maioratus: licèt enim immemoriabilis non sit, ea tamen consuetudo ac exequutio, vnà cum eis verbis, integrã cõiecturam efficient: præsertim cùm in dubio melior sit conditio eius possessionis, & id sit maioratꝰ. Ita Molina. n. 39. citato, & lib. 2. c. 6. n. 57. Vbi in postrema editione, cum plurimis autoribus, quos citat, subiungit, satis ad id esse consuetudinẽ decẽ annorũ: ad præscriptionẽ autẽ cum titulo requiri arbitratur tẽpus quadraginta annorum: nos verò disput. 75. diximus, sufficere tempus ordinarium, decem videlicet annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.

Decima, si testator ante confectum testamentum, eámve dispositionẽ, professus est, se velle facere maioratũ: si enim id postea duobus testibus probetur, sintq; in ea dispositione coniecturæ institutionis maioratus, non tamen adeò vrgentes, vt id omnino persuadeant, professio illa complebit integrã sufficientem coniecturam, confecisse maioratum. Ita cum Bart & alijs Molina. c. 5. citato. n. 40.

Ex his, & alijs similibus coniecturis, persuadere sibi poterit omnino prudens iudex, instituentis animum atque intentum fuisse condere maioratum: id quod prudentis semper iudicis arbitrio est relinquendum, pensatis omnibus circunstantijs concurrentibus: atque, vt Molina, consentaneè ad Iulium Clarum libr. 3. senten. §. testamentum, in calce. q. 79. cum alijs rectè affirmat, interdum concurrent multę coniecturæ tales, vt singulæ non persuadeant maioratus institutionem; omnes tamen simul sumptæ, eam conuincant. Interdum verò tales occurrent circunstantiæ ac coniecturæ, vt sibi persuadeat, non esse maioratus institutionem.

SVMMARIVM.

1 QVIBVS *rationibus Greg. Lopez sibi persuadeat, obtenta facultate ad instituendum vnum maioratum, ex illa posse instituí duos.*

2 *Ex facultate principis ad instituendum vnum maioratum, instituí non possunt duo.*

3 *Dispensatus ad obtinendam præbendam vnam integram in aliqua ecclesia; si in ea sint præbendæ aliquæ dimisę in duas, aut in plures, non potest vi illius dispensationis obtinere dimidiam, aut aliam minorem partem.*

4 *Dispensatus ad permutandũ suum beneficium cum alio, nẽ potest permutare illud cũ duobus.*

5 *Maioratus vnus si institutus sit ex regia facultate, & posteà obtineatur alia ad instituendum alium, surreptitiè obtinebitur, nisi fuerit expressum obtentam fuisse illam aliam.*

6 *Institutus si sit maioratus vnus ex tertio & quinto, & petatur facultas à Rege ad instituendum alium, surreptitia erit nisi exprimatur, institutum iam esse illum alium maioratũ.*

7 *Soluuntur argumenta.*

8 *Variæ sententiæ referũtur, num habens regiã facultatẽ ad instituendum vnum maioratum, possit instituere posteà aliũ ex tertio & quinto.*

9 *Habens regiam facultatem ad instituendum vnum maioratum, non potest alium instituere ex tertio & quinto, si vterq; quantitatẽ tertij & quinti excedat.*

10 *Facultatẽ regiã habens ad instituẽdos duos maioratus, regulariter instituere potest vnũ solum.*

11 *Dispen-*

11 *Dispensatus ad duo, quando vti ea potest ad vnum eorum solum.*

Qui facultatem obtinuit ad vnũ maioratum instituendum, num possit instituere duos. Et qui facultatem obtinuit ad duos instituẽdos, vtrum instituere possit vnum tantùm. Disp. 591.

PRosequendo maioratuum institutiones, seu productiones in rerũ natura, quod propositum est, erit nobis consequenter examinandum. Quod ad priorẽ partem attinet, Greg. Lopez. l. 32. tit. 9. part. 6. verb. *no valdra*, versi. an autem vigore, &. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *dexasse hijo y hija*, in fine, cẽsetur, eum, qui à Rege facultatem habet ad constituendum maioratum in vno suorum filiorum, posse instituere duos, aut plures, in varijs filijs.

Argum. primum. Id probat ex. l. vnũ ex familia. §. si duos. ff. de leg. 2. Ex illo enim paragrapho, iũcto principio eiusdem legis, constat eum, cui aliquid est relictum, vt tempore suæ mortis eligat vnum de familia, quem voluerit, cui illud relinquat, posse eligere duos, aut plures, illudq; inter illos diuidere.

Secũdum. Idem probat ex. l. 1. in prin. &. §. quanuis. ff. de lib. asig. Vbi, cùm in principio eius legis relatum esset senatusconsultum, quo statutum est, si in patronum aliquis filiorum assignatus à manumittente sit liberto, eum esse patronum illius. §. quanuis, additur, esto senatusconsultum in singulari loquutum sit de filio assignato in patronũ, & de liberto, cui assignatur, idẽ esse, si plures filij designẽtur in patronos, aut si pluribus libertis patronus, aut patroni similiter designentur: quarè, esto facultas concedatur instituendi vnũ maioratũ, poterunt, vi eiusdẽ facultatis, instituí multi in varijs filijs.

Tertium. Idem præterea probat, quoniam maior fauor est filiorum, quòd in eis multi maioratus instituantur, quàm quòd instituatur vnus solus.

2 Contrariâ sententiâ meritò affirmat Molina. 2. de primog. c. 4. n. 47. Quoniã facultas Regis ad maioratũ instituẽdũ ex bonis, ex quibus sinè ea institutiõ poterat, est dispensatio, vt constat: vnde sequitur, facultatẽ ad instituendũ vnum, extendi non posse ad duos ex eisdem bonis instituendos: est enim dispensatio exstricti iuris, quæ extenda non est, vt disp. 173. dictũ est, etiam ad casum, in quo erat maior ratio, vt potius in eo dispensaretur, vt constat ex. c. cui de non sacerdotali. §. 1. de præb. lib. 6. vbi habetur, dispensatum ad obtinendã quãdam præbendam integram in aliqua ecclesia, si in ea sint etiam dimidiæ, vt in multis sunt dimidij canonicatus, aut dimidię portioniæ non posse, vi talis dispensationis, obtinere dimidiam. Concinit. c. 1. §. vlt. de filijs presb. libr. 6. iuxta quam doctrinam dixit Ant. de Butrio, quem sequitur Molina vbi supra. n. 49. dispensatum ad permutandum suum beneficium cum alio beneficio, non posse illud permutare cum duobus beneficijs. In re autem proposita, cùm intẽtum facultatum ad instituendum maioratũ, sit, vt familiæ nomen conseruetur, & sint homines nobiles & diuites, qui splendori sint reipublicæ, eamq; defendant, ad quod deseruit, bona institutoris maioratus perseuerare indiuisa in vno, & non diuidi atque exinaniri, partita inter multos; consequens est, vt difficilius dispẽsetur ad instituẽdos duos maioratus, quàm ad instituẽdũ vnũ. Qui autem cõtendit, obtinentem facultatẽ ad instituendum vnum maioratum, in vno filiorum, posse constituere duos, eadem ratione concedet, posse constituere tres, quatuor, quinque, aut plures; præsertim, cùm iura, quibus nititur, eodem modo loquantur de electione trium, quatuor, aut plurium de familia, & similiter de designatione in patronos in quocunq; numero: id autem asserere valde esset absurdũ. Vnde Molina ibidem ait, consuetudine esse receptum, vt qui, instituto vno maioratu ex facultate regia, instituere vult alium, obtineat ad id nouã facultatẽ à Rege. Imò iure optimo subiungit, facultatem, seu dispensationẽ secundã ad id obtentam, esse surreptitiam ac nullam, nisi facta sit mentio de prima iam obtenta: quoniã difficilius concedet princeps secundã post primã, quàm eam cõcessisset, si prior non antecederet. Quin arbitror, si de tertio & quinto suorũ bonorum instituisset iam maioratũ vnum, surreptitiam esse facultatẽ ad instituẽdum alium, nisi explicetur institutũ esse primũ: quoniã similiter difficilius multò conceditur facultas, si exprimatur, institutũ iã esse illũ aliũ maioratũ, quàm si id supprimatur.

Ad. §. si duos, dicendum est, illud nõn esse dispensationem, neque contra præsumptam voluntatem testatoris, qui solum *Ad primũ* 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

intendebat, id legatum non egredi de familia, siue vni de familia, cui vellet, ab hærede grauato relinqueretur, siue inter multos de familia illud diuideret, vt ius ipsum interpretatur: quod si constaret, intentum testatoris fuisse, vt vni tantùm relinqueretur, & vt in vno indiuisum perseueraret (quod non habent fideicommissa familiæ relicta, vt disputatione præcedēte & disp. 577. dictum est) tunc hæres grauatus diuidere illud nó posset inter multos: in re autem proposita facultas principis ad instituendum vnum maioratum, est dispensatio, quæ extendenda non est, ad id præsertim, quod princeps difficilius concederet.

Ad secundum. Ad l. 1. §. quanuis. ff. de lib. adsig. dicendum similiter est, id nō esse dispensationē, sed permissionem ac dispositionē, vt plures, aut vnus, patroni designentur vni, aut multis libertis; ridiculumq; esse, inde sumere argumētum ad rem, de qua disputamus.

Ad tertiū. Ad illud aliud, negandum est, id esse maiorem fauorem filiorum: quoniam non est primi filij, in quo instituēdus esset vnicus maioratus; neque cæterorum, in quibus maioratus non instituitur, quibus melius est esse vnum inter omnes potentem ac diuitem, qui cæteris sit præsidio, & in quo multum splendeat ac conseruetur familiæ nomen, quàm institui duos maioratus, in quibus bona illa diuidantur. Adde, fauorem totius familiæ, & splendorem reipublicæ, præponderare fauori alterius filij, in quo maioratus secundus institueretur.

8 Hinc diluetur illa quæstio, quā disputat Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 74., Vtrū scilicet, qui habet regiam facultatem ad instituendum maioratum, possit, instituto vno maioratu virtute eius facultatis, instituere alium ex tertio & quinto, virtute legum regiarum.

Greg. Lopez. l. 32. tit. 9. part. 6. verb. *no valdria* col. 2. vers. & an habens, primò ait, partē affirmantē suaderi posse ex. l. vlt. C. de repud. hæred. per quem textum Bald. ibi. n. 7. dixit, tempus dilationis ex priuilegio concessum cruce signatis, nó confundi cum tempore dilationis conuētionalis, sed posse cruce signatos vti dilatione conuentionali, & insuper dilatione priuilegij: quam sententiā sequuntur, Alex. & alij, quos Molina vbi supra. n. 75. refert. Deinde, eo fundamento nó obstāte, contrarium affirmat Greg. Lopez vbi supra, ductus ea ratione, quòd credendum non sit, principem velle duplici onere filios grauare, regiæ videlicet, atque legalis facultatis, argumento. c. mandatum de rescrip. & aliorum iurium.

Molina vbi supra ait, se iam hāc quæstionem circa quandam opulentam hæreditatē decidisse. Atq; in hunc modum eam resoluit. Si enim, inquit, qui habebat eā regiā facultatem, absolutè instituit primū maioratum, non exprimendo vtrum eum instituerit ex regia facultate, an ex legum permissione, cēseri instituisse eum ex legū permissione, iuxta ea, quæ docuerat eodem. 2. lib. de primog. c. 2. & nos diximus disp. 582. Idē verò ait maiori cum ratione esse dicendum, si, quando eum maioratum instituit, expressè dixit, se eum instituere ex permissione legum, & nó ex regia facultate. Atq; tunc ait, non posse instituere alium maioratum ex tertio & quinto, neq; item ex regia facultate: cùm, vt proximè, de mente illius, dictum est, facultas ad instituendum vnum maioratum, non se extendat ad instituendum duos, etiam si vnus sit ex tertio & quinto, & alter ex regia facultate: quoniam surreptitia esset facultas ad instituendum vnum, post institutum alium, nisi de primo instituto facta esset mentio principi: & eadem ratione non potest se ea facultas extendere ad instituendum alterum, post vnum institutum. Addit verò Molina, dubitandum non esse, posse tunc ex regia illa facultate augere maioratum priùs institutum ex tertio & quinto. Si verò, inquit, qui maioratum primum instituit, expesit, se illum instituere ex regia facultate, tunc, si bona, ex quibus ille maioratus cōstat, excedūt in aliquo tertiū & quintū, nó posse instituere aliū maioratū: quia iam regia facultas aliquid operata est quoad eum excessum. Si verò nō excedit tertium & quintum, posse ex tertio & quinto instituere alium maioratum: dummodò vtroq; maioratu limites facultatis non excedātur, & manent reliquis filijs cōpetētia alimēta.

Ego in primis disp. 578. concluſ. 4. & 5. dixi, quovsq; ex nostra sententia concedi 9
possint eiusmodi facultates, vt, vltra tertiū & quintum, instituātur maioratus. Deinde arbitror dicendū esse, si vterq; maioratus simul sumptus, tertium & quintū nū excedat, instituī eos posse, siue adsit regia facultas, siue nó, vt ex se est notissimum. Si verò illā excedat, instituī non posse. Quoniam princeps non censetur concedere facultatēm ad instituendum maioratum, qui contingat legitimas alijs debitas, nisi incluendo simul, ac priùs, tertiū & quintum.

Neq;

Neque censetur concedere facultatem, vt diuidantur bona in tot maioratus, quod, vt dictum est, fini institutionis maioratuum repugnat. Et quoniā, sicut surreptitia esset facultas ad instituendum maioratum obtenta post institutum vnum ex tertio & quinto, nisi de eo mentio fieret principi, vt dictum est: ita non est censendus cōcedere facultatem, vt maioratus instituatur contingendo legitimas, & reseruādo ex tertio & quinto bona, vnde alius absque sua facultate instituatur.

Doctrina verò illa Baldi, quòd priuilegium non impediat facultatem, quæ aliūde cōpetat, intelligenda est, quando inde non sequeretur graue præiudicium tertio. Et quando non constaret, principem non intendere concedere priuilegium, vt seorsim sit vsus illius, & seorsim sit vsus facultatis aliunde competētis, vt in re proposita per epicheiam constat.

Quæst. Quod ad secundam partem in titulo disputationis propositā attinet. Greg. Lopez. l. 32. tit. 9. part. 6. vers. supra citato, censet, habentem facultatem à principe ad duos maioratus instituendos, nō posse instituere
Argumentum. vnum solum. Ducitur. l. 1. ff. de optione legata, & doctrina Bart. ibi, qui ait, habetem facultatē ad eligendos duos, non posse eligere vnum solum. Et quoniam in eo, quòd duo instituantur maioratus, cernitur fauor filiorum.

10 In contrariam sententiā propendet Molina. c. 4. citato. n. 56. nēpe, instituere posse vnum solum. Ducitur, quoniā facultas concessa alicui à principe, vt instituat duos, aut plures maioratus nō eum arctat, vt eos instituat, sed solùm permittit; poteritq; proinde, qui eam obtinuit, nullū instituere. Neq; ea facultas in filiorum, sed in eam obtinentis fauorem est concessa, vt ex se liquet: & potest cōfirmari, quoniā cùm, vt ostensum est, facultas principis ad constituendum vnum maioratum, extendi non possit ad duos instituēdos, vtiq;, ne sit ita arctatus, sed instituere possit, nō solùm vnū, sed etiā multos, conceditur ei ea facultas: quod autem ad ampliorem facultatem, atque ad volētis instituere petitionē est concessum, dependenter ab ipsius voluntate, vt id efficiat, si velit, operari non debet restrictionem. Confirmari hæc etiam possunt, quoniam princeps, vt experientia est compertum, faciliùs concedit facultatem ad instituendum vnum maioratum, quàm duos; si autem illam concedit ad duos, est ad petitionem eos instituere volentis, eiusq; contemplatione: quare, in facultate ad duos maioratus instituendos, non agitur de fauore filiorum, sed de fauore instituentis, id illi permittēdo, non verò ipsum arctando. Præterea hæc confirmantur, quoniam, si is, qui facultatem à principe obtinuit ad multos maioratus instituendos, vnum ex dimidia bonorū parte instituat, & reliqua bona, ex quibus secundum maioratum poterat instituere, libera reliquis filijs relinquat, perspicuum est, validum esse maioratum institutum: cùm maior fauor reliquorum filiorum sit, cætera bona eis libera relinquere, quam alligare ea alteri vinculo maioratus: ergo, qui facultatem habet ad multos maioratus instituendos, valdè ac licitè instituere vnum potest. In hanc sententiam cum Molina propendeo, quando princeps non concederet eam facultatem dependenter ex eo, quòd alius etiam maioratus institueretur in aliquo alio filio, qui Regi esset dilectus, vel aliqua alia ratione: quod rarò, aut nunquam, eueniet.

Ad argu. Ad l. 1. ff. de opt. leg. dicendum est, ibi solùm haberi, eum, cui legatur optio ex seruis in plurali, solum posse eligere vsque ad tres. Non tamen negatur, sed potius innuitur, eligere posse solùm duos, aut vnum: quare textus ille à nobis pugnat. Ex dictis verò in priori huius disputationis parte constat, in institutione duorum, aut plurium maioratuum, nó cerni fauorem filiorum.

Non obstat si quis obijciat, facultatem 11
instituendi duos maioratus, dispensationē esse, ideoque strictè esse intelligendam. Nam quando in fauorem alicuius dispensatum est, vt duo quædam inter se diuersa efficere possit, integrum illi est, vti ea dispensatione ad vnum, & non ad aliud. Neq; id est, extendere dispēsationem ad aliquid ea non concessum: sed est non vti dispensatione ad omne, ad quòd, in ipsius fauorem, est concessa.

SVMMARIVM.

1 ELECTIONE *in quibusdam regnis, & in Romano imperio succedi ur.*

2 *Votari ad maioratū, aut ad aliquid aliud, quē aliqui, aut aliqui elegerint, arbitrati fuerint, aut voluerint, non efficit dispositionē capitatoriā: nec; qui ea succedit, accipit id ab electoribus, sed à primo instituente. Emphyteusim tamen*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominationis, accipit nominatus à nominante.

3 *Facultatem habens instituendi maioratum cum substitutionibus, & vocationibus, quibus voluerit, cõmittere poterit vltimo peßessori, aut vltimis poßessoribus, vt eligãt, quẽ voluerint.*

4 *Facultatem habens ab institutore maioratus, eligendi ad maioratum quencunq; consanguineum institutoris, etiam spurium, eligere non potest filium spurium institutoris: quia talis filius accipiret eum maioratum à suo patre: eligere tamen poterit filium spurium ipsiusmet electoris: modò capax sit accipiendi id ab institutore.*

5 *Elector ad maioratũ ex institutoris præscripto, licet ex parte ipse beneficium conferat electo, ipsum alijs præponendo, nihil tamen ea de causa potest accipere, neque vllum omnino grauamen imponere.*

6 *Electores ad canonicatus, aut ad beneficia, nihil ea de causa accipere possunt, neque vllum grauamen pensionis, aut alterius rei, possunt apponere.*

7 *Pater tamen pupillariter substituens filio impuberi, grauamen potest imponere bonis talis filij, etiam legitimæ eius filij.*

8 *Emphyteuta, qui ad emphyteusim nominare potest, licet non possit imponere grauamen rei emphyteuticæ; pro beneficio tamen nominationis ad illam, accipere emolumentum potest.*

9 *Elector ad maioratum, si cederet vsufructui illius, qui ei competebat in suam vitam, pro ea gratuita cessione rei ad ipsum attinentis, accipere emolumentum posset.*

10 *Eligere ad maioratum, cui est cõmissum, vnum tantum potest eligere: secus de electore ad legatum familiæ relictum, quando ab institore non fuit expressum, vt vnus solum eligeretur.*

11 *Grauatus eligere multos ad legatum familiæ relictum, non potest eligere vnum solum.*

12 *Eligendi facultas cui est concessa, neq; ipse, neq; filium sub sua potestate constitutum, potest eligere: nisi electus succedere deberet in ea re post electoris mortem. Secus quando mater filium melioraret, quem pater eligeret: & quãdo aperte constaret, eam fuisse institutoris voluntatem.*

13 *Electio si multis sit commissa, eligere possunt vnum ipsorum, & ipse potest in ea electione consentire. Quin si aliquis ipsorum eligatur, & suffragia sint paria, accedente suffragio ipsius, quo in sui electione consentiat, ea pars præualet.*

14 *Impubes pubertati proximus eligere potest.*

15 *Eligere potest seruus pœnæ ad maioratum & ad fideicommissum, & ad alia, ad quæ electio infacio consistit. Idem de religioso.*

A *Ius eligendi, aut arbitrandi aliquid, alicui concessum, personale est, nec potest cedi alteri, nec transit ad hæredes. Quãdo autem est annexum rei alicui, quæ ad hæredes transit, ratione illius transit ad hæredes.*

De institutione maioratus, vt in eo succedat, quem vltimus possessor, aut alius, eligeret. Disp. 592.

SOLENT interdum maioratus, tametsi rarò, institui, vt in eis succedat, nó primogenitus, aut alius determinatus, sed is, quem elegerit vltimus possessor, B vel aliquis alius. Quin & regna, atque imperia, sunt ita interdum instituta, vt in eis succedat, quem regni magnates, aut aliqui alij ad id deputati, eligerint: eoque modo succeditur hodie in Romano imperio, vt disp. 24. dictũ est, & in regno Poloniæ. Fideicommissa etiam, quæ familijs relinquebantur, frequenter antiquitus institui solebant, vt in eis succederet is, aut succederent ij de familia, quos vltimus possessor C eligeret. Melioratio quoque interdum fit ab vno parente alicui ex filijs, quem alter parentum, aut aliquis alius elegerit. Porrò 2 electionem ita committi in arbitrium, aut in voluntatem alterius, aut aliorum, non efficit institutionem captatoriam, aut invalidam: neque, qui ita rem accipit, aut succedit in ea institutione, censetur id accipere ab electore, aut ab eo, cuius arbitrio commissum est, sed ab institutore, vt hæc omnia, cum communi doctorum sententia, explanauimus atque ostendimus disp. 157. eaque affirmat Molina libr. 2. de primog. c. 4. à. nu. 1. Excipe tamen quoad vltimum eligentem, seu nominantem ad emphyteusim nominationis, præsertim D hæreditariam: quoniam nouus emphyteuta ab hoc censetur accipere, iuxta ea quæ copiosè disput. 480. dicta sunt. Disputatione etiam citata explicauimus, quid in prædictis, & in alijs similibus institutionibus, interesit inter committi aliquid electioni alterius, & inter committi arbitrio alterius. Lege, quæ eo loco dicta sunt.

Quia quando electio ad maioratum, 3 aut ad aliud simile, alteri committitur ab institutore, is, qui ex tali electione succedit, non censetur id accipere ab electore, sed ab institutore; eò quòd is dare cẽ-

seatur, qui alteri committit, vt nominet, A aut eligat, & non is, qui nominat, aut eligit, vt constat ex iuribus disputat. 157. à nobis ad id citatis, & ex alijs, quæ Molina vbi supra. num. 5. citat; inde cum Greg. Lopez. l. 32. titu. 9. part. 6. verb. *no valdra.* colum. 6. vers. & potest dici, idem Molina. num. 7. colligit, si quis habeat à Rege facultatem instituendi maioratum cum omnibus vocationibus, substitutionibus, ac fideicommissis, quæ apponere voluerit, posse, vi eiusdem facultatis, relinquere perpetuò omnibus vltimò possessoribus eiusdé maioratus facultatem eligendi successorem: cum enim, qui succedit ex electione vltimi B possessoris, non censeatur vocatus ad maioratum, ac substitutus vltimo possessori, ab ipso possessore vltimo, qui eum eligit, sed à primo institutore, qui facultatem eligendi vltimo possessori concessit; consequens est, vt is, qui ex regia facultate potest quascunq; vocationes ac substitutiones facere, possit facultatem eligendi vltimis possessoribus committere: quando quidem ipse est, qui vocat, substituit, ac confert maioratum interuentu electionis, quam vltimo possessori concedit; non verò possessor vltimus, qui ex ipsius facultate eligit.

4 Ex eodem fundamento. nu. 8. sequenti colligit cum Bart. & plerisque alijs, quos citat, eum, cui à maioratus institutore electio successoris in maioratu est commissa, cum facultate eligendi, etiam spurium consanguineum institutoris, non posse eligere filium institutoris spurium: quia, cùm is electus accipiat ab institutore, & nõ ab eligẽte, talis filius spurius acciperet eum maioratum à suo patre; cùm tamen incapax sit ad succedendum patri. E contrario verò meritò colligit, cum Paulo Castrensi & alijs, eiusmodi electorem eligere posse suum proprium filium spurium, si consanguineus sit institutoris, quem alioquin posset eligere, si non esset filius ipsius. Ratio autem est, quoniã tunc is filius non accipit eum maioratum à suo patre, qui ipsum eligit, sed a primo institutore, mediante electione patris ad id illi cõcessa. Sic disp. 167. in calce conclusionis. 3. dictũ est cum cõmuni doctorum sententia, iuxta. l. si is qui. ff. de vulgari, quando pater substituit pupillariter filio suo legitimo impuberi, posse illi substituere alterum suum filiũ spurium; non quidem quoad bona, quæ tali filio legitimo aduenerũt ex eodem patre, sed quoad bona, quæ aliũde ei obuenere: quoniam licèt substitutio illa fiat à patre spurij, non tamen spurius accipit ea bona à patre, sed à fratre, mediante patris substitutione. Disputatione tamen citata conclus. 5. diximus, in hoc regno spuriũ filiũ clerici, religiosi, aut religiosæ professis, in nullius cõsanguineorũ talis parentis bonis posse succedere.

Quando electio solùm ab institutore vl- 5 timo possessori cõmissa est, constat vltimũ possessorem non posse imponere grauamẽ in ea re ei, quem ad illam elegerit, nisi aliun de ei cõpenset id onus; ac tũc in potestate ita grauati erit, vel relinquere compensationẽ illam, & non exequi grauamen illud; vel, retenta compensatione, grauamen exe qui. Ita colligitur ex. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de leg. 2. Hinc disputat Molina vbi supra à. n. 10. num legitima ratio, cur elector nó possit imponere electo grauamen in re illa, sit ea, quam doctores communiter reddere solent, & quæ ex dictis videtur colligi, quia videlicet electus non accipit eam rem ab eligente, sed à primo institutore, eligensque, eligendo, actũ necessarium, sibi à primo institutore iniunctum, efficit: &, iuxta cõmunem regulã ex. l. ab eo. C. de fideicõmissis, & alijs iuribus, nullus grauare eum potest, quẽ non honorauit, aliquid videlicet ei tribuẽdo, in quo, aut ratione cuius, grauamen imponat.

C Et aduersus hanc rationem ipse sic obijcit. Quanuis verum sit, si spectemus facultatem eligendi, quæ ab institutore electori est collata, & necessitatem, qua ex facultate, ac dispositione institutoris, elector tenetur eligere aliquem indeterminatè ad eam rem, eamq; eo ipso illi conferre, id nõ esse liberalitatem ac beneficium electoris, sed primi institutoris, quod solum significant verba illa. l. vnum de familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. *Non enim facultas necessariæ electionis propriæ liberalitatis* (electionis scilicet) *beneficium est*: quanuis item verum sit, si D spectemus rem ipsam, quę eadem electione confertur, collationem illius per eam electionem non esse liberalitatem ac beneficiũ electoris, sed primi institutoris; quia res illa non confertur, vt electoris, sed vt institutoris, ab eo ad id deputata; quod etiam probant verba illa eiusdem. §. *Quid est enim, quod de suo videatur reliquisse, qui, quod reliquit, omnino reddere debuit?* videlicet ex præscripto ac ordinatione primi institutoris: quanuis, inquam, hæc vera sint, nihilominùs, si spectetur actus ipse electionis, vt emanat ab electore, in cuius potestate

Universidad de Deusto
Biblioteca

est præferre ea ipsa electione vnum, quem A
ipse maluerit, cæteris, negari non potest
electorem, quatenus eo actu præfert elec-
tum cæteris, conferre ei beneficium, exer-
cereq; in eum liberalitatẽ, imò veriùs con-
ferre illi eam ipsam rem, vt ex se est notis-
simum, cócinitq;. l. vtrum. §. cum quidam.
ff. de reb. dub. illis verbis; *an imposita neces-
sitate dandi, solùm ei distribuendi liberum arbi-
trium concedat*; quibus verbis apertè significatur, impositam quidem esse electori necessitatem dandi, seu eligendi; arbitrium tamen, vt hunc potiùs, quam alios, eligat, sibi esse concessum, tanquam beneficium sibi collatum, quo ipse vti in alios pro arbi
trio possit. Confirmatur ex glossa vltima. B
c. relatum de præbend. communiter recep
ta, quæ ait, prælatum liberalitatem quidem non exercere beneficia ecclesiastica conferendo ea ex parte, qua conferre illa tenetur; exercere tamen liberalitatem, vtiq; gratia cum eo, cui illa confert, quatenus in potestate ipsius erat, conferre illa, non huic, sed alteri: qua ratione collationes prę bendarum donationes nuncupatur. c. venerabilis, de præb. &. c. consultationibus, de donat. & alijs iuribus.

Quia verò, qui alium honorat, aliquidq; illi confert, etiam minus principaliter, videtur posse illum grauare ea ex parte, qua illum honorat, beneficiumq; illi confert, C
refert Molina vbi supra Petrum Peralta asserentem, eiusmodi electorem non posse quidem grauare electum onere pecuniario, aut in re ipsa, ad quam est electus, quam accipit principaliter à primo institutore; posse tamen illum grauare onere inæstimabili pecunia, quale erit, vt deferat arma eligentis, agnomineq; ipsius vocetur, vel vt patiatur eligentem, ipsiusq; descendentes, sepeliri in capella electi. Meritò autẽ idem Molina ibidem hanc sententiam improbat, tanquam inauditam, regulisque iuris contrariam.

Legitima autem ratio, cur electo in similibus rebus non possit pro beneficio & cõ modo electionis, onus quodcunq; impone D
re, etiã delationis armorũ, aut sumptionis agnominis electoris, neq; vllũ omnino pretium, est, quam tradit Molina vbi supra. n. 19. Quia scilicet institutor grauauit, aut statuit, vt res tota à se instituta, ministerio tamen electionis, ad electum deueniret, conferreq; alicui ius eligendi ad id, sinè vllo alio emolumẽto, quòd inde posset ob eam electionem in recompensationem repor-
tare, fuit non modicum beneficium illi impensum; quarè tenetur id gratis exhibere, tanquam beneficium sibi ab institutore impensum, quòd gratis conferret ei, quem ad id eligeret: quia ergo, si rem cum grauamine quocunq; conferret, non eam totam simpliciter restitueret; quia minùs valeret cum illo grauamine, quàm sinè illo, argumento. l. 1. §. si heres percepto fundo. ff. ad Trebel. &. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. gratisq; tenetur facere electionem vi primæ institutionis, atq; muneris, seu beneficij ad eligendum susceptí; in de efficitur, vt neq; grauamen vllum possit imponere, neq; quicquam in recompẽsationem beneficij electionis possit accipere. Concinit. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. illis verbis; *Qui quod reliquit, omnino reddere debuit*; omnino dixit, nihil retinẽdo, neq; vllam recompensationem accipiendo. Hac eadem ratione, electores ad 6
canonicatus per concursum, & ad similia alia, nihil accipere possunt pro electione, & multò minus imponere canonicatui grauamen quodcunq;. Et propter eandem rationem prælati, qui præbendas conferunt, ministros ad eas eligẽdo, non possunt pensiones, aut aliud grauamen, pro electione illis imponere, vel quicquã accipere, neq; possunt eas diuidere. c. 1. circa finem, vt eccles. benef. c. vlt. 1. q. 3. c. maioribus de præb. & alijs iuribus.

Non sic dicendum est de patre substituẽ 7
te pupillariter filio impuberi: nam talis pater imponere potest grauamen ei substituto, etiam quoad legitimam filio impuberi debitam, & quoad alia bona eius filij impuberis, quæ non ex patre, sed aliunde ei obuenere, vt disp. 184. §. Pater, ostẽdimus. Is enim pater, ex iuris dispositione, non solùm habet electionem substituti ei filio, sed etiam autoritatem perinde disponendi ea substitutione de bonis filij illius, in euentum, quod filius infra annos pubertatis ex hac vita discedat, atq; idem filius posset de eisdem disponere, si sui iuris iam effectus, testarerur: ac proinde sicut filius ille posset suum hæredem, etiam ab intestato, grauare: ita pater potest, grauare, vel substitutum, vel hæredes ab intestato eius filij, grauamine circa ea bona, quo voluerit, vt disputatione citata dictum est. Non 8
item illo modo est etiam dicendum de emphyteuta, qui ius habet eligendi, aut nominandi ad suam emphyteusim ex contractu emphyteutico inito cũ proprietario. Quia
enim

suum ius proprium vtile dominium A
confert, contractu oneroso comparatum, vt disp. 480. copiosè ostendimus, sanè non nudum ministerium, seu factum, eligendo, seu nominando exercet, sed verá rem suam electione ac nominatione confert, eaq; de causa, nó solùm si ea emphyteusis hæreditaria sit, potest pronominatione, seu electione ad illam, accipere interesse, sed meo iudicio, etiam si sit ex pacto & prouidentia, potest illud accipere: tametsi rei ipsi emphyteuticę, eò quòd alterius sit quoad dominium directum, non possit imponere grauamen.

9 Deniq; non illo modo dicendum est B
in electione ad maioratum, quando vltimus possessor ita eligeret, vt maioratum, etiam quoad vsumfructum, tranferret in electum ante tempus, quo teneretur eum in illum transferre: tunc enim, ratione eius donationis vsusfructus illius in id tempus, imponere posset grauamen, quod non excederet valorem talis vsusfructus, nec trãsiret ad alios, quam ad eum, in quem maioratus eo modo transferretur. Ita Molina vbi supra. n. 32. cum Peralta, quem citat.

10 Quando legatum relictum fuit alicui, vt
permaneret in familia, cum facultate grauato, vt eligeret vnum de familia, quem C
vellet, vt in eo succederet, tunc, ex iuris interpretatione, vt disputatione precedente dictum est, eligere potest, vel vnum, vel plures de familia, inter quos diuidatur, vt constat ex. l. vnum ex familia. §. si duos, iunctis antecedentibus in eadem lege. ff. de leg. 2. Cùm enim institutum primi testatoris fuerit, vt id legatum de familia non egrederetur, & in eiusmodi legato non succedat vnus tantùm de familia, sed vel succedant omnes, vel proximiores omnes in gradu, vt sæpe in superioribus dictum est, iuris interpretatione intelligitur eum, qui grauatus est eligere vnum de familia, quẽ ipse voluerit, posse eligere multos. Quan- D
do tamen testator expressisset, velle, vt vnus tantùm eligeretur, in quo id legatum perseueraret, tunc elector non posset nisi vnum solum eligere. Vnde quia Hispani maioratus diuidi sunt prohibiti inter multos ex prima eorum in eisdem Hispanijs origine, longa consuetudine perpetuò seruata; consequens est, vt, si electio successoris vltimo possessori commissa sit, eligere nõ possit multos, sed vnum tantum. Ita cum Bald. & alijs. Molina vbi supra. n. 45.

Bart. & communior doctorum sententia, quam Molina vbi supra. n. 55. refert, è contrario censuerunt, grauatum eligere multos de familia ad aliquod legatum, posse eligere vnum duntaxat. Contrarium affirmarunt idem Bart. sibi contrarius. Padilla, & alij, quos Molina ibidem etiam refert. Qui tamen cum Bal. censet, quæstionem in hunc modum esse dirimendam. Vt si eadem ratio militet in electione vnius tantum, & in electione multorum, possit eligere vnum duntaxat: si verò non militet eadem ratio, teneatur multos eligere. Ego 11
verò potius existimo esse absolutè dicendum cum secunda sententia, teneri eligere multos. Quoniam quando non est iuris interpretatio in contrarium, qualis est illa subnixa optimæ rationi, quòd grauatus eligere ad legatum relictum familiæ vnum, possit eligere multos de familia, vtiq; standum est verbis testatoris.

Is, cui eligendi facultas est concessa, nó 12
potest eligere se ipsum. l. si mandauero. 1. §. si sibi centum. ff. mandati. c. per nostros de iure patro. &. c. cùm ad nostram de instit. glos. 2. l. plane. ff. quòd cuiusq; vniuers. quę multas rationes eius rei reddit, & glos. 1. c. cum in iure peritus, de elect. Bart. & communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra. nu. 58. refert ac sequitur. Quin neq;, qui facultatem eligendi habet, potest eligere eum filium suum, qui sub ipsius sit potestate, secus autem si sit emancipatus, vt Molina ibidem. n. 59. cum Peralta subiungit; eoq; modo conciliat opiniones Saly. & Bal. quæ videbantur interse contrarię. Quia verò ratio, cur filius sub potestate electoris constitutus, eligi ab electore non possit, est, quia cùm vsusfructus bonorum eius filij ad patrem spectet, eligendo eum filium, eligeret quodammodò se ipsum, suumue commodum; meritò infert Molina, vltimum possessorem maioratus, cui successoris electio sit commissa, posse eligere filium sub ipsius potestate cõstitutum: quippecùm is filius succedere non debeat in maioratu, nisi post mortem patris electoris. Idemq; dicendum est de electione ad fideicommissum familiæ relictum, cui succedendũ sit post mortem electoris, & de quacunq; alia simili electione, propter eandem rationem. Quando autem elector ad successionem in maioratu, non esset vltimus possessor maioratus, sed alius tertius, tunc elector ille non posset eligere filium suum, qui sub ipsius esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestate, vt rectè Molina ibidem subiungit. Quando mater melioraret in vltima voluntate vnum filiorum, quem pater eligeret, tunc credo eligere posset pater filium sub ipsius potestate constitutum: & vniuersim idem posset efficere, quando ex coniecturis constaret, eam fuisse mentem instituentis, aut meliorantis.

13 Quando duobus, aut pluribus electio ad aliquid esset commissa, posset vnus eligere alterum ipsorum, atq; alter potest cõsentire suæ electioni. Imò si suffragia electorum sint paria, vt si, ex septem electoribus, tres eligant quartum ex eisdem septẽ, & tres reliqui eligant extraneum, atq; is quartus consentiat suæ electioni, ea pars prævalebit. Ita habetur. c. cum in iure de elect. Quo in lòco, reprobata glossa ibi, quæ contrarium asseruit, idem affirmant Panormit. & communis sententia, quam Molina vbi supra. n. 61. refert ac sequitur, & consentit Greg. Lopez. l. 2. tit. 15. part. 2. verb. *en España*.

14 Vtrum autem, si vltimus possessor maioratus, aut fideicommissi, sit impubes pubertati proximus, eligere possit ad maioratum, aut fideicommissum. Idem dicendum est, quod disp. 480. dictum est de electione eiusdem ad emphyteusim.

15 Seruus autem pœnę, licet nominare, aut eligere ad emphyteusim nõ possit, poterit tamẽ eligere ad maioratum, vel fideicõmissum. l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. eò quòd electio hæc in solo facto consistat, non verò nominatio ad emphyteusim, vt disp. 581. dictum est. Idem dicendum videtur de religioso iam professo, iuxta ea quę disp. 482. subiuncta sunt.

Ius eligendi, aut arbitrandi, si alicui sit concessum, est personale illius, nec transit ad hęredes. l. si quis arbitratu, l. sequenti. ff. de verbo. obligat. Vnde cedi non potest alteri, neque potest competere alteri ratione eius; cui concessum est. l. si stipulatus fuerim illud aut illud, &. l. vlt. in prin. ff. de verb. oblig. Quando tamen competeret ratione rei alicuius, quæ tranferri posset ad hæredes, tunc, vna cum ea re, ius illud ad hæredes transiret, vt ex se est nostrisimum. Lege quoad hæc Molinam vbi supra. n. 62.

SVMMARIVM.

1 ELIGENDI *facultas si in tempus mortis electoris directa sit, revocare elector potest electionem dum viuit, etiam si pluries facta sit, vltimáq; morte illius confirmatur.*

2 *Maioratus, aut fideicommissum, quando post mortem possidentis deuenire debet ad quendam alterum, tunc possessor potest ante suam mortem illud tradere successori, etiam fruendum, idq; validè & irreuocabiliter, atque eo modo censetur traditum, si donatione inter viuos, aut alio irreuocabili contractu, sit concessum. Quando tamen ea irreuocabilis traditio in aliquo præiudicaret cuidam tertio, esset quoad id inualida: secus quo ad id, inquo illi nõ præiudicaret.*

3 *Eligendi facultas si directa non sit in tempus mortis, sed concessa sit, vel simpliciter, vel expressum sit, quòd fieri possit in vita, aut in morte, tunc, si talis facultas competat ex contractu, eligens poterit variare ante traditionem rei electo: secus post traditionem.*

4 *Eadem eligendi facultas si ex vltima voluntate cõpetat, & facta etiã electio sit vltima voluntate, reuocari potest. Si verò dispositione inter viuos sit effecta, semel facta, reuocari non potest.*

5 *Electio quocunq; modo semel facta, si effectũ non sortiatur, potest elector iterum eligere. Nisi effectum non sortiatur ob defectum electi cognitum electori tempore electionis (quod nõ præsumitur) tunc enim in pœnam priuatur iure eligendi pro ea vice.*

6 *Elector, cui commissum est, vt ad fideicommissum familiæ relictum, eligat quem ex familia voluerit, si discedat nemine electo, omnes vniuersim de familia in eo succedunt. Non idem est de maioratu, sed succedit solus primogenitus proximior in gradu, etiam quo ad totam commoditatem.*

7 *Elector ad maioratuum, aut ad fideicommissũ, adueniente tempore deuolutionis illius, eligere tenetur statim, ac fuerit requisitus.*

Is, cui electio est commissa, si semel eligat, an possit iterum eligere, et variare in persona electa. Quòd si ad maioratum non eligat, quis in eo succedat. Disp. 593.

QVOD ad priorem partem huius disputationis attinet, distinguẽdum est. Quoniam si facultas eligendi in tempus mortis directa sit, quia videlicet dictum est, quòd elector tempore mortis, vel cum morietur, aut vsq; ad suam mortem, eligat quem voluerit

voluerit ex aliquibus ad maioratum, aut quem, vel quos voluerit ad fideicommissum, ita quòd ex multis ei commissum sit eligere vnũ, aut multos, vel omnes, prout ipse voluerit, tunc, esto semel eligat, aut pluries, electioq; facta sit donatione inter viuos, aut quouis alio contractu, potest elector variare, iterumq; eligere, dum viuit, & semper per posteriorẽ electionẽ, redditur nulla prior. Cùm enim electio eo modo commissa, statum spectet, qui tempore mortis reperietur, vt tunc eligat, quem voluerit, aut quẽ magis expedire iudicauerit; atq; electio antea facta de aliquo determinato, esse facilè posset in præiudicium aliorum, qui tempore mortis reperientur, si esset irreuocabilis, nec firmitas eius penderet ex eo, quòd morte electoris confirmaretur; vtiq; omnis talis electio ante electoris mortẽ facta, reuocabilis pro libito eiusdem electoris est, atq; adeò nullam habet firmitatem, nisi quæ, tanquam postrema, electoris morte fuerit confirmata. Ita probãt. l. cùm pater. §. à filia, & affirmat. glossa. 2. ibi. ff de leg. 2. &. l. vnum ex familia, in prin. asseritque gloss. ibi verb. mutetur. ff. cod. titu. atque asseuerat Bart. & communis doctorum sententia, quam Molina lib. 2. de primog. c. 4. n. 23. refert ac sequitur.

2 Quando verò maioratus, aut fideicommissum, post mortem possidentis deuenire debet ad alterum, vel restitui debet alteri determinatæ personæ, tunc possessor illius potest ante suam mortem id tradere successori, etiam fruendum, idque valide & irreuocabiliter, atque ita censetur traditum, si donatione inter viuos, aut alio irreuocabili contractu, sit concessum. Ita habetur. l. post mortem. C. de fideicommiss. Ratio autem est, quoniam quando aliquid deuenire debet ad aliquem determinatum, in eo, quòd traditio præueniatur, eaq; irreuocabiliter fiat, nullum præiudicium alteri tertio sequitur, ac proinde valide irreuocabiliter fit. Atq ita glossa. l. post mortem citata verb. restituere, & doctores communiter, quos Molina vbi supra à. n. 25. refert ac sequitur, conciliant eam legem cum alijs iuribus citatis, quę primo aspectu pugnare inter se videbantur. Quando autem ea irreuocabilis traditio in aliquo præiudicaret alicui tertio, qui, ea traditione non facta tempore mortis tradentis, succedere debebat in eo maioratu, aut fideicommisso, tunc, quatenus illi præiudicat, redditur nulla: non verò quatenus illi non præiudicat. Verbi gratia, si hęres grauatus est restituere fideicommissum post mortem suam alicui determinatæ personæ, sub conditione, quòd, si ea persona moreretur ante talem hæredem grauatum, fideicommissum illud restitueretur alteri, tunc, si hęres grauatus ante suam mortem illud fruendum irreuocabiliter tradat fideicommissario, cui ille alius est substitutus, si eueniat, vt talis fideicommissarius moriatur ante hęredem grauatũ, traditio illa irreuocabilis, nihil impedit, quominus, post mortem hęredis grauati, substitutus in eis bonis succedat: vsusfructus verò perceptus à fideicommissario, quia non præiudicat substituto, validè & irreuocabiliter fuit à fideicommissario illo perceptus. Et idem esset, si maioratus irreuocobiliter esset datus successori fruendus statim, ante quàm vltimus possessor è vita discederet, & eueniret, vt successor ille moreretur ante illum alium vltimum possessorem: tunc enim fructus maioratus, interim irreuocabiliter percepti ab illo successore, validè atque irreuocabiliter essent percepti. Imò verò quamuis vltimo possessori esset cõmissum ab institutore, vt in tempus suæ mortis eligeret ad maioratum, quem vellet ex aliquibus, aut testator hæredi grauato iniunxisset, vt ad fideicommissum eligeret tempore suæ mortis, quem vellet ex aliquibus, lanè, si irreuocabiliter traderet maioratũ, aut fideicommissum vni, statim ab eo fruendum, quauis reuocari posset electio, quia in præiudiciũ aliorum esset irreuocabiliter facta; vsusfructus tamen perceptio toto tẽpore, quo elector ille viueret, spectaret ad irreuocabiliter electum: quia in eo nullum præiudicium sequitur illis alijs, electorq; ille potuit in eo sibi ipsi præiudicare. Ita, cum glos. 2. l. cum pater. §. si à filia. ff. de leg. 2. Molina vbi supra. n. 31. Paulus Castrensis, & alij, quos citat. Idem Molina ibidem à. n. 25. cum alijs, quos citat, cõsentit in hącte nus dictis. Cõcinit etiã ex parte, quod cum Emannuele Acosta disp. 186. dicebamus, nempe, si hæres sit grauatus restituere post mortem suam hæreditatem alicui, assignato substituto, cui restituatur in euentu, quòd fideicommissarius ille moriatur ante hæredem grauatum, tunc, si hæres grauatus profiteatur religionem Diui Francisci, aut nostram, vel in nostra coadiutoris vota emittat, non statim tradendum esse fideicommissum illi fideicommissario, sed expectandam esse mortem naturalem talis religiosi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

religioſi, vt ſi ante eā fideicómiſſarius mo- A
riatur, fideicómiſſum tradatur ſubſtituto.

3 Quando autem facultas eligendi non eſt directa in tempus mortis, ſed conceſſa eſt, vel ſimpliciter & abſolutè, vel cum expreſsione, vt fieri poſsit, tam in vita, quàm in morte, tunc, ſi facultas eligẽdi alicui competat ex contractu, eligens poterit variare, & poſt vnam electionẽ factam, eam reuocare, & iterum eligere. l. eum qui certarum. §. vlt. ff. de verb. oblig. gloſſa. l. ſtatuliberum. §. Stichum, verb. non poterit. ff. de leg. 2. Bart. & communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra. n. 35. refert ac ſequitur. Quod intelligerem, B
ante traditionẽ rei electo: ſecus verò poſt traditionem, & perfectum omnino ſemel contractum, atq; adeò poſt traditum dominium rei electæ. Molina ibidem cum Bal. & alijs, quos refert, ait, eligentem ex contractu, poſſe ſemel tantùm variare, & non pluries. Ante perfectum verò omnino contractum traditione, non video vnde id probent.

Si verò eiuſmodi electio non cõpetat ex
4 contractu, ſed ex vltima volũtate alicuius, tunc, ſi eligens vltima etiã ſua volũtate elegit, & non cotractu inter viuos, ſanè, cùm de natura vltimæ volũtatis ſit, vt, niſi morte ita diſponentis confirmetur, reuocari poſsit, integrum erit eligẽti reuocare eam C
ſuam electionem interimdum viuit. Ita Molina vbi ſupra. n. 36. cum communi doctorum ſententia. Qui id confirmat ex. l. cum pater. §. à filia. ff. de leg. 2. vbi iurisconſultus, quando facultas eligendi erat conceſſa deſtinata in tempus mortis, quęſtionem, vtrum filia reuocare poſſet electionem, idcirco propoſuit, quando donatione inter viuos fuerat effecta, quoniam, ſi facta fuiſſet in vltima voluntate, nullum poterat eſſe dubium, reuocari poſſe.

Si verò, quando facultas eligendi ex vl-
D tima voluntate competit, eligens non vltima voluntate elegit, ſed contractu, ſeu diſpoſitione inter viuos, tunc, ſemel facta, reuocari nõ poteſt. l. ſerui electione in prin. & l. huiuſmodi. §. Stichum. ff. de leg. 1. l. apud Auſidium. ff. & optione legat. &. l. ſtatuliberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. vbi gloſſa verb. non poterit, quod ad legata attinet, reddit eam rationem, quam reddit. l. apud Auſidium citata, quia videlicet, facta electione, tranſit dominium rei legatæ in legatarium, factaq; cenſetur exequutio, vt ait gloſſa. l. ſerui electione citata. Con-

ſentit in his communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra. n. 37. refert ac ſequitur.

Intelligendum tamen eſt, electionem 5
eo modo ſemel factam, non poſſe variari, ſi ſortita ſit effectum: vniuerſim enim, ſi facta electio effectum non habuit, poteſt electo iterum eligere, imò quoties opus fuerit vt electio effectum ſortiatur, vt probat. c. ſi electio, de elect. lib. 6. Vbi diſponitur, ſi electio facta, non fuerit ſortita effectum confirmationis electi, eò quòd electus conſentire noluit, aut quia, poſt conſenſum, ante confirmationem renunciauit, aut quia mortuus eſt ante conſenſum, vel confirmationem, aut deniq; quia electio, propter electi vitium electoribus occultum, fuit pronunciata nulla, poſſe iterum fieri electionem ab eiſdem electoribus: ad quam conceditur eis tantum tempus à diſſenſu, renunciatione, morte, ſeu pronunciatione nullitatis, quantum eis competeret, ſi eadem præbenda de nouo vocaret. Quod gloſſa ibi, & communis ſententia, quam vbi ſupra Molina. n. 38. amplecitur, extendendum cenſet ad reliquas electiones, concinuntq; l. hęc conditio, in prin. ff. de cõdit. & demonſt. &. l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. Quando tamen electio pronunciaretur nulla propter vitium electi, quod cognitum eſſet electoribus, non poſſent tunc iterum eligere: eò quòd eligẽtes ſciẽter ad id indignum iuris indignitate, hoc eſt, qui ex diſpoſitione iuris incapax ad id eſſet, priuentur iure eligendi pro ea vice. c. gratum de poſtul. pręl. c. cum in cunctis. §. vlt. &. c. bonæ memoriæ. 2. de elect. & alijs iuribus, quæ Molina vbi ſupra cum alijs citat. Vbi cum Peralta aduerſus Bart. & quoſdam alios, ait, pręſumendum non eſſe, electorem ſcientem vitium electi, ſed potiùs illud ignorãtem, eum elegiſſe. Hæc
D de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod ad ſecundum attinet. In fideicó- 6
miſſo relicto, vt detur, cui de familia hæres grauatus voluerit, ſi is hæres è vita diſcedat, nullo electo, tunc omnes de familia, qui ſuperſtites fuerint, ſiue proximiores ſint in gradu, ſiue remotiores, æqualiter in illo ſuccedẽt: & ſi qui eorum deſceſerint poſt mortem hæredis grauati, trãſmittent ſuum ius in ipſorum hęredes. Ita habetur. l. cum quidam, &. l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de leg. 2. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Molina vbi ſupra. n. 41. refert ac ſequitur. In maioratu autem Hiſpano,

Hiſpano, quoniam de natura illius, ſeu con A
ſuetudine Hiſpaniarum, primaq; maioratuum inſtitutione, eſt, vt, ſecluſo iure eligendi, ab inſtitutore poſſeſſori vltimo, aut alicui alteri relicto, ſuccedat in illo vnus ſolus, ne diuidatur, isq; ſit primogenitus, vtiq;, ſi electo rè vita diſcedat nullo electo, ſuccedet ſolus primogenitus. Ita Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *en Eſpaña*. verſ. ſed pone, & Molina vbi ſupra. n. 42. Qui rectè à Padilla. l. cum quidam. n. 24. diſcedit, quatenus Padilla, affirmat, in eo euentu, rem meioratui ſubiectam, deuenire quidem debere indiuiſam ad primogenitum, B
cæterùm commoditatem ex illa diuidendam eſſe inter omnes de familia. Contrarium quippe exigit Hiſpanus maioratus, etiam quoad commoditatem & fructus.

7 Electio ad maioratum, aut fideicommiſſum, fieri debet ſtatim, atque electo fuerit requiſitus, adueniente tẽpore ſucceſsionis in eo maioratu, aut reſtitutionis talis fidei commiſsi. Ita cum Bart. & alijs Molina vbi ſupra, argumento. l. cum quidam citatæ. Neq; refragatur. l. vlt. §. ſed & ſi quis. C. commu. de leg. quæ annum concedit: ea enim lex, ſi rectè expendatur, non præſcribit annum, vt, quando electio rei legatæ pertinet ad hæredem, non poſsit compelli, ante eum annum elapſum, eligere, quam rem velit dare, & implere legatum: id enim eſſet irrationabile: ſed vt incidat in pœnã, vt electio deuoluatur in legatarium. Multò autem minùs eſt ea lex intelligenda, qua ſi id tempus ſit concedendum ad eligendam perſonam, quę poſtquàm tempus ſucCedendi aduenit, ſuccedere debeat in maioratu, aut fideicommiſſo.

SVMMARIVM.

1 *ELECTIO ſi relicta ſit in electoris voluntate, vt eligat, quem voluerit, inualida eſt, ſi eligat incapacem, aut affectum qualitate, qua affectos excludit inſtitutor. Secus ſi eligat aliter indignum, aut minus dignum.* D

2 *Si electio ad maioratum ſit alicui libera conceſſa ex filijs & filiabus, valida eſt electio minoris natu, aut fœminæ, prætermiſſo primogenito digniori.*

3 *Maioratum inſtituendi ſi ſit alicui conceſſa facultas in quocunque ſuorum filiorum, aut filiarũ voluerit, inſtituere illum poteſt in filia, prætermiſſo filio maiori, ac digniori.*

4 *Eligendi ad maioratum liberam facultatem ſi inſtitutor alicui conceſſit, in quo euentu eligere poterit inimicum inſtitutoris, & in quibus non.*

5 *Eligendi pauperes ad eleemoſynam, quam reliquit, ſi quis alicui liberam facultatem concedat, eligere is poterit inimicum illius.*

6 *Ex odio digni eligere indignum, non reddit nullam electionem, quæ nulla non eſſet ſecluſo eo odio.*

7 *Quod pretio ſit facta eadem indigni electio, non reddit illam nullam, ſed annullandam in pœnam, applicando fiſco pretium.*

8 *Electio indigni eſſet nulla, ſi qui liberam facultatem eligẽdi, quem vellet, obtinuit, fraudibus illam obtinuiſſet, ſecurum reddendo concedentem, ſe electurum dignum, aut digniſſimum.*

Vtrum is, cuius voluntati electio ad maioratus ſucceſſionem commiſſa eſt, teneatur eligere digniorem, vel poſſit dignum, aut etiam indignum eligere, digniori prætermiſſo. Diſp. 594.

C DISPVTATIONE ſequente hoc idem examinabimus quando electio in arbitrium alicuius commiſſa eſt, vt ſcilicet ex aliquibus eligat, quem arbitratus fuerit idoniorem: in hac verò diſputatione, quando electio in voluntatem electoris commiſſa eſt.

Quando ergo electio in voluntate elec- 1
toris relicta eſt, vt eligat, quem voluerit, quanuis electio ſit nulla, ſi eligat indignũ, iuris indignitate, hoc eſt, incapacem iuris diſpoſitione maioratus, aut rei alterius, ad quam commiſſa eſt electio, vt ex ſe eſt notiſsimũ; ſi tamen, prętermiſſo digno, eligat indignũ indignitate facti, hoc eſt, ob quam ex iuris diſpoſitione non eſt incapax rei, ad quam ſit electio, valida eſt talis electio; niſi in cõceſsione, vt eligeret quem vellet, appoſita eſſet reſtrictio, quæ eum includeret: vt ſi dixiſſet, qui non ſit tali vel tali vitio, aut tali qualitate affectus, quæ illum excluderet: tunc enim electio eius, qui eo vitio, aut qualitate, eſſet affectus, eſſet nulla, vt pote quę ſe extenderet ad id, ad quod facultas non eſſet conceſſa. Multò autem magis eſſet valida electio, ſi prętermiſſo digniori,

Universidad de Deusto
Biblioteca

niori, electus esset dignus. Vtrum autem peccet, qui, prætermisso digno, eligit indignum, aut qui, prætermisso digniori, eligit minus dignum, disputatione sequente dicitur. Quod autem electio indigni in eventu explicato valida sit, & multò magis electio digni, prætermisso digniori, habetur expressè. l. cum quidam. ff. de leg. 2. & affirmant glossa. l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. verb. voluerit. ff. ad Trebel. Bart. & communis doctorum sententia, quam Molina lib. 2. de primog. c. 5. n. 1. refert ac sequitur. Quòd verò, si in concessione, vt eligeret quem vellet, apposita esset restrictio, quę indignum excluderet, aut quæ excluderet aliqua alia qualitate affectum, electio ita exclusi, esset nulla, ex se est notissimum, & ex ratione reddita, quia scilicet electio se extenderet ad id, ad quod facultas non esset concessa, atq; habetur expresse. l. cum quidam, &. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2.

2 Ex dictis colligunt Molina vbi supra, & Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *en España*, eum, cui libera facultas est concessa ab institutore eligendi ex filijs, quem voluerit, validè prætermittere primogenitum, & eligere secundo, aut vlteriori loco genitum, etiam si primogenitus dignior, & aptior sit. Imò colligit Molina, si facultas eligendi ex filijs & filiabus sit concessa, validè eligere filiam, prætermissis masculis: quoniam ad id se se extendit ea facultas: neq; ordo successionis in maioratibus, ex prima maioratus in Hispanijs institutione consuetudine seruatus, locum habet, quando institutor aliud statuit, aut fieri permisit, committens id libere electioni alterius. Lege multa, quibus Molina vbi supra hæc confirmat.

3 Vtrum autem, si Rex concesit alicui facultatem instituendi maioratum in vno ex filijs, aut filiabus, quem vellet, validè pater illud instituat in filia, prætermissis filijs, etiam ad id magis idoneis. Greg. Lopez. l. 3. titu. 13. part. 6. verb. *mugeres* colum. 3. vers. & ex his inferre poteris, negat, & idem asserere videtur. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *hijo varon*. Contrarium verò meritò asseuerat Molina. c. 5. citato. n. 6. Quoniam libera facultas eligèdi ex filijs & filiabus, quem, aut quam, voluerit, ut in eo, aut in ea, maioratum instituat, id significat: & quando libera ad id facultas est concessa, non curatur de modo successionis in maioratibus consuetudine in Hispanijs recepto: quoniam dispositio institutoris, ex libera ad id facultate sibi concessa, prævalet tali consuetudini: sicut, si ex tertio & quinto suorum bonorum idem pater instituere maioratũ, posset pro suo solo arbitrio absq; alia facultate, instituere eum in filia, præter missis filijs, & cõsentit. l. 40. Tauri in fine.

Vtrum autem, si maioratus institutor liberam eligendi facultatem alicui concedat, valida sit electio, si elector inimicum institutotis eligat, Affirmanter est simpliciter respondendũ cum Molina vbi supra. n. 7. & cum communi doctorum sententia: id enim apertè habetur. l. cum quidam. ff. de leg. 2. vbi disponitur, eiusmodi electorem validè eligere posse indignum, eúmve, qui offendit, nisi testator, seu institutor restrinxerit facultatem eligendi ad solos dignos: tunc enim eligi non possunt, qui offenderint, vt ibi subiungitur. Nec doctrinæ huic refragatur. l. Lucius Titius. 2. §. Lucius Titius Damam. ff. de leg. 2. vnde colligitur, in generali dispositione testatoris non censeri comprehensum eum, qui testatori est odiosus, aut inimicus, nisi probetur, mentem testatoris fuisse hunc etiam comprehendere. Non, inquam. §. ille refragatur: quoniam, præter alia, quæ in glossa vltima ibi habentur, lex illa loquitur, quando duobus libertis, eò quòd fuissent infensi, testator antea ademisset, quod in genere suis libertis, quos plures alios habebat, relinquebat: nisi enim duo illi liberti probent, mutasse testatorẽ animum ex verisimilibus cõiecturis, vt quia iã ex parte ingratiã patroni redierant, censendi non sunt comprehensi: non verò habet id locum in re proposita, quando institutor maioratus non significauerat, se velle excludere cognatum, qui ipsum offenderat, à maioratu, ad quem liberam eligendi facultatem alicui relinquebat. Molina vbi supra, cum Paulo Castrensi & Padilla, solùm respondet, paragraphum illum non habere locum, quando institutor liberam absq; vlla restrictione facultatem alicui eligẽdi ex quibusdam relinquit. Doctrinam tamẽ traditam intelligendam censet, quando inimiciæ antecesserant, & sequitur concessio facultatis liberæ ad eligendum: imputare enim sibi debet institutor, qui eas inimicitias sciebat, quòd nõ excluserit inimicũ à facultate, quam concedebat ad eligendum ad maioratum. Si autẽ inimicitias ignorauerit, aut posteà sequutæ sint, non poterit inimicus eligi ad successionem in eo maioratu, vt cum

cum Baldo, & alijs Molina affirmat. Excipe, nisi inimicus ille in gratiam redijsset eum eo institutore, iuxta ea quæ disp. 178. &. 212. dicta sunt. Item eandem doctrinam intelligendam arbitratur cum Cumano & alijs, quos citat, quando inimicitiæ non erat capitales: si enim essent capitales, cum eisdem autoribus existimat, siue antecesserint, siue sequutæ sint, & siue eas sciuerit, siue ignorauerit maioratus institutor, non posse eum inimicum eligi ad eum maioratum. Intellige tamen, nisi in gratiam ante mortem institutoris cum eodem instituto re redijsset, iuxta dicta duabus disputationibus citatis. Ad quod nó satis est, vt rectè aduersus Baldũ Molina vbi supra. n. 12. cũ pleriſq; alijs, quos citat, ait, institutorẽ maioratus contritũ ex hac vita discessisse, ac proinde in eo sensu remisisse delictum, inimico, quòd odiũ aduersus illũ deposuerit: id enim nó satis est, vt relinquere illi velle insuper sua bona censeatur, eumque eligi ac vocari ad maioratum à se institutum.

5 Quando autem offensus statuisset, vt aliqua sua bona inter pauperes distribuerentur, eligendos arbitrio alicuius, tunc, vt rectè Molina ibidem. n. 13. subiungit, quoniam id intuitu Dei, atq; ad defuncti satisfactionem esset relictum, eligi possent, qui offenderunt, ad eam eleemosynam, vnà cum alijs pauperibus, si ipsi æquè pauperes essent, æqueq; Deo esset gratum, seclusa antecedente offensa, inter illos etiam distribui: quoniam, quòd illi offenderint, conduceret, vt ŏpus esset Deo magis gratum, & defuncto magis satisfactorium: neq; est credendum, defunctum contrarium intendisse.

Quod dictum est, quando electio successoris in libera electoris voluntate relicta est, validam esse electionem, etiam si indignus sit electus, intelligit Molina vbi supra. n. 15. cum Bart. & alijs, quos citat, modò electio indigni facta non sit dolo electoris, qui, quoad id, rationem sortitur mandatarij institutoris. Ita colligitur apertè ex. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. Id verò intelligendum est de dolo vero, vt distinguitur a lata culpa, atq; adeò à dolo solum præsumpto, vt cum Bart. & alijs Molina subiũgit. Idẽ autor ibidem. n. 20. recte aduertit quosdam ait, quòd elector sciens & prudẽs elegerit indignum, non satis esse, vt dolo eum elegisse sit censendus, atque adeò vt electio pronuncianda sit nulla: cum enim facultas ad libere eligendum, quem vellet, etiam ad indignum se extenderit, vt constat ex. l. cum quidam. ff. de leg. 2. sanè, quòd sciens & prudens vsus fuerit iure, facultate sibi concessa comprehenso, non constituit eum in dolo. Addit verò ipse cũ alijs, si ex odio digni eligat indignum, vt digno noceat, censendum esse dolo se elegisse, ac proinde tunc electionem esse nullam. Tametsi dicat non satis esse, dignum infensum electori fuisse, vt elector censeatur animo illi nocendi elegisse indignum, ac proinde vt censeatur, electionem illam dolo esse factam, atq; adeò esse nullam, nisi is animus aliunde probetur, vt quia elector dixerit, se odio illius digni electurum esse alium. Exempla adhibet in eo, qui in odium substituti, si ipse sine liberis decedat, concubinam duceret in vxorem in articulo mortis, vt filij ex ea suscepti legitimi fierent, atq; excluderent substitutum. Item in eo, qui ex eodem substituti odio, ingrederetur religionem, eamq; professeretur, vt succederet monasterium. Licèt enim, si de eo animo constaret, dolus interuenisse censeretur, neq; excluderetur substitutus, vt cum commune doctorum sententia, quam refert, affirmat; si tamen de eo animo aliunde non constaret, quàm ex antecedente odio, non censeretur id factum ex dolo, ac proinde substitutus nõ excluderetur. Cęterum, sicut in calce disp. 172. cum Menchaca, Domino Francisco Sarmiento, & alijs, quos citant, consentanee ad Couar. satis perspicuè, ni fallimur, ostendimus, dolum non cerni in eo, quòd quis in odium substituti ducat concubinam, vxorem, aut professeatur religionem, ad substitutũ excludendum, vereq; substitutum excludi nihil impediente eo sinistro & prauo animo: quoniam ille vsus est iure suo, tametsi prauo intentione: qui autem iure suo vtitur, non est censendus dolosus, neq; iniuriam vllam alicui in eo efficit (Neq; hanc nostram, & doctorum, quos citauimus, opinionem impediunt, quæ posteà in sui defensionem adiecit Molina in calce sui operis ad numerum. 27. capitis. 5. libri. 2.) Ita in re proposita dicendũ censeo: ei enim libera facultas eligẽdi, quẽ elector voluerit, ita se extendat ad indignũ, ad effectum, vt valida sit electio, sanè quantus elector ex odio digni, indignum eligat, nullum dolum committit, neque vllam facit ei iniuriam, ac proinde electio non est nulla, tametsi iniqua sit & peccatum; tum ex illo prauo animo, tum etiam ex eo, quòd

indignus

Universidad de Deusto
Biblioteca

indignus præferatur digno. Confirmari au A
tem potest, eam electionem ex dolo inter
uenientem non reddi nullam eo modo, quo
alienatio, non animo administrandi, sed
defraudãdi, facta ab illo, cui administratio
libera bonorum concessa esset ab eo, cuius
essent ea bona, esset nulla, de qua alienatione sermo est. §. Lucius citato. Quoniam
alienatio hæc non censetur comprehensa
in ea libera bonorum administratione concessa, vt in eo. §. expresè habetur: electio
verò indigni comprehensa censetur in libera electione ad maioratum concessa, vt
habetur. l. cum quidam citata. Item alienatio, non animo administrandi, sed defrau-
dandi, est verus dolus commissus in eum, B
qui administrationem suorum bonorum
concessit: non sic autem electio indigni ex
odio digni est dolus in concedentem liberam electionem commissus, vt ex se liquet:
quin neq; est dolus aduersus dignum omissum, sed est prætulisse ei alterum ex odio
illius, intrà latitudinem tali electori ad eligendum concessam, quod longè diuersum
est à dolo: ergo eiusmodi electio indigni
non redditur nulla ex dolo, qui in ea interueniat. Atq; hinc euersa simul manet opi-
nio Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. C
en España sub finẽ, vbi, quanuis cogitandum
id relinquat, vult, si maritus, cui ab vxore
sit cõmissũ, vt ex filijs eligat ad maioratũ
ab eadem vxore institutũ, vnum, quem voluerit, eligerit secundogenitum, omisso
primogenito, neq; ad præferendum secundogenitum, moueatur ex iusta causa, sed
ex odio irrationabili, non valere electionem. Quam sententiam ex parte etiam impugnat Molina vbi supra. n. 25.

7 Molina vbi supra. n. 30. aliud exemplum adhibet, quando electio indigni dolo censenda sit facta, ac proinde sit nulla. Nempe
quando facta est accepta, aut promissa re D
aliqua in pretium, aut in compensationem
talis electionis. Quia enim electio gratis,
absq; vlla compensatione, fieri debet, vt
disp. 592. ostensum est, si aliquo accepto,
aut promisso, pro ea electione, sit facta, tanquam dolosa, est ipso iure nulla, aut annullanda, etiam si dignus electus sit. Miror tamen, quòd hic autor dolosam eam electionem ex eo capite appellet: neq; enim video
in quo dolus talis electionis consistat. Tenebitur quidem elector in foro conscientiæ restituere, quod ita acceperit, tanquam
nullo iusto titulo acceptũ (nisi dicas posse
retineri in pretium iustum sceleris patrati
talis electionis in gratiã indigni ita electi, A
& pro periculis animæ, honeris, aut etiam
pecuniæ, quibus, id scelus patrando, se exposuit elector in gratiam electi, iuxta ea
quæ disp. 94. dicta sunt) Porerit item, in
pœnam iustam delicti vtinq; patrati, pronunciari nulla ea electio, fiscoq; poterit ap
plicari in pœnam iustam, quod datum, pro
missum, aut acceptũ fuerit; cæterùm, quòd
dolosa ea electio sit, quæ non egreditur facultatem ad eligendum ab institutore maioratus electori concessam, non video qua
ratione probabili securè id affirmari possit.

Dolosa sanè esset ea electio, atq; ex eo 8
capite nulla, si elector, vt indignum contra
institutoris voluntatem eligeret, instituto-
ri aliquibus mendacijs persuaderet, vt tam
amplam facultatem ipsi committeret, secu
rum eum reddẽdo, quòd eligeret dignum,
aut dignissimum, vel si aliquibus alijs fraudibus eam amplam facultatem ab illo extorsisset. Atq; hęc de hac disputatione sufficiant.

SVMMARIVM.

1 ELECTIO *quando censenda sit cõmissa, non in voluntatem, sed in arbitrium electoris.*

2 *Electio si in arbitrium electoris sit commissa, & is eligat indignum, prætermisso digno, retractanda est, eligendusq; est dignus: si verò eligat dignum, prætermisso digniori, retractari non potest.*

3 *Vt eligatur, qualiter iudicandus sit aliquis dignus, aut cæteris dignior, comparatione rei, ad quam sit electio.*

4 *Eligens dignum ad maioratum instituẽdum de bonis, de quibus iuxta legum præscriptum potest ita disponere, prætermisso digniori, & maiori natu, etiã si is maioratus iurisdictionem in alios habeat, nõ peccat. Idem de similiter meliorante, aut instituente fideicommissum.*

5 *Maioratum instituens in indigno, si maioratus iurisdictionem habeat, & futurum id sit perniciosum subditis, culpa est lethalis eum onere restituendi damna subditis sequuta. Quòd verò nullum damnum alijs inde immineret, rarò id esset culpa lethalis, nisi incapax eligeretur.*

6 *Eligendi ad maioratum, ad melioration*ẽ*, vel fideicommissum, habens liberam facultatem, si eligat indignum, idem ferè est dicendum, quod de institutore ipso, qui eo modo disponeret, est*

dictum: quanuis grauiùs peccaret. Quando autem institutor, confissus de illo, quòd semper eligeret digniorem, eam liberam potestatẽ illi reliquisset, in conscientiæ foro idem est censendum, atq; si in solum ipsius arbitriũ eam electionem reliquisset.

7 *Electio si in arbitrium alicuius sit commissa, tenetur is in conscientiæ foro eligere digniorem, & tenetur ad restitutionem digniori. In foro tamen exteriori sustinebitur electio minus digni, non verò indigni, & minus dignus ad nullam restitutionẽ tenetur digniori, etiam in foro conscientiæ.*

Vtrum is, cuius arbitrio electio ad maioratus successionem commissa est, teneatur eligere digniorem, vel possit dignum, aut etiam indignũ eligere, prætermisso digniori. Et quantum peccatum sit, tam hunc, quàm eum, cuius voluntati electio commissa est, non eligere digniorem. Disp. 595.

1 VNC electio commissa censetur, non liberæ voluntati electoris, sed eius arbitrio, quando electoris arbitrio, iudicio, discretioni, aut prudentiæ, cõmissa est, aut quãdo dictum fuit, vt electionem faciat, vt sibi fuerit visum, aut vt fuerit arbitratus, vel similia alia verba fuerint apposita, quę arbitriũ, prudẽtioremq; ac meliorẽ electionẽ significent. Ita cum Bart. & alijs Molina lib. 2. de primog. c. 5. n. 49. cõcinit. l. fideicõmissa 2. §. quanquã. ff. de leg. 3.

2 Quando electio, non in libera electoris
voluntate, sed eius arbitrio relicta est, non D
potest eligere indignũ, sed tenetur eligere
dignũ; alioquin electio retractabitur, & maioratus, aut id, ad quod cõmissa est electio,
cõferetur digno. Ita habetur. l. cum quidã,
iuncta glossa. 3. ibi, &. l. cùm pater. §. rogo.
ff. de leg. 2. &. l. fideicommissa. §. quãquam,
&. §. sequenti. ff. de leg. 3. & affirmat Bart.
& cõmunis doctorum sentẽtia, quam Molina vbi supra. n. 46. refert ac sequitur. Si tamen eligat dignum, prætermisso digniori,
valida est talis electio, neque retractari potest. Ita glossa. 3. l. cum quidam. ff. de leg. 2.
quam Bart. ibi. & doctores communiter sequuntur, vt affirmat Molina nu. 46. citato.

A Ratio autem est, quoniã, si in electionibus,
siue ex iuris, siue ex hominis dispositione,
ex eo admitteretur retractatio, atq; annullatio electionis, quòd, digno electo, dignior esset prætermissus, lites circa electiones valde multiplicarentur, in reipublicæ,
& electorum maximũ prejudicium: ideoq;
noluerunt iura, vt electiones ex eo capite
retractari, ac nullę reddi possent. Vnde meritò Molina vbi supra. n. 48. cum communi
doctorũ sentẽtia, reprobat Panor. & Decij
opinionem, qui censuerunt, doctrinã hanc
esse intelligendã, quando ab electione non
B fuit appellatum intrà tempus à iure ad appellandum concessum, quasi, si appelletur
ab electione, ac probetur, digniorem fuisse
prætermissum, reuocanda sit electio. Quia
verò rem hanc de electione digni, prætermisso digniori, late vniuersim examinamus
tractatu. 6. vbi proprius locus est hæc vniuersim examinãdi, non plura hac de re hoc
loco dicimus. Hæc de primo eorum, quæ
proposita sunt.

Quod ad secundum verò attinet, relin-
quendo tractatui sexto disputationem de
electione, tum ad beneficia ecclesiastica,
tum etiam ad officia publica, tam secularia, C
quàm ecclesiastica, hoc loco solùm dicendum erit, de electione ad maioratũ, seu fideicõmissum, & ad meliorandum aliquẽ in
quãtitate, in qua leges permittũt melioratio-
nẽ fieri pro libito disponẽtis de suis bonis.

Illud verò ante omnia est obseruãdum, 3
pro qualitate rei, ad quam fuerit electio, iudicandũ esse, quis cẽsendus sit ea dignus, &
quis indignus; quis itẽ alio dignior, vt tractatu. 6. explanabitur. Atq;, si quis, vel mediocriter, idoneus sit ad rem, ad quam sibi
fieri debet electio, cẽsendus est ea dignus.
Si verò nulla ratione sit ad eã idoneus, vel
quia suis corruptis moribus facilè illã dissipabit, ac perdet, aut dãno, & nocumento
erit alijs, præsertim sibi subditis ratione
eius maioratus, aut administrationis, vel
quia caret iudicio ac prudẽtia, aut alijs do-
tibus, ad eam administrandã necessarijs, vel
ingratus valde existit institutori rei illius,
iudicandus est ea indignus. In re autẽ proposita, non ex eo solum iudicãdus quis est
dignior alijs, quòd sit sanctior, aut literis eminẽ-
tior cęteris; sed ex eo, quòd, spectatis simul cę-
teris circũstantijs cõcurrentibus, iudicatur
maioratui regẽdo, & administrãdo, illiusq;
oneribus subeundis, aptior, esto literis, aut
sanctitate ab alio, aut alijs pręcellatur. Qua
rẽ, quia maioratus instituuntur, vt nomen

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac nobilitas familiæ conseruetur, & augeatur, & vt præsidio atq; ornamẽto sint reipublicę, multũ, vt quis idonior alijs ad eum iudicetur, conducet, si militiæ strenuitate, ciuili vrbanitate, & alijs similibus naturalibus donis, quę ad id cõferũt, alios excedat. Multũ etiã ad id conducet, esse natu maiorem inter suos fratres: præsertim cùm Hispaniarum cõsuetudine, primaq; maioratuũ institutione, primogeniti in eis soleant succedere, aptioresq; sint, vt in eis familia cõseruetur. A

His ita constitutis, Ioannes Lupus c. per vest. de donat. inter vir. & vxo. notat. 3. §. 26. Ant. Gom. l. 17. Taur. n. 18. & alij, quos Molina vbi supra nu. 59. citat, asseuerant, parentẽ, qui filiũ ex tertio & quinto meliorat, aut maioratũ ex eodẽ tertio & quinto instituit, teneri in foro conscientiæ, sub reatu culpæ lethalis, eligere ad id, non solùm dignum, sed etiam digniorem ex filijs. Id cõfirmant ex l. fœminę. in princ. C. de secun. nupt. Vbi disponitur, matrem transeuntem ad secundas nuptias, quæ tenetur filijs prioris matrimonij reseruare, quæ ex titulo lucratiuo ipsi ex patre eorum aduenerũt, posse vni ex illis ea prælegare; modò tamen in illum, non ex sola voluntate, sed ex contemplatione meritorum, iudicium suæ liberalitatis direxerit. B C

Argumentum.

4 Quod tamẽ ad institutorẽ maioratus de bonis suis, aut ad meliorantẽ de eisdẽ bonis attinet, de quibus ex præscripto legũ, aut ex principis facultate, liberè potest disponere, vel simpliciter, vel inter descẽdentes, dicendũ est cum Couar. reg. peccatũ p. 2. §. 7. n. 7. & cum alijs, quorum opinionem refert Molina vbi supra. nu. 64. & quam sequitur. n. 67. non peccare, si maioratũ instituat in filio digno, aut eum melioret, prætermisso digniori. Probatur, quoniam ea bona propria sunt parentis ita de illis disponentis; neq; ex cõmutatiua, aut distributiua iustitia, sunt debita cæteris exclusis; quin potius ei parenti integrum est relictũ, eo modo de illis disponere: ergo, eligendo dignum, non peccat, esto prætermittat digniorẽ, etiã maiorem natu. Neque sanè in eo cerni potest vitiũ acceptionis personarũ: quoniã, vbi nulla est ratio debiti, sed dispositio est de bonis proprijs, de quibus pro suo arbitratu potest quis eo modo disponere, nõ potest esse vitiũ acceptionis personarũ, vt, iuxta illud Matth. 20. *Amice non facio tibi iniuriam. An non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus* D

sum? ait D. Th. 2. 2. q. 63. art. 1. ad. 3. & tract. 6. dicetur. Habentq; hæc locũ, etiamsi maioratus includat iurisdictionẽ temporalem in subditos: quoniã satis est, dignũ illis præficere, qui eam iurisdictionẽ per se, vel per alios, in ipsos exerceat. Confirmatur, quia, qui ex eo ius patronatus habet præsentãdi ministrũ ad aliquã Ecclesiam, quoniã ipse, aut antecessores ipsius, de suis bonis eã dotarunt, licitè ad eam præsentat dignũ, prætermisso digniori, etiamsi ad beneficium, quod curã habeat animarũ, ministrũ præsentet, vt tractatu. 6. ostẽdemus: ergo, quãdo quis instituit maioratũ de suis bonis patrimonialibus, esto iurisdictionẽ secularem includat, satis est, si dignũ ad eum maioratum eligat. Præsertim cùm nullus sit, qui diffiteatur, ad talẽ maioratum, & ad regna vocari posse in infimũ primogenitos, nihil impediente, q̃ probabiliter sit futurum, vt inter eos aliqui indigni succedant. Regnũ quippe Iudæorum à Deo fuit ita institutum, cùm præsciret, multos futuros pessimos, Regnoq; illo indignos. Hoc diluciduis reddetur ex dicendis tractatu. 6.

5 Vtrum autẽ institutor maioratus, possit maioratũ instituere in filio indigno, aut meliorator possit meliorare filium indignum, prætermissis dignis. Dicendũ est, si id efficiat, validè illud efficere: itemq; non peccare contra iustitiã, aduersus dignos, quos prætermittit: eò quòd ea bona nulli alteri sint debita, atque adeò nulli alterius iuri præiudicet in ea institutione, aut melioratione. Si tamen is maioratus, aut ea melioratio, includeret iurisdictionẽ temporalẽ, & tam perditus esset moribus, qui ita instituerẽtur, aut melioraretur, vt iniustitias in sibi subditos exerceat, eaq; institutio, aut melioratio, in perniciem, ac detrimentũ cederet subditorum, tunc non dubito, institutorem, aut meliorantẽ, non solum peccare lethaliter contra charitatem ita eum instituendo, aut meliorando, sed etiam peccare contra iustitiã aduersus eos subditos, cum onere restituendi damna subsequuta ex ea institutione. Probatur, quoniam esset causa eorũ damnorum. Et quoniã ea iurisdictio à supremo principe, tanquã pars totius iurisdictionis tẽporalis reipublicę, fuisset tandẽ ad eum deriuata, vel emptionis, vel donationis, aut alio simili titulo; nec princeps potuit liberiorẽ, aut ampliorem, illã in ipsum transferre, quam sibi competeret: princeps autem lethaliter peccat, cum onere restituendi damna, si alicui parti reipublicæ, sciens

sciens & prudens, præficiat aliquem, qui indignus ea administratione sit, futurusq; sit pernicios⁹us & iniustus subditis illis, vt tractatu. 6. videbimus, idque ex se satis liquet: ergo eodem modo peccabit, & ad restitutionem tenebitur, qui in eiusmodi filio maioratum instituerit, aut qui eum meliorauerit in eis bonis. Quando autem maioratus, aut melioratio, iurisdictionem non includeret, affirmat Couar. n. 7. citato, non esse peccatũ instituere, aut meliorare indignum; sed solum ad decentiam, & honestatem moralem, atq; adeò ad virtutẽ spectare, non instituere indignum, & præferre digniorem, aut digniorem; prætermissionem verò eius honestatis, aut eius actus virtutis, nõ esse peccatum. Subscribit verò Molina vbi supra. n. 70. quando melioratio, aut institutio, solum esset de quinto, quod liberè parens relinquere posset extraneo: secus si esset de tertio, quod debitũ est descendentibus, licèt non huic, aut illi in particulari: & multò magis, si maioratus institutio, ex regia facultate, contigerit legitimas aliorũ filiorum. Equidem dicerẽ, si institutus, aut melioratus, non esset futurus noxius alijs notabiliter in eis bonis, neq; illa esset dilapidaturus, vt nõ poteſt ea dilapidare, si vinculo maioratus sint alligata, rarò damnandum esse culpæ lethalis, qui ita instituerẽt, aut melioraret, indignum, etiam de tertio, cuius dispositio perinde libera relicta est parentibus inter descendentes, ac si non esset debita: imò verò nulli in particulari est debita: præsertim cùm nepotibus, aut pronepotibus, possit liberè relinqui, quibus legitima non est debita. Culpa tamen esset venialis, præferre in eiusmodi bonis notabiliter indignos facti indignitate. Relinquere verò aliquid ad id de iure indignis, hoc est, incapacibus, non solùm esset culpa lethalis, si quantitas ad culpã lechalẽ sufficeret, sed etiã inualidũ esset quicquid ita attẽtaretur, cum onere illud restituẽdi, vt, dum de successione illegitimorum habitus est sermo, dictum est. D

Ad argumentum.

Ad. l. autem fœminę dicendũ est, eam facultatem sublatam iam eis esse de iure authenticorũ ea bona relinquendi alicui filiorum prioris matrimonij, sed teneri illa diuidere equaliter inter eos filios, vt disput. 431. dictũ est. Præterea ea mulier disponebat de eis bonis, nõ tanquam de proprijs, sed tanquam de bonis mariti; qua de causa facultas illa ita alligata meritis filiorũ relicta fuit ei ex præscripto eius legis: quæ facultas posteà omnino sublata ab ea est: in re autem proposita, parentes disponunt de suis proprijs bonis iuxta legũ, aut facultatis principis permissionẽ. Quòd si argumẽtum vliã vim haberet, probaret etiam, institutionem maioratus, aut melioratione, factam digno, prætermissis dignioribus, esse ipso iure nullam: sicut, si mulier illa, iuxta. l. fœminæ, non distribueret ea bona inter filios pro quantitate meritorum, distributio erat ipso iure nulla. A

Quod verò attinet ad eum, in cuius liberã voluntatẽ est relictũ, vt eligeret, quẽ vellet, ad maioratũ, aut ad melioratione; vt si vxor eam electionem relinqueret liberæ mariti voluntati, vt eligeret ex liberis vtriq; communibus; sanè idem ferè dicendum censeo, quod de institutore ipso dictum est, tam de electione digni, prętermissodigniori, quàm de electione indigni; saltem quando is verè intelligeret, liberam omnino electionẽ esse sibi relictam, qualem institutor habebat; & non quando confidendo de illo, quòd id, quod magis expediret, efficeret, tam ampla facultas esset ei relicta: nã tunc in foro conscientiæ censendũ esset, tanquam in arbitratorẽ, electionem illam esse ei relictã, ac proinde idẽ dicendũ in eo foro erit, quod de eo, in cuius arbitrio electio esset relicta, statim subijciemus: tunc enim honoris tantùm gratia, atque ad lites in exteriori foro præscindendas, censenda esset cõmissa electio sub ea forma. Institutor autem, qui ampliſsimã illam aliam facultatem alicui reliquit, sibi imputare debet, si indignus, præter suam intentionẽ ac voluntatẽ, eligatur: atque, quod nos hac de re asserimus, iura planè satis apertè significant. Neq; Bart. à Molina vbi supra. n. 71. relatus, huic nostræ doctrinæ aduersatur: de eo quippe loquitur, in cuius arbitrio electio est commissa, quando ait, non censeri ei cõmissam facultatẽ ad eligendũ indignum. Dixi, ferè idem esse dicendum: quoniã grauius erit peccatũ, eum, cuius liberę voluntati electio est cõmissa, eligere indignũ, quàm proprium dominum ac dispositorem eorum bonorum, idem efficere: cùm sit credẽdum dominũ, confiſſum electorẽ nihil siniſtrũ esse effecturum, tantam facultatem ei commisiſse. B C

7 Quod deniq; ad eum attinet, cuius arbitrio electio cõmissa est, dicendũ est cũ Molina, teneri in for. conſcientię eligere digniorem, nec satis esse, si dignũ eligat: tamet si in exteriori foro, ad litibus obuiandũ, toleretur ea electio digni: nõ verò indigni, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

supra dictum est. Quòd autem in foro conscientiæ teneatur is eligere dignioré, neq; satis sit eligere dignum, vel ex eo constat, quòd idcirco eius arbitrio sit commissa electio, vt eligat meliorem, idq; significat forma illa, quem fueris arbitratus, esse scilicet aptiorem ac digniorem. A

Molina nó explicat, vtrum, si elector túc eligat dignum, prætermisso digniori, vltra peccatũ, teneatur ad restitutionẽ digniori emolumenti, quo eum priuauit, si, sciens & prudens alterum esse minus dignũ, aut non adhibita morali diligentia ad id examinandum & agnoscendum, eum elegit. Iuxta id verò, quod quódam copiosè probauimus, & tractatu. 6. lubijciemus, atq; in quo idem Molina vbi supra. n. 57. nobiscum conuenit aduersùs quosdá alios, gauisuſq; sum, eum nobiscum ea in parte reperisse consentientem, nempe, quando electio est per concursum, edicto appositio, quòd id dabitur digniori, eligentem minus dignum, teneri ad restitutionem digniori, dicendum arbitror. In re proposita, eligentem, ex aliquibus certis statutis ab institutore, minus dignum, prætermisso digniori, teneri ad restitutionem digniori. Ducor, quoniam eo ipso ius habent ad rem illam soli illi deputati ab institutore, habentque ius ex præscripto eiusdem institutoris, vt detur digniori, commissumq; est electori, vt iudicet, quis sit dignior & aptior, suoq; iudicio & electioni eam illi cóferat: quare, si sua culpa eligat minus dignum, prætermisso digniori, præiudicat sua nequitia & culpa iuri illi iustitiæ dignioris, atq; adeò iniustitiam aduersus illum committit, cum restituendi onere. Quia verò locus proprius hæc copiosiùs examinandi ac probandi, non est præsens disputatio, sed tractatus sextus, hæc de re non plura hoc loco subijciam. Illud verò est obseruandum, minus dignum ita electum, neque peccare acceptando electionem, & occupando rem electam, neque proinde teneri ad restitutionem illius digniori: quòd copiosè tractatu. 6. ostendemus, & affirmant Molina vbi supra. n. 75. & alij, quos citat, & quos nos copiosiùs eodem tractatu. 6. citabimus. B

SVMMARIVM.

1 BONA *omnia liberæ censentur, nisi contrarium probetur.*

2 *Maioratus titulo præscriptionis vt acquiratur ac probetur.*

De maioratuum consistentia titulo præscriptionis. Disp. 596.

VM bona præsumantur libera, minimeque vincula maioratus subiecta; ad eumq; proinde, qui vinculo maioratus ea esse subiecta contendit, orta ea de re controuersia, probare spectet, ea vinculo maioratus subiecta esse; sanè, quando non adest perspicua probatio tituli ad id legitimi, atque indubitati, atque adeò quando omnino non constat de origine ac creatione talis maioratus, titulo præscriptionis eum consistere, legitimeque possideri, est probandum, vt disput. 75. dicebamus. Ibi verò ostendimus, de iure huius Castellæ regni. l. 41. Tauri, quæ est l. 1. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. quando de nullo omnino constat titulo, necesse esse probare, ita consuetudine, seu possessione, de cuius initio non extat memoria, semper tanquam bona maioratus illa fuisse possessa, & qualis ac quàm qualificata ea probatio esse debeat. Disputatione verò. 76. subiecimus, quid interest inter cẽtenariam præscriptionem, & præscriptionem de cuius initio non extat memoria, & quomodo vtraque probetur. Eadem item disput. 75. & disput. 590. conjectura. 9. ostendimus, cum titulo minimè indubitato, quantum tempus ad præscribendum ea bona esse maioratus, tum aduersùs præsentes, tum etiam aduersus futuros, sufficiat. Qua de causa non est cur plura hac de re hoc loco dicamus. Longissimam verò his de rebus texit disputationem Molina lib. 2. de primog. cap. 6. Omnia tamen admetienda sunt ad ea, quæ locis citatis nos breuissimè explicauimus. C D

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *regiam requirens facultatem vt sit validus, validus non est, si post eum confectum regia facultas obtineatur: nisi in ea dicatur, confirmari antea confectum. Quando autem institutio & facultas eandem continent diem, præsumitur facultas antecessisse, nisi contrarium probetur.*

2 *Confirmatio, quæ in forma cẽmuni, & quæ in forma speciali et ex certa sciẽtia, et quid vtraq; requirat,*

requirat, vt valida sit, nec surreptitia cẽseatur.

3 *Cõfirmatio in forma communi, actui inualido vires non adhibet, sed solum corroborat validum. Confirmatio verò in forma speciali, actũ alioquin inualidum, reddit validum, nisi surreptitiè sit obtenta.*

4 *Maioratus indigens regia facultate vt sit validus, si sinè ea inualidè sit institutus, vt validus reddatur, nõ sufficit confirmatio in forma communi, sed requiritur in forma speciali: in forma autem speciali confirmatur, quando dicitur confirmari antea institutum.*

5 *Si in ipso instrumento institutionis maioratus inualidè instituti sinè regia facultate, adderetur approbatio & confirmatio Regis, confirmatus censeretur ex certa sciẽtia, seu in forma speciali, & quibus alijs modis idem fieret.*

6 *Maioratus si institutus fuit facultate Regis surreptitia, aut sinè Regia facultate necessaria, vel confirmatus fuit à Rege inualidè, & cum eis titulis præsumptis bona fide à successoribus fuit possessus decem annis inter præsentes, et viginti inter absẽtes, titulo præscriptionis est cõparatũ dominiũ illius. In foro tamne exteriori fortè non præsumeretur bona fides.*

Regis facultas, aut confirmatio, qualis necessaria, vt ea institutio maioratus sit valida, quæ Regis facultatem, vt valida sit, requirit. Disp. 597.

DICENDVM est deinde de aliquibus solemnitatibus requisitis, vt maioratus validi instituãtur ac creentur. Et primò de facultate Regis, & de cõfirmatione, quãdo, sine Regis facultate necessaria, instituti à principio sunt.

Ex dictis disp. 576. & 579. satis constat, quando, vt maioratus validè instituatur, necessaria sit Regis facultas; quando non item. Præterea disp. 578. concl. 3. 4. & 5. explanatum, est, quando, ex nostra sententia, possit Rex eam facultatem concedere, & quando concedere eam nõ possit. Et disp. 582. est examinatum, num vtile, aut inutile sit, maioratus, qui absque Regia facultate validè possunt institui, ex Regia institui facultate.

1 Quod ad rẽ præsentẽ attinet l. 42. Taur. quæ est l. 3. tit. 7. lib. 5. nouę collectionis, sic est sancitum. *Ordenamos y mandamos, que la licencia del Rey para fazer mayorazgo, preceda a el fazer mayorazgo, de manera, q̃ aunque el Rey de licencia para fazer mayorazgo, por virtud de la tal licencia no se conforme el mayorazgo, q̃ de antes estuuiere hecho. Saluo si en la tal licencia expressamente dixese, que aprobaua el mayorazgo que estaua hecho.* Hinc vides, quando maioratus institutio indiget facultate Regis, vt sit valida, non satis esse subsequi ex interuallo eam facultatem, sed necesse esse antecedere, aut certè simul, dum maioratus instituitur, concedi & haberi eam facultatem; alioquin inualida erit talis institutio. Obseruat autem bene Molina lib. 2. de primog. c. 7. à n. 1. cum pleriq; alijs, quos citat, quando aliquid ita requiritur, vt sit validus aliquis actus, esse de substantia, formá ve præscripta seruanda in eo actu, vt sit validus. Item obseruant optimè Ant. Gom. ad l. 42. Taur. n. 3. & Molina c. 7. citato. n. 51. si facultas Regis, & maioratus institutio, confectæ reperiantur eadem die, præsumi antecessisse facultatẽ Regis, nisi contrariũ probetur: quia quando cõstat, duos actus eodem die esse celebratos, & vnus est necessarius ac prærequisitus, vt alter sit validus, præsumitur antecessisse prærequisitum, vt cum pleriſq; alijs, quos citant, affirmant. Consentiunt, quæ tradit Ludouicus Gom. de non iudicando iuxta formá supplicæ. q. 15. A B C

Vt verò intelligatur, qualis confirmatio institutionis maioratus requiratur, vt ea institutio valida reddatur, quæ, cùm indigeret principis facultate, vt esset valida, facta tamẽ fuit sinè ea facultate, obseruandũ est. Duplicé distingui confirmationẽ. Vnam, quæ appellatur in forma cõmuni, quando scilicet non præcedente informatione in particulari de actu, qui confirmatur, & de circũstantijs necessariò exprimendis illius, adhibetur cõfirmatio illius à supremo principe, aut ab alio, ad quẽ spectat cõfirmatio. Altera, quæ appellatur in forma speciali, atq; ex certa sciẽtia, quãdo scilicet præcessit informatio in particulari de actu, & de circũstantijs illius necessariò exprimendis, aut id totũ insertum est in instrumẽto cõfirmationis. Esto autẽ intẽdatur cõfirmari aliquid in hac posteriori forma, si tamẽ suppressum fuit in informatione aliquid necessariò exprimendũ ad factũ attinens, quia videlicet, si exprimeretur, vel actus nó cõfirmarerur, vel difficiliùs, attẽtis circunstãtijs cõcurrentibus, cõfirmaretur, tũc cõfirmatio est surreptitia ac nulla, vt constat. c. 1. c. qui ad nostram. c. porrecta de confirmat. D 2 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtili vel inutili, & ex alijs iuribus, idque A
siue id cõstet ex supplica, aut facto inserto
in confirmatione, siue aliunde. Panor. c. 1.
n. 6. & fusiùs. c. examinata. n. 5. & 6. de con
firmat. vtil. vel inutil. rectè ait, si confirma-
tio fiat in forma communi, & apponantur
verba, confirmamus tibi possessiones, quas
iustè & pacificè possides; vel confirmamus
compositionem, sicut prouidè facta fuit;
vel similia alia verba apponantur, tũc verba
illa efficere sensum conditionalem, videli-
cet, si iustè & pacificè possides, si prouidè
facta fuit, vt constat ex eodem. c. exami-
nata, & ex. c. quia diuersitatem, de concess.
præb. Si verò confirmatio fiat in forma par B
ticulari, efficere sensum causalem, nempe,
quia iustè & pacificè possides, quia prou-
idè facta est, ac proinde ea verba nihil ma-
gis infirmare confirmationem factam in
forma speciali, quàm si non essent appo-
sita, vt constat ex. c. venerabilis de confir-
mat. vtil. vel inutil. Addit Panor. c. exami-
nata citato. n. vltimo, esto in cõfirmatione
non sit insertus tenor acti, qui confirma-
tur, si tamen apposita sit clausula ex certa
scientia (idem intellige, si apposita sit clau-
sula de plenitudine potestatis, & maximè
si, vtrauis clausula apposita, additum sit,
supplentes omnem defectum) censeri con C
firmationem factam in forma speciali. Cõ-
sentiunt, quæ à nobis, cum plerisque alijs
autoribus, quos citauimus, disput. 174. §.
quanuis dicta sunt. Si tamen constaret ali-
quid, ad factũ attinens, fuisse suppressum,
quod difficiliorem confirmationem red-
deret, esset nihilominùs surreptitia: id ta-
men præsumendum non est, appositis eis
clausulis, quando non constat. Si item, ap-
positis eis clausulis, restrictio adderetur,
aut aliquid apponeretur, vnde constaret,
principem non intendere, vt eædem clau-
sulæ omnem effectum, quem sonant, ha-
beant, tunc non omnem eum effectum ha-
bebunt, vt eadem disp. 174. §. non immerito, additum est. Hæc verò non sic exactè
explicat Molina. c. 7. citato. n. 9.

Obseruandum deinde est, hoc esse dis-
crimen inter confirmationẽ in forma com
muni, & confirmationem in forma spe-
ciali. Quòd si actus, qui in forma communi
cõfirmatur, validus in se, secluſa ea confir-
matione, non erat, ex cõfirmatione nõ red
ditur validus: vnde eiusmodi cõfirmatio in
forma communi, actui inualido vires non
tribuit, sed solùm actui valido tribuit vi-
res. maiusq; robur ac firmitatem, vt cõstat
ex. c. vlt. de confirmat. vtil. vel inutil. & ex
c. quia diuersitatẽ, de concess. præb. & cum
Hostiensi, & communi doctorum sententia,
affirmat Molina vbi supra. n. 7. Cõfirmatio
autem in forma speciali actum, alioqui in
se inualidum, validum reddit: quoniam ad
id à principe, aut ab alio habente ad id po-
testatem adhibetur. Ita colligitur apertè ex
c. 1. & c. veniens, iuncta glossa ibi verb. con
firmatũ, de transact. & ex. c. venerabilis de
confirmat. vtil. vel inutil. & affirmat com-
munis doctorum sententia, quam Molina
vbi supra. n. 8. refert ac sequitur. Excipe,
nisi surreptitiè sit adepta: tunc enim, ex sur
reptione, inualida talis confirmatio reddi- B
tur, vt dictum est.

Hinc iam facilè intelliges, cùm ea insti- 4
tutio maioratus, quæ, vt valida sit, Regis
indiget facultate, si sinè ea fiat, sit prorsus
inualida, etiam si, postquàm facta fuerit, ac
cedat Regis facultas, vt. l. 42. Tauri est dis-
positum, vtique, vt valida reddatur Regis
confirmatione, necesse est, vt confirmatio
fiat in forma speciali, neq; satis est, si fiat in
forma communi, petendo cõfirmationem
maioratus iam antea instituti, eamq; obti-
nendo, non exprimendo quousque Regis
facultate indigeat. Ita Molina vbi supra. n.
6. Quando ergo, post maioratũ institutum, C
talis facultas ad eum instituendum obtine-
tur, quæ, si obtenta fuisset ante eum insti-
tutum, validum illum redderet, tunc, si in
ea facultate expresè adhibeatur approba-
tio, aut confirmatio maioratus illius sinè ea
facultate instituti, valida vtiq; erit ea con-
firmatio. Atq; hoc est, quod significãt ver-
ba illa. l. 42. Tauri. *Saluo si en la tal licencia ex
preſſamente ſe dixeſſe, que approbaua el mayo-
razgo que eſtaua hecho.*

Illud obserua, si in ipsa institutione ma- 5
ioratus, facta inualidè sinè Regis facultate,
adderetur approbatio, seu cõfirmatio eius-
dem maioratus, absq; alia facultate, vtique
tunc, cùm confirmatio illa esset ex certa
scientia, valida redderetur præcedens ma-
ioratus institutio. Idem esset, si constaret
aliunde, de tradita plena notitia de ipsa in-
stitutione antecedẽte, & de circunstantijs
omnibus necessariò exprimendis, cõfirma-
tionem fuisse obtentam. Idem quoq; esset,
si confirmatio contineret tales clausulas,
ex quibus constaret, mentem principis cõ-
firmantis esse, approbare eam institutionẽ
cum omnibus circunstantijs in ea conten-
tis. Cùm enim potestas, ad id omne confir-
mandũ, esset in principe, vtiq;, si ex clausu-
lis

lis confirmationis constaret, intẽdisse con- A
firmare eam institutionem cum omnibus
circunstantijs in ea contentis, valida red-
deretur ea præcedens maioratus institutio.
6 Idem Molina. c. 7. citato. n. 11. & fusiùs.
c. 6. n. 52. & duobus sequentibus, addit. Si
facultas ad maioratũ instituendum fuit sur
reptitia, idq; latuit successores in maioratu,
qui proinde cum bona fide eo titulo illum
possederunt quadraginta annis, satis id esse
ad illũ præscribendũ tãquam maioratũ. Idẽ
esse affirmat, si maioratus fuit institutus
sinè regia facultate, cùm tamẽ ad institutio
nem necessaria fuisset Regis facultas, & ob-
tenta à Rege confirmatione in forma so-
lùm communi, successores bona fide cum B
eo titulo illum possederunt quadraginta
annis, vt cum multis alijs, quos refert, asse-
uerat. Idem ego dicerem, si sinè ea confir-
matione, sed cum sola institutione bona
fide quadraginta annis illum possedissent.
Imò idem dicerem, si cum quocunq; præ-
dictorum titulorum bona fide decẽ annis
inter præsentes, & viginti inter absentes,
illũ possederint, iuxta ea quæ disp. 75. dicta
sunt, & disputatione præcedẽte retulimus.
Fortasse tamen aliquando in his euentibus
bona fides non præsumetur in foro exte- C
riori.

SVMMARIVM.

PRINCEPS *in nullo euẽtu institutionem
inualidam maioratus, quòd de Regis facul-
tate facta nõ sit, potest cõfirmare post mor-
tẽ institutoris, ac validam reddere, nisi id om-
nino postularet bonum commune, factaq; com-
pensatione ijs, in quorum præiudicium id ce-
deret, aut nisi illis omnibus libere consenti-
entibus.*

1 *Id autem verum habet, etiam si institutor pe- D
teret, vt princeps post suam mortem eam insti-
tutionem confirmaret.*

3 *Confirmatio maioratus inualidè instituti sinè
facultate Regis, si institutor mandauit, illam
peti, & incidit in amentiam antequam petere-
tur, & postea petatur vi eius mãdati, est nulla:
quoniam mandatum, re integra, expirat aman-
tia mandantis. Si autem ritè aliunde petatur
ac obtineatur ex principe ante mortem insti-
tutoris, valida est.*

4 *Maioratus institutio etiam si inualida sit sinè
Regis facultate ob solas substitutiones, si con-
firmatio illius obtineatur post mortem insti-
tutoris, inualida est.*

*Vtrum princeps institutionem maio-
ratus inualidam, quòd ex Regis fa
cultate non fuerit facta, confirma-
re possit ac validam reddere, post
mortem institutoris. Disp. 598.*



DECISSIO huius quæstionis pendet ex dictis disp. 174. ea verò de causa paucis eam comprehendemus, remittentes lectorẽ ad ea, quæ ibidem copiosiùs ex suis principijs deducta ac cõprobata sunt.

Gregor. Lopez. l. 32. titul. 9. part. 6. verb. *No valdra*, colum. vltim. versic. sed an si quis, partem amplectitur affirmantem. Citat verò ad id Angelum in additionib. ad Bart. l. penult. C. de præpos. sacr. cubic. lib. 12. vbi eum textum ad id notat, quòd princeps concedere possit priuilegium personæ iam defunctæ, validum iuris fictione reddendo testamentum illius post eius mortem, statuendo liberum eundem, qui seruus erat. *Primũ ar gumentũ.*

Id præterea confirmat ex. c. quia Ioan- *Secundum*
nes. 12. quæst. 5. vbi testamentum à quo-
dam Archiepiscopo factum absque Ro-
mani Pontificis facultate, Romanus Pon-
tifex post mortem Archiepiscopi illius
confirmat, ex quibus videtur colligi, vali-
dam similiter reddi posse, confirmatione
principis post mortem eius, qui maiora-
rum instituit, eam institutionem, quæ fue-
rat ex eo nulla, quòd absque facultate prin
cipis fuerit effecta.

In eadem sententia est Menchaca de
succes. creat. lib. 3. §. 26. num. 89. modò ea
confirmatio fiat, inserta maioratus institu-
tione.

Contrarium tamen proculdubio est di- 1
cendum, in principe videlicet non esse po-
testatem ad id efficiendum, nisi iudicaret
ita omnino expedire bono cõmuni, quod
rarò, aut nunquam, eueniet. Et nisi tunc
compensaretur ascendentibus, aut descen-
dentibus, institutoris eius maioratus, quod
sua intererat, in institutionẽ perseuerare nul-
lam, ipsofq; succedere in eis bonis minimè
vinculatis. Loquimur autem quando insti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutio absque regia facultate id circo est nul A
la, quòd contingat legitimas descendentium, aut ascendentium.

Tres euentus distinguit, ac disputat Molina lib.2.de primog.c.7.à.n.14. Primus, quando princeps post mortem institutoris, ignorando tamen mortuum esse, ac proinde ius descendentibus, aut ascendentibus, esse quæsitum ad ea bona, saltem dependenter ab additione futura, confirmat maioratus institutionem. Atq; in hoc euentu meritò ait, confirmationem esse nullam: quoniam incognita fuit principi qualitas illa iuris illius iam eo modo delati ascedentibus, aut descendentibus, quæ qualitas, vt minimum, difficiliorem multò redderet eam confirmationem, ac proinde nulla eo ipso, ac surreptitia est censenda. B

Secúdus, quando, cognita quidem morte illius, adhibitisq; quibusdam clausulis, minimè tamen examinato iure aliorum, cui ea confirmatio præiudicabat, neq; illi in particulari derogando, eam institutionem confirmauit. In quo euentu multis contendit, confirmationem esse nullam. Quia tamen ex his, quæ in tertio euentu subiungemus, facilè constabit, nullam esse confirmationem eo modo factam, non plura circa eam dico.

Tertius est, quando principi constat, mortuum esse institutorem, & propterea quòd institutio fuerit nulla, ius morte institutoris esse quæsitum ad ea bona ascendentibus, aut descendentibus, & quantum ac quale illud sit. Atq; tunc quæritur, vtrũ de plenitudine potestatis (excepto euentu illo, quòd omnino ita expediat bono communi, & quòd compensatio fiat ijs, qui id ius comparárũt) licitè ac validè possit princeps confirmare eam institutionem, ac præiudicare iuri iam ita quæsito descendentibus, aut ascendẽtibus. Vt autem disp. 174. in re alia simili dicebamus, conueniunt doctores, quos ibi citauimus, & ex parte citat Molina vbi supra.n.28. si adita sit iam hæreditas, & cõparata sit possessio, nec licitè, nec validè posse id efficere principẽ: quoniã non potest spoliare descendẽtes illos, aut ascẽdtes dominio earũ rerum, semel iam rite comparato. Idem affirmant ferè omnes ijdem autores, quos disputatione citata retulimus, & quos sequitur Molina n.28 citato, quãdo hæreditas erat iã adita, sed nondũm erat cõparata possessio: quoniam, ex iuris ciuilis dispositione, per solam additionem, sinè possessione, fuit dominium earundem rerum comparatum, quo semel rite ita acquisito, non potest princeps iustè, aut validè spoliare eos descendentes, aut ascendentes. Quãdo autem hæreditas illa erat quidem eis descendentibus, aut ascendentibus delata, sed nondum erat ab ipsis adita, Molina vbi supra, & alij, quos disputatione citata retulimus, contendunt, posse principem de plenitudine potestatis valide illos eo iure spoliare. Addit tamen Molina in calce. n.33. Hoc autem non credimus vnquam christianissimos Hispaniarum principes absque magna atq; publica causa facturos: cum absq; cõscientię dicrimine, atq; absq; maxima totiorum, aliorumq; descendentium, vel ascendentiũ, quibus iam hæreditas delata est, iactura fieri non possit. Ficq; nunquam in Hispaniarum regnis id factum fuisse vidimus, aut ab alijs accepimus. Hæc ille. Nos verò disp.174.citata, satis perspicue, ni fallimur, ostendimus, nec licitè, ne validè posse confirmari talem maioratus institutionẽ; eaq; de causa non plura hæc de re hoc loco dicimus. Illud admouerim, si quando aliqua eiusmodi institutio à principe in hoc Castellæ Regno confirmaretur, adhibitis quibuscunque clausulis, confirmationibus, & derogationibus, mandandam non esse exe C
quutioni à potestatibus publicis, eò quòd aprtè id sit in præiudicium tertij, iuxta ea, quæ sanctè ac prudenter. l.1. 2. & .3 .titu. 14.lib.4. noue collect. dispositа sunt. Addit vbi supra Molina.n.34. si ij omnes, quibus præiudicium afferre posset ea confirmatio maioratus, illam peterẽt à principe, tunc principem validè ac licitè posse eam adhibere: de qua re nullum sanè potest esse dubium.

Ad primum vnde Greg. Lopez ad contrariam opinionem affirmandam ducebatur, dicendum est. Ibi esse sermonem de seruo oblato principi, vt in eius cubiculo seruiat, quem vult eo ipso esse liberum: idque priuilegium extẽdit ad eiusmodi suos seruos iam mortuos, vt valeant eorum testamenta, ac si fuissent hominum liberorum: cum verò id in nullius tertij sit præiudicium, sed in suum solum, qui succedere debebat in eis bonis, sanè licitè ac validè illud potest efficere: inde verò nõ sequitur, efficere id etiã posse in eo, de quo disputauimus, quod esset in præiudicium atque in iniuriam manifestam descendentium, aut ascendentiũ, qui ad ea bona, morte institutoris talis maioratus, ius comparassent. *Ad primũ*

Ad

Ad secundum.

Ad secundum verò dicendum est, Summũ Pontificem illi Archiepiscopo promisisse, se confirmaturum id testamentum, vt ex eodẽ textu constat; quæ promissio vim habuit confirmationis illius in vita eiusdẽ Archiepiscopi, facultatisq; ad illud validè ac firmiter conficiendum, antequàm ad ea bona ius, morte eius Archiepiscopi, alteri quæreretur: quarè inde nõ sequitur, principẽ confirmare posse institutionẽ maioratus inualidã, postquam morte institutoris ius est comparatũ ad ea bona descendentibus, aut ascendentibus eius institutoris. A

Dubium est, vtrum quando, qui inualidè maioratũ, ob defectum regiæ ad id facultatis, instituit, petiuit à principe in ea institutione, vt eam confirmaret, possit princeps post mortem talis institutoris validè illam cõfirmare. Greg. Lopez. l. 32. tit. 9. part. 6. verb. *no valdra.* col. 11. vers. quæro præterea, & Menchaca de succes. creat. lib. 3. §. 26. n. 105. & .106. affirmanter respondent, argumento eorum, quæ dicta sunt disp. 173. §. penult. & disp. 147. §. illud etiam, nempe, si pater instituit filium suum naturalem hæredem, petendo à principe, vt velit eum ligitimare, atque adeò sub conditione, si princeps velit eum legitimare, tunc, subsequuto principis consensu post mortem patris, qui (si pater sobolem legitimam non reliquit) facile obtinebitur, efficiatur talem filium legitimum, & succedere ex eo testamento patri, vt habetur, in authentico quib. mod. natur. efficiantur sui. §. si verò is, &c. lib. 6. titul. 15. part. 4. Eodem modo inquit Greg. Lopez ibidem colum. penult. vers. item nota, si quis inualidè, ob defectum eiusdem facultatis, instituat maioratum (sub conditione tamen, si princeps velit eam institutionem confirmare, posse principem valide eam confirmare. B

Contrarium verò dicendũ est cum Molina. c.7. citato à.n.36. idq; ob ea, quæ circa præcedentem quæstionem dicta sunt. Ratio autem diuersitatis inter eam legitimationẽ post mortem patris in eo euentu, & confirmationem maioratus in his euentibus, de quibus disputamus, est. Quoniã, vt ex authentico citato constat, & disput. 174. explicatum est, princeps eam facultatem sibi reseruauit ad legitimandum post mortem patris, si id pater ita postularet dum viueret, atque adeò, quòd succederet filius illegitimus, aut non, sed hæreditas deuoluerẽtur ad hæredes ab intestato mortuo eo patre, pendens fuit ex eo, quòd ipse vellet annuere votis ac petitioni patris, aut nõ. In re autẽ proposita, agitur de præiudicio descendentiũ, aut ascendentiũ, q̃ cõtingant legitimę ipsis ex iuris dispositione, atq; iuxta id, quod postulat natura ipsa rei, debitæ in bonis, ex quibus institutus est talis maioratus. Præterea, nõ solùm ex iuris dispositione, & per epicheiã, princeps non sibi reseruauit facultatem confirmandi post mortem institutoris inualidã institutionem maioratus, sinè ipsius facultate factam, atque adeò nõ fecit depẽdens ab ipsius confirmatione, quòd descendentes, aut ascendentes, in re proposita compararent, aut non compararent perfectum ius morte talis institutoris, sed etiã apertè sanciuit, vt ea institutio esset nulla, nec redderetur valida sequenti cõfirmatione, quæ ab ipso fieret, vt apertè cõstat. l. 42. Tauri; quarè non est vtrobiq; eadem ratio, neq; quod de legitimatione in eo euẽtu est sancitum post mortem patris, extendendum est ad confirmationem institutionis maioratus inualidæ post mortem institutoris. C

Vtrum autem, si is, qui maioratum, ob defectum facultatis principis ad eam institutionem illius requisitę, inualidè instituit, incidat in amentiam, valida fit confirmatio eius maioratus facta post furorem talis institutoris, sed ante mortẽ eiusdem. Greg. Lopez vbi supra colum. 12. vers. item nota, rectè ait, si is, qui ita maioratum instituit, mittat ad Regem, vt confirmet eam inualidam institutionem; atque, dum ita misit, incidit in amentiam, re integra, ante quàm res exequutioni mãdaretur, cõfirmationẽ postea obtentã vi talis mandati, esse nullã eò quòd mandatum expiret morte, aut amentia mandantis re integra, vt constat ex. l. si quis alicui. ff. de acquirend. hæred. & in calce disp. 552. est dictum. Nõ tamen arbitror Gregorium Lopez negaturum, confirmationẽ eius maioratus alioqui factã à Rege, non vi illius mandati institutoris, sed aliunde legitimè petitam, validam esse; cùm ipse, vt ex dictis constat, asseueret, tametsi falsò, confirmationem illam validè fieri posse à principe, etiam post mortem institutoris. Molina tamen. c.7. citato. nu. 44. sententiam Greg. Lopez refert, quasi omnino asseruerit, confirmationem eius maioratus nullo ratione validam esse, si obtineatur post furiam, & ante mortem talis institutoris. Ipse verò contrarium meritò affirmat, quando princeps, sciens institutorem in furiam postea incidisse, cognitaque D

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius tota serie institutionis, eam confirmaret ad petitionem illius antequàm fureret, vel ad petitionem vocati ad maioratum, vel certè ad petitionem curatoris talis furiosi, qui, vt contratus, & alia exercere potest nomine talis furiosi, saltem ex decreto iudicis, sic poterit id petere, sequendo voluntatem legitimam furiosi ea in parte, dum sanæ erat mentis. Ratio potissima est, quoniam per furiam, interimdum institutor viuit, non compararunt descendentes, aut ascendentes, ius perfectum ad suas integras legitimas, & ad cætera bona eius maioratus inter ipsos dividenda: eaque de causa princeps tunc dispensare poterit in ijs legibus, ex quibus, per mortem institutoris, ea bona deferuntur ad ipsos descendentes, aut ascêdentes, ac proinde confirmare poterit maioratum illum rationabiliter institutũ, ad cuius institutionẽ concedere potuit facultatem antequam instituerẽtur, si tũc ab illo peteretur. Neq; quicquam huic sententiæ refragatur. l. si quis alicui. ff. de acquirend. possess. Neque, sanè Greg. Lopez, quicquam ei ita acceptæ refragari existimat.

Si, vt maioratus instituerẽtur, necessaria non erat Regis facultas, quia non contingebat portiones legitimas descendẽtium, aut ascendentium, attamen necessaria erat propter substitutiones, aut vocationes, quę contra præscriptum l. 27. Tauri, seu l. 11. tit. 6. lib. 5. novæ collect. ad eum fierent quoad tertium, in quo is maioratus instituebatur in aliquo descendentiũ, tunc ait Greg. Lopez vbi supra colum. penult. vers. aduerte etiam, necessarium non esse, vt facultas Regis precedat institutionem, iuxta præscriptum l. 42. Tauri, sed satis esse, si sequatur quoad id eam institutionem, possęque eam confirmationem valide fieri post mortem institutoris. Meritò tamen contrarium affirmat Molina, c. 7. citato. n. 50. Quoniam, quæ est ratio de tota institutione, aut de parte præcipua, vt præcedere debeat facultas Regis necessaria, vt ea sit valida, neq; sufficiat eam subsequi, eadem est de parte, quæ similiter regia facultate indiget, vt sit valida, præsertim cum lex. 42. Tauri vniuersim loquatur.

SVMMARIVM.

4 GRATIA statim ac est concessa per verbum, fiat, valida est in conscientiæ foro, esto literæ non sint expeditæ: & quamuis expeditio literarum requiratur, vt fidem de ea faciant in foro exteriori, si tamen sint expeditæ, etiam tempore sequentis Summi Pontificis, valet gratia à tempore, quo fuit facta.

2 Iudici si iur. fiducio concedatur, nõ prius valet iudicium, quam literæ conficiantur ac intimentur, iudiciumq; antea ceptum, est nullum.

3 Maioratus si vt validè instituatur, necessaria est facultas regia, necessarium est in hoc regno vt præcedat confectio literarum eius facultatis, neque sufficit supplicam expeditam esse per verbum, fiat.

4 Gratia licet sit ad aliquid faciẽdum, valida est modo explicato ante literarum confectionem, modò non sit talis, quæ iuxta stylum Cancellariæ non sit expedienda, aut sit limitanda.

5 Maioratus instituendi facultas concessa à principe, non expirat: morte principis, qui illam concessit, esto maioratus nondum vi eius facultatis esset institutus; modò tamen literæ eæ de re essent confectæ ac subscriptæ ab eo principe.

6 Gratia concessa, etiam si sit ad aliquid iuxta eam faciendum, non expirat morte concedentis, esto nullus ea gratia sit vsus, nec literæ essent confectæ, successorq; debet ea de re literas conficere, suo tamen nomine. Expirat tamen, quando gratia est concessa per ministros, dependenter à subscriptione principis, & literæ non fuerant confectæ tempore mortis eius principis.

7 Maioratus sine regia facultate inualidè institutus, esto confirmetur, si tamen literæ eius confirmationis non sint integrè cõfectæ tẽpore mortis eius Regis, expirat ea confirmatio, inualidaq; est talis maioratus institutio.

8 Maioratus inualidè institutus, si confirmetur viuente institutore, nectamen literæ eius confirmationis expeditæ sint viuente institutore, expediri non possunt, inualidaq; est ea institutio.

9 Maioratus institutio facta quidem ab eo, qui habebat regiam facultatem ad eum ita instituendum, ignorante tamen se habere eam facultatem, inualida est. Habens autem facultatem, esto non exprimat se ex illa maioratum instituere, censetur ex ea illum instituere.

10 Maioratus instituendi qui facultatem à Rege habet, esto ea non vtatur decennio à puncto concessionis, potest vi illius eum instituere.

QVANDÒ

Quando ad maioratus institutionem necessaria est regia facultas, num satis sit, si ea sit concessa; an verò requiratur, vt literis sit expedita ante maioratus institutionem. Et vtrũ expiret, re integra, morte cõcedentis. Et quid de confirmatione maioratus quoad hæc omnia. Disp. 599.

QVOD ad primum attinet, sciendum est, controuersiam esse, num, vt gratia concessa valeat, satis sit eam cõcessam esse à principe per verbum, fiat, an insuper sit necesse, vt de ea sint vlteriùs literæ confectæ & omnino expeditæ. Et quòd necessarium etiam sit hoc secundum, suadetur. Quoniam, vt Ludouicus Gom. in prefacione regulæ de non iudicando iuxta formam supplicę, refert, Adrianus sextus in procemio eiusdem regulæ adiecit hæc verba, *Cùm ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis.* Vnde domini de Rota, vt habetur decis. 458. in nouis, & referunt idẽ Ludouicus Gom. vbi supra. q. 1. & Molina lib. 2. de primog. c. 7. n. 53. & affirmat AEgidius Bellamera, & alij, quos referunt, per expeditionem literarum datur forma & perfectio gratiæ, quę ante eam dicitur informis & imperfecta, atque idem probat regula Cancellariæ citata: qua ratione dixit idem AEgidius cons. 34. gratiam habere tacitam conditionem, si literæ expediantur: ideò enim, inquit, Summus Pontificex habet tot officiales in Cancellaria ad expeditionem literarum, vt literę ab eis ante expeditionem reijci possint, earumque expeditio possit recusari, & vt apponantur clausulæ iuxta stylum curiæ explanantes ac restringentes concessionem supplicæ: quo fit, vt ante earum expeditionem nihil sit perfectum & consummantum. vt Feli. in rub. de cost. & alibi affirmat. Id quòd validè confirmatur ex reg. 53. Cancellariæ, quæ habet, dispensationes non suffragari, nisi literis expeditis.

Argumentum.

Contrarium affirmat communis doctorum sentẽtia, quam referunt ac sequuntur idem Lud. Gom. q. 1. citata. §. penult. & vlt. & q. 15. Stephilæus de liter. gratię. c. quibus modis expirent literæ ad beneficia fol. 203. n. 8. Gigas de pens. q. 34. n. 1. & 7. & q. 40. n. 2. Ant. Gom. l. 41. Tauri. n. 2. & refert, atque ex parte sequitur, Molina vbi supra. n. 55. Nempe gratiam, statim ac concessa est per verbum, fiat, validam in se esse, & perfectam quoad substantiam, atq; adeò in foro conscientiæ: ad probationem autem, atque vt ex illa agi possit in iudicio, indigere expeditione literarum. Quod cõfirmatur, quoniam gratia donatio quædam est: donatio autem statim, ac facta est, est in se valida, esto instrumentum donationis nondùm sit confectum. Idem probant. c. institutionis. 25. q. 2. & Clement. dudum. §. nos enim de sepul. quibus in locis habetur, gratias & priuilegia, solo verbo facta, valida esse. Eandem sententiam apertè definit decisio Rotæ. 882. in antiquis.

Ad argumentum.

Ad ea verò, quæ in contrarium adducta sunt, dicendum est, illa intelligenda esse de forma & perfectione posteà regulis Cancellariæ inducta, vt gratia probari possit, atque vt ex illa agi possit in iudicio. Atque hoc est, quod sonat, & intendit regula Cancellariæ. 53. relata: non enim dicit, dispensationes esse inualidas literis non expeditis, sed non suffragari, id est, nihil adiuuare in exteriori foro & iudicio: eo tamen ipso, quòd literæ expediuntur, suffragantur à puncto gratiæ concessæ, & non solùm à puncto expeditionis literarũ: eaq; de causa data nõ fit à pũcto expeditionis literarũ, etiã si, mortuo Sũmo Pont. qui eã cõcessit, literæ expediantur nomine sequẽtis Põtificis in forma, *Quia rationi cõgruit*, &c. sed fit à pũcto gratiæ cõcessę. Regula verò de nõ iudicando iuxta formã supplicę, solùm loquitur de literis iurisdictione concedentibus iudicibus, qui eis deputantur, atq; ad eos ea regula dirigitur, & respicit initiũ iudicij: vnde, si inchoetur iudicium, concessa supplica, & ante literas expeditas & intimatas, est omnino nullũ, nec reualidatur ex eo, quòd in progressu eiusdẽ iudicij literæ expediantur & præsententur: quod non est extendendum ad alia, vt Gom. vbi supra. q. 6. & cum eo Molina. c. 7. citato, in calce. n. 56. rectè obseruat.

Iuxta hæc, ad primã partem quæstionis propositę dicendum videbatur, satis esse, si facultas Regis ad maioratũ instituendũ, qui sinè ea inualidè institueretur, antecedat maioratus institutionem; modò tamen posteà literæ de ea facultate expedirentur. Molina

Universidad de Deusto
Biblioteca

lina tamen vbi supra.n.57.doctrinam hactenus traditam,cum Baldo.l. falsus. n. 21. C.de furt.& alijs,quos citat, sic intelligendam ac limitandam putat. Quòd quando gratia nihil amplius, quàm Regis concessionem requirit,vt si ea remittat obligationem aliquam,aut aliquid iam factum confirmet, vel aliam similemgratiam efficiat, quæ non sit priuilegium, aut gratia ad aliquid vlteriùs faciendum, quod illicitè, aut inualidè fieret sinè ea gratia,tunc vera sint, quę dicta sunt, nempe gratiam validam ac perfectam in se esse statim, atque est concessa,tametsi, vt probetur, indigeat literarum expeditione. Quando verò gratia conceditur ad aliquid faciendum, quod sinè ea gratia non liceret,aut invalidè fieret,tunc, B vt illud liceat,validéve ex ea gratia fiat, nó satis esse, si gratia sit concessa, sed opus etiam esse, vt ante vsum illius ad eum actum,sit omnino perfecta,literísve omnino expedita,alioquin actum, vi eius gratiæ exequutioni mandatum, esse nullum. Quarè, quia facultas ad maioratum instituendum, est gratia, vt id validè vlteriùs fiat,quod sinè illa esset inualidum,non satis,inquit,est ad hoc,vt institutio maioratus valida sit, si anteceserit facultas ad id & concessio per verbum,fiat,sed necesse vlteriùs est, vt literæ eius facultatis sint omnino expeditæ ante institutionem talis maioratus. Hoc ipsum, quo ad maioratus institutionem, ait, C comprobatur ex eo,quòd verbum, fiat, in his regijs facultatibus,non à principe, sed ab eius primarijs consiliarijs,qui *de la camara* dicuntur,profertur:quod non tantas vires habere debet, quantas habet idem verbum prolatum à principe:Baldus autem,& alij,loquuntur,quando verbum, fiat, profertur à principe.Id præterea,in re proposita,ex eo corroboratur, quòd aliquando eueniat, post factam eam concessionem D ab eiusmodi regijs consiliarijs, principem recusare eam subscribere, & frustrari effectu:nisi enim à principe,confectis iam literis,ea facultas subscribatur, vires nó habet,vt constat.l.10.titu.4.lib.5.nouæ collect. His accedit,in ipsa regia facultate literis expedita, præscribi formam maioratus instituendi,quæ interdum variatur: notitia autem illius præcedere debet maioratus institutionem,neque id est validum,quod ignorata forma adhuc ad id præscribenda, fuerit institutum.Hinc Molina vbi supra. n.60.ait, tradi posse legitimā rationem decidendi ad regulam illam Cancellariæ de

A non iudicando iuxta formam supplicæ: quòd cùm gratia,facta signatura supplicæ, sit ad aliquid vlteriùs faciendum, non sufficiat,vt id exequutioni validè mādari possit,supplicam esse ita concessam à principe, sed vlteriùs necesse sit, literas esse expeditas. Atque inde vlteriùs reprehendit Glossatorem antiquum eiusdem regulę,& Lud. Gom.q.1.circa eandem regulam, qui asseuerat,regulam illam ea in parte exorbitantem esse à iure communi.

Certè,quanuis probem,quod docet, ne 3
cessariam videlicet esse in hoc regno expeditionem literarum facultatis regiæ ad instituendum maioratum,antequàm is maioratus instituatur, propter peculiaria illa, quæ cernuntur in ea facultate, & quoniam simpliciter non est facultas principis,interim dum, confectis iam literis, ab eo non subscribuntur; solidius tamen fundamentum videre vellem in alijs gratijs ad aliquid 4
vlteriùs faciendum,quàm eam esse opinionem Bal.ita conciliantis varia dicta. Constat enim,ante regulas Cancellariæ,validam fuisse in se gratiam per verbum, fiat, concessam,etiam ad aliquid ex ea gratia efficiēdum, vt habet decisio Rotæ. 882. in antiquis,& affirmat communis doctorum sententia:quarè,cùm regulę,quę non loquuntur de reseriptis iurisdictionis ad iudicandum,non videantur efficere nullius valoris simpliciter,quoad exequutionem, gratias ad alia concessas ante expeditionem literarum,sed solùm, vt ante eam expeditionem fidem faciant, nec suffragentur in foro exteriori;sanè, quando gratia à principe ipso esset iam concessa sola signatura supplicę,aut etiam solo verbo (quod voeant,viuæ vocis oraculo)si non esset talis, quæ,iuxta stylum Cancellarię,non esset expedienda,aut esset limitanda, valida in se esset,atque in foro conscientię, quo ad id, in quo non esset limitanda, idque quanuis esset gratia ad aliquid efficiendum, vt ad absoluendum de aliquibus criminibus, ad legendos libros alioquin prohibitos, ad consequendas indulgentias aliqua recitando,vel ad aliquid aliud faciendum, & ad alia:id quod sonant apertè iura supra citata, & affirmat communis doctorum sententia.Imò,literis postea expeditis, ex quibus cōstaret de tempore concessionis factæ à principe, valida iudicarentur in exteriori foro exequutioni mandata ex ea gratia post illam concessam,etiam ante literas expeditas.

Quod

5 Quod ad secundam partem in titulo A huius disputationisi propositā attinet, lex 43.Tauri,quæ est.l.2.titul.7.lib.5.nouæ collect.sic habet.*Las licencias que nos auemos dado, y dieremos de aqui adelante, o los Reyes que de pues de nos vinieren, para fazer mayorazgo, no expiren por la muerte del Rey,que las dio,aunque aquellos,a quien se dieron, no ayan vsado dellas en vida del Rey,que las concedio.* Ratio verò huius dispositionis est, quoniam ea facultas est priuilegium & gratia: gratia autem,etiam re integra,nō expirat morte concedentis,vt habetur.c. si super gratia,de offi.deleg. lib.6.

Molina vbi supra.n.61.&.62.sicut rectè B affirmat legem.42.Tauri intelligendā esse, de facultate literis expedita, neq; satis esse facultatem à supremis ministris *de la camara*, supplicæ annuendo,esse concessam : ita legem hanc.43.meritò intelligit, de facultate similiter literis expedita:sola enim facultas, quæ ab ipso principe nondum emanauit,principis ipsius subscriptione,seu fiat, expirat morte concedentis,illo alio modo imperfectè per suos ministros facta, nisi à 6 successore, confectis literis, subscribatur, seu adhibeatur,fiat. Id verò iuxta Baldi ac C suam opinionem,paulò antea reprobatam. n.63.extendere conatur ad omnem gratiam concessam ad aliquid faciendum,quae si illa semper expiret morte concedentis, etiā si ab ipso principe concessa sit per verbum,fiat,ipsiusmet principis,aut per signaturam supplicæ, si tempore mortis ipsius nō sint expeditæ literæ.Communem verò sentētiam,stylo Curiæ comprobatam,quæ affirmat:gratiā per solum verbū,fiat, concessam,nō expirare morte principis concedentis,sed principē successorē eam debere facere expedire, tametsi suo iam nomine proprio, facta mentione de prædecessore, qui eam concesserat,vnde emanauit forma D illa expediendi eiusmodi literas Curię Romanę,quę incipit.*Ratione congruit*,&c.Hāc, inquam,communem sentētiam, stylo Curiæ comprobatam, restringere conatur ad solas gratias,quas appellat perfectas, quæ videlicet non sunt ad aliquid vlteriùs vi earundem gratiarum efficiendum. Contrarium tamen est affirmandum,quando gratiā est concessa, non per ministros dependenter à principis subscriptione,qualis est facultas huius Regni ad instituendos maioratus,idque habet stylu Curiæ:ego q; ipse vidi literas à successore Summo Pontifice expeditas sub forma congruit, facta mentione de eidem ipsa gratia concessa priùs à suo prædecessore,cum tamen gratia esset ad aliquid vlteriùs, vi eiusdem gratię efficiendum.

Iuxta eandem suam ac Baldi sentētiam, n.65. ait. Si maioratus sinè regia facultate inualidè factus,confirmetur à principe,iuxta dispositionem.l.42.Tauri, tunc, cùm ea cōfirmatio sit gratia perfecta, quæ validam reddit anteactam institutionem inualidam, neque est ad aliquid vlteriùs vi eiusdem gratiæ efficiendum,validam esse eam confirmationem ante expeditionem literarum circa illam, neque eam gratiam expirare morte principis,qui concessit, literis nondum expeditis. Contrarium sanè existimo 7
esse verum. Etenim in hoc Regno, sicut facultas ad maioratum instituendum,ita confirmatio antea instituti fit à supremis ministris *de la camara* dependenter à regia subscriptione literis confectis,seu à fiat ipsius met Regis adhibito tunc primùm, quando literas subscribit:quarè, cùm nondùm accessisse,fiat.Regis,in causa sit, tū, quòd expeditio literarum facultatis ad instituendum maioratum antecedere necessariò debeat institutionem ipsam, vt sit valida, quoniam si adesset, fiat, ante confectionem literarum, necessaria ad id non esset literarum confectio; tum etiam vt, literis nondùm confectis, gratia expiret morte principis,à cuius ministris,pro munere ipsis concesso, fuit concessa,non verò causa vtriusque effectus sit, quòd sit facultas ad aliquid efficiendum mediante ipsa gratia; cōsequens profectò est, vt idem dicēdum sit de confirmatione maioratus iam antea inualidè instituti; cùm sit prorsus eadem ratio. Confirmatur hęc nostra sententia, quoniā lex.42.Tauri loquitur de cōfirmatione maioratus in ea ipsa concessi one facultatis ad eum instituendum, præuiaque concessione ipsius facultatis: sic enim habet;*saluo si en la tal licencia expressamente se dixesse,que approbaua el mayorazgo que estaua hecho*:si ergo concessio facultatis est inualida,nondum literis expedita, expiratque morte concedentis,idque,non propter ratione,quam cum Baldo reddit Molina, sed propter illam aliam longè diuersam, quam ipse etiam reddit; consequens profectò est, vt idem, propter eandem rationem diceneum sit de confirmatione maioratus, quæ facultatem ad eum instituendum supponit,eique inititur.

Numero.66.subiungit, si maioratus in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ualidè institutus, confirmatus sit viuente institutore, nec tamen literę confirmationis sint expeditę eo viuente, posse eas expediri post mortem institutoris: quoniam gratia erat perfecta, iusque per eam erat quæsitum instituto in eo maioratu, & ablatum à succedentibus in eis bonis ab intestato. Multum tamen de hac doctrina dubito quoniam gratia non censetur integrè & perfectè facta ante, fiat, principis; neque proinde ius est simpliciter quæsitum instituto; & ablatum à successoribus ab intestato ante idé, fiat, principis; alioquin princeps non posset denegare suũ, fiat, concessioni eius facultatis, & approbationis, quando literę ad ipsum afferretur subscribédę; cùm tamen posset, si de sola facultate ante maioratum institutum ageretur, vt ipsemet Molina affirmat: longeque difficilius sit, concedere facultatem & approbationem post maioratum indebitè institutum, vt nihilominùs valeat, quàm concedere solam facultatem ad illum instituendum, antequàm sit institutus: cùm ergo ante subscriptionem principis, ipsiusq;, fiat, non sit ius quæsitum indebitè instituto in eo maioratu, neque ablatum à successoribus ab intestato, morteque institutoris successores ab intestato comparent integrè ius ad ea bona, si ipsis antea non fuit sublatum; cõ sequens profectò est, vt in ipsorum præiudicium literę nõ possint post mortem institutoris validè expediri.

9 Vtrum autem institutio maioratus, facta quidem ab eo qui habebat facultatem regiam ad eum ita instituendum, attamen ignorante tunc, se habere eam facultatem, valida sit. Molina vbi supra. n. 67. neganter respondet cum Bal. Bart. & alijs. Præsertim cum in regia facultate prescribi soleat forma, in qua maioratus constitui debeat, & actus, qui ex forma ab alio præscripta fieri debet, nõ valeat, ignorata ea forma tunc. Concinit. decis. Rotæ. 145. in nouis. Confirmatur etiam, quoniam gratia & priuilegiũ ante quàm ad notitiam eius perueniat, cui est concessum, regulariter ei non suffragatur, argumẽto. l. vlt. iuncta glos. ibi verb. præstitis. C. de consulib. lib. 12. Lege alia, ex quibus Molina hæc confirmat, estque mihi probabilis ea opinio. Qui tamen, habens facultatem Regis ad instituendum maioratum, ipsum instituit, esto non exprimat, se illum instituere ex ea facultate, censetur ex illa illum instituere, quando id necessarium est, vt sit valida ea institutio: quoniam actus semper censetur factus ex eo capite, ex quo melius est eum esse factum, quando ex varijs capitibus potuit institui, esto id non exprimatur. Ita communis doctorum sentẽtia, quam Molina vbi supra. n. 69. refert ac sequitur. Et quoniam res satis ex se est perspicua, non plura circa eam addo.

Vtrum autem, si quis impetrauit facultatem ad instituendum maioratum, eaque nõ vtatur decennio integro à puncto concessionis, amittat eam facultatem ac priuilegium, ita vt deinceps sinè noua facultate non possit validè instituere eum maioratum. Greg. Lopez affirmare videtur. l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *que no la pudiesse vender* colum. penult. vers. quid autem si alicui, argumento. l. 1. ff. de nund. quę habet, si quis facultatem obtineat ad celebrandas nundinas statutis temporibus in aliquo suo territorio, quas, secluſa ea facultate, celebrare non poterat, si illa non vtatur decennio integro à puncto concessionis, amittere talem facultatem. Et multò magis argumento. l. 42. titu. 18 part. 3. quæ vniuersim habet, priuilegia ad faciendum aliquid, quod non licebat secluso no priuilegio, per non vsum earum decennio integro à puncto concessionis, amitti: tale autem est priuilegium, seu facultas ad instituendum maioratum. Molina tamen vbi supra. n. 70. contrariũ affirmat. Et quanuis alteri etiam nitatur fundamento, quod non probo, maximè attẽta dispositione. l. 42. citatę; id tamẽ ex eo cum hoc eodem autore mihi persuadeo, quòd sub hac forma eiusmodi facultates soleant concedi, *os damos facultad para que en vuestra vida, o al tiempo de vuestra muerte, podays, &c.* quę concessio vsque ad vltimum spiritum per totam vitæ periodum eius, cui ea facultas conceditur, manifestè se extendit.

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVS institutio necesse non est vt fiat scriptura publica, sed satis est si alijs legitimis probationibus, prout fuerit qualitas institutionis, probetur. Et quid in Lusitania.*

2 *Maioratus institutio quando fieri debet ex regia facultate, necesse est, vt ea facultas instrumento publico sit confecta, & a principe subscripta.*

3 *Maioratus in institutione licèt scriptura necessaria non sit: in promissione tamen de non meliorando alio, atque adeò de non instituendo in illo maioratu, vt irreuocabilis sit, necessaria in hoc regno est scriptura publica.*

4 *Maioratus institutio sufficienter in hoc regno fit, ac probatur scriptura priuata, vt & alij contractus.*

5 *Eadem institutio valet facta in schedula, etiam non subscripta, modò in alia scriptura publica remissio fiat ad illam, constetq; eam esse, ad quam fit ea remissio.*

6 *Maioratus institutio, quando validè est facta, non instrumento publico, fieri expedit publicationem illius coram iudice, citatis ijs, quorum interest, validam non esse, vt redigatur in publicum instrumentum.*

7 *Maioratus institutio insinuatione non indiget.*

meliorando alio, atque adeò de non instituendo in illo maioratu, vt irreuocabilis sit, necessaria in hoc regno est scriptura publica.

4 *Maioratus institutio sufficienter in hoc regno fit, ac probatur scriptura priuata, vt & alij contractus.*

5 *Eadem institutio valet facta in schedula, etiam non subscripta, modò in alia scriptura publica remissio fiat ad illam, constetq; eam esse, ad quam fit ea remissio.*

6 *Maioratus institutio, quando validè est facta, non instrumento publico, fieri expedit publicationem illius coram iudice, citatis ijs, quorum interest, validam non esse, vt redigatur in publicum instrumentum.*

7 *Maioratus institutio insinuatione non indiget.*

Maioratus institutio, vt sit valida, num scripturam requirat. Et vtrũ sinè insinuatione, valida sit vltra summam, quæ sinè insinuatione donari potest. Disp. 600.

EX. 41. Tauri, quæ est. l. 1. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. suadere videtur, ad maioratus institutionem necessariam esse scripturam. Disponit enim, maioratus institutionem probari posse per scripturam institutionis, & per scripturam facultatis regiæ ad illum instituendum (quando ad institutionem necessaria est talis facultas) modò eiusmodi scripturę tales sint, quę faciãt fidem in iudicio. Aut, amissis scripturis, per testes, qui iuxta dispositionem iuris deponant de tenore talium scripturarũ, iuxta ea quę disp. 448. copiosè explanata sunt. Aut, denique, quando de scriptura, initioque institutionis, nõ cõstat, titulo præscriptionis, modo disp. 75. 76. & disp. 596. iuncta disp. 590. explicato. Cùm ergo exceptio aliquorum euentuum firmet regulam in contrarium, consequens est, vt extra duos posteriores euentus, semper necessaria sit scriptura, vt habet primus euẽtus, id quod vel ex eo potest confirmari, quòd maioratus in perpetuum instituantur, legesque ac conditiones in eorum institutionibus apponi soleant, quæ in perpetuum seruari debent, quarum memoria & obseruatio scriptura indiget.

Dicendum tamen est cum Ant. Gom. l. 1 41. Tauri. n. 2. & Molina lib. 2. de primog. c. 8. n. 1. quanuis maioratus institutio scriptura fieri soleat, ob rationẽ proximè redditã, & propteralias; scripturã tamẽ neque esse de eius substãtia & forma, neq; necessariã esse ad probationẽ, sed solùm ad faciliorem & melioré probationẽ, poseq; probari quouis alio legitimo modo, quo probantur vltimæ voluntates, si ea institutio in vltima voluntate fit effecta, vel quo probantur similes aliæ dispositiones inter vinos. Excipe in Lusitania, vbi probatio dispositionum regulariter non admittitur, nisi per scripturam publicam, aut per confessionem partis contrarię, iuxta. 3. lib. ord. titu. 45. & ea quæ disp. 260. dicta sunt. Ratio verò huius assertionis est, quoniam nulla est lex, quæ excludat alias probationes institutionis maioratus, alioquin de iure legitimas pro qualitate institutionis, vt per testes, qui præsentes fuerunt, aut per confessionem partis contrarię: lex quippe. 41. Tauri, licèt earum trium probationum solùm meminerit, vt præcipuarum, atque vt tertiam statueret, quando de titulo non constat, neque de initio institutionis, & vt modum, quo tunc possessio, de cuius initio non extat memoria, probari debebat, reliquas tamen legitimas probationes non C excludit. Vt autem cum Beroio, & alijs, affirmant Molina vbi supra. n. 3. & Aluar. Vas. de iur. emphy. q. 7. n. 18. quanuis lex statuat modos aliquos, quibus probari aliquid possit, aut debeat, non proinde censetur modos alios legitimos probationis excludere, ac proinde, ad alios excludendos, necesse est, vt addat, reliquos excludi, aut non admitti: præsertim cùm probationes sint fauorabiles, ac proinde extendendæ & amplectendæ omnes, iuris dispositione pronunciatæ legitimæ: lex verò. 41. D Tauri non excludit alias legitimas probationes, vt constat illam expendenti. Quarè cessat argumentum ex ea lege. Confirmatio verò solùm probat, vtile ac congruũ esse, vt semper scriptura publica conficiatur.

Quando autem maioratus ex regia facul 2 tate instituitur, tunc, vt valida sit ea facultas, atque adeò institutio maioratus ex illa facultate, necesse est, vt redacta sit ea facultas in scriptis publico instrumento à Rege subsignato propter ea, quę disputatione precedente dicta sunt: id quod, tanquam communiter receptum, affirmat Molina vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi supra.n.7.In alijs autem gratijs, licèt, vt fidem faciant in foro exteriori ad id, ad quod sunt concessæ, necesse sit vt sint redactæ in publicum instrumentum, vt tamen probentur concessæ, ad effectum vt successor in regno cócedat,vt in publicum instrumentum redigantur,nec censeantur expirasse,satis est, si per testes probentur facte, vt disputatione præcedente dictum ex parte est aduersus Molinam, qui consentit nec ad suam illam falsam opinionem loquitur.c.8.citato.n.8.

3 Quanuis in maioratus institutione necessaria non sit scriptura,siue instituatur re uocabiliter,siue irreuocabiliter, in ea tamé B promissione,quam parétes faciunt de non meliorandis aliquibus filijs, atque adeò de non instituédo maioratu in aliquo eorum, necessaria est scriptura publia in hoc Castellæ Regno,iuxta.l.22.Tauri, quæ est.l. 6.titu.6.lib.5.nouæ collect.vt ea promissio reuocari non possit,vt eadem lege habetur,atque cum Tellio Fernandez affirmat Molina vbi supra.n.13. neque sufficit scriptura priuata,aut quoduis aliud genus probationis.

4 Ex dictis Molina vbi supra.n. 10. colligit maioratum institui posse scriptura priuata, si institutoris manu signata sit, testibusq; cóprobata.Si enim institutio maiora C tus solis testibus comprobari potest,longè magis poterit cóprobari scriptura priuata testibus sufficientibus in ea adhibitis, ab eisque comprobata, aut quam institutor recognoscat ac cõfiteatur à se confectam, id quod colligitur ex.l.41.Tauri, illis verbis,*sicndo tales las dichas escripturas, que hagan fe*: eiusmodi siquidem scriptura, sic comprobata,fidem facit in iudicio, vt colligitur ex.l.contractus.C.de fide inst.ex. c. 2. eodem titul.& ex. l.114.&.l. 119. titu. 8. part.3.

5 Colligit præterea. nu. 11. validam esse institutionem maioratus factam in schedu- D la, etiamsi illa non sit subscripta ab institutore,neque in ea sit appositus dies,mensis, & annus,in quo sit confecta,neque alia solemnitas, & etiamsi institutio sit instituendo hæredem in eo maioratu eum,qui ad illum primò vocatur, & qui in ea schedula nominatur:modò tamen institutor in alia scriptura authentica se remittat ad institutionem maioratus,& formam in ea schedula præscriptam;& modò absque dubio cóstet,eam esse schedulam,ad quam institutor se remittit in illa alia scriptura authentica, A Cõsentiunt doctrina Bart. & multorum aliorum, quam ibidem Molina refert, & quæ à nobis disp. 127.ea de re dicta sunt. Quæ autem solemnitas de iure huius Regni,& Lusitaniæ, necessaria sit, vt validum sit testamentum, siue in scriptis, siue nuncupatiuum, & vt validus sit codicillus,atq; adeò, vt valida sit institutio maioratus in eis facta; & num de iure huius Regni Castellæ sublata hodie sit differentia inter codicillum,& testamentum,de qua re disputat copiosè Molina vbi supra à. n. 23. dictum à nobis est disputatione.125.& sequẽtibus vsque ad 131.

Admonet optimè Molina vbi supra. n. 6 9.quando maioratus validè,iuxta hactenus dicta,esset institutus,& non in instrumento publico ea de re confecto,tunc fieri debere publicationem eius institutionis coram iudice ad petitionem eius, vel eorum, quia interest,validam eam esse,& citatis omnibus,quibus interest,validam non esse, & denique seruata forma, de qua in calce disp.126.dictum est, vt comperto ea ratione validam esse,reque ita à iudice pronunciata,publica autoritate conficiatur ea de re publicum instrumentum,vt in posterum sciatur,quid in successione in eo maioratu seruandum sit, & ne substantia eius institutionis memoriæ fragilitate, perire possit,iuxta.l.2.& communem doctorum sententiam ibi.C.de testam.Hęc de primo eorum,quæ in titulo huius disputationis proposita sunt.

Secundam verò copiosè examinauimus 7 disp.279.ostendimusque insinuatione non indigere.

SVMMARIVM.

1 *QVI vltima voluntate,aut contractu,disponere possunt de suis bonis, sinè alterius facultate,aut ex facultate alterius, instituere possunt similiter maioratum. Cæteri instituere illum non possunt.*

2 *Vxor sinè viri facultate instituere potest maioratum, ac meliorationem vltima voluntate, quæ non sit donatio causa mortis. Donatione verò causa mortis,aut contractu inter viuos, instituere validè non potest maioratum, nec meliorationem,nisi ex facultate viri, aut iudicis,viro absente,aut irrationabiliter facultatẽ non concedente.*

3 *Maioratus,aut meliorationis, reuocatio facta ab vxore sinè viri facultate vltima voluntate, quæ non sit donatio causa mortis,valida est. Secus*

cus si sinè viri facultate facta sit donatione causa mortis, aut contractu inter viuos, nisi accedat iudicis facultas ob viri absentiam, aut quòd irrationabiliter præbere non velit facultatem. A

Vxor verum sinè facultate viri possit maioratum instituere. Disput. 601.

DICENDVM deinde est, qui instituere possint maioratum. Atque ex dictis disp. 576.&.579. ac alibi in præcedentibus, constat, quando, & quousque possit quis maioratum instituere de suis bonis, tam sinè regia facultate, quàm ex facultate regia, modò bona habeat, vnde fiat; neque est id, quod hoc loco intendimus disputare. Sed, posito quòd habeat ea bona, atque id ex eis capitibus possit alioquin facere, quis aliunde impediatur, ne id valide efficiat. Atque in genere dicendum est, qui disponere de suis bonis per vltimam voluntatem possunt, posse per vltimam voluntatem instituere maioratum: qui verò disponere de eis non possunt per vltimam voluntatem; neque per vltimam voluntatem possunt de eis instituere maioratum, aut meliorare: qui autem de suis bonis per vltimam voluntatem disponere non possint,à disput.136. explanatum est. Item dicendũ est eos, qui per contractum possunt disponere de suis bonis,posse contractu instituere maioratum, aut meliorare:qui verò validè non possunt celebrare contractum, aut non nisi ex facultate alterius, similiter neque contractu posse instituere maioratum, aut meliorare: disputatione autem. 261. & alijs in progressu materiæ de contractibus, explanatum est,qui contractus celebrare non possint; aut non sinè alterius facultate. Nunc verò ad maiorem perspicuitatem rei, de qua agimus, aliqua in particulari examinanda sunt. B C D

2 Quod ad vxorem attinet, cùm illa prohibita non sit disponere de suis bonis per vltimam voluntatem, absque viri facultate, excepta donatione causa mortis, vt statim subijciemus, vtique instituere potest validè per vltimam voluntatem testamento, aut codicillo, maioratum absque vlla viri facultate, vt ex se est satis perspicuum, & affirmat Molina libr. 2. de primog.c. 9. num. 3. Cùm verò de iure huius regni atque Lusitaniæ, celebrare non possit contractus absque viri facultate, vel iudicis, absente viro, aut viro renuente eam concedere, quando recta ratio postulat, vt eam concedat, vt copiosè ostendimus disput.343.iuxta.l. 55. Tauri, iunct.s. 54. antecedente, & tribus sequentibus, quæ hodie sunt.l.2. iunctis prima, & tribus sequentibus, titul. 3. libr. 5. nouæ collect. vtique sinè eadem viri facultate non poterit valide instituere maioratum, aut meliorare, contractu; secus autem ex viri facultate. Atque disputatione citata ostendimus, quando tacite censeatur eam à viro habere. Habet autem id verum, etiamsi talis institutio, aut melioratio, fieret contractu reuocabili; imò etiam si fieret donatione causa mortis; eò quòd donatio causa mortis plus, quo ad sui initium, habeat rationc contractus, quam vltimæ voluntatis: qua de causa indiget facultate viri talis cõtract' initio necessaria. Hęc omnia affirmat Molina.n. 3.citato. Vltimum verò ostendimus disp.288. cum communi docto rum sententia, quam referunt ac sequuntur idem Molina.c.9.citato.nu.4. Couar. in rubric. de testament. part. 3. num. 12. Anton.Gom.2.tom.var. res. cap.4. num. 16. §. quarto infertur, & Gutier. de iuram. confir. cap. 13. num. 4. 7. 8. & 9. nec probamus contrariam Nauarri sententiam. 3. lib. consil. tit. 14. de donationibus, consil. 3. Ex dictis recte infert Molina vbi supra, 3 num. 5. inualidam esse reuocationem maioratus rite instituti, si ea reuocatio fiat à muliere ex contractu sine viri facultate: secus autem si ea reuocatio absque viri facultate fiat in vltima voluntate, quæ non sit donatio causa mortis.

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVM constituere non potest carens vsu rationis, neq; tutor, aut curator, loco illius. Tamen si curator obtinere possit cõfirmationem à principe facti ante amentiam. Intucido verò intervallo instituere maioratus potest.* 2

2 *Maioratum quousque mutus (etiam morbo) instituere non possit. Et quando possit.*

3 *Maioratum quousque minor instituere nõ possit aut possit, & quousque necesse sit intercedat*

Universidad de Deusto
Biblioteca

curatoris autoritas ac iudicis decretum.

4 *Maioratum quousque instituere non possit prodigus, aut possit accedente autoritate curatoris ac iudicis decreto. Et quando facultas principis esset necessaria, exprimendum esset principi, eam peti vt prodigus talem maioratum instituat.*

Vsu rationis carens, mutus, minor, & prodigus, num maioratum instituere valeant. Disp. 602.

1 

VM maioratum instituere, B
siue vltima voluntate, siue contractu, actus sit humanus ac deliberatus, facilè constat, vniuersim eum, qui vsu rationis caret, interim dum eo caret, instituere non posse validè maioratum; sicut neque testari validè potest, vt disput. 136. ostensum est, neque celebrare contractum, vt disput. 261. visum est. In lucido tamen interuallo, sicut testari, & contractum celebrare validè potest, vt disput. 136. dictum est, vbi etiam adiecimus, quando, antecedente amentia, præsumendum sit, aut non sit, vltimam voluntatem, aut contractum in lucido interuallo facta esse; sic instituere tũc potest validè maioratum. Consentit, præter illa, quæ disput. 136. citata dicta sunt, communis doctorum sententia, quam Molina lib. 2. de primog. c. 9. n. 27. refert ac sequitur.

Tutor autem, aut curator, carentis vsu rationis, sicut testari loco & nomine illius D
non potest; eò quòd id ad liberam omnino dispositionem de eis bonis, & ad quasi donationem pertineat, quæ tutoribus & curatoribus denegata sunt: ita neque nomine illius instituere potest maioratum de eisdẽ bonis. Et quanuis is tutor, aut curator, celebrare possit contractus alios nomine mentecapti, quos expedire iudicauerit; donare tamen nomine, ac loco illius, non potest, nisi præcisè, quæ fœdum atque inurbanum esset non fieri nomine illius, vt disput. 224. §. porrò, & disput. 227. ostensum est: eaque ratione, cum instituere maioratum contractu, ad liberam dispositionem de bonis carentis vsu rationis, & ad largam quasi donationem de illis spectet, tutoribus & curatoribus id efficere loco ac nomine carentis vsu rationis denegatũ est. Consentit Molina vbi supra. n. 31. Qui addit, quando aliquis, dum sanæ erat mentis, constituisset maioratum rationabiliter, attamen sinè regia facultate, cùm tamen institutio regia indigeret facultate, posse curatorem petere & obtinere à principe confirmationem illius, ante mortem talis institutoris. Cui doctrinæ consentiunt, quæ in calce disput. 598. dicta sunt: neque video, qua iusta ratione Molina num. 31. citato trepidè hac de re loquatur.

Si à natiuitate sit aliquis surdus & mutus, aut morbo mutus sit effectus, neque scribere sciat, condere non potest testamentum, nisi sit miles, aut illud condat ad pias causas: alias verò vltimas voluntates, & contractus celebrare potest, vt disput. 136. ostensum est. Inde verò facilè constat, quousque maioratum, vel vltima voluntate, vel contractu, instituere possit, & quousque testamento, hæredisue institutione, illum instituere non possit. 2

Minor, si impubes sit, hoc est, ante 3
quatuordecimum annum expletum, & fœmina ante duodecimum, vt testari validè C
non potest, etiam cum tutoris autoritate, vt disput. 136. ostensum est: ita neque testamento, aut codicillo, instituere validè potest maioratum, etiam de tutoris autoritate. Neque tutor, loco ac nomine minoris, potest id validè efficere propter ea, quæ de tutore & curatore carentis vsu rationis paulò antea dicta sunt, quæ expressiùs definita in iure sunt de tutore, & curatore minoris, etiam quando iam minor ad vsum rationis deuenit, quàm de alijs rationis vsu carentibus. Minor verò pubes factus, sicut testari potest de suis bonis, etiam sinè autoritate curatoris, & sinè iudicis decreto, vt cõstat, quia prohibitus non reperitur id efficere, & quoniam colligitur apertè ex. l. Aurelio. §. Caius, & affirmat glossa. 1. ibi. ff. de liberat. legat. & ex alijs iuribus, communique doctorum sententia, quæ omnia Molina vbi supra num. 7. refert ac sequitur: ita testamento, aut codicillo, validè potest instituere maioratum sinè curatoris autoritate, & sinè iudicis decreto.

Via

Via autem contractus dicẽdum est. Minorem, si insans sit, aut infantiæ proximus, quemadmodùm nullum potest celebrare contractum validè, etiam de tutoris autoritate, & iudicis decreto, vt disp. 224. est comprobatum: ita neque posse validè instituere maioratũ cõtractu aliquo, etiam si ad id accedat tutoris autoritas, & iudicis decretum. Sed neq; tutor nomine illius potest eũ instituere, esto nomine illius possit celebrare alios contractus minori vtiles: quoniam institutio maioratus ad liberam dispositionem de bonis minoris, & ad largam quasi donationem de eisdem bonis spectat: quæ tutoribus, & curatoribus, vt B
dictum est, sunt denegata. Si verò minor sit iam pubes, aut pubertati proximus, quemadmodùm ex autoritate tutoris, aut curatoris (vel etiam sinè autoritate curatoris, si pubes factus eo careat, aut veniam ætatis obtinuit) potest validè celebrare contractus, accedente iudicis decreto, si res, de qua disponitur, sit immobilis, aut mobilis pretiosa, quæ seruando seruari possit; secus autem, si non accedat autoritas tutoris, aut curatoris, ac iudicis decretum. vt disput. 224. comprobatum est: ita, accedente eadem tutoris, aut curatoris autoritate, & iudicis decreto, validè potest ex contractu instituere maioratum: secus autem si non accedant; idque esto contractus, in quo maioratus instituitur, sit reuocabilis, imò esto sit donatio causa mortis: nisi enim donatio causa mortis facta sit à minore cum autoritate tutoris, aut curatoris, & cum iudicis decreto, in ijs, circa quæ iudicis decretum est necessarium, aut nisi facta sit testamento, aut codicillo, vel confirmata sit iuramento talis minoris, inualida est ea donatio. Quin in Lusitania, nisi ex Regis facultate id iuramentum adhibeatur, erit inualida, si iuramento confirmetur, vt de donatione causa mortis hæc omnia in calce disput. 288. comprobata sunt. Atque in his omnibus, quæ de institutione maioratus facta à minore dicta sunt, consentit Molina vbi supra à nu. 6.

4 Quod ad eum prodigum attinet, cui administratio suorum bonorum est interdicta, sicut ille disponere non potest de suis bonis testamento, aut codicillo, etiamsi curatoris ipsius accedat autoritas, vt disp. 167. est ostensum: ita neque testamento, aut codicillo, potest validè instituere maioratum. Sed neque curator illius, nomine eiusdem, potest validè eum instituere, propter ea, quæ de curatore minoris, & carentis vsu rationis dicta sunt. Cæterum, sicut prodigus autoritate sui curatoris, & interueniente iudicis decreto circa immobilia, & circa ea mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, potest celebrare quencunque contractum, vt disput. 224. iuncta disput. 220. dictum est: ita, accedente eadem autoritate curatoris, aut etiam iudicis decreto, potest valide instituere maioratum ex contractu, etiam donatione causa mortis. Quòd si ad institutionem necessaria etiam esset principis facultas, necesse tunc esset, principi manifestari, eum, cui talem facultatem concedit, prodigum esse, cui administratio suorum bonorum est interdicta: alioquin ea facultas esset surreptitia, ac nulla; quandoquidem manifestata nó fuit principi circunstantia, quæ valde eum retardare posset à tali facultate concedenda. In his consentit Molina vbi supra à n. 32. A

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVM quousque filius familias vltima voluntate instituere possit, aut non possit.*

C 2 *Vsusfructus ad patrem in bonis filij familias attinens, esto is filius de tertia suorum bonorum vltima voluntate instituat maioratum, ac moriatur, perseuerat is vsusfructus apud patrem toto tempore vitæ suæ.*

3 *Maioratum quousque contractu, etiam donatione causa mortis, possit filius familias instituere, aut non possit.*

Filius familias vtrum maioratum instituere possit. Disp. 603.

D 

FILIVS familias, si impubes sit, quemadmodùm, etiam de bonis castrensibus, aut quasi castrensibus testari nó potest, ita neque testamento, aut codicillo

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest validè instituere maioratum. Si verò A
pubes sit, quemadmodum de tertio suo-
rum bonorum castrensium, aut quasi ca-
strensium (in quibus bonis computa in
clerico, non solùm bona, quæ post ordines
sacros, aut beneficium obtentum, acquisi-
uit, sed etiam patrimonium, ad cuius titu-
lum ordinatus est) liberè testari potest
(nam in reliquis duabus partibus eorú bo-
norum parentes succedunt) vt hæc omnia
disp. 138. explanata sunt: sic de eodé tertio
validè testamento, aut codicillo, instituere
potest maioratum. De bonis verò aduen-
titijs, quanuis de iure communi, & in Lu-
sitania neque de consensu patris (nisi ad B
pias causas de consensu patris) testari pos-
sit; de iure tamen huius regni validè de
tertie eorum bonorum potest testari, vt
disput. 138. citata hæc omnia ostensa sunt:
ideoque, quanuis in Lusitania de eodem
tertio instituere non possit maioratum; in
hoc tamen regno validè de eodem tertio,
sine vllo patris consensu, instituere eum
potest testamento, aut codicillo. Consen-
tit in his Molina libr. 1. de primog. cap. 9.
n. 12.

2 Instituto verò maioratu de eodem ter-
tio bonorum aduentitiorum, in quibus pa-
ter habet vsumfructum, aut de maiori eo-
rum bonorum quantitate ex regia facul- C
tate, dubium est, vtrum vsusfructus post
mortem eius filij perseuerare debeat cum
patre, interim dum pater vixerit, ita quòd
sola proprietas morte eius filij deuoluatur
advocatum ad eum maioratum, interim
dum pater vixerit, & vsusfructus consoli-
detur cum proprietate, pertineatque ad ita
vocatum, solum post mortem eius patris.
Fateor, dum de eiusmodi vsufructu bono-
rum aduetitiorum, de quibus libere filiuf-
familias disponere potest vltima volun-
tate, fui loquutus, varium me fuisse. Dispu-
tatione enim 138. citata, & disp. 163. cum
communi doctorum sententia, quam re- D
tuli, asserui, pertinere ad patrem: quoniam
ita deducitur ex principijs iuris, neque cō-
trarium reperitur expresse statutum iure
huius regni, dum filiofamilias de eodem
tertio bonorum disponere permittitur: ta-
metsi disput. 163. citata addiderim, æquum
esse, vt statueretur, filium, etiam de eo vsu-
fructu, posse disponere, nec pertinere ad
patrem; ductus ea ratione, quam non ex-
pressi, quòd modicum quid id tertium esse
soleat, & quòd de eo filius disponere so-
leat pro anima sua, ad pias que causas, du-

rumque sit, filium ad id expectare debere
mortem patris: & cùm non sit dicendum,
iudicandum esse, concessum illi esse dispo-
nere de eo vsufructu statim ad pias causas,
non verò, si partem eius tertij relinquat
matri, aut alicui extraneo; sequutus iuris
principia, & communem sententiam, vtro-
que loco citato, reiecta Antonij Gomecij
sententia, affirmaui, eum vsumfructum
pertinere ad patrem. Posteà verò disput.
232. permotus illa eadem æquitate, vt dis-
positio de eo vsufructu statim filio conce-
deretur pro anima sua, per epicheiam exi-
stimandum censui, eam fuisse mentem. l.
6. Tauri, quæ disponere de eo tertio filio-
familias concessit, amplectendamque iu-
dicaui sententiam Antonij Gomecij, quam
duobus prioribus locis reprobauerā; oblitu-
sque sui, iuxta hanc secundam senten-
tiam, duo illa alia priora loca aptare. Nunc
verò, re attentiùs considerata, licèt neu-
trum sua probabilitate careat (id quod sa-
tis innuit Molina vbi supra. num. 24. dum,
propendens in communiorem senten-
tiam, eamque amplectens, addit, quando
casus contigerit, rem esse maturiùs con-
siderandam) ego etiam in communem
sententiam propendeo: quoniam. l. 6.
Tauri, semper eodem modo est intelli-
genda: durum autem videtur, quòd si fi-
lius maioratum instituat de tertio suo-
rum bonorum, aut de maiori quantitate
ex regia facultate, pater in tempus vitæ
suæ priuetur eo vsufructu, & succedat
alius vocatus ad eum maioratum, & quòd
l. 6. Tauri id statuere intenderit.

Quod verò ad contractus attinet. Si fi- 3
liusfamilias pubes sit, & bona habeat ca-
strensia, aut quasi castrensia, tunc, sicut
libera de illis dispositio ei competit via
contractus inter viuos, etiam sine consen-
su patris, quin & donatione causa mor-
tis, vt in calce disput. 230. & initio disput.
231. atque disput. 261. ostensum est; sic
de tertio eorum bonorum valide institi-
uere poterit maioratum sine vllo patris
consensu, tum contractu inter viuos, tum
etiam donatione causa mortis. Quin & de
omnibus eis bonis instituere illum pote-
rit in euentum, quòd tempore mortis ip-
sius, nullos ascendentes, neque descen-
dentes habeat: si enim tunc ascendentes
habuerit, non potest illos priuare duabus
partibus suorum bonorum: si verò habeat
descendentes legitimos, priuare simili-
ter, eos non poterit quatuor partibus

suorum

suorum bonorum; tametsi inter illos po- A
terit instituere maioratú de tertio & quin-
to, vt sæpe dictum est. Quòd si is filius
familias impubes sit, sicut, neque de con-
sensu patris, potest disponere de eis bo-
nis contractu inter viuos, aut vltima vo-
luntate, vt disp. 230. &. 231. citatis, osten-
sum est: ita neque de eodem patris con-
sensu poterit validè instituere maiora-
tum.

De bonis verò aduentitijs, si is filius li-
beram habeat eorum administrationem &
vsumfructum, quemadmodùm potest abs-
que patris consensu liberè disponere con- B
tractu inter viuos de eis bonis, vt disput.
261. visum est, & constat ex authentico vt
liceat matri & auiæ, in princ. §. res autem,
& cum Bart. & communi doctorum sen-
tentia affirmat Molina vbi supra. num. 16.
quin & donatione causa mortis de iure
huius regni, tametsi non de iure commu-
ni, aut Lusitano, vt vtrunque disput. 288.
comprobatum est: sic quoque de tertio
eorundem bonorum poterit contractu in-
ter viuos, aut donatione causa mortis, va-
lidè absque patris consensu instituere ma-
ioratum: non verò donatione causa mor-
tis in Lusitania, nisi de patris consensu.

Denique de bonis, quorum administra- C
tio & vsusfructus pertinet ad patrem,
quemadmodùm filiusfamilias sine cōsensu
patris non potest disponere, etiam quoad
solam proprietatem, contractu inter vi-
uos, vt disput. 261. ostensum est, sed neque
donatione causa mortis de iure communi
ac Lusitano: secus verò quoad tertium de
iure huius regni, vt vtrunque disput. 288.
explanatum est (de consensu verò patris,
etiamsi is filius vigesimum quintum an-
num non excedat, potest, tum contractu
inter viuos, tum etiam donatione causa
mortis, validè celebrare contractus, vt
disput. 261. &. 188. visum est) sic quoque
sine patris consensu non poterit validè
instituere maioratum de tertio suorum
bonorum, nisi solùm in hoc regno dona-
tione causa mortis: de patris verò con-
sensu validè poterit illum instituere, tum
contractu inter viuos, tum etiam donatio-
ne causa mortis, tam in hoc regno, quam
in Lusitania. Consentit verò in his omni-
bus Molina vbi supra à. n. 16.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVM *instituere po-*
test religiosus validè ante nouitiatum,

& in nouitiatu, atque in nostra Societate ante
professionem, aut vota coadiutorum, tum vl-
tima voluntate, tum etiam contractu reuoca-
bili.

2 *Maioratus institutio irreuocabilis facta in no-*
uitiatu, aut ante, intuitu tamen ingrediendi
religionem, est nulla, etiam si iuramento con-
firmetur, nisi fiat duobus mensibus ante pro-
fessionem de facultate ordinarij, & sequatur
professio. Quæ autem ante nouitiatum facta
esset irreuocabiliter, non animo ingrediendi
religionem, firmā esset.

3 *Maioratum si validè instituit religiosus, &*
fructus illius ad ipsum spectare debebant toto
tempore vitæ suæ, nisi religionem ingredere-
tur, neque aliud disposuit ante professionem,
pertinet vsusfructus toto tempore vitæ ipsius
ad monasterium succedens in bonis sui religio-
si, & per mortem ipsius regreditur ad succes-
sorem in maioratu. In religione verò non suc-
cedente in bonis sui religiosi, emissa profes-
sione, & in nostra Societate etiam emissis vo-
tis coadiutorum, pertinet ad successorem in
maioratu.

4 *Maioratum instituere non potest religiosus*
post suā professionē, atque in nostra Societate
post vota coadiutorū. Excipe nisi reliquerit fi-
lios, & in hoc regno professus sit non facta
partitione bonorum inter illos: nam tunc in-
stituere potest in vno descendentiū maioratum
de tertio.

5 *Religiosus facultatem testandi à Summo Pon-*
tifice habens, regulariter non potest validè in-
stituere maioratum. Et num licitè possit eum
instituere, etiamsi ad id se extendat talis fa-
cultas.

6 *Maioratum instituere possunt commendata-*
rij Hispaniarum, qui non sunt ordinis Diui
Ioannis. Et facilius Diui Ioannis cōmendata-
rijs potest concedi facultas à Summo Pontifice
licitè instituendi maioratum, quàm alijs religi-
osis.

D *Religiosus num maioratum institue-*
re possit. Disp. 604.



VM disp. 136. ostensum 1
sit, testamētum religiosi
factum, tam ante nouitia
tum, quàm in ipso nouitia-
tu, validum esse, nec
posteà annullari profes-
sione; nisi quando reli-
giosus, post illum factum, se obtulisset re-

 ligioni,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligioni, dicendo, se, & omnia sua bona religioni offerre; per quæ verba intelligeretur revocare quancunque antecedentem suam vltimam voluntatem circa bona sua, eaq; applicare monasterio: cùm item ibidē ostenium sit, Concilium Tridentinum nihil innouasse circa vltimas voluntates factas ante nouitiatum, aut in ipso nouitiatu; consequens profectò est, vt maioratus institutio facta per quancunque vltimam voluntatem à religioso ante nouitiatum, aut tempore nouitiatus, valida sit; & vt professione, aut etiam emissione votorū coadiutorum in nostra societate, cōfirmetur, atq; irrevocabilis fiat. B

Idem est dicendum de institutione maioratus facta ante nouitiatum, vel tempore nouitiatus, contractu inter viuos, cæterùm revocabili. Cùm enim talis contractus, vt pote revocabilis ad nutum ante professionem, aut ante vota coadiutorum in nostra societate, non plus habeat rationem renunciationis bonorum, quàm vltima voluntas, neque vllam inducat obligationem in disponente; sicut neque vltima voluntas vllam obligationem in illum inducit; vtique nihil circa eam maioratus institutionem innouauit Concilium Tridentinum, inualidam eam reddendo, vt ex dictis disput. 139. citata facilè liquet, ac proinde confirmabitur, reddeturque irrevocabilis, professione, aut emissione votorum coadiutorum in nostra societate.

2 Institutio verò maioratus irrevocabiliter facta contractu aliquo, vel tempore nouitiatus, vel ante nouitiatum, intuitu tamē ingrediendi religionem, etiamsi iuramento esset confirmata, nulla proculdubio esset post definitionem Concilij Tridentini disput. 139. relatam: quoniam verè esset renunciatio eorum bonorum intuitu religionis. Excipe, nisi fieret de consensu ordinarij duobus mensibus ante professionem, & sequeretur professio, vt disputatione citata ex Concilio Tridentino est dictū. Ea verò institutio irrevocabilis maioratus, quæ ante ingressum in nouitiatu facta fuisset absq; vllo intuitu religionem ingrediendi, valida proculdubio esset, neque ingressu redderetur nulla, siue ingrediēs postea profiteatur, siue non, sed egrediatur religionem, vt satis constat ex ijs, quæ disp. 139. dicta sunt: quo in loco iacta sunt fundamēta ad hæc omnia, eaque de causa non pluribus ea confirmo.

Molina lib. 2. de primog. c. 9. à n. 38. his 3
de rebus latè disputat: tametsi de dispositione Concilij Tridentini non meminerit, remque disputet, nulla ratione habita de ea definitione, atque de irritatione, tam renunciationis factæ à nouitio de suis bonis, quàm obligationis circa ea bona, quam eo tempore super se inducat.

Illud est obseruandum, si religiosus ante professionem instituit validè maioratum, vel in seculo, vel in nouitiatu, si ita illud instituit, vt (non spectato ipsum esse religiosum) fruitio illius non pertineret ad vocatos ad illum, nisi post mortem suam naturalem, tunc, si profiteatur religionem, quæ ius habet ad bona suorum religiosorum, neq; aliud expresit ac disposuit ante suam professionem, vsuffructus eorum bonorum pertinet ad monasterium toto tempore, quo ipse vixerit, & post mortem suam naturalem spectat ad vocatum ad eum maioratum. Si verò profiteatur religionem, quæ ius non habet ad bona suorum religiosorum, aut in nostra societate vota emittat coadiutoris, continuò vsufructus pertinet ad vocatum ad eum maioratum. Hæc facilè patent ex dictis disput. 140. præsertim. §. quin & bona.

4 Post professionem religiosus, & in nostra societate post vota coadiutorum, in-
C stituere non potest maioratum, neque ex vltima voluntate, neque contractu: quoniam nullam iam habet dispositionem antecedentium suorum bonorum, neque velle, aut nolle. Excipitur pater, aut mater, qui liberos reliquit, & religionem est professus non facta partitione bonorum inter filios: nam, iuxta authenticam si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. & authenticam nunc autem. C. de Epis. & cler. hodie in hoc regno melioratione facere poterit de tertio, aut instituere maD ioratum de illo in aliquo descendentium, vt disput. 141. dictum est: de qua re disputat copiosè Molina vbi supra à num. 54.

5 In calce eiusdem disp. 141. dictum est, quousque aliquibus religiosis professis beneficiarijs, vel in seculo degentibus, vel etiam alijs, concedi à Summo Pontifice aliquando soleat facultas testandi, aut disponendi de aliquibus bonis: & cùm ea facultas, nisi aliud exprimatur, intelligi non debeat nisi ad pias causas, vt ibidem dictum est, instituere ex eis bonis non poterunt maioratum. Quod si aliquando facultas

facultas ad id se extendat, vt, si eum instituat, factum teneat; videat religiosus, qui A
eum instituit, quo fine, qui cum ipsius professione, atque statu consentiat, illum instituat, & de quibus bonis, vnde derivatis, & qua ratione acquisitis, eum instituat.

6 Eadem disputatione aduersus Nauarrum ostendimus, commendatarios milites Hispaniarum, exceptis ordinis Diui Ioannis, posse testari, & maioratus instituere, etiam de reditibus suarum cōmendarum: neq; est cur illa hoc loco repetamus. Illud admonuerim, faciliùs militibus commēdatarijs ordinis Diui Ioannis, pro rebus bene
B gestis in bello, in Ecclesiæque defensionem, posse concedi à Summo Pontifice facultatem testandi de aliquibus bonis, aut instituendi de illis maioratum, quàm alijs religiosis, qui milites non sint: quoniam id non adeò dedecet modum religionis ipsorum, vt dedecet modum & statum cæterorum religiosorum: & quoniam id incitamento esse posset cæteris eiusdem religionis, quorum professio est armis Ecclesiam defendere & propagare, id accuratius, atq;;
C strenuiùs, in bonū eiusdem Ecclesiæ exercendi.

SVMMARIVM.

1 DAMNATORVM *ad mortem, & aliorum seruorum pœnæ, bona quousque de iure communi varijs temporibus pertinerent ad fiscum, inuestabilesq; essent, aut consanguineis eorum à fisco relinquerentur, Et quid in hoc regno sancitum hodie sit.*

2 *Damnatus, etiam ad mortem naturalem, meliorare in hoc regno potest, & instituere maioratum. Idem in Lusitania, excepto, si damnatus* D
ad mortem naturalem sit: nam in eo regno, neque meliorare in tertio, neque maioratum instituere potest.

3 *Qui testari non possunt, aut aliter de suis bonis disponere, neque maioratū instituere possunt, neque meliorare, eodem genere dispositionis.*

Damnati ad mortem naturalem, & alij serui pœnæ, an instituere possint maioratum. Disp. 605.

PRAETER illa, quę disp. 9. & disput. 481. de eiusmodi seruis pœnę copiose dictasunt, quibus addē da sunt, quę sequūtur; ob seruādū pro decisione huius quęstionis cū Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 69. est, de iure antiquo digestorū, vt cōstat ex. l. 1. ff. de bon. dānat. iūcta. l. capitaliū, in prin. ff. de pœnis, & ex varijs alijs iuribus, dānatos omnes ad mortē naturalē, aut ciuilē, eo ipso, in cōsequentiā amittere omnia sua bona fisco, inhabilesq; omnino fuisse ad testandum, aut disponēdum de eis quoquo modo. Posteà verò, eam pœnā cōfiscationis omnium bonorum ita damnatorum, paulatim fuisse remissam, ac tandem in authentico vt nulli iudicum. §. vlt. & in authentica bona damnatorum. C. de bonis proscrip. &. l. 5. titu. 31. part. 7. statutum fuisse, vt si ita damnatus haberet descendentes, aut ascendentes (vel etiam collaterales vsque ad tertium gradum, vt authent. bona damnatorum addit) ea bona non spectarent ad fiscum, sed ad eiusmodi consanguineos proximiores in gradu, æqualiter inter eos diuidenda, iuxta. l. si deportatus, &. l. vlt. C. de bonis proscrip. Quarè hi cōsanguinei, nō accipiebant tunc ea bona à dānato, sed legis beneficio, modo explicato, inter ipsos diuidenda. Vt verò notāt Bart. & cōmunis doctorū sentētia, quam referunt ac sequuntur Molina. n. 69. citato, & Greg. Lopez. l. 5. citata glos. vlt. & habetur expresè eadem. l. 5. Ψ, iuxta dispositionem authenticorum, quæ citata sunt, bona damnatorum deueniant eo modo ad consanguineos damnati, & non pertineant ad fiscum, solum habet locum, quando in consequentiam damnationis ad mortem naturalem, aut ciuilem, ea bona ex præscripto. l. 1. ff. de bonis damnatorum, & aliorum similium iurium, attinere debebant ad fiscum; non verò quando leges expresè statuunt, vt pro delicto aliquo bona omnia, aut pars bonorum delinquentis, eo delicto confiscentur: tunc enim, esto descēdentes, aut ascēdentes habeat, ea bona pertinēt ad fiscum, & non ad consanguineos delinquentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obseruandum deinde est, quanuis hæc A ita dispositа sint de iure communi, vt tamẽ disp. 6. citata dictum est. l. 4. Tauri, quæ est l. 3. titu. 4. lib. 5. nouæ collect. in hunc modum fuisse statutum. *Mandamos, que el condenado por delito a muerte ciuil, o natural, pueda hazer testamento, o codicilo, o otra qualquier vltima voluntad, o dar poder a otro que la haga por el, como sino fuesse condenado: el qual condenado, y su commissario puedan disponer de sus bienes: saluo de los que por el tal delicto fuessen confiscados, o se ouieren de confiscar, o aplicar a nuestra camara, o a otra persona alguna.* Idem dispositum antea fuerat. l. 5. titu. *de las mandas*, libr. 3. fori.

His ita explicatis, controuertunt doctores Hispani, num hodie post. l. 4. Tauri, & l. 5. fori, possit damnatus morte ciuili, aut naturali, de tertio & quinto suorum bonorum meliorare, quem descendentium voluerit, aut instituere maioratum, perinde ac si damnatus non esset: sicut de suis bonis testamẽto, codicillo, aut quauis alia vltima voluntate, testari potest, ac si damnatus nó esset, vt apertè sonat. l. 4. Tauri relata. Rodericus Xuarez. l. quoniam in prioribus, quem sequutus est Couar. in rub. de test. part. 3. n. 27. in priori editione, negat: quoniam arbitratur adhuc consanguineos non accipere à damnato ipso, sed ex dispositione legum, neque iuxta. l. 4. Tauri, posse damnatum relinquere ea bona suis consanguineis, nisi æqualiter ea diuidendo inter proximiores in gradu.

2 Contrarium verò est proculdubio affirmandum cum Greg. Lopez glossa vltima citata, Tellio Fernandez. l. 4. Tauri. nu. 17. Molina vbi supra. nu. 69. & cum Couar. in Cæsaraugustana editione. n. 27. citato, qui relatis Gregorio Lopez, & Tellio Fernandez, eorum opinioni postea adhęsit. Perspicuè enim. l. 4. Tauri liberam de suis bonis damnato ad mortem ciuilem, aut naturalem, relinquit dispositionem, non secus ac si dãnatus nó esset. Quòd si adstrictum illum reliquisset ad diuidendum æqualiter sua bona inter proximiores in gradu, nihil profectò ita damnato concessisset: cùm, si ab intestato moreretur, similiter ea bona essent inter suos consanguineos diuidenda.

In Lusitania verò, quia, vt disp. 9. & disp. 481. visum est, solùm permittitur damnato ad mortem naturalem testari de suo tertio ad quædam opera pia ibi commemorata, vtique de eo tertio, neq; meliorare quen- quam descendẽtium, neque facere alia legata, neque instituere maioratum poterit. Secus autem de damnatis ad mortem ciuilem, vt disputationibus citatis dictum est.

Quoad reliquos autẽ, quos in progressu 3 huius de Iustitia materię hactenus explicauimus, vel in sequentibus dicemus, testari non posse, aut disponere de suis bonis, similiter dicendum est, non posse de eisdem bonis eodem modo instituere maioratum.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *vt in eis instituatur, quanuis aptiores sint res omnino perpetuæ, institui tamen potest, nõ solùm in cẽsibus redimibilibus, sed etiam in pecunia, & alijs rebus, vt ex illis emantur res perpetuæ. Inseri etiam maioratui solent res mobiles aliquæ, vt nunquam alienẽtur.*

2 *Maioratus institutio ex omnibus bonis, an sit valida.*

3 *Maioratus an validè, ac licitè ab ecclesiasticis institui de suis bonis possint.*

Ex quibus bonis maioratus institui possit. Et num institutio illius ex omnibus bonis sit valida. Et vtrum ab Ecclesiasticis de suis bonis institui possit. Disp. 606.

DIXIMVS, qui instituere possint maioratum. Nunc dicendum est, ex quibus bonis valeat institui. Vnde cõstabit, si quid aliud dicendũ erat circa personas, quę in- D stituere valent, aut non valent, maioratum.

Cùm Hispani maioratus ex sui primæua 1 institutione, atque adeò ex sui natura, quã ex ea institutione, primaque origine, sortiti sunt, perpetui sint, facile liquet, sola immobilia bona, aut quæ cum immobilibus computantur, idonea simpliciter esse, ex quibus Hispani maioratus instituãtur. Id quod multò magis locum habet in eis, quàm in feudo, aut emphyteusi. Ex alio autem capite, quod scilicet

cet dominium rei feudalis, aut emphyteu- A ticæ, diuidi debeat inter dominum principalem, seu proprietarium, & vassallum, aut emphyteutam, ita videlicet, quòd dominium solum vtile attineat ad vassallum, aut emphyteutam, & directum maneat apud dominum principalem, plus exigunt feudum, aut emphyteusis, quàm maioratus, vt solum constituantur in rebus immobilibus, aut quæ cum immobilibus computantur, vt de feudo est definitum. c. 1. §. vlt. de feud. cog. Imò, quia non solùm dominium diuiditur eo modo inter emphyteutam, & proprietarium, sed etiam origo emphyteusis fuit, vt res traderetur emphyteutæ ad culturam & meliorationem, quod solum habet locũ in rebus immobilibus, seu soli, B non verò in his, quę cum immobilibus cõputãtur, vt sunt census, inde effectum est, vt emphyteusis inter alia differat à feudo, quòd feudum etiam in rebus, quæ cum immobilibus computantur, constitui possit, vt ex. §. citato liquet: emphyteusis verò solùm in rebus immobilibus cõstitui valeat, vt disp. 445. explanatum est.

Quanuis solę res perpetuę, & quæ emo lumentum parere solent, simpliciter idoneæ sint, magisque accommodatæ, vt ex eis Hispanus maioratus cõstituatur, quàm res aliæ, solet tamen interdùm constitui, etiam ex rebus non omnino perpetuis, vt C ex censibus redimibilibus, ea tamẽ lege, vt, si redimantur, pretium seruari debeat, vt, quàm primùm se obtulerit occasio, iterum ex eo ematur alius æqualis census, & ita perpetuò maioratus integer perseueret. Solet etiam maioratus aliquando institui ex pecunia, & ex alijs rebus vsu comsumptibi libus, ea lege, vt ex eis emantur res immobiles, aut census, etiam redimibiles, eadem lege proximè explicata. Atque, vt bene Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 6. admonet, D ne pretium censuum, qui redimũtur, a possessore maioratus, vt sæpe euenire solet, consumatur, præcipere maioratus institutor deberet, vt census cum ea clausula instituerentur, & emerentur, vt redemptio non alteri fieri posset, quàm publico depositario, aut personæ per iudicẽ deputate, & vt, alteri facta, esset nulla, atq;, vt quã primum se se offerret occasio iterũ emendi cẽsum, emeretur: hoc verò secundum, ob suum emolumentum, diligenter is curabit, vt exequutioni mandetur, qui possessor tunc fuerit maioratus.

Item aliqua mobilia, quæ duratione ac A perpetuitate ferè ęquantur rebus immobilibus, vt sunt gemmæ aliquæ, res aureę, & argenteæ, arma, & his similia, inseri maioratui solent, ita vt ex eis etiam maioratus constet, neque vnquam possint alienari, sed in familię splendorem, & in instituto- ris memoriam, perpetuò in eodem maioratu conseruentur. Lege quoad hæc omnia Molinam vbi supra à. n. 1. vsque ad. 8. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quod ad secundũ attinet, quę hoc loco 2 dici poterant, copiosè dicta, atque ex suis principijs deducta à nobis sunt disp. 280.

Quod denique attinet ad tertium, fusè 3 id explicatũ est à disp. 142. præsertim disp. 148. dum occasione testamenti Ecclesiasticorum, latè disseruimus de varijs ipsorum bonis, atq; explanauimus, quousque de illis licitè, aut validè, disponere possint, tum inter viuos, tum etiam vltima voluntate, & quousque vtrouis modo validè, aut licitè instituere possint maioratus.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVM *instituere non potest transiens ad secundas nuptias, & filios ex priori matrimonio habens, de bonis titulo lucratiuo ex priori coniuge comparatis, neque de tertio, aut quinto eorum bonorum potest meliorare.*

2 *Neque ex regia facultate potest de eis bonis instituere maioratũ, aut meliorare, nisi expressum fuerit, ea bona ex priori cõiuge fuisse cõparata. Neque Rex potest eam facultatem cõcedere post transitum ad secundas nuptias.*

3 *Maioratum instituere potest, & meliorare, ex arrhis prioris matrimonij mulier, quæ ad secundas transit nuptias.*

4 *Instituere maioratum, & meliorare ex bonis super lucratis in priori matrimonio potest coniux, qui habens filios ex eodem priori matrimonio, ad secundas transit nuptias.*

5 *Maioratum, & meliorationem solùm potest instituere vir de medietate lucrorũ, quæ ipsum contigerit tempore dissoluti matrimonij: de medietate verò lucrorum, quæ ad vxorem attinebit, instituere ipsa potest maioratum, aut meliorare, per testamentum, aut codicillum, sinè consensu viri: per contractum de viri, aut iudicis consensu, aut etiam de facultate Regis, si necessaria sit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maioratum an instituere possit vxor, vel meliorare vnum filiorum, ex bonis, quæ ex altero marito sibi obuenere, aut ex medietate lucrorum, si superstitibus filijs prioris mariti, transeat ad secundas nuptias. Disp. 607.

1 QVOD ad bona attinet, quæ vni coniugum titulo lucratiuo ex altero coniuge obuenerunt, quæ, si transeat ad secundas nuptias, superstitibus filijs ex tali priori matrimonio, reseruare illis debet, æqualiter inter ipsos diuidéda, iam disp. 431. diximus, eum coniugem, neque ex illis bonis, neque ex tertio, aut quinto eorum, posse maioratum instituere, aut meliorare aliquem filiorum, aut descendentium, sed teneri illa æqualiter diuidere inter eos filios prioris matrimonij, aut relinquere vni soli, si eum tãtùm ex eo matrimonio habeat.

2 Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 61. rectè ait, esto is coniux facultatem obtineat à Rege instituendi maioratum in vno filiorum, etiam de bonis alijs filijs debitis, nisi aliud in ea facultate exprimatur, non posse ex eis bonis instituere maioratum: quoniã in ea facultate non censentur comprehensa ea bona, sed sola propria bona volentis instituere maioratum, quę tanquam legitimæ eis filijs debeantur. Ego adderem, neque Regem posse concedere eam facultatem, eo ipso, q̃ morte parentis defuncti, à quo ea bona titulo lucratiuo emanarunt, & transitu ad secundas nuptias, coniugis superstitis, ad quem deuenere, comparatũ est ius filijs superstitibus coniugis defuncti dispositione legum, vt ea bona æqualiter inter ipsos diuidantur.

3 Quod ad arrhas attinet, eadem disp. 431. ostendimus, non solùm si mulier ad secundas nuptias non transeat, in quo Molina vbi supra. n. 64. nobiscum conuenit, sed etiamsi transeat ad secundas nuptias, superstitibus filijs ex eo matrimonio, posse ex eis, nó secus, atque ex quibuscũque alijs suis bonis, meliorare, quem filium voluerit in tertio & quinto, & instituere maioratũ: cuius contrarium asseruit Molina vbi supra. n. 62. cum Roderico Xuarez. Ratio autẽ, cui eo loco innixi fuimus, est: quoniam arrhæ non deueniunt ex viro in vxorem titulo lucratiuo, sed oneroso. Idem diximus de eo lecto, quod de bonis viri in hoc regno tribuitur viduæ, & quod appellant *cama biudal*, quodque amittit, si ad secundas transeat nuptias: si enim ad secundas nuptias non transeat, perinde de illo disponit, atq; de alijs suis bonis: præsertim, quia titulo oneroso, ex legum huius regni dispositione, illud acquirit.

4 Quod ad medietatem bonorum super lucratorum attinet, quę ad vxorem in hoc regno, & in Lusitania, si matrimonium contractu arrharum & dotis celebrauit, aut ad hæredes illius, dissoluto matrimonio spectat, sanè cum vxor vero contractu societatis eam medietatem comparauerit, esto transeat ad secundas nuptias, superstitibus filijs ex priori matrimonio, in quo eam medietatem acquisiuit, perinde de illa potest disponere, & meliorare ex tertio & quinto illius, quem descendentem voluerit, aut instituere maioratum, atque de alijs suis bonis, vt ex dictis disput. 435. atque aliàs sæpe, facilè constat.

5 Interim verò dum matrimoniũ constat, quia administratio & dispositio cõmunium lucrorum, aliquantulum liberior in hoc regno, quàm in Lusitania, marito competit, vt disp. 275. & 454. ostensum est, quanuis, absque vxoris consensu, dotare possit maritus communem filiam, aut donare ad nuptias communi filio de eiusmodi lucris cõmunibus, ita vt dimidium ad vxorem spectet, intrà limites tamen legitimę in omnibus bonis vxoris tali filię, aut filio debitę, & aliud dimidium spectet ad se, vt disp. 424. comprobatum est, non tamen potest disponere de quantitate medietatis lucrorum, quæ, dissoluto matrimonio, factaque computatione omnium vniuersim bonorum, comperta fuerit ad vxorem spectare, instituendo de tertio & quinto illius medietatis maioratum, aut meliorando in eo aliquem filiorum: quia non sunt bona ipsius, sed vxoris: solumque proinde id potest facere de medietate lucrorum, quæ ad ipsum spectabit, & de reliquis alijs suis bonis: ad vxorem verò semper spectabit dispositio libera de tertio & quinto omnium vniuersim suorum bonorum, etiam de tota medietate lucrorum, quę ad se comperietur, dissoluto matrimonio, attinere, idque vel per vltimam voluntatẽ, vel de consensu viri, aut iudicis, dispositione inter viuos, modo disp. 601. explicato, poteritque libere de tertio & quinto, vel instituere maioratum, vel meliorare, quem suorum descendentium voluerit, vel aliter ad suum libitum disponere, modo quocunque legibus permisso, aut Regis facultate à se obtento, idque nihil impediente, quòd maritus, absque ipsius consensu, dotauerit filias, aut donauerit filijs ad nuptias, de communibus lucris. Posteà enim, tempore communis partitionis, tenentur eiusmodi filij, aut filiæ, adducere ad communem aceruum, quæ ita acceperunt: & quidem, si excedãt legitimas portiones ipsis debitas in bonis patris ac matris, & insuper meliorationem de tertio & quinto, quam pater de suis solis bonis potuit eis facere, & quam censetur illis eo ipso fecisse, quòd eas dotes, aut donationes ad nuptias sine consensu vxoris eis fecit, reliquum tenentur restituere bonis matris, si aliter de eo mater disposuit, aut disponere velit, vt ex parte disp. 424. dictũ est. Hęc satis perspicua sunt ex se, & ex dictis locis citatis, consentitque Molina vbi supra à. n. 65. vbi respondet ad quædam iura huius regni, quæ ex parte refragari videbantur, tametsi non ita dilucidè & accuratè hæc omnia explanet.

SVMMARIVM.

1 *Maioratvs institutus de re aliena an validus sit.*

2 *Maioratus ex consensu, etiam redimibilis, vt institui potest.*

3 *Maioratus ex re emphyteutica, aut feudali, sine consensu proprietarij, institui non potest, qui in tertij præiudicium non cedat.*

4 *Maioratus an institui possit ex rebus alterius regni, & iuxta cuius regni leges, & ex cuius Regis facultate institui debeat.*

5 *Maioratus contingens legitimas filiorum, institui potest ex regia facultate, esto aliqui filiorum, aut filiarum, ecclesiastici sint.*

6 *Maioratus de facultate Regis institui potest, qui præiudicet filijs nasciturís in legitimis.*

Maioratus de re aliena institutus, quatenus validus. Et verum ex re emphyteutica, feudali, aut ex cẽsu,

institui valeat. Et quousque institui valeat de rebus in alio regno constitutis. Et vtrum institutio ex regia facultate possit contingere legitimas filiorum clericorum, aut religiosorum, vel etiam filiorum, qui posteà nascentur. Disp. 608.

1 QVOD ad primum eorum, quę proposita sunt, attinet, idem prorsus dicendum est, siue maioratus instituatur de re hæredis, siue de re alia aliena quod de simili legato de re aliena, disp. 196. dictum est, & consentit Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 7. eaque de causa nõ plura hac de re hoc loco dico.

2 Quod attinet ad secundum. Si census sit perpetuus, esto redimibilis sit, ex illo instituti potest maioratus perpetuus, præcipiendo, vt ex pretio redemptionis iterum alius census ematur, modo disp. 606. explicato.

3 Ex re verò emphyteutica, aut feudali, ait Molina vbi supra. n. 71. posse institui maioratum, quando iuxta ea, quæ copiosè à nobis à disp. 472. explanata sunt, transmitti in perpetuum, etiam in extraneos successores, possunt. Quanuis autem dicendum sit, ex eo capite nullam esse repugnantiam, quòd inde maioratus institueretur (neque sane ex Iulio Clar. 4. lib. sent. §. feudũ. à. n. 41. & ex alijs doctoribus, quos Molina in eius sententię confirmationem citat, plus colligitur, neque de institutione maioratus Hispani ex eiusmodi rebus illi loquuntur) attamen ex alio capite, quòd scilicet res emphyteutica reddetur peioris conditionis comparatione proprietarij, difficiliusque consolidabitur cum dominio directo, & priuabitur proprietarius à percipiendo ex illa audemio, non video, qua ratione ex eiusmodi rebus institui possit maioratus Hispanus, aut imponi possit nouũ grauamẽ absque consensu proprietarij præstito, vel quando primò illam concesit in emphyteusim, aut feudum, vel postquàm primò concessa sit, minimeque eo consensu in tertij præiudicium cedente, qui titulo maioratus, aut alio simili, ius habeat ad succedẽdum in eadem proprietate.

4 Quod ad tertium attinet, Molina vbi supra. n. 79. cum Licirier, & Tiraquello ait. Si bona,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona,quæ quis habet in alio regno, mobilia sint,quę ibi consistere non debeant, sed asportari,saltem per literas,possint,aut debeant,in hoc aliud regnum, tunc de eis disponi potest ac debet iuxta leges huius regni,obtentaque facultate ab hoc Rege, non verò à Rege alterius regni,vt ex se est notissimum:debent tamen inde emi in hoc regno bona immobilia, aut quæ pro immobilibus reputantur,vt ex eis constare possit maioratus Hispanus, vt disp. 606. dictũ est. Eodem modo institui potest maioratus in hoc regno ex rebus immobilibus alibi sitis,si instituto præcipiat eas ibi vendi, iuxta leges eius regni, & ex pretio emi in hoc res alias,ex quibus maioratus constet, aut cum illis permutari,vt ex se est etiam satis perspicuum. Quando verò maioratus instituendus esset ex rebus immobilibus perseueraturis vinculo maioratus subiectis in alio regno,tunc, cùm res illæ legibus eius regni,& non huius,subiaceant,maioratus institui debet iuxta leges eius regni, & non huius;obtentaque facultate (si ad id necessaria sit)ab illo rege, & non ab hoc.

Quod attinet ad quartum. Multorum opinio fuit,si filius aliquis iam esset clericus,aut monachus,vel filia monialis, maioratum non posse ex Regia facultate posterius concessa instituí, qui minuat portiones eorum legitimas. Et similiter inualidum esse statutum posteà conditum, qui fœminas moniales excludat à successione in aliqua re,à cuius successione, secluso eo statuto, fœminę nõ essent excluse. Ita Ioã. And.reg. sinè culpa, de reg. iur. lib. 6. Panor.Felinus,& plerique alij, quos Molina vbi supra.n.80.&.81.refert, & in eam sententiam propendere videtur Greg.Lopez. l.32.titu.9.part.6.verb.*no valdra*.colum.2. vers.sed an, tametsi relinquat id cogitandum: quoniam, inquit, si id verum esset, inde subuerterentur multæ maioriæ institutæ contingendo legitimas clericorum, religiosorum,& religiosarum.

Meritò autẽ contrariã sententiã affirmat ibidem Molina.nu.38.estque in praxi recepta.Ratio autem est,quoniam leges, quibus filijs,& filiabus,legitima portio tantæ, vel tantæ quantitatis,vltra id,quod ad cõgruam sustentationem sufficit, debetur ac defertur, ciuiles sunt principis secularis, communes,tam laicis,quàm clericis,& religiosis,illisque subiacent Ecclesiastici, sicut & cæteris legibus,quæ ad regimen publicum spectant, nec sunt contra Ecclesiasticam libertatem, tametsi iuxta eas iudicari,ac puniri non debeant Ecclesiastici à potestatibus secularibus,sed à suis Ecclesiasticis, vt vtrunq; in calce disp.21.&.364. inter examinandum,an clerici teneantur stare pretio frumenti lege ciuili taxato, dictum, explanatumque est: quarè sicut Rex posset mutare ciuiles leges, augendo, aut minuẽdo legitimas,eaq; variatio què haberet locũ circa filios & filias,spectates ad Ecclesiasticam iurisdictionẽ, & circa filios & filias seculares:ita què, antequam ius ad filios & ad filias,sit delatum morte parentum,potest dispensare in eisdem legibus, vt pro splendore reipublicæ,bonoque cõmuni,minuantur legitimæ cęterorum filiorum & filiarum, siue Ecclesiastici sint, siue seculares, & instituantur maioratus in primogenito,aut in aliquo alio.

Quod denique ad vltimũ attinet, Greg. Lopez colum.2.citata admonet, vt ex facultate regia minui etiam possint legitimæ filiorum, qui nondùm sunt nati,expedire,vt de illis etiam fiat mentio: quoniam exhæredatio,& grauamen in legitima,factũ per patrem,non se extendit ad posthumos,nisi exprimatur,argumento. l. ex facto.ff.de vulg.Molina verò vbi supra.n. 84. meritò ait,ex communi tenore facultatum regiarum, quę ad id solent concedi, satis deprehendi, facultatem se extendere ad minuendas legitimas nascturorum. Dicitur enim.*que podays instituir de todos vuestros bienes,que agora teneys,o tuuieredes de aqui adelante, y hazer mayorazgo en vno de los hijos, que al presente teneys,o tuuieredes de aqui adelante*. Quarè ad omnia bona, & comparatione quoruncunque filiorum,etiam nascturorum,se extendit ea facultas, modò reliquis competentia maneant alimenta.

SVMMARIVM.

1 QVI *capaces sunt,vt vltima voluntate,aut contractu,accipiant ab aliquo, capaces sunt,vt in eis maioratus eis vijs ab illo instituatur.*

2 *Maioratus ex tertio in Lusitaniâ instituí potest. In hoc regno, si instituator habeat vnicum descendentem,solum ex quinto institui potest ex tertio nõ,nisi cõsentiẽte illo,aut simpliciter, aut pro emolumento, quod illi relinquitur sub cõditione,si consentiat.Si in parte legitimæ absolutè relinquatur in hoc regno grauamen,aut in incremento, omnia ea bona libera manent: secus de iure communi.*

3 *Si parens in tertio vnico descendenti inualidè instituat maioratum, isq; hæreditatem repudiet, valet institutio comparatione vlteriùs ad eum maioratum vocatorum.*

4 *Maioratum si ex tertio in vnico descendente inualidè quis instituit,aut grauamen legitimæ descendentis imposuit, & vocatus, aut etiam post illum successor,titulo maioratus triginta annis illum possederunt,eneruari deinceps nõ potest ea institutio.*

5 *Maioratus ex facultate Regis institui potest in tertio vnici descendentis, quin in illius etiã legitima.*

6 *Maioratus si ex regia facultate instituatur in tertio vnici descendentis,aut etiam contingendo legitimam,seruari debet ordo in vocationibus.l.27.Tauri præscriptus.Et quando princeps contrarium concedere possit.*

vocando ad id tertium, præscriptos.l. 27. Tauri,de quibus in calce disp.570. dictum est,vtique consentit communis sententia, ac probabilior iuris peritorum Hispanorum, si parens vnicum filium habeat sinè alio descendente,tam ex illo,quàm ex aliquo alio filio, non posse ex eo tertio instituere maioratum,aut meliorare in illo, vel imponere illi vllum grauamen, eò quòd tunc ad legitimam eius filij id tertium spectet,quę omnino immunis est à grauamine, vt disp.177. comprobatum est. Ita Greg. Lopez.l.1.titu.15.part. 2. verb. *maioria*. in fine,&.l.8.titu.4.part.5. verb. *a otro*. Couar.1.var.res.c. 19. n. 3. Ant. Gom. l. 17. Tauri.n.19.&.l.40.n. 55. & plerique alij, quos Molina lib.2.de prim.c.11.n.3.refert ac sequitur, dictumque à nobis est disp. 283.cum alijs,quos ibi retulimus. Si tamẽ is parens habeat quidem aliquem descendentem,etiam ex eo filio,tunc,cùm in tertio possit meliorare eum nepotem,prætermisso filio,aut instituere ex eo maioratum, ad quem eum nepotem vocet, vtique poterit meliorare in eo tertio filium, aut instituere ex tertio maioratum,cum grauaminibus, & vocationibus, quos. l. 27. Tauri permittit,ac præscribit.Ita aduersus. Ant. Gom.l.17.Tauri.n.19.Couar.1.var.res. c. 19.n.4.& Molina.c.11.citato.n.5.

Si tamen parens, qui nullum alium habet descendentem,prętor vnicum filium, ex tertio & quinto ita instituat maioratũ, vt si filius cõsentire in eo noluerit, quintũ ad ipsum non perueniat,sed ad aliquem extraneum,vel ad causam piam, tunc tenebitur is filius,vel amittere quintum illud ita vinculatum,vel consentire in eo maioratu, & vinculo ex tertio & quinto, quo posito consensu,eo ipso manebit is maioratus valide institutus.Imò,si idem grauamen apponatur, etiam in maiori parte legitimæ, aut in tota legitima, idem erit dicendum. Ita,cum Baeça,Molina vbi supra.n. 8. iuxta.l.ab eo.C.de fideicommiss. refque ex se est satis perspicua.Si item filius validè consentiret in eo grauamine,aut in institutione maioratus, vel post mortem talis parentis, vel ante mortem,iuxta ea,quę disp.579.co posite dicta sunt, tunc valida etiam esset ea institutio,vt ibi explanatum est,& Molina vbi supra,n.9.affirmat.

Quando tamen parens grauamen sinè consensu talis filij apponeret in legitima, aut in parte legitimę,& in incremẽto vltra legitimam, atque è vita discederet, tunc licèt

Virum in filio vnigenito instituí valeat maioratus de tertio, saltem ex Regia facultate. Et num tunc seruari debeat dispositio legis. 27. Tauri. Disp. 609.

1 DICENDVM consequenter est,inqua persona maioratus institui possit, aut nõ. Atque vniuersim dicendum est,qui incapaces non sunt, vt vltima voluntate, aut contractu ab aliquo accipiant, similiter capaces esse,vt vltima voluntate,aut contractu, in eis maioratus ab illis instituatur.Ob difficultates verò peculiares, nonnulla in particulari sunt examinanda.

2 Atque in primis dubitandum non est, etiam in filio vnigenito instituí posse in Lusitania maioratum de tertio bonorum parentis illum instituentis,& in hoc Castellæ Regno de quinto, quòniam hæc omnia sunt extra legitimas filiorum,ac descendẽtium, de quibus libera dispositio parentibus relinquitur. Sicut comparatione descendentium: quando descendentibus carent,in vtroque regno libera eis relinquitur dispositio de tertio,de quo proinde liberè instituere possunt maioratum, etiam in quocunque extraneo,vt ex dictis in calce disp.576.& alibi sæpe constat.

In hoc verò Castellę Regno,cùm,vt ibidem,& alibi dictum est,tertium sit legitima comparatione filiorum, cum facultate parenti meliorandi in eo,quem descendentem voluerit,si plures vno habeat,aut instituendi in eo maioratum,subrogando, aut

licèt de iure communi validum esset gra-
uamen, ac vinculum in incremento, non
verò in legitima, de iure tamen huius regni
neque in incremẽto esset validum, ac pro-
inde ea bona omnia manerent libera tali fi-
lio, vt in calce disp. 177. comprobatum est.
Quòd si parens in vita institueret maiora-
tum irreuocabilem ex tertio, atque eum
traderet in vita vnico filio fruendum, tunc
censeretur filius acceptatione, ac fruitione
eius maioratus, cõsentire in eo vinculo pro
emolumento vsusfructus interimdum pa-
ter viueret, & pro emolumẽto, quòd is ma-
joratus irreuocabiliter esset institutus in
suum emolumentum, nec posset reuocari,
natis alijs filijs, aut alijs descendentibus, &
instituì posteà in illis. Ita, cum Segura, &
Peralta, Molina vbi supra. n. 4. concinit. l.
ab eo. C. de fideicommiss.

3 Si parens in tertio bonorum inualidè
instituit maioratũ in vnico filio, si ille repu
diet hæreditatem, eaque bona deueniant
ad alium hęredem ab intestato, valet ea inst
titutio maioratus in tertio comparatione
secundi ad eum maioratum vocati, & com
paratione sequentiũ vocatorum. Ita Greg.
Lopez. l. 2. titu. 25. part. 1. verb. *mayoric*, in
fine, & Molina vbi supra. n. 9.

4 Molina vbi supra. n. 7. cum Roderico
Xuarez, & Baeça, addit. Si filius vnicus à gra
uamine maioratus in tertio, aut in maiori
parte legitimæ, non reclamauit toto tem-
pore, quo vixit, & bona eadem filius primo
genitus, aut alius legitimus in eo maioratu
successor, triginta annis titulo maioratus
possedit, tunc ex lapsu tãti temporis exclu-
ditur successor ab impugnatione eius gra-
uaminis, iuxta glossam, & textum ibi, argu-
mento à contrario sensu. l. licet. C. de iure
deliber. Hęc quando maioratus institutus
fuit in filio vnico ex tertio bonorum abs-
que regia facultate.

5 Quod autem ex regia facultate instituì
possit maioratus in vnico filio, non existen
tibus alijs descendentibus institutoris, nõ
solùm ex tertio, sed etiam ex maiori parte
legitimæ, aut ex tota legitima illius disp.
178. conclus. 3. ostensum est, idque afir-
mãt Greg. Lopez. l. 23. tit. 9. part. 6. glos. 1.
Ant. Gom. l. 40. Tauri in calce. n. 55. & Mo
lina. c. 11. citato. n. 10.

Vtrum autem, quando ex regia faculta-
te ita instituitur maioratus ex tertio in vni-
co filio, non existentibus tunc alijs descen
dentibus institutoris, atque etiam quando
existẽtibus alijs filijs, & descendentibus, ex

A regia facultate maioratus instituitur, cõtin
gendo legitimas aliorum filiorum, relin-
quendoque illis competentia alimenta,
vtrum, inquam, tunc institutor seruare te-
neatur in vocatione ordinem præscriptum.
l. 27. Tauri, quæ est l. 11. titu. 6. lib. 5. nouæ
collect. de quo ordine in calce disp. 575.
dictum est, vt scilicet ascendentes institu-
toris vocari non possint, nisi deficientibus
omnino descendentibus, neque transuer-
sales vocari possint, nisi deficiẽtibus etiam
ascendentibus, & omnino extranei non
possint vocari, nisi deficientibus transuer-
B salibus consanguineis? Molina vbi supra à.
n. 11. rem disputat in vtranque partem, ne-
que eam definire audet, quòd dicat, latam
fuisse sententiam in causa ea de re grauissi-
ma in Pinciano prętorio, quòd necessarium
non fuerit seruare eum ordinem, & ab ea
sit supplicatum, adhucque, quãdo illa scrip
sit, lis penderet inter viros nobilissimos.
Ex rationibus verò, quas conficit, & quòd
hanc partem posteriori loco confirmet, di
catque pro ea fuisse latam sententiam, satis
innuit, se in eam partem propẽdere: quam
etiam videtur asserere Ant. Gom. l. 40. Tau
ri. n. 55. Potissimum tamen pro contraria
C sententia fundamentum est. Quòd ordo
ille. l. 27. Tauri præscriptus debere seruari
in institutione maioratus ex tertio, id circo
sancitus est, quando sunt multi filij, aut des
cendẽtes institutoris, quoniam id tertium
est legitima comparatione filiorum, eaque
de causa noluit lex illa concedere vinculũ,
& maioratus institutionem in eo tertio, nisi
sub eo onere, vt seruaretur ordo ille: quan
do autem facultas conceditur, vt con-
tingatur in legitimis vltra id tertium, mul-
tò vrgentior ratio est, vt idem ordo seruẽ-
tur.

Sanè dicerem, si facultas solùm conce-
datur, vt maioratus instituatur in tertio vni
ci filij, aut etiam contingendo vlteriùs il-
lius legitimam, neque ampliùs exprimatur,
non censeri dispensatum, vt etiam nõ ser-
uetur ordo. l. 27. Tauri meritò præscriptus:
quoniam dispensatio tunc in eo, quòd vin-
culum maioratus in eo tertio apponatur,
non habet annexum, vt vocationes fiant
non seruato eo ordine præscripto, quando
vinculum apponitur tertio, & multò magis
quando vinculum apponitur vlteriori par
ti legitimę: plusque est dispensare in primo
& secũdo simul, quam in solo primo: vnde
nisi secundum etiam proponatur, & con-
cedatur, non censetur in eo dispensatum.

Adde,

Adde, iuxta ea quæ disp. 578. concluss. 3. 4.
& 5. dicta sunt, ex nostra sententia, quã-
uis princeps dispensare possit, vt vincu-
lum apponatur in tertio vnici filij, aut etiã
in legitima, eò quòd non agatur de magno
illius præiudicio; non tamen posse dispẽ-
sare, vt id tertium, & legitima, ad quæ ha-
bet ius vi legum huius regni, grauentur vin
culo maioratus, ad quem vocentur alij, ex-
clusis proprijs filijs talis vnici filij: vnde,
iuxta ea quæ ibidem dicta sunt, non con-
sulerem, vt princeps dispensaret, vt, exclu-
sis filijs ac descendentibus talis vnici filij,
alij præponerentur, aut vt cõcederetur fa-
cultas ad instituendũ maioratũ contingen-
do legitimas aliorum filiorũ, præsertim vo-
B cando ad eum maioratum ante eos filios,
& eorum descẽdentes, alios remotiores ac
collaterales consanguineos. Hęc tamen nõ
impediunt, quòd princeps ex rationabili
causa possit dispensare, vt in aliquibus euẽ-
tibus locum no habeat ordo præscriptus. l.
27. Tauri, ad effectũ, vt ad eum maioratum
non vocetur, qui ex descendentibus stul-
tus sit, aut alia ratione minus aptus ei ma-
joratui, aut vt in eo non succedant religio-
si, aut clerici.
C

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *institui potest in legi-
timato per subsequens matrimonium.*

2 *Maioratus quousq; institui possit, aut
non possit, in legitimato rescripto principis.*

3 *Maioratus quousque in filio illegitimo natu-
rali institui possit, etiam iure Lusitano.*

*Vtrum in legitimato, aut etiã in ille-
gitimo, institui valeat maioratus.*

Disp. 610.

D

1 QVOD ad primum attinet, dicendum est. Si quis
per subsequẽs matrimo-
nium legitimatus sit, cũ
is computetur cum natis
legitimè, nihilque ab eis
differat, vtique perinde
in eo instituì de nouo po
terit maioratus, atq; in legitimè nato. Hæc
omnia constant ex dictis disp. 172. Quo in
loco explanatum etiam est, quousque eius-
modi filius succedere possit, aut nõ possit
in maioratu iam antea instituto.

2 Legitimatus autem rescripto principis,
si ritè obtenta sit legitimatio, propositis
Principi, quæ necesse est illi proponi, ne le-
A gitimatio sit surreptitia, neque apposita in
ea sit clausula, sinè præiudicio filiorum le-
gitimorum, aut succedentium ab intestato,
quanuis nihil à legitimis differat, vt in bo-
nis parentum, & aliorum consanguineo-
rum succedat, quia tamen parentes non
plus vnicuique eorum relinquere possunt,
quàm vni ex legitimis, cui minima por-
tio fuerit relicta, vt habetur in authentico
quibus mod. natur. effici. sui. §. & quo-
niam variè. & l. vlt. §. vltim. C. de natur.
lib. vtique, si alij descendentes legiti-
mi existant, neque eos possunt parentes in
hoc regno meliorare in tertio, aut in quin-
to, neque in Lusitania in tertio, neq; proin
de in eis possunt instituere maioratum, vt
B disp. 173. §. vtrum autem, est ostensum, &
afirmat Molina lib. 2. de primog. c. 11. a. n.
17. cum communi doctorum sententia, quã
refert. Quando autem nulli essent descen-
dentes, neque apposita esset clausula, sinè
præiudicio succedentium ab intestato, inst
tituì in eis optimè posset maioratus, vt Mo
lina vbi supra. n. 24. rectè affirmat, & faci-
lè liquet ex dictis disp. 173. citatã.

C Quòd ad illegitimos attinet. De iure 3
huius regni, si pater filium naturalẽ habeat,
& simul descendentes legitimos, tunc pa-
ter nõ potest filio naturali relinquere nisi,
quod voluerit de quinto suorum bono-
rum, detractis inde sumptibus sepulturæ,
& alijs legatis, vt cõstat ex. l. 10. Tauri, quæ
est l. 8. titu. 8. lib. 5. nouæ collect. dictum-
que est disp. 166. & affirmat Molina vbi su-
pra. n. 25. Quòd si reditus eius, quod pater
filio naturali ita reliquerit, superent alimẽ-
ta ei filio ad congruam sustentationem nec
cessaria, tunc credo, relinquere id ei pote-
rit vinculo maioratus alligatum. Si autem is
D pater descendentes legitimos non habeat,
esto habeat ascendentes legitimos, poterit
ei filio naturali relinquere omnia sua bona,
aut quam partem eorum voluerit, vt habe
tur eadem. l. 10. Tauri, & disputatione cita
ta dictum est, affirmatque Molina. n. 25. ci
tato: poteritque illa relinquere ei vinculo
maioratus astricta, si competentia alimen-
ta superent. Idem dicendum est de matre
comparatione filij naturalis, quod de patre
dictum est, si mater descẽdentes legitimos
habeat. Si verò eis careat, tũc filij naturales
ei succedũt ex testamẽto, & abintestato, nõ
secus ac si essent legitimi, ac proinde eodẽ
modo posset in aliquo, aut in aliquibus eo-
rum, instituere maioratum, ac si essent le-
gitimi. Vtrunque habetur. l. 9. Tauri, quæ
est l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ius Lusit.

est.l.7.titu.8.lib.5.nouæ collect.dictumque est disp.166.citata.

De iure Lusitano, si filius naturalis sit hominis plebei, perinde succedit patri, ac si esset legitimus, vt disp. 166. dictum est, atque adeò perinde in eo poterit instituere maioratum, atque in quouis alio filio legitimo. Si verò sit hominis non plebei, & pater habeat alios descendentes legitimos, nihil potest ei relinquere, vt disputatione citata dictum est, ac proinde nec poterit instituere maioratum in eo. Quòd si descendentibus careat, & habeat ascendentes, solùm de tertio poterit ei relinquere, quod voluerit, vt loco citato dictum est, ac proinde instituere poterit inde maioratum in eo, si reditus superent competentia alimenta talis filij. Si autem ascendentibus etiá careat, poterit relinquere eromnia sua bona, aut quam partem eorum voluerit, vt vbi supra dictum est, atque adeò poterit instituere inde maioratum in eo. Filius autem naturalis, cùm de iure communi, & Lusitano, perinde succedat matri, ac si legitimus filius esset illius, vt disp. 166. citata conclusione. 7. & post conclusionem. 8. dictum est, perinde mater poterit instituere maioratum in illo, atque in filio legitimo.

4 In filio verò spurio parentes non possunt instituere maioratum. Ita Molina vbi supra à.n.26. Ratio autem est, quoniam parentes relinquere ei non possunt aliud, præter alimenta, vt disp. 167. comprobatum est. Excipe matrem in regno Castellæ comparatione quorundam spuriorum, de quibus ibidem concluf. 7. &. 8. dictum est. Addit Molina vbi supra.n.3. cum Greg. Lopez. l. 32. titu. 9. part. 6. verb. no volaria colum. 7. etiam si maioratus instituatur cum ampla regia facultate vocandi ad eum quoscunque, non intelligi concessam facultaté ad vocandos spurios filios instituentis maioratum: quoniam ea facultas solùm intelligitur de capacibus eorum bonorum, irrationabilisque esset facultas, quæ se ad spurios extenderet, neque in facultate vniuersali censentur comprehensi ij, ad quos eam non extenderet, qui illam concessit, si de eis interrogatus fuisset in particulari.

In spurio autem instituti potest maioratus ab eo consanguineo illius, aut prorsus extraneo, à quo spurius accipere potest bona, vel per vltimam voluntatem, vel donatione interuiuos, iuxta ea quæ disp. 167. explanata sunt. Ita Molina vbi supra.n.33. Eadem verò ratione vocari etiam ab illo A potest ad eundem maioratum post primú ad eum vocatum, esto illum instituat in legitimo, aut in illegitimo.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *in institutione ipsa leges ac conditiones, quæ apponuntur, regulariter non habent rationem conditionum, quæ suspendant institutionem, sed modorum. Et quando conditionum rationum habeant.*

2 *Maioratus institutiones quoad personarum ad eum vocationes, fieri solent sub vera conditione de futuro, de præterito, aut de præsenti. Onera verò, & grauamina imponi solent sub modo, & quando habeant rationem conditionis, etiam ad comparandum dominium, & ciuilissimam possessionem: & quando sit modus æquipollens conditioni, resolueríq; in nihilum vocationem, adeò vt fructus percepti, restituendi etium debeant.*

3 *Maioratus si institutus sit ita vt ad eum aliquis vocetur subconditione potestatiua, aut sub modo, ita vt æquipolleat conditioni, quia in nihilum redigit vocationem, perinde ac si nunquam esset facta, tradi debet maioratus ita vocato, præstita prius ab eo cautione mutiana, aut simili mutianæ, de restituendo maioratu cum fructibus ex eo perceptis. Secus si modus non redigat in nihilum vocationem ac si nunquam esset facta. Et quàm varie modus apponi soleat, & quando, & quousque obliget. Et num obliget deserere maioratú in conscientiæ, foro, nulla expectata sententia.*

Leges, seu conditiones, quæ in maioratuum institutionibus adhibentur, quando veræ conditionis, & quando modi rationem habeãt, & quousque obligent. Disp. 611.

NVNC dicendum est de legibus, seu conditionibus, quæ in maioratuum institutionibus, seu creationibus apponuntur: explicandumque est, quando rationem veræ conditionis habeant, & quando rationem modi: & quousque dispositionem suspendãt, aut nullam reddant, nisi eueniant, aut obseruétur: & quousque ad sui obseruationem obligent. Quid autem sit conditio, tam presse, quàm latè, disp. 208. quid item modus, & in quo

quo à conditione differat, disp. 208. explanatum est.

Molina lib. 2. de primog. c. 12. n. 2. rectè ait. Quod attinet ad leges, seu cõditiones, cũ quibus maioratus instituitur, nos posse agere, vel de ipsa creatione & institutione maioratus in se; vel de vocationibus, ac substitutionibus ad illũ. Si de creatione & institutione maioratus in se agamus, dicendũ est, leges & conditiones, quæ apponuntur, vt quòd ea bona nõ possint alienari, quòd successores in eo maioratu tales, vel tales, esse debeant, quòd hoc, vel illud, facere teneantur, & pleraq; alia, quæ apponi solent, etiam si sub nomine conditionis apponantur, aut sub aliquo æquiualenti, vt si dicatur, dúmodò hoc, vel illud fiat, regulariter non habere rationem conditionis comparatione talis institutionis & creationis maioratus, sed habere rationẽ modi, cum quo, aut sub quo, instituitur. Ratio autem est, quoniam (vt cum eodem autore ibidem.n. 4. &. c. 15. à.n. 20. & cum communi doctorum sententia disp. 208. copiosè dictũ est) cùm hoc sit discrimen inter conditionem presse, & modum, quòd licèt vtrunque sit de futuro, conditio tamen suspendit dispositionem, cui apponitur, vt vim nõ habeat quousque conditio impleatur, & dependenter ex eo, quòd impleatur; modus verò dispositionem, cui apponitur, non suspendit, sed dispositio statim vim habet antequàm modus impleatur; cùm, inquam, hæc ita sint, & eiusmodi leges ac conditiones non apponãtur, vt institutiones maioratus in se sint quoad suam substantiam, naturã, & essentiam, vimque habeant, sed vt melius in futurum conseruentur, melioremque progressum habeãt, aut vt onera aliqua ratione eorundem maioratuum, qui ad illos vocantur, subeant, & adimpleant; procul dubiò eiusmodi leges rationem nõ habent conditionem, quæ maioratuum institutiones suspendant, & nullas reddant, si non impleatur, ac proinde, quæ bona eo vinculo alligata efficiãt libera, sed habẽt rationẽ modorum, sub quibus, & cum quibus maioratus instituuntur; qui modi quauis obligent ad ipsorum impletionem, eorum tamẽ trãsgressio nõ reddit nullas maioratũ institutiones, sed bona vinculo nihilominus maioratus manent alligata, vt antea erant.

Dixi, leges & cõditiones appositas maioratuũ institutionib⁹, regulariter nõ habere rationẽ conditionũ, sed modorum, comparatione earundem institutionũ: quoniam, si conditiones aliquæ perspicuè apponãtur, A vt institutiones ipsæ in se vim habeant, sortianturq; rationẽ institutionis maioratus, tunc vtiq; verè erunt conditiones, & non modi, cõparatione earundem institutionũ. Vt si quis dicat, si filius meus impubes ante pubertatis annos ex hac vita decesserit, omnia bona illius alligo vinculo maioratus, vt in eo tali, vel tali ordine succedatur; proculdubio tunc conditio illa, si filius meus ante pubertatis annos è vita discesserit, cum ad consistentiam talis maioratus requiratur, vera est conditio comparatione illius maioratus; neque priùs institutio illa vim habet, quàm ea conditio sit impleta. B Idẽ erit, si quis dicat, si naues ex India hoc anno bona aliqua mihi attulerint, volo ex illis emi reditus, aut bona immobilia, quæ vinculo maioratus sint alligata, aut quibus augeatur maioratus iam antea institutus. Aut si dicat, si filius meus mortuus fuerit ante me, talia bona, quæ ad ipsum deuenire debebant, sint vinculo maioratus alligata, vel accrescant maioratui iam antea instituto. Eiusmodi quippe conditiones verè requiruntur ad existentiam, aut augmentũ eiusmodi maioratuum, atq; ab earum impletione pẽdet, quòd institutiones illę sint maioratus, ac proinde verè habent rationem conditionum comparatione talium institutionum.

C Si autem agamus de legibus, & conditionibus, cum quibus maioratus instituuntur, non quoad ipsas maioratuum institutiones in se, sed quoad vocationes, & substitutiones, ad illos, tunc cõsiderare possumus, vel vocationes ipsas personarũ, secluſis grauaminibus & oneribus, quæ personis ita vocatis imponuntur; vel cõsideratis grauaminibus & oneribus, quæ illis imponuntur. Vocationes ipsę personarũ, secluſis grauaminibus & oneribus, quæ illis imponũtur, fieri solet sub verisac proprijs conditionibus, vel de futuro, vel etiã de præsenti, aut D de præterito; tametsi primis personis vocatis, in quibus maioratus instituitur, rarò apponi soleat cõditio. Sic post primú vocatú ad maioratú, vocari cõsueuit proximior frater, si vocatus sine liberis decesserit, & vnusquisq; vocatorũ post primú, sub tacita cõditione vocatur, si superstes sit tempore mortis anterioris possessoris, & ita de alijs veris ac proprijs conditionibus, à quibus pendet, quòd vocatio vim habeat, effectũque sortiatur: quare, cùm suspendant vocationes ipsas, depẽdentesq; illas efficiant ab euentu eiusmodi cõditionum, verè ac propriè sunt cõditiones cõparatione aliũ vocationum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionum. Onera verò & grauamina apposita in ipsa maioratus institutione personis ad eum vocatis, regulariter esse non solent cõditiones comparatione vocationum, sed modi: quoniam non suspendunt vocationes, sed sunt onera iniuncta vocatis, postquàm vocationes sortitæ fuerint effectum. Hæc Molina.c.12.citato à.n.12.

Molina vbi supra.n.15.ait. Si grauamen aliquod vocato ad maioratumsit impositũ, cum onere, vt, antequàm possessionem apprehendat, iuret se impleturum omnia in institutione contenta, aut vt aliquid aliud efficiat; tunc id grauamen rationem habet conditionis comparatione apprehensionis realis possessionis, eamque suspendet; tametsi in eo euentu dominium, & possessio ciuilissima, quam absq; vllo actu vero, aut ficto, introduxerunt iura huius regni circa bona maioratus, non deuoluantur ad ita vocatum ad maioratum ante id grauamen impletum: id quod nos cum Anton. Gom. diximus disp.208.§.Bart. Imò verò addit Molina cum Greg.Lopez.l.7. titu.4.part. 5.verb. possession, si adimpletio grauaminis illius iniuncta sit, vt fiat, antequàm vocatus ad maioratum in eo succedat, comparetq; dominium, & ciuilissimam possessionem illius, suspendet hæc omnia grauamé illud, ac proinde rationem habebit veræ conditionis comparatione ipsiusmet successionis, acquisitionis dominij, ac ciuilissimæ possessionis bonorum maioratus: id quod etiã facilè cõstat ex dictis cum Bart. disputatione citata.

Quod si institutor maioratus in ipsa institutione dicat, quòd successor, qui non impleuerit quoduis ex grauaminibus impositis, aut aliquod, vel aliqua ex illis, censeatur non vocatus, aut præteritus, addens, quòd non intendit vocare, nec vocat, ad eius maioratus successionem, nisi eos, qui ea grauamina iniuncta seruauerint; id quod Molina affirmat, in multis Hispanis maioratibus apponi; dubium est, vtrum ea vocatio ad maioratũ sit pura, hoc est, non conditionalis, sed sub modo, resoluenda tamé, in nihilũm ve redigenda, eo ipso, quòd modus, & grauamen impositũ, non impleatur, vt de venditione cum pacto adiectionis in diem habetur.l.2.ff.de in diem adiect. dictumque est disput.377.&.378. an verò sit potiùs ea vocatio dicenda conditionalis, pendẽs, vt sit vocatio eius, qui illa vocatur, & qui vi illius mittitur in possessionem rerum maioratus, ab ea conditione, si grauamina adimpleat, nullumque eorum toto tempore, quo vixerit, transgrediatur.

Molina lib. 2. de primog. c. 12. n. 18. pro pendet, esse potiùs institutionem conditionalem. Videtur duci, quoniam in ea dispositione, si successor in maioratu grauamen non impleat, ita dispositio redditur nulla, vt maioratus sit restituẽdus cum fructibus ex illo perceptis: quod conuenit ei, qui tenet rem sibi cõcessam sub conditione pendente in futurum: is enim dominium illius non consequitur, neque fructus illius facit suos, nisi dependenter ex eo, quòd conditio impleatur; impletaque conditione, retrotractio fit, censeturque à principio dominium comparasse, & fructus rei illius fecisse suos: si verò cõditio deficiat, censetur nunquam fuisse dominus, nunquamq; fecisse suos fructus rei illius, ac proinde tenetur eam restituere cũ fructibus ex illa perceptis. Quando autem res alicui concedi-tur ac traditur purè, hoc est, non sub conditione, sed sub modo, & grauamine, tunc, esto ita sub eo modo, pacto, aut grauamine, fit concessa, vt eo ipso, quòd contrarium eueniat, dispositio resoluatur, sanè, cùm dominium illius ad eum toto tempore antecedente pertinuerit, fructus fecit suos, neq; tenetur illos restituere, sed rẽ solam, vt de venditione cum pacto adiectionis in diẽ cũ Tiraquello, & paucis alijs, arbitratur.

Existimo tamen vocationẽ illam ad maioratũ non esse cõditionalẽ, sed sub modo, resoluendam tamen, seu in nihilũ redigendam, eo ipso, quòd modus & grauamé non impleatur, eumq; ita vocatum ac possessorem maioratus, dominum fuisse eius rei, fructusq; illius fecisse suos, toto tempore antecedente transgressionem modi, seu grauaminis, illo modo impositi: non secus atque emptor rei cum pacto adiectionis in diem, hoc est, vt si alius emptor intrà certum tempus meliorem emptionem offerat venditori, res sit non vendita optione venditoris, dominus est rei emptę toto tẽpore, quo emptio impletione pacti illius non resoluitur, ac redigitur in nihilum, & efficit pro illo tempore fructus rei illius suos, atq; si eo tẽpore res pereat, perit emptori, & nõ venditori, vt disp.377.&.378. hæc omnia ostẽsa sunt. Cęterum existimo, falsum esse, quod contra glossam. l. 2. C. de in diem adiect. & contra communem opinionem, Molina cum paucis affirmat, nempe, si pactum sit, quòd res sit non vendita, aut quòd habeatur pro non vendita, resoluta venditione ex eo, quòd alius meliorem emptionem intrà id tẽpus offerat, nõ teneri priorem

rem emptorẽ restituere rẽ cũ fructibus ex ea perceptis, vt perspicuè ex varijs iuribus duabus disputationibus citatis ostendimus, quicquid in contrarium cum eodem Molina innuerimus disput. 208. citata, antequàm rem in suo proprio loco disp. 377. &. 378. examinaremus. Dixi, si pactum sit, quòd res sit non vendita, aut quòd habeatur pro non vendita: quoniam, si pactum sit, quòd dissoluatur venditio, aut quòd non vlteriùs progrediatur, tunc, cùm pactum non sit resoluens atq; annullans venditionem à principio, vtique fructus medio tempore percepti, ad emptorem spectant, vt disp. 377. &. 378. ostẽdimus. Illud addo in re, de qua disputamus, quando scilicet ita imponitur modus, aut, grauamẽ, vt si nõ impleatur, aut ei cõtraueniatur, qui cõtrauenerit, censeatur nunquam vocatus, eam dispositionem æquipollere conditionali, ac proinde censeri, ac si a principio fuisset nulla, & per consequens ex natura rei inducere obligationem restituendi rem cum fructibus ex illa perceptis: id quod ipse Molina tandé in sequentibus videtur confiteri, præsertim in dispositionibus, quæ maioratus non sunt. Neq; congruam reddit rationem, cur non idem dicendum sit in maioratibus, vt in calce.nu. 30. confitetur, ideoque relinquit rem cogitandam, quando casus euenerit.

3 A numero.23. addit Molina, si aliquid relictum alicui sit per vltimam voluntatem sub conditione potestatiua negatiua, ne aliquid transgrediatur, quæ non, nisi per mortem illius, potest esse impleta, debere id ei tradi præstita cautione Mutiana, de qua in calce disp.206. dictum est, quòd videlicet, si id fuerit trasgressus, restituet & rem, & fructus omnes ex ea perceptos, iuxta.l. Mutianę. ff. de conditionib. & demonst. Et quanuis cautio Mutiana propriè solùm habeat locum, quãdo res ita relinquitur sub conditione potestatiua negatiua; meritò tamen addit, communem doctorum resolutionem esse, simili modo cauendum esse de re cum fructibus restituenda, quando aliquid similiter ita relinquitur alicui sub modo, quòd, si eum transgrediatur, censeatur nũquam vocatus, aut amittat legatum, vel hæreditatem, aut donationem causa mortis, ac si ei non fuisset id relictum. Cæterùm addit cum Bart. & cum communi doctorũ sententia, hoc esse discrimẽ inter vtranque cautionem, quòd, cùm conditio suspendat dispositionem, cui apponitur, in euentum conditionis, neque antea res sit debita simpliciter ac tradenda, quàm conditio impleatur; modus verò non suspẽdat dispositionem, cui apponitur; sanè, quãdo dispositio est sub conditione negatiua potestatiua, cautio adhibita, quòd res cũ fructibus restituetur in euentu, quo is, cui ea res ita est relicta, conditionẽ fuerit transgressus, tribuit illi actionem ad petendam & obtinendam eam rem: quoniam ad id ea cautio à Mutio fuit introductai, vt, quod alioquin simpliciter non erat debitum, nec tradendum ei, cui sub ea conditione erat relictũ ante purificatam eam conditionem, adhibita ea cautione, esset ei debitũ, ac tradendum. Cautio autem de modo implẽdo, similis Mutianæ cautioni, non tribuit actionem: quoniam res sub eo modo relicta, debetur ante modũ impletum, eò quòd modus ille non suspendat dispositionem, ac proinde simpliciter cõpetit ad illam actio: quia tamen eam petenti excipi, seu opponi potest, quòd relicta sit ei sub illo modo, & quòd, si modum transgrediatur, quod facile euenire potest, censebitur, ac si ei non fuisset relicta; vtiq; ex cautione illa oblata ac præstita, competit ei replicatio, quòd id impedire, nec posit, nec debeat, effectum suæ actionis, & traditionem rei simpliciter iam sibi debitæ, præstando eam cautionem,

C Ex hactenus dictis videtur dicendum, siue maioratus institutus sit sub cõditione potestatiua negatiua, siue sub modo, præsertim si clausula apponatur, quòd, eo non seruato, censeatur non vocatus, qui illum sit transgressus, præstãdam esse cautionem Mutianam, aut modalem similẽ Mutianę, à vocato ita ad maioratũ, & teneri restituere rẽ cum fructibus ex illa perceptis, in euẽtu quòd illa conditio nõ impleatur, aut quòd transgressio fiat modi, seu grauaminis, ita iniuncti: idque non solùm quando maioratus fuit institutus per vltimam volũtatem, in qua propriè habet locum cautio Mutiana; sed etiam quando institutus fuit contractu inter viuos, id non impedit, quòd in tali contractu locum habeat cautio Mutiana, sicut in donatione causa mortis, & in alijs vltimis voluntatibus, vt disput. 285. post. 4. conclusionem ostensum est. Si verò sit institutus irreuocabiliter, id etiam non impedit, quòd locum in eo habeat cautio modalis similis Mutianæ, & cum Bart. & communi doctorum sententia affirmat Molina vbi supra.n.28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem tamen Molina ibidem.n.29. subiungit, quanuis de stricto iuris rigore ita dicendum sibi videatur in maioratibus; nunquam tamen se vidisse possessorem maioratus sub ea cõditione negatiua potestatiua, aut sub eo modo, coactum fuisse præstare cautionem de re cum fructibus perceptis restituenda, si cõditionem, aut modum, sit transgressus, neq; arbitrari talem possessorem a iudicibus ad id fore cogendum, esto id petatur.

Hac tamen Molinæ opinione nihil obstante, in qua ipsemet in fine.n. 39. firmus meritò non remanet, dicendum arbitror. Si ad maioratum fiat vocatio sub vera conditione potestatiua negatiua, tunc, cùm dispositio & vocatio suspendatur in euentũ impletæ conditionis, vtique, si vocatus sub ea cõditione, illam non adimpleat, restituere in conscientię, & in exteriori foro, tenetur vlteriùs vocato, rem cum fructibus ex ea perceptis; cogiq́ue potest, ac debet præstare cautionem Mutianam de re cum fructibus perceptis restituendis in euentu transgressionis conditionis. Ratio autem est, quoniam institutor maioratus instituere potuit eum de suis bonis, vt sibi placuit, neque censetur vocasse ad ea bona quenquam, nisi sub ea vera conditione suspensiua talis vocationis: quarè prętstanda in eo euentu est cautio Mutiana, aut alia illi similis (si vocatio fiat contractu) de re cum fructibus restituenda in euentu non seruatæ conditionis. Et q restitutio rei cum fructibus vim in hoc euentu habeat nulla expectata sententia, satis constat ex dictis in calce disp. 96. Si verò ad maioratum vocatio fiat, nõ sub cõditione, sed sub modo, tunc (vt cum Vlpiano.l.2.§.vlt.iuncta l.3. sequenti.ff.de donat.disp.208. dictum, explanatumq; est) attendendum, præsertim in institutione maioratus est, quæ fuerit mens institutoris, quia vel eam satis expressit, vel coniecturis, ex circunstantijs, sufficienter intelligitur, atque illi est standum. Interdum enim modus apponitur tanquam causa solùm motiua ad instituendum, sinè animo ad illum obligandi. Interdum verò cum animo ad eum obligandi, sinè pœna tamen amissionis maioratus, & multò minùs amissionis fructuum ex illo perceptorum vsque ad instans transgressionis modi. Et tunc satis cõstat, cogi quidem posse maioratus possessorem ad eum modum seruandum, non tamen, ob illum non seruatum, priuari posse maioratu, aut fructibus ex illo perceptis. Atque in hoc, & in priori euentu, satis perspicuum est, non posse cogi ad præstandam cautionem similem Mutianæ, de re cum fructibus ex ea perceptis restituendis. Aliquando verò fit institutio cum modo, exprimendo sufficienter, quòd eo ipso, quòd transgressio fiat modi, priuetur maioratu, & deueniat ad vlteriùs vocatum. Atque tunc priuabitur quidem possessor, qui modum fuerit transgressus, maioratu ipso, & consequenter perceptione in posterum fructuum ex illo: non tamen priuabitur fructibus vsque ad id tempus ex illo perceptis: quandoquidem id non statuit institutor ipse; & in re proposita, non plus est quis priuandus ob transgressionem, quàm institutor decreuerit. In hoc verò euentu satis constat, necessariam non esse cautionem similem Mutianæ de re, cum fructibus ex ea perceptis, restituendis: atque hoc solùm probat prima ratio, quam Molina vbi supra.n.29. adhibet cur in maioratibus sub modo, neque necessaria sit, neque adhiberi soleat, cautio similis Mutianæ de restituendis fructibus ex maioratu perceptis. Denique aliquãdo sufficienter exprimit institutor maioratus, velle, vt si modus, aut grauamina adhibita, non seruentur, eo ipso transgressor censeatur nunquam vocatus ad eum maioratum: atque tunc, quicquid in contrarium velit Molina (ea de re minimè firmus) dicendum est, teneri, non minus in maioratu, quàm in alijs dispositionibus, restituere res cum fructibus ex eis perceptis, ac proinde cogi posse ad præstandam cautionem similem Mutianę, quòd fructus perceptos etiam restituet, idque immediatè vocato in defectum ipsius: qui sanè ius eo ipso habet ad omnia ea bona, non secus ac si transgressor modi nunquam fuisset vocatus, aut mortuus fuisset tẽpore, quo maioratus ad ipsum deuenit. Neque in eiusmodi institutionibus verè dicitur, hæc adhiberi ad solùm terrorem: cùm aliud sonent verba institutoris, neque sit verisimilis præsumptio, quòd aliud institutor voluerit, quàm verba institutionis perspicuè sonant.

Illud est obseruandum, quando modi, seu grauamina, imponuntur vocatis ad maioratum, cum clausula formali, aut virtute, adhibita, vt, si transgrediantur aliquem talium modorum, aut grauaminum, censeantur nunquam vocati ad eum maioratum, sed eo ipso à principio vocatus

vocatus censeatur, qui vlteriùs immediatè esset vocatus; tunc, in pœnam modi non impleti, statutam ab institutore censeri successionis ademptionem, & translationem in alium, iuxta.l.2.ff. de his quæ nomine pœnæ. Cùm autẽ ea pœna nihil iniustitiæ, aut fœditatis, contineat, sed instituatur ad conseruationem maioratus, & obseruationem onerum, quæ non iniquè iniungũtur, implenq́ue à successore potuerunt, vtique vim habet, statimq́; ea pœna mandari debet exequutioni in foro exteriori, iuxta.l. citatam & l.vnicam.C.eod.tit.& alia iura, vt cum alijs, quos citat, rectè Molina vbi supra.n.31.ait. Vtrum autem in foro conscientiæ transgressor modi teneatur in eo euentu deferre maioratum, & tradere illũ successori, cum fructibus ex illo perceptis, nulla expectata sententia. Certè, si ea fuit mens ac volũtas institutoris, ad id tenetur, iuxta ea quæ disp. 96. dicta sunt: quoniam potuit ad sua bona non aliter velle vocare successores, quàm cum tanto onere: sufficienterq́; clausula illa adhibita, exprimere videtur, eam fuisse suam mentem, cui in foro conscientię est standum, vt disp. 96. citata dictum est. Ego verò non consulerẽ institutoribus maioratuum, vt id tantum onus, quod multum illaquearet conscientias vocatorum, eis imponerẽt; sed solùm, quòd inciderent in pœnam amittendi maioratum, quem successor posset in iudicio petere, & obtinere.

SVMMARIVM.

1 CONDITIO *possibilis non vitiat dispositionem, sed illam suspendit.*

2 *Modus possibilis adhibitus, ad sui obseruationem quoscunque obliget, & quãdo, illo non seruato, dispositio sit valida.*

3 *Maioratus institutio facta vltima voluntate, sub conditione quocunq; modo impossibili, est valida, & conditio habetur pro non apposita. In hoc tamen regno, si facta sit sub conditione impossibili, non natura, sed facto, nulla est.*

4 *Maioratus institutioni factæ contractu irreuocabili, si apponatur cõditio impossibilis, nulla est, quo ad id præcisè, quod sub ea conditione fuerit institutum. Si verò apponatur institutioni factæ contractu irreuocabili, conditio habetur pro non apposita, estq́; proinde valida institutio.*

5 *Maioratus institutio vltima voluntate, aut contractu quocunque, facta sub modo quouis modo impossibili, etiam quia remittitur à iure, valida est, neque est vlla obligatio seruandi eum modum, sed habetur pro non appositio.*

6 *Conditio iuncta per vltimam voluntatem, vt quis iuret aliquid facturum, aut præstaturum, in futurũ, remittitur regulariter à iure, quoad obligationem iurandi, non verò quo ad obligationem implendi id, quod iurare obligabatur.*

7 *Modum iunctum seruaturum ac impleturũ in futurum si quis per vltimã voluntatẽ astringatur iurare, vt obtineat aliquid per eandẽ vltimam voluntatem ei relictum, non remittitur à iure obligatio id iurandi.*

8 *Conditio iuncta per contractum irreuocabilem iurandi aliquid facturum, aut præstaturũ in futurum, nõ remittitur à iure: secus si reuocabili.*

9 *Maioratus si instituatur vltima volũtate, aut contractu reuocabili, vel ad eum quis vocetur, sub conditione, vt iuret se facturum, aut præstaturum aliquid in futurum, remittitur ei à iure obligatio id iurandi, sed non obligatio id efficiendi. Si verò id contractu irreuocabili iniungatur, neutrum à iure ei remittitur. Onus autem iurandi seruare modum possibilem, nunquam ei remittitur. Et quatenus hæc hodie locum habeant in hoc regno, & in Lusitania.*

10 *Maioratus sine regia facultate si in hoc regno ex tertio sit institutus, licet possit institutor ad eum vocare quencunque suum descendentem in quocunque gradu, non tamen præponere descendentibus transuersales comparatione sui. Ex quinto verò id potest, & in Lusitania ex tertio.*

11 *Maioratus ex regia facultate si instituatur contingendo legitimas filiorum, vocari ad eum possunt descendentes masculi per lineam masculinam ex primo institutore, præponẽdo illos descendentibus omnibus per lineam fœmininam ex vltimo possessore, etiam si transuersales sint comparatione vltimi possessoris. Non tamen præponi deberent transuersales institutoris descendentibus per lineam fœmininam: licet hi astringi possent sumere agnomen & insignia institutoris.*

12 *Maioratus à successione licitè ac prudenter excludi possunt religiosus & initiatus ordinibus sacris. In hoc regno si absq; regia facultate institutus sit de tertio, non possunt excludi, nisi existentibus alijs de numero descendentium.*

13 *Maioratus si ex regia facultate sit institutus, inualida est clausula, quòd si possessor inciderit in crimẽ læsæ Maiestatis diuinæ, aut humanæ, vel Sodomiæ, transeat ante id crimen, vel ante attentati nem, in vlteriùs vocatum. Valida autem est, si sine regia facultate sit institutus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conditio, aut modus, impossibilis, maioratus institutioni appositi, an eam vitient, vel non, sed habeantur pro non appositis. Et decisio quorundã dubiorum. Disp. 612.

CONDITIONEM possibilẽ, tam de facto, quàm de iure, non vitiare maioratus institutionem, aut vocationem ad illum, vel quancũq; aliã dispositionẽ, sub ea factã, quin potiùs illam suspendere, vt, si talis conditio non sequatur, inualida sit institutio, vocatio, aut dispositio sub ea facta, notius est, quàm vt disputatione indigeat, satisq; cõstat ex dictis disp. 206. & aliàs sæpe, atque ex iuribus, quæ Molina libr. 2. de primog. cap. 12. nu. 34. citat. Quatenus item modus possibilis adhibitus, ad sui obseruationem obliget, & quando, illo non seruato, dispositio reddatur nulla, aut non, ex dictis disputatione præcedente, & disp. 208. satis liquet. Quarè solùm est dicendum de conditione, & modo, impossibilibus.

3 Quot sint genera conditionum impossibilium, tam de facto, quàm de iure, disp. 206. explanatum est. Quod ad quæstionem propositam circa conditionem impossibilem attinet, paucis, iuxta ea quæ disput. 206. & disp. 185. copiosè explanata sunt, est dicendum. Si institutio maioratus fiat vltima voluntate sub conditione quocunq; modo impossibili, etiam de iure, institutionem esse validã, & conditionem haberi pro non appositã, vt disp. 206. comprobatum est. De iure verò huius regni. l. 4. & 5.

4 tit. 4. p. 6. excipitur, si conditio sit impossibilis, non natura, sed ex facto, modo disputatione citata explanato: duo enim illa iura cum Bart. & quibusdam alijs statuerunt, cõditionem eo modo impossibilem, reddere nullam vltimam voluntatem, in qua apponitur: nos verò disputatione citata contrarium satis perspicuè ostẽdimus esse verum, stando in iure communi, cum Emmanuele Acosta & alijs.

Si verò institutio sit facta contractu, aliquin irreuocabili, sub conditione impossibili quocunq; modo, tunc institutio est eo ipso nulla: quoniã conditio tunc nõ habetur pro non appositã. Ita copiosè cõprobauimus disp. 206. concluſ. 1. & disp. 285. cõcluſ. 2. Obserua tamẽ, si conditio impossibilis apponatur institutioni ipsi, tunc institutionẽ reddi nullã: si verò solùm apponatur vocationi, aut vocationibus aliquibus ad maioratũ, tuc solas eas vocationes reddi nullas, nõ verò institutionẽ ipsam, iuxta ea quę disputatione præcedẽte dicta sunt, & affirmat cõmunis opinio, quam ibi retulimus. Dixi, si institutio fiat contractu aliquin irreuocabili: quoniã si fiat donatione causa mortis, conditio habetur pro nõ appositã, vt, cum cõmuni doctorũ sententia, quam retulimus, probauimus disput. 206. concluſ. 2. & disp. 285. concluſ. 2. Si item fiat donatione, seu contractu inter viuos reuocabili, similiter affirmat Molina vbi supra. nu. 40. conditionem impossibilem haberi pro non appositã: in eamque sententiam nos tandem disp. 285. in calce cõcluſ. 2. propendimus.

5 Quod verò ad eandem quæstionem circa modum impossibilem attinet, dicẽdum est. Siue maioratus institutio facta sit vltima voluntate, siue contractu, etiam irreuocabili, modum non vitiare dispositionẽ, sed haberi pro non appositõ, neque obligare ad sui obseruationem, siue impossibilis sit de iure, siue de facto. Cùm enim dispositionem non suspendat, talis modus insuper appositus, eam non vitiat: & cùm nullus ad impossibile obligetur, sanè non obligat ad sui obseruationem. Ita communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra à n. 41. refert ac sequitur, dictumque à nobis est disp. 208.

6 Disp. 206. ante primam conclusionem, ostensum est, cum conditionibus impossibilibus de iure computari, quæ à iure remittuntur; vt si aliquis hæres instituatur, aut aliquid alicui per vltimam voluntatem relinquatur, etiam per donationem causa mortis, sub vera conditione, vt iuret, se aliquid facturum, aut præstaturum, in futurum: talis enim obligatio iurandi se id effecturũ, ei remittitur à iure, tametsi teneatur id efficere non præstito iuramento, vt dispositio valida sit. Dixi, facturum, aut præstaturum, in futurum: quoniam, si conditio sit, vt iuret, aliquid fieri in præsenti, aut factum esse in præteritum, tale iuramentum non remittitur, vt ibidem dictum est. Duos etiam euentus ibi explicauimus, in quibus conditio iurandi aliquid efficere, aut præstare, in futurum, non remittitur quo ad iuramentum.

Vtrum

7 Vtrum autem, si quid relinquatur alicui per vltimam voluntatem cum onere, vt iuret, seruare modum iniunctum, remittatur ei similiter obligatio id iurãdi, & relinquatur solùm obligatio seruandi modũ, iuramento minimè præstito. Molina vbi supra. num. 47. cum Bart. & communi doctorum sententia, meritò neganter respondet; tametsi id non probet authentica cui relictũ. C. de indict. vid. toll. quam citat, & in qua sermo est de conditione: neque in ea est sermo de iuramento seruandi conditionem, sed quòd, si relictum ei tradatur præstita cautione, quòd, si conditionem non impleuerit, restituet rem cum fructibus, tunc, si res sit immobilis, iuret illam restituturũ, & insuper subijciat hypothecę cõpetentia aliqua bona, vnà cum illa, pro reditibus restituendis. Ratio autem, cur id locum non habeat in modo, sicut in conditione, est. Tum quia de modo non reperitur id statutum, sicut sancituni comperitur de conditione. Tum etiam quoniam, quando aliquid relinquitur sub cõditione potestatiua, nulla est obligatio implendi conditionẽ, sed potest liberè omitti, amittendo relictum sub ea conditione: eaque de causa noluit ius, vt teneretur iurare eam seruare, esto à testatore esset ei iniunctum. Quãdo autẽ aliquid relinquitur sub modo, & acceptatur, consurgit eo ipso obligatio seruandi modũ: eaq; de causa noluit impedire ius, vt integrũ testatori esset iniũgere illi simul arctiorẽ iuramenti obligationẽ.

8 Vtrum autem quemadmodùm, si vltima voluntate aliquid relinquatur sub conditione, vt is, cui relinquitur iuret, se aliquid facturum, aut præstaturum, in futurum, remittitur conditio iuramenti: ita etiã remittatur, si aliquid similiter iniũgatur ex contractu: Glossa. l. quæ sub conditione in prin. verb. interuenit. ff. de cõdit. inst. Bart. & plerique alij, affirmanter respondent. Contrarium verò affirmant alij, quos referunt ac sequuntur Greg. Lopez. l. 6. tit. 4. p. 6. glos. 1. Acosta. l. cùm tale. §. si arbitratu limit. 2. num. 4. ff. de condit. & demonst. & Molina vbi supra. nu. 49. Ratio autem est, quoniam ea cõditio iuramenti, turpis non est ex natura rei, neq; inualida, seclusa iure humano illam remittentis: licet autem iure ciuili remissa comperiatur in vltimis volũtatibus, exceptis duobus euentibus; non tamen remissa reperitur in contractibus.

Hinc, quod ad maioratus attinet, ait Molina vbi supra à n. 46. si maioratus institua-

tur, vel ad eum aliquis vocetur, vltima voluntate, aut reuocabili contractu (qui, quo ad hoc, æquipollet vltimæ voluntati) sub vera conditione, vt iuret, se aliquid facturum, aut præstaturum, liberatur quidem ab onere id iurandi; non verò ab onere id adimplendi, vt institutio, aut vocatio, vim habeat, validaq; sit. Si verò similiter instituatur maioratus, aut vocatio ad eum fiat, contractu irreuocabili, non liberatur eo modo vocatus ab onere, etiam præstandi iuramẽtum, vt institutio, aut vocatio, vim habeat, validaque sit. Quòd si institutio, aut vocatio, sit cum onere iurandi seruare aliquem modum possibilem, liciteque iniunctum, quod regulariter fit in similibus institutionibus maioratuum, tũc, siue institutio, aut vocatio, fiat vltima volũtate, siue cõtractu, neque liberatur ita vocatus ab onere talem modum implendi, neque ab onere astringendi se iuramento eum implendi. Hæc omnia constant ex proximè dictis ac examinatis, neque alia indigent probatione. Hæc tamen hodie ferè locum non habent in hoc Castellæ regno post. l. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. nouæ collect. quibus iuribus nulla redditur obligatio confirmata iuramento, nisi sit minoris, aut alterius, cuius obligatio nulla esset, si non confirmaretur iuramẽto, vt disp. 149. dictum est, vel nisi Ecclesiasticus esset, qui se ita iuramento deberet obligare. Ita Greg. Lopez glos. 2. citata, & Molina vbi supra. n. 50. Multò verò minus habent locum in Lusitania, vbi omnis obligatio confirmata iuramento sinè Regis facultate, est ipso iure nulla, vt eadem disput. 149 visum est.

Dubium deinde est, vtrum pater eam legem, seu conditionem, apponere possit in maioratu, quẽ instituit, vt, si solùm adsint filiæ ab ipso proximè, aut remotè generatę, & filij ex eis vlteriùs geniti, trãseat maioratus ad masculos per lineam virilem procreatos vlterioris lineę ac gradus. Ad quod paucis est dicendum, consentaneè ad Molinam vbi supra à nu. 51. Si maioratus absq; regia facultate sit institutus ex tertio, tunc, licet possit præponere masculos, à se tamen descendentes, per lineam virilem, quibuscunque fœminis, à se etiam descendentibus, & filijs ex eis procreatis, etiã si tales fœminę, & filij ex eis procreati, proximiores sint in gradu instituenti, quàm masculi per masculinã lineã descendentes, imò etiã si tales masculi per lineam masculinã descendentes, transuersales sint, & remotio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

res in linea, comparatione vltimi possessoris, quàm sint filij, & filij ex eis procreati; nihilominùs in hoc Castellæ regno, nec licitè, nec validè, posse statuere, vt transuersales comparatione ipsius, præferantur fœminis à se descendentibus, & masculis ex eis legitimè procreatis. Ita habetur. l. 27. Tauri, quæ est l. 11. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. & in calce disp. 576. & aliàs sæpe, dictum est. Ex quinto verò si quis in hoc regno instituat maioratũ, & ex tertio in Lusitania, cùm fas sit hęc relinquere extraneis, fas erit vocare ad eum maioratũ quoscũq;, præponendo transuersales descẽdetibus, quin & omnino extraneos. Sicut, qui nec descendentes, nec ascendentes habet, potest ex suis bonis instituere maioratum, & vocare ad eum quoscunque voluerit, & eo ordine, quo voluerit, vt in calce disp. 576. & aliàs sæpe, dictum est.

11 Quando autem maioratus ex regia facultate est institutus contingendo legitimas filiorum, quousque ex nostra sententia id liceat, aut non, dictum est disp. 578. præsertim concluſ. 3. parte vltima. Dato autem licitè institui, licitè quoque institui potest, vt semper descendentes per lineam masculinam ex primo institutore, præponantur descendentibus ex eodem institutore per lineam fœmeninam, esto descendentes per lineam masculinam transuersales sint comparatione vltimi possessoris, habeatque is descendentes per lineam fœmeninam. Probatur, quoniam id cedit in conseruationem propriæ familiæ primi institutoris, & impedit, ne maioratus ille trãseat in alienam familiam, ratione filiæ, quæ hommi de aliena familia nubat, cuius liberi ad familiam viri, cui illa nupserit, pertinent, & non ad familiam primi institutoris. Præterea, quoniam ea vocatio æqualis est filijs omnibus primi institutoris, ex quorum legitimis institutus est maioratus: solùm existente hac inæqualitate, quòd semper descendentes ex filio maiori natu per lineam masculinam, præferetur descendentibus per eandem lineam masculinam ex filio posteriùs nato, quod postulat ipsa maioratus institutio & natura. Quòd verò instituatur maioratus, aut institui concedatur, ita vt, etiam transuersales per lineam masculinam comparatione primi institutoris, vt descendentes ex fratre illius, præferantur descendentibus per lineam fœmeninam eiusdem institutoris, non solùm dissonat à successione in regno Castellæ, & ab eo, quod conuenit reliquis maioratibus Hispanis, instar illius, sed etiam absurditatem quandam ac indecentiam nõ paruam cõtinere videtur, iniuriaq; filijs primi institutoris videtur fieri, vt in maioratu, instituto ex legitimis ipsis debitis, præferantur ipsis, descendentibusque ipsorum, descendentes eorum, quibus nihil tale erat debitum: vnde non consulerem, vt talis institutio fieret, neque vt facultas ad eam faciendã concederetur: sed apponi possent, & deberent grauamina, vt si nullus esset descendẽs per lineam masculinã ex primo institutore, qui succederet in eo maioratu, descendens per lineam fœmeninam, teneretur sumere cognomen, & arma, seu insignia, primi institutoris.

De ea cõditione, vt si aliquis religiosus, 12
aut religiosa, vel sacris ordinibus initiatus sit, succedere non possit in maioratu, sed succedat, qui post illum ad eum vocatur, iam dictum est disp. 207. cõcluſ. 2. validè, prudenter, ac licitè eam apponi, idq; cum Couar. 1. var. resol. c. 19. n. 11. & cum Molina vbi supra. n. 54. & plerisque alijs, quos citant. Quo in loco rectè Molina addit, si maioratus in hoc regno ex tertio bonorũ sit institutus absque regia facultate, neque hos, neque furiosum, mutum ac surdum, neque quoscunque alios defectum alium patientes, posse excludi propter dispositionem legis. 27. Tauri. Quod intellige, de omnimoda exclusione, ita vt ordo in ea lege præscriptus non seruetur: secus verò intrà limites eius ordinis, vt scilicet, si alius descendens primi institutoris existat, non succedat descendens, qui eis qualitatibus sit affectus, & ita de ascentibus & de transuersalibus: id quod posteà in fine operis in additione ad eundem numerum obseruauit Molina, exponens, quæ antea minùs cautè dixerat.

Vtrum autem validè ea clausula, seu cõ- 13
ditio apponi possit, vt si possessor maioratus in crimẽ incidat Sodomiæ, læsæ Maiestatis diuinę, aut humanæ, hora præcedẽte delictum, aut in quo puncto delictũ committere attentauerit, maioratus transeat eo ipso in sequẽtem vocatum, in quo nullum sit impedimentum, idque ad effectum, vt nunquam maioratus ad fiscum deuoluatur, sed perpetuò conseruetur in familia institutoris? Ad hoc paucis cum Molina. c. 12. citato. n. 57. dicendum est. Si maioratus ex regia facultate sit institutus, adhibita clausula in ea facultate, vt, si possessor maiora-

ioratus in aliquo illorum trium criminum incideri, maioratus ad fiscum deuoluatur, vt regulariter solere adhiberi disp. 582. dictum est; tunc inualidè apponi illam aliam clausulam ac conditionem, vt pote contra tenorem facultatis concessæ, seu contra conditionẽ, cum qua facultas illa fuit concessa, ac proinde in fraudem fisci: quarè, subsequuto aliquo ex illis delictis, cõmisso à maioratus possessore, confiscabitur maioratus, non secus ac si ea clausula ab institutore illius non fuisset apposita. Si autẽ maioratus sit institutus absq; regia facultate, tunc, cùm vnicuique liberè de suis bonis disponenti, fas sit apponere quascunque voluerit conditiones ac leges non iniquas; nulla verò sit iniquitas, sed potiùs debita cautela in ea conditione & lege, vt maioratus à se institutus perpetuò in sua familia conseruetur, nec pereat, & deuoluatur ad fiscum, aut ad quencunque alium; vtique validè, suoque iuro vtendo, apponere poterit clausulam illam: in quo nullam fraudem, aut iniuriam, fisco facit.

SVMMARIVM.

1 VOCATIO *ad maioratum sub conditione, aut modo, vt contrahere teneatur cum persona de tali familia, vel cum tali singulari persona, cum qua honestè possit contrahere, vt ita est.*

2 *An conditio, si contraxeris cum consanguinea, habenda sit pro non apposita, disputatur, & variæ sententiæ referuntur.*

3 *In vocatione ad maioratum per vltimã voluntatem sub conditione, si duxeris cõsanguineam, siue addatur, dispensante Summo Põtifice, siue non, quia id ineſt, conditio illa non est habenda pro non apposita.*

4 *Conditio, aut modus, appositi vocationi ad maioratus, si contraxeris cum tali, pro impletis habentur, quãdo ita vocatur, non fuit in mora, & per alterum stat. Et quid si ita vocatur moriatur ante aduentum temporis implentionis talis conditionis, aut modi.*

5 *Si sub eadem conditione vocatus quis sit ad maioratum, & delato maioratu, contrahat cum alia, aut dicat se nolle contrahere cum illa, ranſit maioratus ad alium, esto posteà ducat eandem, quam ducere fuerat gradatus. Si autem ante delatum maioratum ducat aliam, & ea mortua, ducat tempore delationis eam, quam ducere fuerat gradatus, consequitur maioratum.*

6 *In eodem euentu, si mulier nubat alteri, esto tempore delationis maioratus, vidua sit, non tenetur illum ducere, qui sub conditione, vt illam duceret, fuerat ad maioratum vocatus.*

7 *Conditio, si contrahat cum aliqua, in vltima voluntate, aut in contractu reuocabili, si apponatur, & stet per mulierem, habetur pro impleta. Si verò apponatur in contractu irreuocabili, non habetur pro impleta, sed restituenda esset res sub ea conditione tradita cum fructibus ex illa perceptis. Hæc verò intelligenda sunt, nisi in vtraq; parte huius doctrinæ contrarium colligatur ex mente disponentis, aut conerahentium.*

8 *Maioratus successioni si vocatio fiat cum grauamine, si vocatus cum aliqua contrahat, id potiùs solet habere rationem modi, quàm conditionis, in quo euentu semper, si stet per mulierem, habetur modus pro empleto. Si haberet rationem conditionis, locum haberet doctrina proximè tradita.*

De conditionibus appositis vocationibus ad maioratus circa matrimonia celebranda. Disp. 613.

EX dictis disp. 207. facilè 1
constat, validam esse conditionem, si quis ad maioratum vocetur sub conditione, vt ducere teneatur vxorem talis familiæ, aut vt ducere teneatur talem singularem fœminam, modò, vt habetur. l. cùm ita legatum. ff. de condit. & demonst. honestè, decenter, ac licitè id efficere possit; & eodem modo constat, validam esse conditionem, qua mulier aliqua vocetur ad maioratum, si nubat similiter alicui singulari viro. Quoniam id simpliciter non impedit matrimonium, liberorumque, in commune reipublicæ bonum, procreationem. Et quoniam, quãuis nefas sit timore pœnę adducere aliquem ad contrahendum cum aliqua, eaque pœnę appositio sit ipso iure nulla; fas tamen est præmio ad id eum inducere, relinquendove ei aliquid sub conditione, si ducat aliquam vxorem. Ita, præter ea, quæ ibidem dicta sunt, communis sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. in Epit. p. 2. c. 3. §. 3. n. 6. Emma. Acosta. l. cum tale §. si arbitratu. ff. de condit. & demonst. limit. 6. nu. 1. & Molina lib. 2. de primog. c. 13. n. 1. Eodem etiam modo validè aliquis vocatur ad maioratum aliquẽ, aut aliquid ei relinquitur, cũ modo & obligatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

gatione, vt ducat aliquam certam vxorem, alioquin priuetur ea successione in maiora tu, aut ea hæreditate, vel legato, vt cum alijs rectè affirmant Couar. §. 3. citato. n. 7. & Molina vbi supra. n. 4. Qui addit, frequentiùs in vocatione ad maioratum apponi modum & obligationem, vt ducat talem, vel vt ducat ex tali familia, quàm apponatur tanquam conditio, vocationem suspendens.

Questio. 2.

Dubium autem est, vtrum, si aliquis vocetur ad maioratum, sub conditione, aut modo, vt ducat aliquam sibi consanguineã vxorem, conditio illa, tanquam de iure impossibilis, eò quòd prohibitum, nullumq; sit reddatum tale matrimonium iure canonico, sit habenda pro non apposita in institutione maioratus facta per vltimam volũtatem, aut per contractum reuocabilem, iuxta ea quæ disputationibus præcedentibus dicta sunt: an non, sed tanquam possibilis sit iudicanda, eò quòd tale matrimonium validè ac licite celebrari possit dispensatione Summi Pontificis.

Fundamẽtum quòd inualida sit.

Glossa. l. 2. verb. voluerit. C. de instit. & substit. & apertiùs glossa. l. vter ex fratribus verb. consobrinam. ff. de condit. institu. pro non apposita esse habendam affirmãt, ex illo fundamento, quòd id matrimonium illicitum, nullumque sit iure canonico. Et idem, iuxta eas glossas, statuerunt cõditores partitarum. l. 14. tit. 4. part. 6. Atq; hoc idem affirmat Emmanuel Acosta. libr. 1. select. interpret. c. 8. nu. 14. Ad id verò, nempe quòd possibilis sit ea conditio ex dispensatione Summi Pontificis, quæ non difficilè concedi solet, quando consanguinitas, aut affinitas, est in quarto gradu, de quo ipse disputat, atque etiam quando est in tertio, respondet, conditionem de iure impossibilem attendendam esse secundùm statum præsentem, non verò secundùm eũ, qui esse potest, facta variatione in iure, qua validum, aut licitum reddatur, quod ex iure, quo nunc vtimur, inualidum est, aut illicitum, vt expresse habetur. l. continuus. §. cũ quis. ff. de verb. oblig. vbi habetur, stipulationem sub conditione, si Titius rem sacram, aut publicam, vt plateam, vendat, esse nullam, eò quòd cõditio illa sit impossibilis de iure, quòd prohibet, nullasque reddit tales venditiones: neq; refert (subnungit textus ille) quòd possit ius, id prohibens, variari: *quoniam non secundùm futuri, temporis ius, sed secundum præsentis. estimari debet stipulatio.*

Vt quid de hac re sit dicendum, subijciamus, obseruãdũ est. Duobus modis posse aliquem vocare ad maioratum, aut ad aliquid aliud, sub conditione, si contrahat cũ consanguinea. Vno, addendo, si dispensauerit Summus Pontifex. Altero, nihil addendo. In priori euentu, consentiunt Acosta. n. 14. citato, & Molina vbi supra. n. 8. quibus concinit Couar. in Epit. part. 2. c. 3. in prin. n. 8. si cònsanguinei sint solùm in quarto, aut in tertio gradu, in quibus nõ difficilè admodùm solet Summus Põtifex dispensare, conditionem censendam esse possibilem, ac proinde habendam non esse pro non apposita, iuxta. l. apud Iulianum (aliàs idem Iulianus). §. constat. ff. de leg. 1. & l. intercidit. ff. de condit. & demonst. Si verò consanguinei sint in secundo gradu, in quo ægre admodùm & difficilè dispensat Summus Pontifex, quanuis eatenus ea conditio dici possit impossibilis, & censeatur in iure, quatenus, quod difficilè admodùm euenit ac rarò, dicitur latè impossibile, censent tamen Couar. & Acosta, vbi supra, cùm id potiùs sit difficile, quàm impossibile, conditionem non esse nullam, neque esse habendam pro nõ apposita: quibus non refragatur Molina, si attendantur iura, quæ erant ante Concilium Tridentinum, & dispensationes, quę in secũdo gradu concedebantur, licèt rarò, ante idem cõcilium. Cęterùm, inquit, hodie, cùm sess. 24. concilij Tridentini in decreto de reformatione matrimonij. c. 5. præclusa sit via Summis Pontificibus dispensandi in secundo gradu, reputanda erit impossibilis de iure ea conditio, ac proinde habenda erit pro non apposita. Sic enim in eo capite habet concilium Tridentinum. *In contrahendis matrimonijs, vel nulla omnino detur dispensatio, vel rarò, idq; ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam.*

Propendeo tamen in opinionem Acostæ & Couar. etiam post concilium Tridentinum. Quoniam concilium iliud nec intẽdit, nec potuit, præcludere viam Summis Pontificibus, ne dispensarent in secundo gradu, sed solùm patres ibi expresserunt, quid, tanquam expediens, faciendum iudicauerint: cùm autẽ post id concilium cõpertum sit, Summos Pontifices, præsertim Sixtum quintum, non semel in secundo gradu dispẽsasse, sanè interim dum vsu præclusa omnino non est ea via, recedendum non videtur ab illa alia opinione. Quam

Decisio. 3

sententiam postea amplexatus est Molina in additione ad. n. 11. c. 13.

Obiectio.

Quòd si quis aduersus hactenus dicta nobis obijciat. l. cùm hæres. §. 1. ff. de statu lib. vbi conditio penè impossibilis, vitiat dispositionem, vt si libertas alicui relicta sit sub conditione de facto penè impossibili. Dicendum est, id potiùs confirmare hactenus dicta: quoniam ea conditio non habetur pro non apposita in vltimis voluntatibus. Deinde dicendum est, ex adiectione talis conditionis impossibilis, aut penè impossibilis, vt facto impleatur, ibi censeri animum ita disponentis fuisse, nihil concedere, vt apertè significãt verba illa eius. §. *quia nec animus dandæ libertatis est*, ei videlicet, qui sub tali conditione eam concedit: qui verò vocat ad maioratum sub conditione, si duat consanguineam, modò Summus Pontifex dispẽset, satis exprimit, se animum habere, vt obtineat maioratum implendo eã conditionem in euẽtu, quòd Summus Põtifex dispensare in eo matrimonio velit.

Satisfit.

In posteriori verò euentu, quando nihil additum fuit de recursu ad Summum Põtificem, & de eius dispẽsatione, licèt, quod supra dictum est, voluerit Emmanuel Acosta; mihi tamen potiùs probatur opinio Molinæ vbi supra. n. 7. iunctis ijs, quæ in fine operis ad eundem numerum addit. Nempe perinde esse ac si expressisset, si Summus Pontifex dispẽset, ac proinde idem esse dicendum in posteriori, quod in priori euentu. Nam catholici non aliter obligare intendunt ad matrimonium cum consanguinea contrahendum, neque de alio matrimonio intendunt, quàm de valido ac licito, ac proinde in ea obligatione ea conditio inest, si Summus Põtifex dispensare velit, non minus, quàm in promissione facta Romæ, dãdi Ephesi, inest conditio, post tempus necessarium, vt ad Ephesum perueniatur, vt habetur. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & semper conditiones, quæ insunt, pro expressis habẽtur. l. 1. in prin. & l. conditiones extrinsecus. ff. de condit. & demonst.

Ad fundamẽtũ in cõtrarium.

Duæ autem glossę, &. l. 14. quæ in contrarium citantur, intelligendæ sunt, quando conditio esset vt omnino duceret consanguineam, etiam non dispensante Summo Pontifice: nam tunc conditio esset impossibilis de iure. Lex verò continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. non pugnat cũ hac nostra sententia: pugnaret verò, si nos diceremus, conditionem ducendi consanguineã. ex eo esse possibilem de iure, quòd in futurum mutari posset ius, excludendo ab impedimentis ad contrahendum matrimonium, tertium & quartum gradus consanguinitatis, & affinitatis: quemadmodùm concilium Tridentinum mutauit ius, excludendo à talibus impedimentis tertium & quartum gradum affinitatis ex copula tornicaria, itemq; reliquos, præter primum, ex impedimento publicæ honestatis. Itaque quando aliquid iniungitur, quod validè ac licitè fieri potest ex dispensatione principis, soletque ea dispẽsatio peti & obtineri, inest tacitum præceptum, vt dispensatio petatur, & vt, obtenta dispensatione, id licitè impleatur, vt in re proposita; ac proinde, quod ita iniungitur, non est de iure impossibile: quãdo autem aliquid solùm est possibile de iure, quia abrogari potest ius, cum quo pugnat, non cẽsetur possibile de iure: quia attenditur ius præsens, non verò ius, quod esse potest in futurum, vt rectè docet. §. cum quis citatus.

Obiectio.

Neque refert, si quis nobis obijciat, institutionem spurij simpliciter factam, esse nullam: si verò fiat sub conditione, si princeps dispẽset, validam esse, vt in calce disp. 169. dictum est, argumento. l. in tempus, iuncta glossa ibi verb. cum capere. ff. de hæred. instit. quarè eodem modo vocatio ad maioratum sub conditione, si contrahat cũ consanguinea, valida non erit, nisi addatur conditio, si Summus Pontifex dispensauerit. Non, inquã, id refert: quoniam, vt bene Molina in additione ad. n. 7. citata ait, propterea in hoc secundo euentu, esto conditio illa non addatur, censenda est inesse ex institutoris intentione, quoniam alioquin præciperet enorme peccatum, quod nulla ratione effectũ esset habiturũ: & quoniam in communi modo loquendi ea conditio inesse intelligitur: quę omnia non cernuntur in illo alio euentu.

Satisfit.

Illud cum Molina vbi supra. n. 13. &, cũ alijs, quos citat, admonuerim. Satius esse abstinere ab eiusmodi conditionibus, & modis, onus iniungendi, vt celebretur matrimonium, non solùm cum consanguinea, sed etiam cũ aliqua alia determinata in singulari: eò quòd tristem euentum soleant habere matrimonia, quæ non omnino libere celebrantur, sed, timore amittẽdi aliqua, quis adducitur ad contrahendum cum ea, cum qua non vellet, aut aliqua adducitur ad nubendum ei, cui nubere non vellet.

Ex dictis in calce disp. 206. &. 207. cõstat, si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quis vocatus sit ad maioratum, aut ei sit A
aliquid relictum, sub conditione, vt ducat
aliquam vxorem, tunc, si illa non velit, aut
nubat alteri viro, hoc parato, nec tardante
suscipere illã vxorem, aut si illa moriatur,
hoc similiter non existente in mora contra
hendi cum illa, conditionem haberi pro im
pleta: secus autem, si eo modo grauatus sus
cipere illam vxorem, moriatur ante tem-
pus implendi conditionem: tametsi fortas-
se hoc vltimum locum non habeat in voca
tione ad maioratum, ex præsumpta volun-
tate institutoris, de quo credendum non
est, vt hic non faciat fructus suos tempo-
re, quo deuolutus est ad eum maioratus,
neq; tẽpus aduenit implendę conditionis.
Hæc eadem similiter intelligenda sunt de B
modo iniuncto ducẽdi aliquam, nisi quòd,
si hic moriatur ante tempus implendi mo-
dum, non idcirco non censetur vocatus ad
maioratum, ac proinde si, post maioratum
ad ipsum delatũ, moriatur ante tempus, in
quo modum implere debebat, facit fruc-
tus suos temporis, quo maioratum posse-
dit, vt hæc omnia facilè constant ex dictis
disp. 108. & consentit Molina vbi supra. n.
24. etiam quando id esset iniunctum insti-
tutione maioratus contractu irreuocabili,
eaque probat ex l. si Titio in prin. ff. de leg.
1. & ex l. si quis eum. ff. de condition. & de
monst. atque ex communi sententia Bart.
& aliorum: frequentiusque hæc onera in
maioratuum institutionibus imponũtur ap
posito modò, quàm apposita conditione.

Molina vbi supra. n. 14. ait, eum, qui, sub
onere ducendi aliquam, vocatus est ad ma
ioratum, aut cui aliud sub eodem onere est
relictum, aduenięte tempore implendi cõ-
ditionem, aut modum, solere requirere il-
lam, vt secũ matrimonium celebret: quòd
si, requisita, non velit, censetur eo ipso im-
pleta conditio, aut modus, poteritque con
trahere cum quacunque alia, absque timo- D
re amittendi maioratum, aut quoduis aliud
sub eo onere sibi relictum. Addit, cum
Acosta. l. cum tale. §. si arbitratu limit. 6. n.
15. si illa, data opera, se celauerit, ne requi-
sitio ei fiat, atqueadeò impedimentum ad
pletioni conditionis, aut modi, apponat, ha
betur conditio pro impleta, ac proinde po
terit ille contrahare cum quacunque volue
rit. Admonet verò, vt ex præcepto iudicis
requisitio fiat in domo illius coram illius
domesticis, aut consanguineis, vel vicinis,
vt melius constet, se celasse, requisitamque
fuisse, iuxta l. 4. §. prætor ait, & ea quæ ibi
traduntur. ff. de dam. infect.

Si grauatus accipere aliquam vxorem 5
modo explicato, post maioratum delatum,
ducat aliam, censetur eo ipso defecisse con
ditio, ac proinde transit maioratus ad suc-
cessorem, esto postea, mortua ea vxore, du
cat illam, quam ducere erat grauatus. Ita,
cum Acosta limit. 6. citata. n. 3. Molina vbi
supra. n. 16. Imò verò, si delato iam maio-
ratu ad ita grauatum, vocatus vlterius ad
eum maioratum, interroget eum, cui maio
ratus delatus est, an ducere velit eam vxo-
rem, cum qua contrahere est grauatus, res-
pondeatque non velle, censetur eo ipso
etiam defecisse conditio, & transit maiora-
tus in vlterius vocatum, neq; ille prior ma-
ioratum recuperat, esto posteà mutet con-
silium, & ducat illam alteram, vt cum eo-
dẽ Acosta limit. 6. citata. n. 9. affirmat Mo-
lina vbi supra. n. 18. argumento l. pater Se-
uerinam in prin. ff. de condit. & demonst.
vbi textus interpretatur, conditionem, si
non nupserit, si nubere noluerit. Si tamen
ante delatum maioratum ducat aliam vxo-
rem, eaque iam mortua tempore delati ma-
ioratus, cum illa contrahat, cum qua ab in-
stitutore contrahere iussus fuerat, censetur
impleuisse conditionem, eaque censetur
nunquam defecisse: eò quòd impletio, aut
defectio, conditionis, attendatur, post de-
latam rem sub ea conditione relictam. Ita
C Molina. n. 16. citato.

Si mulier, quam vocatus ad maioratum 6
ex institutoris præscripto suscipere teneba
tur vxorem, post maioratum delatum, alte
ri nubat, tunc, esto maritus eius moriatur,
antequàm vocatus ad maioratum ducat
aliam, non tenetur ita vocatus eam ducere,
esto illa id velit ac petat: quoniam institu-
tor de primis illius nuptijs intelligere vide
tur: & quoniam nubendo alteri post dela-
tum maioratum, sciens vocatum ad illum
teneri ducere ipsam, censetur renunciasse
ei conditioni ac grauamini. Ita, cum Bal. &
alijs, Acosta limit. 6. citata. n. 4. & Molina
vbi supra. n. 17.

Communior sentẽtia doctorum, quam 7
referunt ac sequuntur Greg. Lopez. l. 14.
tit. 4. part. 6. verb. *nose le embargara*, & Em
manuel Acosta. l. cum tale. §. si arbitratu. li-
mit. 6. n. 17. afirmat in vltimis quidem vo
luntatibus, si conditio stet, quominus im-
pleatur, per mulierem, quę noluit nubere
cum eo, cui aliquid est relictum, si cum ipsa
contrahat, vel stet quia mortua est ante tẽ-
pus conditionis implendæ, haberi pro im-
pleta:

pleta: secus autem in contractibus. Vnde A
sequeretur, quòd, si maioratus institutus
esset contractu irreuocabili, sub conditio-
ne, si vocatus ad eum contraheret cum ali-
qua, & cõditio ex eo nõ impleretur, quòd
illa nubere ei non vellet, aut moreretur
ante tempus conditionis implendæ, trans-
iret maioratus ad vlteriùs vocatum: imò
verò, si qui sub illa conditione esset voca-
tus, fructus aliquos percepisset ex eo maio
ratu ad se iam sub ea conditione delato, te-
neretur eos etiam restituere, vnà cum ma- B
ioratu ipso, vocato vlteriùs ad illum.

8 Mihi verò dicendum occurrit, magna
ex parte consentaneè ad Molinam vbi su-
pra à. n. 19. & ad alios, quos Acosta. n. 18.
citato refert. In primis eiusmodi grauamina potiùs tanquam modos, quàm tanquam
conditiones, solere imponi vocatis ad ma-
ioratus: in quo euentu, si per mulierem stet,
quominùs talis modus impleatur, siue quia
nubere non vult cum ita vocato, siue quia
mortua est ante tempus, in quo modus im
pleri deberet, haberi pro impleto, iuxta ea
quę supra dicta sunt. Deinde dicendum oc
currit, quanuis concedendum sit id discri-
men inter vltimas voluntates, & contrac- C
tus, ad effectum, vt, quando aliud non cõs-
tat de mente disponẽtium ex verisimilibus
coniecturis, attentis circunstantijs concur
rentibus, ita iudicetur; attamen, quando
ex re ipsa, quæ agitur, & ex circunstantijs
concurrentibus, contrarium sufficienter
præsumitur, standum esse contrariæ men-
ti disponentium, non solùm in contracti-
bus, sed etiam in vltimis voluntatibus. Sic
l. legatum. C. de condit. insert. definitur,
cum patruus consobrinæ legatum reliquerit sub conditione, si cum filio patrui illius
contraheret matrimonium, mortuo eo fi-
lio, expirasse legatum propter defectum D
impletæ conditionis: quoniam præsumi-
tur, non aliter intendisse eum testatorem
relinquere illi consobrinæ legatum illud,
nisi nuptiæ omnino sortirentur effectum,
Eodemque modo intelligenda est. l. 14. ti-
tu. 4. part. 6. quæ, cùm iuxta regulam gene
ralem de vltimis voluntatibus, in quibus ap
ponuntur conditiones mixtę ex potestа-
tuis & casualibus, multos casus definiat;
definit tamen, si alicui relictũ sit legatũ sub
cõditione, si aliquam ducat vxorem, & illa
moriatur ante tempus contrahendi cum
illa, expirare legatum ob non impletam cõ
ditionem fortuito illo euẽtu mortis illius:
quod intelligendum est iuxta disposítio-

nem. l. legatum citatę, atque in casu illius
legis, aut in alio simili, in quo similiter om-
nino præsumatur, eam fuisse voluntatem
testatoris, iuxta quam legem ea lex. 14. san-
cita est. Eodem modo est è contrario di-
cendum in contractibus, si aliquando aper
tis coniecturis constet, mentem disponen
tis fuisse, esto conditio mixta ex potestatiа & causali deficiat casu fortuito, aut alia
ratione, sinè culpa eius, cui id onus est in-
iunctũ, esse nihilominùs dispositionem va-
lidam, sanè standum erit eius voluntati, va-
lidaque erit tunc reputanda ea dispositio,
esto conditio illis de causis deficiat: quo-
niam is, qui eam conditionem apposuit, so
lùm intendit, quando culpa grauati ea con
ditione, talis conditio deficeret, eam dispo
sitionem reddi nullam, non secus ac si ea
cõditio esset modus, & nó conditio. Sic, in
vocationibus ad maioratũ, etiam cõtractu
irreuocabili, sub similibus conditionibus
mixtis ex potestatiuis & casualibus, appo-
sitis in fauorẽ cuiusdã tertij, vt fœminæ, cũ
qua intendit maioratus institutor, vt con-
trahat, qui ad eum vocatur, rectè ait Moli-
na vbi supra. nu. 26. si tales conditiones
non defficiant culpa vocati, sed casu for- C
tuito, aut culpa alicuius tertij, vel quòd is,
in cuius bonum sunt appositæ, non velit
præstare, quod ad id ex parte ipsius est re-
quisitum, non reddi inualidam vocationẽ
sub ea conditione factam: quia absque du-
bio ea est voluntas sub tali conditione vo-
cantis ad maioratum. Cùm enim primo
loco sub conditione illa eum vocet, quem
præ cæteris omnibus optat obtinere eum
maioratum, in eoque conseruari nomen &
familiam, & qui coniunctior esse solet, vti-
que censendum non est, ob defectum eius
conditionis absque vlla illius culpa, velle;
vt alius, quem vlteriùs vocat, & illi priori
postponit, succedat finẽ eadem conditio-
ne in eodẽ maioratu, illeq; prior eo iã adep
to, priuetur, atque emolumentis ex illo per
ceptis. Hoc idem confirmat Molina vbi
supra. n. 26. argumento. l. cum tale. §. fal-
sam causam. ff. de cõditionib. & demonst.
atque ex glos. l. quæ sub conditione. §. quo
ties verb. defectus. ff. de condit. inst. & ex
glos. l. 1. verb. manifestum. C. de institu. &
substit. quorundamque doctorum autorita-
te. Itemque, quoniam voluntas præsumpta
institutoris primum locum obtinere de-
bet in interpretanda eius dispositione, iux
ta. l. in conditionibus in prin. ff. de condit.
& demonst. cuius verba sunt. *In conditioni-*

bus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus primum' locum voluntas defuncti obtinet (vbi glossa ait, vt prolata conditio non habeatur pro conditione, si illud voluit testator) *eaq; regit conditiones.* Quæ verba, & glossa, apertè confirmant hanc nostram, & Molinæ, sententiam.

Ex his facilè constat, esto ab aliquo tertio impeditum esset matrimonium vocati ad maioratum per vltimam volũtatem sub conditione, si aliquam duceret vxorem, si tamen nulla fuit culpa ita vocati, quominùs matrimonium celebraretur, non amittere maioratum ex præsumpta voluntate testatoris, vt rectè Molina vbi supra. n. 27. obseruat. Nihil impediente quòd, si culpa tertij, absque vlla culpa eius, cui hæreditas, aut legatum, sunt relicta sub conditione mixta ex potestatiua & casuali, impediatur impletio conditionis, non habeatur pro impleta, sed pro deficiente, in vltimis voluntatibus, deturque actio ita instituto aduersus impedientem ad interesse, vt habetur. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad. l. aquil. Modò tamen ille sit soluendo, alioquin conditio habetur pro impleta in vltimis voluntatibus, vt ibi affirmat glossa, nó secus ac si impedimentum obuenisset à natura, & nó culpa alterius, haberetur conditio pro impleta in vltimis voluntatibus, vt ibidem affirmat textus, & latè prosequitur hęc Molina vbi supra à. n. 20. Interim enim dum interesse obtineri potest ab eo, cuius culpa cõditio illa nõ fuit impleta, voluit illudius, vt, etiam in vltimis volũtatibus, haberetur pro non impleta, cõtra regulã alioquin generalem in eisdem vltimis voluntatibus. In re autẽ proposita, contrarium erit dicendum ex præsumpta institutoris maioratus voluntate, nempe, etiam si malitia alterius impeditum sit matrimonium, dari quidem mulieri, aut hæredibus illius, actionem ad interesse aduersus impedientem; vocatum verò ad maioratum sub ea conditione, neque maioratu, neque emolumentis inde perceptis, esse priuandum: eò quòd absque vlla ipsius culpa conditio non sit impleta: in quo euentu ea præsumẽda est esse voluntas institutoris, eito maioratus contractu irreuocabili sit ab eo institutus. Lege apud Molinam in additione ad. n. 26. &. 27. citatos, duas exceptiones in vtraque re proposita.

SVMMARIVM.

1 CONDITIO, *aut modus, apposita vocato ad maioratum, quòd maioratus trãseat ad vlteriùs vocatum, si ducat mulierem talis cõditionis, vt ex Iudæis, aut Saracenis, nisi seruentur, transit maioratus ad vlteriùs vocatum.*

2 *Maioratum num amittat, qui ignorantia inuincibili non seruat eam conditionem, aut modum, illam ducendo, quæ conditionis prohibitæ non reputabatur, ex mente præsumpta institutoris pendet. Et in dubio, qualis eius mens fuerit, censendum est, eum non amittere.*

3 *Quando res esset occulta, non teneretur possessor maioratus illum deserere in foro conscientiæ, antequàm id detegeretur.*

4 *Ad maioratum vocatio si fiat sub conditione, aut modo, vt vxorẽ ducat ex arbitratu, aut voluntate alterius, vel iuxta consilium illius, inualida est talis conditio, aut modus, censenturq; non apposita. Si autem fiat sub conditione, aut modo, vt consulat aliquem circa vxorem ducendam, valida sunt. Si tamen admodùm difficilè peti ab illo id consilium posset, obligatio non est seruandi eam conditionem, aut modum.*

5 *Vocatio ad maioratum, aut relictum, sub conditione, si consulat aliquem ad matrimonium contrahendum, non expirant regulariter, si ille non consulatur, quia mortuus erat tempore nuptiarum. Quòd si esset modus, nulla eadere est dubitatio.*

C *De conditionibus, aut modis, vt vocatus ad maioratum ducere nõ possit vxores certæ qualitatis: aut vt ducere teneatur vxorem arbitrio, vel consilio alterius. Disp. 614.*

D QVOD ad primum attinet, ex dictis disp. 207. satis constat, eiusmodi conditionem, aut modum, validè imponi, nisi apponatur in pœnam. Talis enim conditio nó impedit simpliciter matrimonium, liberorumque procreationem in commune reipublicæ bonum. Quarè, si ea conditio non impleatur, aut fiat transgressio modi inducentis priuationem maioratus, deuolutionemque illius ad vlteriùs vocatum, amittitur maioratus. l. cum ita legatum. l. hoc modo, &. l. hoc genus. ff. de condit. & demonst. & affirmat communis doctorum sententia, quam Molina lib. 2. de primog. c. 13. n. 28. refert ac sequitur. Quarè, si maioratus institutor onus vocatis

tis iniungat, vt contrahere non possint cũ descẽdentibus ex Iudæis, aut ex Saracenis, vel cum ignobilibus, vel cum habente aliquam aliam similem qualitatem, neque ea conditio, aut modus, cũ ea precisione obligans, seruetur, transit maioratus ad sequentem ad illum vocatum.

Quæstio. Dubium autem est, vtrum, si ita vocatus contraxit cum ea, quæ communiter reputabatur carere eis omnibus qualitatibus, & in super, facta competenti diligentia ad id sciendum, non comperit illas habere, ac proinde ignorans inuincibiliter eas habere cum illa contraxit, posteaque comperiatur eas habere, vtrum, inquam, tunc amittat maioratum. Molina vbi supra à. n. 28. tametsi trepidus & anceps, tanquam in æquiorem & benigniorẽ sententiam, propendet, præsertim quãdò id onus iniungitur tanquam modus, & non tanquam conditio, vt regulariter iniungi solet in eiusmodi vocationibus ad maioratum, non amittere maioratum.

Fundamẽtum. Ducitur. l. si quis patrem. ff. ad Maced. vbi, qui pecuniam mutuo dedit ei filio familias, qui communi æstimatione talis non habebatur, conceditur aduersus eum actio, nihil impediente senatusconsulto Macedoniano, non secus ac si filius familias non esset. Quanuis enim, qui cum alio contrahit, inuestigare diligenter qualitates illius debeat, an habeat aliquam, quæ vitiet contractum, aut impediat, ne ex illo actio competat, alioquin id sibi imputare debet, vt habetur. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. id tamen fallit quando ignorãtia esset multum probabilis, ac iusta, seu inuincibilis, ex eo, quia ille publicè reputabatur nihil tale habere, argumento. l. miles. §. mulier. ff. ad. l. Iuliam de adul. &. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. per quæ iura id affirmant Alexand. Decius, & alij, quos Molina. n. 30. refert.

1 Potiùs tamen dicendum arbitror, id expendendum, iudicandumque esse ex verbis & affectu institutoris maioratus, & ex alijs circunstantijs concurrentibus: quarè, si intelligatur, mentem institutoris fuisse, etiam quando vt modum id disposuit, velle, vt, esto ex ignorantia inuincibili contraheret cum muliere eius qualitatis, amitteret maioratum, & transiret ad vlteriùs vocatum, ne ea macula reperiretur in successore, qui tanquam caput familiæ ipsius obtinere deberet eum maioratum, vtique illum amitteret successori: quoniam validè ac licite apponere potuit eum modum illa de causa. In dubio tamen censendum esset, illum non amittere, etiam si tanquam conditio id fuisset appositum: quoniam in dubio melior est conditio possidentis: & quoniam in dubio propendendum est in eam sententiam æquiorem, ac benigniorem, vt ille absque vlla sua culpa non amittat maioratum.

Dubium est. Quid, si absque dubio sit 3
præsumptio, mentem institutoris fuisse, vt, esto cum ignorantia inuincibili contraheret cum muliere eius qualitatis, amitteret nihilominùs maioratum, & transiret in vlteriùs vocatum: tenebiturne in foro conscientiæ illum relinquere, & tradere successori, eo ipso, quòd sibi constet, mulierem cum qua contraxit, affectam esse ea qualitate: Dicendum arbitror, si res sit occulta, cum in rebus honoris, & famæ, interim dũ res est occulta & nulla oritur infamia, perinde res habeat, ac si non esset, præsumendum esse, institutoris voluntatem non esse, vt in eo euentu possessor maioratus, qui ad ipsum plùs, quàm cæteri vocati, pertinet, cum tanto suo dedecore & detrimento, relinquat maioratum, & alteri eum tradat: præsertim quia id efficere non posset, nisi rem manifestando, eò quòd non possit pro suo libito priuare successione illius liberos suos ex illa vxore, illique statim se opponent, nisi res detegatur ac sciatur, qua de causa in ipsorum detrimentum eum alteri tradat. Neque vtrisimile est, institutorem velle in eo euentu exponere illum tanto periculo conscientiæ, vt cum suo tanto detrimento bonorum temporalium, honoris, ac famę, exerceat rem adeò difficilem, qualis est id detegere, & spoliare se eo maioratu. Atque in dubio, an illa adeò irrationabilis esset mens illius, melior esset conditio possidentis. Præsumendumque esset, principem non velle admittere adeò duram, & irrationabilem conditionem, ac modum, ita instituentis maioratum.

Ad fundamentum. Ad. l. verò, si quis patrem, dicendum est, longè diuersam esse rationem de priuilegio Macedoniani concesso filijs familias circa mutuum ipsis factum, & de dispositione alicuius de suis bonis instituendo maioratum pro suo beneplacito, & cum grauaminibus & modis, nó iniustis, quę vellet. Hoc enim secundum vim habet, etiam circa ignorantes inuincibiliter, si ea sit mens institutoris: primum verò, & alia, quæ similiter iure positiuo sunt instituta, æquitas non patiebatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,vt se extenderent,etiam ad ignorantes inuincibiliter cum iactura suorum proprio rum bonorum.

Molina vbi supra.n.34.ait,se aliquando vidisse,vocatos ad maioratum cum eiusmo di clausulis, antequàm cum aliqua matrimonium celebrarent,coram iudice loci, à quo eius mulieris origo pendet, inquirere de gente illius, longaſque probationes ea de re ad perpetuam rei memoriam facere. Non tamen probat eiusmodi nimiam, & extraordinariam diligentiam in iudicio,ne ex ea dolus præsumatur,& ne occasio sit litiũ ea ipsa de re:præsertim cùm,vt vllius essent momenti aduersùs vlteriùs vocatum, fieri deberent ipso ad eas faciendas citato. Laudat verò diligentem earum qualitatum extra iudicium inquisitionem factam,ne ipse circunueniatur,& vt, si circunuentum se inueniat,possit eas præsentare in iudicio ad probandam suam sufficientem diligentiam,& ignorantiam inuincibilem, quatenus id prodesse ei,iuxta hactenus dicta, poterit. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

4 Quod ad secundum attinet, si conditio, aut modus,sit,vt ducere teneatur vxorem arbitrio alterius,puta patris,matris, curatoris,aut alterius,inualida est talis conditio aut modus,tanquam impeditiua matrimonij,eiusque libertati contraria. Ita habetur. l.cum tale.§.si arbitratu (aliàs incipit, rescriptum est)&.l.filiæ suæ. ff. de condit. & demonst.l.turpia.§.1.ff.de leg. 1. & affirmat communis sententia, quam referunt ac sequuntur Molina vbi supra. n. 35. & Acosta.§.si arbitratu ampl. vlt. atque disp. 207.ex Gama retulimus,iuxta eam fuisse iudicatum in Lusitano senatu circa legatum fœminę cum eo onere relictum. Eamque sententiam ait Molina intelligere doctores communiter,siue in arbitrium, siue in liberam voluntatem alterius, tales nuptiæ relinquantur. Cùm autem disputatione præcedente dictum sit, validam esse dispositionem, qua aliquid alicui relinquitur, si talem determinatam duxerit, neque id minus cum libertate nuptiarum pugnet, quàm si idem relinquatur eidem sub conditione, vt arbitrio talis ducat vxorem,imò minùs,cùm arbiter multas sub disiunctione possit ei proponere,ex quibus vxorem eligat,profectò non facilè redditur ratio, cur vna conditio validè sit apposita,& non alia. Neque video quid aliud de hac re commodiùs dici possit,quàm hęc pendere ex

A dispositione iuris humani, illique esse standum interim,dum non abrogatur, &aliud sancitur. Vtinam autem puciora ciuilia iura ab Ethnicis suissent sancita, & à principibus Christianis in suis regnis recepta.

Si autem conditio,aut modus, sit,vt petere teneatur ab aliquo consilium, quam ducat vxorem,sanè quia,illo petito, non astringitur illud sequi,sed ducere poterit, quam voluerit,tunc ea conditio, aut modus,validè apponitur,vt communis doctorum sententia affirmat, quam Molina vbi supra.n.36.refert ac sequitur. Neque est audiendus Acosta ampliatione citata, qui contrariũ affirmat,ductus ea ratione,quòd ea cõditio retardare possit matrimonium, dum acceditur ad petendum consilium, & deliberatur. Dum enim id excogitare voluit tanquam rationem,cur conditio, vt ducat vxorem alterius arbitrio,nulla sit, hanc aliam sibi persuasit opinionem,cõtra communem doctorum sententiam, quam communem sententiam confirmat.l. cum tale. §.Mauiæ.ff.de condit.& demonst. dum ea lex docet,validam esse conditionem, quæ non impedit, sed retardat matrimonium. Quod præsertim habet locum ex tam iusta causa, atque est, vt consilium petatur ad vtilius & meliùs celebrandum matrimonium. Quando autem conditio esset, vt nõ solùm consilium peteretur, sed etiam vt iuxta illud celebraretur matrimoniũ, inualida esset conditio: quia iam esset conditio alterius arbitrio illud celebrandi. Quando item tam difficilè peti posset,vt id impedimento esset,vt celebrarentur matrimonia, cessaret obligatio seruandi talem conditionem,aut modum,vt cum Panor.& alijs, affirmat Molina vbi supra.n.39.

Dubium est,quando aliquid est relictũ alicui sub conditione, vt ad matrimonium celebrandum consulat aliquem designatum, si is designatus è vita discedat ante tempus contrahendi, vtrum expiret legatum,aut relictum, quasi deficiente conditione,sub qua est relictum. Alex. Felin. & Roder. Xuarez. quos Molina vbi supra. n. 4.refert,affirmanter responderunt, ducti. l.cum tale.§.si arbitratu.ff.de condit. & demonst. vbi habetur, si discedat persona, cuius arbitratui nuptiæ commissæ sunt, legatum non cessare: quia conditio pro nihilo est: ex quo textu inferri videtur, quòd si conditio fuisset valida,mortuo eo,cuius arbitrio res est commissa, defecisse conditio censetur. Quanuis autem Molina. n. 41.

subiungat,

subiungat, sententiam hanc simpliciter A sumptam veram esse, admittendam tamen non esse in Hispanis maioratibus propter rationem disputatione præcedente redditam, quia videlicet non est præsumẽdum, mentem institutoris esse, vt primò vocatus, ob non impletam eam conditionem absque vlla sua culpa,priuetur maioratu,& transeat ad vlteriùs vocatum. Quanuis, in quam,ita sentiat Molina;ego tamen, neq; eam sententiam admittendam regulariter censeo in legatis, non solùm si tanquam modus legati id apponatur (in quo omnes conueniũt) sed etiam simpliciter:quoniam B rarò ex circunstantijs concurrentibus præsumendum erit, eam fuisse voluntatem testatoris, qui & legatum, & conditionem illam, in bonum solius legatarij solet statuere:in similibus autem cõditionibus potiùs voluntati testatoris,quàm generalibus regulis conditionum est standum, vt disputatione præcedente dictum, comprobatumque est.

SVMMARIVM.

1 SVCCESSORES *in maioratu vnde orti* C *tum habuit,vt agnomen & arma institutoris accipiãt, & vt ad id astringi consueuerint. Successores verò in variis regnis, arma,seu insignia singulorum solent accipere, non verò agnomina Regum,quibus succedunt.*

2 *Si ad maioratum aliquis vocetur sub vera conditione,vt assumat agnomen & insignia institutoris,neque dominium, neque ciuilissimã possessionem comparat, nisi priùs cõditionem impleat. Atque eo ipso,quòd illam transgreditur, res cum fructibus ex eis perceptis, restituere tenetur successori. Quando verò id apponitur tanquam modus (vt regulariter fit) comparat dominium ac possessionem ante modum impletum,nisi institutor aliud statuat. Atque tunc* D *modus æquipollet conditioni. Et quando ex trãsgressione eius modi res cum fructibus sint restituendæ.*

3 *Conditionem assumendi agnomen & arma institutoris quando vocatus censendus sit transgressus, vt maioratus ad alium transeat.*

4 *Modum, vt assumat agnomen & arma institutoris, quando vocatus ad maioratum censendus sit transgressus, vt maioratus transeat ad vlteriùs vocatum.*

5 *Vocatus ad maioratum sub conditione, aut modo,vt assumat agnomen & arma institutoris, assumere illa tenetur esto minus decentia sint.*

6 *Maioratus vnus si institutus sit sub conditione, aut modo,vt successor assumat agnomen & arma institutoris sine admixtione alterius agnominis & armorum, non potest simul habere alium maioratum, qui conditionem, aut modum, assumendi agnomen & arma habeat. Secus si institutores vtriusque solum obligẽt assumere agnomen & arma.*

7 *Quando multi maioratus in eodem successore concurrunt, si cætera paria sint,cognomen & arma antiquioris,itemq; paterni, præponi debent agnomini & armis minùs antiqui, materni, aut vxoris. Et quando hæc non omnino vsu seruentur. Et multa de armis regnorum Hispaniarum.*

8 *Cogi an possit successor in maioratu sumere agnomen & arma institutoris, quando id institutor non præcepit.*

9 *Capellæ,aut sepulchri, institutor si præcepit vt ibi arma,& nomen apponerentur, implendum id est. Non verò si præciperet fieri aliquid,quod gentilitatem saperet, minimeq; deceret.*

C *De conditionibus, aut modis, circa nominis, ac armorum delationem. Disp. 615.*



VM maioratus Hispani, inter alios fines, instiui soleant, in memoriam eius, qui illorum est autor, atque in splendorem, memoriamque familiæ, quæ ab eo propagatur, cuiusque ille præcipuum est caput, a quo cæteri nobilitatem, agnomenque accipiunt; indo effectum est,vt consuetudine in Hispanijs sit introductum, vt successores in maioratu agnomen primi institutoris accipiant, eiusque arma, seu insignia, deferant, & vt ad vtrunque maioratus institutores non immeritò astringere soleant futuros successores in eo maioratu. Ex eo autem præcepto in Hispanijs, non colligitur, mentem institutoris maioratus esse, vt filijs præferantur masculi vlterioris gradus ac lineæ, vt bene Molina affirmat

K lib.

lib.2.de primog.c.14.n.9. quicquid sit de A alijs nationibus ob varios earum mores ac statuta. Successores autem in regno, arma quidem, seu insignia, regni accipiũt: quòd si plura regna illis accrescant, vel ex matrimonio, quod contrahant, vel iure successionis, aut belli, variorum etiam regnorum arma, seu insignia accipiunt, vt vsu in Hispanijs, & extra Hispanias est receptum; agnomina verò antecessorum non accipiunt: propterea quòd, ob regiæ dignitatis præstantiam, satis vnicuiq; Regum sit suum nomen proprium. In Gallia licèt non sint maioratus more Hispaniarũ, vt tamen Molina lib.2.de primog.c.14.nu.2. ex Tiraquello refert, solus primogenitus arma, seu insignia, familiæ plana atq; simplicia defert; cæteri verò filij posteriùs nati aliquid eis admiscent; vt sit aliquod discrimen, quo primogeniti à non primogenitis secernantur ac dignoscãtur. In Hispanijs verò, cùm successores in maioratu, qui primogeniti esse solent, teneantur arma & cognomen accipere, cæteri ad neutrũ astringũtur: tametsi vtrunq; honoris causa accipere soleant.

2 Cùm autem præceptũ, quo maioratus institutor onus successoribus in eo maioratu iniũgit, vt cognomẽ ipsius assumãt, armaq;, seu insignia ipsius deferant, iustũ sit, nihil iniquitatis, aut indecentiæ continens, vtiq; seruandũ est à successoribus in maioratu; alioquin eo sunt priuandi. transitq; in vlteriùs vocatum, vt affirmat cõmunis doctorum sentẽtia, quam referunt ac sequuntur Greg. Lopez. l. 3. tit. 4. p. 6. glos. vlt. & Molina vbi supra. n. 10. cõcinitq;. l. hoc iure. §. vlt. ff. de donat. & l. si sciẽdũ. & l. facta. §. si sub conditione. vers. si verò nominis. ff. ad Trebel. Hæc verò duo posteriora iura manifestè supponũt, hæredẽ sub cõditione in stitutũ, vt accipiat nomen testatoris, etiãsi grauatus sit restituere hæreditatem alteri, teneri eam conditionem, aut modum implere, & idem supponunt de simili legatario; cæterùm quando non vult esse hæres, quia iudicat id sibi non expedire, & cogitur hæreditatem adire, vt eam cõtinuò restituat fideicommissario, iuxta ea quę disp. 186. dicta sunt, meritò in eis iuribus subiũgitur, posse iudicem eam conditionem remittere, vt hæreditatem, non in suum, sed in fideicommissarij tantummodò commodum, adeat.

3 Quando quis ad maioratum esset vocatus sub vera conditione, si agnomen, arma, seu insignia, institutoris assumeret, tunc sanè neque dominiũ, neq; possessio illius, etiam ciuilissima, transiret in illum, nisi impleta conditione, ac dependenter ab impletione conditionis: eaq; de causa assumere illa teneretur, antequam apprehenderet realem eorum bonorum possessionem: quando quidem nihil esset, quod impedire posset, se statim eo nomine appellari, & profiteri arma assumere, eaque depingi, aut sculpi statim facere, nisi iam essent depicta, aut insculpta, in rebus maioratus, vt esse solent in domo, & in rebus alijs, quę ad ipsum deueniunt. Quin, si occuparet bona maioratus, neq; conditionem illam tempore cõgruo impleret, teneretur restituere vlteriùs vocato res cum fructibus ex illis perceptis, iuxta ea quæ disp. 611. dicta sunt. Vt tamẽ B Molina vbi supra. n. 12. bene obseruat, rarò hoc onus vocatis ad Hispanos maioratus imponi solet tanquam conditio, sed eis tanquã modus solet id onus imponi. Quarè necesse non est, eum, qui ad maioratum sub eo modo vocatur, illum implere ante dominium & possessionem, etiam realem, maioratus comparatã, sed satis est implere eum posteà tempore congruo. Quod intellige, nisi institutor præcipiat, vt id fiat ante comparatam possessionem, etiam ciuilem, iuxta ea quæ disput. 611. dicta sunt. C Atque tunc modus conditioni æquipollebit: sicut etiam conditioni æquipollebit, si institutor, esto non præcipiat modum impleri ante apprehensam possessionẽ, præcipiat tamen, vt, qui eum non seruauerit, censeatur nunquam vocatus ad eum maioratum: in quo euentu, si modo contrauenia tur, res, cum fructibus ex eis perceptis, restitui debẽt vlteriùs vocato, vt ibidem hæc omnia dicta sunt. Atque vniuersim idem circa hunc modum est dicendum, quod circa modos iunctos ab institutore maioratus ibidem in genere est dictum.

Quando cognominis, armorumque, delatio tanquam conditio vocato ad maioratum est iuncta, statim ac maioratus alicui D est delatus, tenetur cùm primũ commodè potuerit, eam implere; alioquin eo ipso maioratum amittit vlteriùs vocato; præsertim si, admonitus, conditioni contraueniat, vt bene Molina vbi supra. n. 13. & à. n. 20. ait. Imò eo ipso, quòd contrauenit, aliud nomen, & alia arma deferẽdo, & non illa, meo iudicio, etiam si admonitus non sit, censetur conditio defecisse, amissumq; proinde esse maioratum vlteriùs ad illum vocato.

Quando

Quando verò id onus tanquam modus A iniunctum est vocatis ad maioratum, dubium est, vtrum, vt is, ad quem maioratus est delatus, illum, ob non obseruatum eum modum, amittat vlteriùs vocato, necesse sit, eum admoneri prius à iudice, & post ad monitionem elabi annum integrum, in quo modum non impleat: quemadmodum vt hæres, aut legatarius, vel exequutor testamenti, amittant hæreditatem, legatum, aut commodum à testatore ipsis relictum, ob non mandatam exequutioni voluntatem B testatoris ipsis ab eo iniunctam, necesse est, vt, admoniti à iudice, labatur post eam admonitionem annus integer, in quo illam non impleant, vt ex authentico hoc amplius. C. de fideicommiss. & ex authentico de hæred. ib. & fal. §. si quis autem non implens, disp. 251. dictum est.

Molina vbi supra, cùm rem fusè disputasset. n. 23. rectè ait. Etiamsi maioratus institutio, modique iunctio, per vltimam voluntatem essent factæ, requiri quidem interpellationem, vt modum seruet, non tamen esse necessarium elabi annum, vt maioratum amittat, & deuoluatur ad vlteriùs ad illum vocatum, neque in re proposita locum habere dispositionem illorum authenticorum. Ratio est, non solum, quoniam modus, de quo loquimur, breuissimè impleri potest, per epicheiamque est censendum, authentica illa de illo non fuisse loquuta, sed etiam quoniam is, ad quem maioratus est deuolutus, deferendo aliud nomen, & alia arma, non solùm non seruat modum, sed etiam illum trãsgreditur, eiq; contrariatur, repugnando oneri ab institutore sibi iniuncto, cum illius iniuria & vilipendio: in quo euentu credendum nõ est, voluntatem institutoris esse, vt priùs elabatur annus, in quo toto contraueniatur dispositioni ipsius, antequàm ille maioratu priuetur: neque item est credendum, id dis ponere intendisse: disputatione autem citata dictum est, quando constat aliud intendisse testatorem, voluntati ac dispositioni illius esse standum, neque expectandum annum, iudicisque admonitionem. Adderem, eo ipso, quod modo contrauenitur, vtendo alio nomine, aliaque arma, & non institutoris, assumendo ac deferendo, amittere maioratum ob modi transgressionem, & deuolui ad vlteriùs vocatum, esto nulla admonitio præcesserit: admonitionem verò solum dicerem necessariam, quando ille se haberet negatiuè neque institutoris arma, neque aliqua alia, assumendo ac deferendo.

Quæ autem de eiusmodi cõditione, aut modo, dicta sunt, quãdo maioratus vltima voluntate fuit institutus, multò magis habent locum, quando contractu irreuocabili fuit institutus: quoniam authentica, hoc amplius, soli m loquitur in vltimis voluntatibus: & quoniam, vt cum communi doctorum sententia ait Molina vbi supra. n. 24. modi & conditiones in contractibus appositi, si tempus non sit præfinitum, intrà quod impleri possint, quàm primum commodè fieri possit, impleri debet, neq; illis vnquam est contraueniendum. Quod si in maioratus institutione, quocunque modo facta sit, ponatur clausula, quòd quandocunque possessor, modo, aut conditioni, alicui cõtrauenerit, priuetur maioratu, vt frequenter apponi solet, tunc eo ipso, quod contrauenitur, possessor illius potest priuari maioratu.

Molina vbi supra. n. 25. ait, teneri vocatum ad maioratum seruare conditionem, aut modum, impositum assumendi cognomen institutoris, & deferendi eius arma; C modò tamen honesta sint, & non turpia ac indecentia, comparatione eius, qui ad maioratum vocatur. Ducitur. l. sed sciendum, & l. facta. §. si sub conditione, vers. si verò nominis. ff. ad Treb. quæ id docent de hærede sub illa conditione grauato restituere alteri hæreditatem. Atq; in eadem sententia est Greg. Lopez. l. 3. titu. 4. part. 6. glos. vlt. Certè diuersa est ratio de hærede grauato, qui non vult adire hæreditatem, & cogitur illam adire, vt eam tradat fideicommissario, de quo illis in iuribus est sermo: is enim non tenetur assumere cognomen testatoris, si indecens sibi sit, etiamsi sub D ea conditione sit hæres institutus, neque tunc necesse est, vt iudex remittat talem conditionem, aut modum: atque id est, quod illa iura disponunt. In institutore verò maioratus, qui sui memoriam desiderat, & cum eo onere ad fruendum suis bonis vocat, neminem cogendo vocationem acceptare, non video cur reijcienda sit cõditio, aut modus, esto id cognomen, & arma, minùs decentia sint vocatis ad eum maioratũ. Et quando maioratus contractu irreuocabili esset institutus, sub eaq; conditione vocationes fierent ad eum maioratum, certè inualida esset vocatio, nisi impleretur ea conditio, vt ex dictis in præcedentibus satis liquet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Quando vnus maioratus esset institutus sub conditione, aut modo, vt possessor illius teneretur assumere solum cognomen, aut sola arma institutoris, sinè admixtione alterius nominis, aut aliorum armorum, vt aliquando solet præcipi, tunc, siue alius maioratus sit similiter institutus, siue sub conditione, aut modo, vt assumat cognomen, & arma institutoris, non potest vnus & idem succedere simul in vtroque maioratu, sed tenetur alterum eorum eligere, quem maluerit: eò quòd adimplere non possit præceptum vtriusque institutoris, & onus, sub quo vterque maioratus est relictus. Ita Molina vbi supra num. 26. & 27.

Vtrum autem idem sit dicendum, quando vterque institutor præcipit assumi cognomen ipsius, & arma, nihil addendo, quo iniungeret, vt ea sola, sinè aliorum admixtione, assumerentur. Multi, quos Molina vbi supra num. 28. refert, affirmanter responderunt, quanuis non loquantur in particulari de maioratibus Hispanis. Ducti, quòd, cùm id iniungatur in institutoris ac familiæ memoriam, atque ex parte institutor, ciusque familia, obscuretur admixtione alterius cognominis & armorum, censendum sit, id illos intendisse. Molina tamen n. 30. ait, id nunquam in Hispanijs in forensibus controuersijs fuisse admissum, contrariumque vsu esse receptum, cui est standum. Ei verò consuetudini suffragatur, quòd, qui cognomen & arma vtriusque institutoris defert, simpliciter paret præcepto ac grauamini ab vtroque iniuncto. Et quoniam, cùm vtraque forma in maioratuum institutionibus consueuerit poni, nempe, vt sola institutoris arma & cognomen, assumantur sinè alia admixtione; & vt assumantur arma & cognomen; sanè, qui primum intendebat, sibi imputare debet, quòd id non sufficienter expresserit, vtendo secunda forma, & non prima. Adde, in regnis, concursu plurimorum regnorum in vno Rege, admisceri arma plurium regnorum: maioratus autem Hispani, regna, præsertim Hispana, imitantur, quando aliud institutione non fuit expressum. Adde etiam, ex cõcursu duorum maioratuum in vno, augmento diuitiarum, & potentiæ, vnumquemque institutorum, ciusq; familiam, magis nobilitari, celebriorem q; fieri, quàm si ille vno tantùm maioratu potiretur.

7 Quando multi maioratus in vno homine concurrunt, si cætera sint paria, cognomẽ & arma antiquioris præferri debẽt cognomini & armis minùs antiqui, ita vt antiquioris cognomen & arma primo loco assumãtur & apponantur, argumento l. 1. C. de consul. libr. 12. l. 1. C. de præfect. prætor. libr. 12. & l. 1. ff. de albo sctib. & cum alijs affirmat Molina vbi supra. nu. 36. Dixi, si cætera sint paria, quoniam, si maioratus posterior sit lõgè maior ac excellentior, præponuntur eorum arma & cognomen, argumẽto ferè iurium omnium, quę citata sunt. Sic Philippus. I I. Hispaniarum Rex, cùm morte Henrici, Lusitanum regnum, vnà cum prouincijs Orientalibus, & Occidentalibus, ei annexis, accepisset, honorificum locum in titulo suorum regnorum, atque in armorum collocatione, vt par erat, illi concessit, eum præferendo multis alijs regnis iam antea coronę Castellæ annexis. Si item maioratui ex parte patris accedat maioratus ex parte matris, aut vxoris, etiã si antiquior, & aliquantulum maior, ratio postulat, vt maioratus paternus primum locum obtineat. Sic quanuis à Legionensi regno recuperari cœperit Castellę regnum post Hispanias à Saracenis occupatas; quia tamen Castellæ regnum hæreditarium fuit Ferdinando primo, Legionense verò ei accessit ex Santia vxore, vt disput. 576. dictum est; Castellæ regnum in titulo, & collocatione armorum, Legionensi regno ab eo tempore prælatum fuit. Neque refert, quòd idem Castellæ regnum prælatum etiam remanserit coronæ Aragoniæ, quando matrimonio Ferdinandi quinti Aragoniæ Regis cum Elisabetha Castellæ Regina coniuncta ea regna fuerunt. Tum quoniam id in pactum fuit ita deductum. Tum etiam, quoniam non expediebat, vt Aragoniæ regnum à Castellano deriuatum, illiq; quondam feudatarium, vsque ad captam hanc nostram ciuitatem Conchensem, quando ob suppetias ad illam capiendam à Rege Aragonię allatas, dominium etiam directum eius regni illi condonatum est, caput fieret Castellani regni, atque Hispaniarum. His, quòd attinet ad Legionense regnum, accedit, quòd cùm Castella, ante Hispanias à Saracenis occupatas, caput, Gothorum tempore, fuerit Hispaniarum, suaque amplitudine longè antecederet Legionense regnum, neque Christiani dominium Castellæ, & cæterarum Hispaniarum, ex eo amisserint, quòd bello iniusto à Saracenis fuissent occupatæ; meritò tunc (recuperata præsertim parte regni Castellæ ab Hispanis, qui ad Legionem confugerant) idem Castellę regnum prælatum eo modo Legionensi fuerit regno. Ex his constat, immeritò Caroluũ Molineum vitio Hispanis vertere, quòd in titulo, & armis Castellanum regnum Legionensi antiquiori in Hispaniarum recuperatione præferamus.

Admonet Molina vbi supra. n. 45. Quæ hactenus dicta sunt, de præferendo vno maioratu alteri quoad cognomen & arma, quando vnus & idem succedit in duobus maioratibus, quæ astringunt successorem in eis assumere cognomen & arma primi in stitutoris, solùm intelligenda esse ex quadam decentia & congruitate; nõ verò quòd ad id omnino & simpliciter astringatur: consuetudine enim in Hispanijs est receptum, vt pro arbitrio præponere possit cognomen & arma eius, cuius voluerit; modò vtriusque institutoris arma, & cognomen, assumere non omittat.

Dubium est, vtrum, quando maioratus institutor non præcepit, successorem in eo, cognomen & arma primi institutoris assumere, sit ad id cogendus, possitque ea de causa priuari maioratu. Ad quod Molina vbi supra. n. 46. rectè respondet, non posse ea de causa priuari maioratu. Neque ego video, cur ad id cogi possit, esto decens, gratique animi sit, id efficere. Molina ait, quando institutor esset nobilissimus, posse successores ad id cogi à iudicibus alijs ad id mitioribus statutis eis pœnis, nisi id efficiant. Eum legito.

9 Opere item est omnino implendum, si capellæ, aut sepulchri, institutor præcipiat, vt arma, aut etiam nomen, ipsius in eis apponãtur. Si tamen præciperet aliquid fieri, quod saperet Gentilitatem, minimeque deceret virum Christianum, id implendum non esset, vt cum Greg. Lopez glossa vlt. citata, Molina vbi supra. nu. 47. rectè affirmat.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS institutio quando legitimas aliorum non contingit, successor in illo non plus tenetur præbere alimenta descendentibus institutoris, quàm si ea bona vinculo maioratus alligata non fuissent.

2 Maioratus vt instituatur contingendo legitimas alijs debitas, facultas cur concedi non debeat, aut licitè possit, & quæ alimenta, ac quatia relinquenda singulis, quibus legitima debebatur.

3 Quibus relinquenda sint eius modi alimẽta, & debentur, etiam à matre, si ipsa sit, quæ eum maioratũ instituit, debenturq; etiam si filij nõ egeant, aliundeq; competentia habeant alimẽta.

4 Institutor maioratus in eo, quod ratione alimentorum ita relinquit, nullum potest imponere grauamen.

5 Non est necesse eius modi alimenta relinqui titulo hæredis.

6 Maioratus institutor si non relinquat alijs filijs alimenta, aut competentia alimenta, non redditur nulla institutio, sed agitur, vt de bonis maioratus soluantur.

7 Illegitimis filijs si institutor maioratus competentia alimenta non relinquat, agunt vt de bonis vinculatis ipsis dentur.

8 Alimenta cõpetentia post quàm semel data sunt ijs, quibus legitima debebatur, neq; maioratus institutor, neq, successores in eo tenẽtur illis, aut alijs, alimenta aliter præbere, quàm si ea bona titulo maioratus nõ haberent. Et quoysq; consanguineis, & quo ordine alimẽta tribuere teneantur.

9 Alimenta, quæ ob egestatem à consanguineis debentur, officio iudicis petũtur, & quo modo exequutio fiat: quæ verò debentur ratione legitimæ, iure actionis petuntur.

10 Alimenta annua, aut menstrua, nisi aliud sit dispositum, anticipata sunt soluenda.

11 Alimenta à iudice taxanda, & qualiter causa summariæ tractari debeat. Neque de illis cognoscit iudex Ecclesiasticus inter laicos, nisi incidenter cum causa Ecclesiastica.

12 Circa alimenta an pacisci, ac transigi possit.

13 Alimentis alioquin debitis, priuari quis potest ex causis, ex quibus potest exhæredari, exceptis necessarijs ad vitam conseruandam.

14 Alimenta si semel integrè tradita sint, & iterum is alimentis indigeat, quando ei tradi debeant, etiam de bonis vinculatis.

15 Alimenta quando vnus petit, & alius ei non deberi contendit, quando debitor cogi debeat ea præstare, & sumptus ad litem, & quãdo non, & quando is, cui præstari iubentur, teneatur cautionem præbere, quòd ea restituet, si succumbat.

Institutores maioratus, aut etiam successores in illo, quousq; descendentibus institutoris præbere teneantur, aut non teneantur, alimenta, vel etiã dot sfœminis. Disp. 616.

Universidad de Deusto
Biblioteca



VANDO, A vt maioratus instituatur, ne cessaria nō est regia facultas, quia in eo non continguntur legitimæ alijs filijs debitæ, sed illis saluæ manent, sanè non alia incumbit necessitas, vel institutori maioratus, vel successori in illo, præbendi alimenta ascēdentibus institutoris, vel descendentibus, quàm illa, quæ incumbit alijs, qui neque maioratum instituunt, neque in eo succedunt; de qua copiosè dictum est disput. 168. disp. 228. §. cause legitimæ, & potissimùm disp. 228. in quinto effectu patriæ potestatis. Idem dicendum est, quando maioratus ex regia facultate instituitur, non quòd contingantur legitimę, sed quòd, quando in hoc regno maioratus instituitur ex tertio, prætermittatur ex parte, aut in totum ordo in eo euentu præscriptus. l. 27. Tauri, quæ est 11. titul. 6. libr. 5. nouæ collect. tunc enim, cùm non contingantur legitimæ alijs debitæ, non magis, vel institutori maioratus, vel successori in illo, necessitas incumbit alimenta præbere ascendentibus, vel descēdētibus institutori, quàm si ipse ea bona haberet vinculo maioratus minimè alligata.

2 Quando autem maioratus instituitur ex regia facultate, eò quòd ea institutione contingantur legitimæ descendentibus, aut ascendentibus debitę, iam supra disp. 578. præsertim conclusione. 3. &. 4. diximus, nostra sententia non debere, nec posse concedi eam facultatem, in præiudicium aliorum descendentium, quibus maior legitima ex legum præscripto sit debita. Itemque, deficientibus descendentibus, nec debere, nec posse, concedi facultatem, vt in vno ascendentium constituatur maioratus, cum præiudicio aliorum, quibus minuatur portio legitima eis ex legum præscripto debita. Ostendimus præterea, esto vera esset multorum sententia, qui affirmant, posse Regem concedere talem facultatem, valideque ac licitè ex ea facultate institui maioratum, contingendo, ipsis inuitis, legitimas descendentibus, aut ascendentibus, debitas; nihilominùs relinquenda esse ex eisdem legitimis eiusmodi descendentibus competentia alimenta, pro qualitate, & conditione cuiusque, spectatis circunstantijs omnibus concurrentibus; atque relinquendā eis esse, non tantùm tribuendo singulis eorum competentia alimenta singulis annis, interim dum viuunt, quæ expirent, & cessent eis defunctis; sed etiam relinquenda, tribuendaque esse vnicuique ad alimenta competentia bona, quibus congruentem statum, siue matrimonij, siue alium, possit assumere, & in eo competenter sustentari, de eisque disponere in tempus post mortem suam. Vnde fœminis ad alimenta tribuenda est competens dos, vt nubere honestè possint pro qualitate sui status & conditionis. Id verò disputatione citata ostendimus cum Molina, & cum communi doctorum sententia, tametsi ex longè diuerso fundamento ab illo, cui Molina nitebatur; neque erit opus hoc loco illa repetere. Diximus verò cum eodem autore, & plerisque alijs, relinquenda necessariò esse eiusmodi alimenta singulis alijs filijs, ac filiabus, etiamsi aliunde habeant competentia alimenta, & longè maiores opes: quæ omnia circa alimenta iterum assueuerat ac confirmat idem Molina, cum plerisque alijs, quos citat, libr. 2. de primog. c. 15. Nunc verò addendum ducimus, tam difficilè id taxari, & mandari integrè exequutioni, & tam multas difficultates, ac lites circa ea oriri alimenta, quę eiusmodi maioratuum institutores descendentibus præstare tenentur, & quę posteà successores in eodem maioratu tenentur præstare, vt hoc ipsum confirmet, minimè expedire concedi facultatem ad maioratum instituendum contingendo aliorum descendentium legitimas; præterquàm quòd, nostra sententia, id licitè fieri non possit, vt disputatione citata ostendimus.

3 Vt autem, posita aliorum opinione, & consuetudine, qua eiusmodi facultates à Rege cōcedi solent, & iuxta illas maioratus constitui, contingendo legitimas aliorum descendētium, rem hanc ad summam redigamus. Quia eiusmodi alimēta cæteris descendentibus debentur, tanquam portiones legitimarum ipsorū, quas nefas est vlteriùs minuere, vt inde maioratus instituatur, sed portiones illæ, tanquam competentia singulis alimenta modo ex parte explicato sunt illis tradendę, succeduntque loco integrarum legitimarum, ipsis alioquin ex legum præscripto debitarū, id quod docet communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couarru. 4. libr. Decret. part. 2. cap. 7. §. 6. n. 15. Molina. c. 15. citato. n. 2. & Gregor. Lopez. l. 11. titu. 4. part. 6. glos. 1. inde efficitur, vt eiusmodi alimenta longo interuallo distent, ab alimentis, quæ vel filijs illegitimis debentur, vel quæ debentur alijs consanguineis legitimis egentibus, siue ascendentibus, siue descendentibus, aut collateralibus, ex solo capite indigentiæ & paupertatis eorum, de quibus disputationibus, in principio huius citatis, dictum est.

Quarè, quanuis mater, ratione indigentiæ filiorum, non teneatur filijs suis illegitimis, aut etiam legitimis, nisi ad lac vsque ad triennium, si cómodè illud præbere eis possit, & ad reliqua alimenta teneatur pater, vt disp. 168. circa quintum effectum patriæ potestatis dictum est; in re tamen proposita, si mater de parte sua maioratum ex facultate regia constituat, legitimas aliorū filiorum contingendo, sanè quia alijs filijs æquè debetur legitima in bonis patris, tenetur illis relinquere competentia alimenta modo explicato, saltem quantum sufficiat ad medietatem eorum alimentorum, ita vt reliquam medietatem accipiant de bonis patris. Ita Molina. c. 5. citato num. 3. Hæc tamen alimenta neque à patre, neque à matre, debentur nepotibus, aut pronepotibus, quando competentia alimenta acceperunt ipsorum parentes, aut si ipsorum parētes superstites sint: quoniam eiusmodi alimenta debentur loco legitimę, & legitima non debetur nepotibus, aut pronepotibus, nisi deficientibus ipsorum parentibus, qui illam non accepissent; atque tunc, sicut legitima illis deberetur, non per capita, sed per stipitem, ita & alimenta: quarè quod, ad competentia alimenta, acceptus esset parens, diuidendum esset inter nepotes, aut pronepotes. Atque in hoc sensu accipiendum est, quod Molina vbi supra n. 5. hac de re docet.

Quanuis item, quando alimenta filijs debentur solùm ratione indigentiæ eorum, cesset hoc debitum, si illi aliunde habeant vnde competenter se sustentent, vt locis citatis, & alibi, dictum à nobis est; in re tamen proposita, esto aliunde cæteri filij habeant competentia alimenta, debentur, relinquendaque necessariò illis sunt, à patre, & matre, maioratum ex regia facultate instituentibus; sicut etiam legitima eis debebatur, esto alioquin essent ditissimi. Ita cum alijs, quos citat, Grego. Lopez vbi supra, & Molina cap. 5. citato num. 6. Qui addunt, eiusmodi alimenta iure actionis peti: illa verò alia officio iudicis: de qua re inferiùs: idque confirmat, deberi, esto filij competentia alia de habeant alimenta.

Præterea, quanuis fœminis, quibus alimenta ex capite soliùs indigentię debentur, possit dari dos, quæ respondeat alimentis, vt nubāt; non tamen obligatio est tradi plus, quàm annua alimenta, quæ expirent cum morte eius, cui ob indigentiam debentur, nisi sobolem relinquat, quam alimentare etiam sit necesse, vt locis citatis dictum à nobis est: nihilominùs filiabus legitimis, quibus portio legitima debebatur in bonis instituentium maioratum ex regia facultate, relinqui nomine alimentorum debet competens dos, vt nubant, si ita velint, & de qua disponere possint post mortem suam, vt dictum est: atque id est, quod nomine alimentorum, comparatione filiarum, intelligitur in regijs facultatibus, quæ permittunt instituere maioratum de legitimis aliorum filiorum, relinquendo tamen singulis competentia alimenta. Comparatione etiam filiorum intelliguntur alimenta competentia ad assumendum congruum sibi statum, hoc est, vnde reditus competentes habeant, & de quorum capitali, tanquam verè illius domini, possint disponere in tempus post ipsorum vitam. Ita Molina vbi supra à. n. 7. Couar. n. 15. citato. Greg. Lopez glosa. 1. citata, & communis doctorum sententia, quam referunt.

4 Cùm eiusmodi alimenta loco legitimæ ex legis præscripto debitæ succedant, imò sit, quod de legitima diminui, etiam ex facultate Regis, non potest, vtique sicut legitimæ apponi non potest grauamen, si verò apponatur, est ipso iure nullum, vt disput. 177. ostensum est: ita neque eiusmodi alimentis apponi potest grauamen vllum; si verò apponatur, est ipso iure nullum. Ita Molina vbi supra num. 11. & communis doctorum sententia, quam refert. Qui numer. 12. addit, si pater aliquid vltra competentia alimenta alicui aliorum filiorum relinquat, posse in eo incremento apponere ei grauamen. Ego tamen id non probo. Etenim, cum integra legitima sit ei alioquin debita; neq; æquitas postulet, vt parens constituat maioratum contingendo legitimas filiorū, & insuper

Universidad de Deusto
Biblioteca

super sibi reseruet de tertio, & quinto, aliquid de quo libere possit disponere, sanè quicquid reliquerit vni filiorum intrà terminos legitimæ ipsi alioquin debitæ, tanquam legitima illius est id reputandum, ne que vllum grauamen poterit parens in eo apponere. A

5 Posito, legitimam filijs titulo institutionis, & non alio, relinqui posse, idque non solùm de iure communi, sed etiam de iure huius Castellæ regni, vt cum Molina. c. 5. citato. n. 17. disp. 175. ostendimus, dubium est. Vtrum similiter, quando maioratus ex regia facultate instituitur, cõtingendo legitimas, & solum illis relinquendo competentia alimenta, quę loco legitimarum succedunt, & tãquam portiones legitimarum eis relinquuntur, quas nefas est vlteriùs, etiã ex regia facultate, minuere, necesse sit eis relinqui titulo institutionis hæredis, an verò satis sit quouis alio titulo eis relinqui. Dicendumque est cum eodem Molina vbi supra n. 20. satis esse, quouis alio titulo eis relinqui. Id quod probat, quoniam tales maioratus non aliter, quàm ex regia facultate, instituti possunt, vt ex dictis constat: formę autẽ regiarũ facultatũ habẽt institutores posse primogeniũ instituere ex testamẽto, vel ex quauis alia vltima volũtate, vel donatione causa mortis, vel inter viuos, vt maluerint, dum modò alijs filijs alimenta relinquãt: cùm ergo, in quo instrumento tales maioratus instituuntur, relinqui possint ac debeant cęteris filijs alimenta illa; neque hæredis institutio locum habeat in codicillo, donatione causa mortis, & multò minùs in contractu inter viuos: consequens profectò est, vt ex ipsismet facultatibus constet, necesse non esse relinquere cæteris filijs ea alimenta titulo hæredis institutionis, sed satis esse quouis alio legitimo titulo ea eis relinqui: id quod in praxi esse receptũ, testatur Molina vbi supra; tametsi in calce. n. 23. subiũgat, tutius esse, si in ipsismet regijs facultatibus exprimatur, satis esse quocunque titulo relinqui cæteris filijs ea alimenta, vt, aliquando fuisse expressum, ait se vidisse. B C D

6 Dubium deinde est, vtrum, si parens regia facultate maioratum instituat, nec cæteris filijs aliměta relinquat, possint cęteri filij dicere nullam eam maioratus institutionem, quasi eo ipso censeantur ab eo parẽte pręteriti. Potissimum verò dicere possunt eam nullam ex eo, quòd in regijs facultatibus apponi soleat ea clausula; *con tanto que ayays de dexar, y dexeys, a los vuestros hijos, y hijas, que agora teneys, y tuuieredes de aqui adelante, en quien no succediere el dicho mayorazgo, alimentos*; quæ clausula conditionalis videtur ac proinde, ea deficiente, nulla videtur esse maioratus institutio sub ea conditione cõcessa. Molina nihilominùs vbi supra. à. n. 24. multis contendit, validam esse, nec posse dici nullam: sed cæteris filijs, de bonis vinculo maioratus alligatis, tribuenda esse competentia alimenta modo explicato: atque ita ait, se vidisse aliquando pronunciatum. Ducitur potissimùm. Quoniã ea clausula potiùs habet rationem modi, quem maioratus institutor implere teneatur, vel in ipsa maioratus institutione, vel posteà in alia scriptura, aut re ipsa alimenta alijs filijs præbendo, & ad cuius impletionem iudex cogere possit, etiam post maioratus institutorem defunctum, quàm habeat rationem conditionis. Imò verò id nõ est aliud, quàm obligatio, quæ inest ex natura rei eo ipso, quòd conceditur talis maioratus institutio, esto in facultate non exprimeretur: quando autem illis verbis exprimitur, non aliud exprimi intenditur, quàm id, ad quod maioratus institutor tenebatur, esto non exprimeretur: quod proprie non est conditio, sed modus, seu obligatio concomitans. Longè verò maiori cũ ratione, quando maioratus institutor relinqueret quidẽ cæterẽis filijs aliměta, attamẽ minimè sufficiẽtia, dicere non possent nullam ea de causa eandem institutionem, sed solùm possent agere ad incremẽtum, quod ipsis, iudicis arbitrio, est præstandum, de ipsis bonis vinculatis, minuendo ad id, quãtum fit satis maioratùm. Meritò verò admonet Molina, potiùs iudici esse inclinandum in fauorem cæterorum filiorum, vt scilicet vnusquisque competentia alimenta accipiat, quàm in fauorem maioratùs. Eadem quoque ratione, si vniquiq; filiorum essent ab institutore maioratus relicta competentia bona ad alimenta, eorumque aliquod posteà euinceretur, de bonis ipsis vinculatis esset id resarciendũ illi, à quo eriperetur, vt bene idẽ autor ibidẽ affirmat. Addit Molina vbi supra. n. 41. vt maioratus successores liberentur ab innumeris litibus & contentionibus, quæ circa eiusmodi alimenta quotidie excitantur, solere eorum institutores impetrare à principibus, vt in eiusmodi facultatibus exprimatur, quòd tribuendo singulis filijs, aut filiabus, certam quantitatem, censeantur accepisse compe-

competentia alimenta, aut dotes: concedique sæpe solere, ac exprimi, oblata priùs principi quantitate bonorum institutoris maioratus, & oblato numero filiorum eiusdem institutoris. Eam verò clausulam ait Molina vtilem esse, tametsi non omnino libitus aditum præcludere. Quod profectò cõfirmat, minimè expedire, concedi facultatem ad maioratus instituendos, contingendo legitimas aliorum filiorum. A

7 Sicut filijs illegitimis à cæteris ipsorum parentibus, qui institutores non sint maioratus, competentia alimenta debentur, si illa aliunde non habeant, vt disp. 168. copiosè explicatum est: ita debentur à parentibus maioratuũ institutoribus; cùm nulla omnino sit ratio, cur hi ab hac obligatione excipiantur: quarè, si illis ea non relinquãt, tribuenda illis sunt de bonis ipsis maioratus vinculatis: sicut & cæteris filijs legitimis, si competentia alimenta eis maioratus institutor non relinquat, tribuẽda eis sunt de bonis maioratus vinculatis, vt paulò anteà dictũ est. Ita Molina vbi supra à. n. 42. qui copiosam ea de re texit disputationem: satis verò sunt, quæ vniuersim de eiusmodi alimentis illegitimorum disp. 168. à nobis dicta sunt. B C

8 Dubium est, quando primus maioratus institutor competentia alimenta, acdotes tribuit cęteris filijs ac filiabus, aut de bonis maioratus illis sufficienter persoluta sunt, num successores posteà in maioratu, si illi ad paupertatem deueniant, teneantur illis iterum præbere alimenta. Et num, defunctis illis, qui posteà successerint in maioratu, teneantur suis fratribus, & sororibus, egentibus, tribuere alimenta, & dotes. Ad quod paucis dicẽdum est, non ad aliud eos teneri, quàm tenerentur, si non succederent in maioratu, & similiter essent diuites, & fratres, aut sorores, eadẽ egestate laborarent: quarè nõ tenentur quatenus successores in eo maioratu, sed quatenus diuites; eodemque modo tenebũtur, aut nõ tenebũtur, siue maiorat' à principio institutus fuerit ex regia facultate cõtingendo legitimas filiorũ primi institutoris, siue nõ ita institutus fuerit, sed fuerit legitimè absq; regia facultate institutus. Atque hoc tandem est, quod vult Molina vbi supra à. n. 56. licèt rem non ita explicet, & quod vult Anton. Gom. l. 40. Tauri. n. 75. D

Iuxta ea ergo, quæ disp. 228. circa quintum effectum patriæ potestatis explanata sunt, dicendum est. Si tales fratres, aut sorores, matrẽ, aut alios ascendentes habeat, siue per lineam paternam, siue maternam, qui eis sufficientia alimenta præstare possint, eiusmodi possessores maioratuum non teneri ea illis præstare. Ita affirmant optimè Ant. Gom. n. 75. citato, & Molina vbi supra. n. 68. Neque probo, quæ idem Molina in fine operis. n. 58. &. 59. addit. Nempe maioratus ea lege esse institutos in Hispanijs, vt quicunque possessor eorum in infinitum, teneatur ex eo maioratu alere fratres suos egentes: nulla enim talis lex vnquam fuit apposita institutioni maioratuũ, etiam si ex regia facultate maioratus fiat: sed solùm præcipitur institutori maioratus relinquere competentia alimenta reliquis suis filijs: si autem id non efficiat, transit id onus in possessorem maioratus, vt ex bonis illius vinculatis, id efficiat. Neque quod in feudis, in quibus iure francorum succeditur, more & lege receptum sit, vt successor in illo teneatur fratribus, & sororibus præstare victum, & militiam, quicquam vrget, vt idem de successoribus in maioratibus Hispaniarum dicendum sit. Ratio autem cur, si fratres, aut sorores, possessoris maioratus ascendentem aliquem habeant, qui eis alimenta præstare possit, non teneatur possessor maioratus ea eis præstare, est. Quoniã, vt disp. 228. ostẽsum est, hæc obligatio incumbit ascẽdentibus cõparatione descendentiũ, sicut & descendentibus cõparatione ascendentium, ita scilicet, vt pater ante omnes teneatur hæc præbere filio, & post patrẽ, mater, post matrem verò, ascẽdentes alij, & quò ingradu fuerint proximiores, eò prius tenẽtur, & alij remotiores non tenẽtur, nisi in defectũ proximiorum: eodẽq; modo filij primo loco tenentur subuenire parentibus, & in defectum filiorum tenentur nepotes, & ita consequenter: quarè collaterales, vt fratres comparatione fratrum, aut sororum, non tenentur, nisi in defectum ascendentium omnium ac descẽdentiũ. Quòd si fratres, aut sorores, egeãt, neq; ascendentes habeant, qui aliměta eis possint ministrare, in primis frater, quãtuncunque diues, non tenetur illis tam abundanter suppeditare alimenta, quàm abundanter dictum est, institutorem maioratus ex regia facultate contingendo legitimas filiorum, teneri cæteris filijs, ac filiabus, ea præstare: sed solùm, si commodè possit sinè suo notabili detrimento & egestate, tenetur illis tribuere annua, aut menstrua alimenta, quibus moderatè vitam tra- A B C D

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducant, attẽta eorũ qualitate, & circunstãtijs omnibus concurrentibus, atque apponentibus illic suam industriam & laborem, quantum parsit pro eorũ qualitate & conditione. Iura autem apertè innuunt, sororibus, si sint ex eodem patre, siue ex eadem matre etiam sint, siue non, teneri fratrem, non solùm præstare annua, aut menstrua, alimenta moderata eo modo, quo explicatum est, sed etiam teneri illis tradere in dotem, quod satis sit ad perpetua alimenta cũ viro, apponentibus eisdem sororibus suam industriam modo explicato. Ita apertè innuitur argumento à contrario sensu. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administ. tutor. & habetur. l. 28. titu. 16. part. 5. dictumque est disp. 214. §. causæ legitimę, & affirmant Molina vbi supra. n. 60. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. n. 101. & alij, quos citat. Sorori verò ex eadem matre, sed non ex eodem patre, vt ibidem subiecimus, si aliunde non habeat competentia alimenta, neque habeat ascendentem, aut descendentem, qui illa ei teneatur, & possit dare, tenetur quidem frater præbere alimenta modo explicato interim dum illa vixerit, iuxta. l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutelis & ration. b. & alia iura circa fratres mox citanda, & consentit Molina vbi supra. n. 61. cũ alijs. quos citat: non tamen tenetur eam dotare, vt satis apertè habetur. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administ. tutor. atque ex parte consentit Molina. n. 60. citato: non tamen probo distinctionem, quam posteà n. 62. subiungit, quòd scilicet, si sit sermo de dote, quę excedat alimenta, non teneatur frater eam sororẽ ita dotare: secus verò si sit sermo de dote, quæ alimenta non excedat: contrarium quippe nos ostendimus disp. 224. citata, vbi euertimus ea, quibus Molina nititur. Quoad fratres verò est dubium, num, si inopes sint, & non habeant ascendentes, aut descendentes, qui illa eis præbeant, teneatur frater diues, siue maioratus sit, siue non, alimenta eis præbere, & ad id cogi possit in foro exteriori. Communis doctorum sententia id affirmat, etiã si tales fratres sint solùm naturales, Molinaque testatur ita sæpe fuisse iudicatum, tametsi solùm quando frater, qui ea præstare compellitur, est maioratus; subiungit tamen idem necessariò esse iudicandum etiã si maioratus non sit, & idem testantur alij. Consentiunt etiam. l. qui filium. ff. vbi pupill. educari debeat. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & rationib. l. quamuis, &. l. sed & si. ff. solut. matr. l. tutor. §. vlt. ff. de administ. tutor. l. mutus. in fine. ff. de iur. dot. l. si quis pro vxore. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. Quibus in iuribus, licèt id nó expressè tradatur, approbatur tamen, quod tutor aut curator, loco & nomine minoris in his alimentis expenderit, & quod vxor ex sua dote in similibus etiam alimentis expenderit, quasi in eo non liberalitas, sed debita solutio cernatur. Atque ita plus adhuc in hanc sententiam modò propendeo, quàm disp. 228. in calce quinti effectus patriæ potestatis, in eam inclinauerim. Illud tamẽ subiungam, stando in solo iure naturali, id simpliciter non esse debitum, sed solùm ex quadam honestate morali ac decentia, postulante id pietate, & cõiunctione naturali; quòd genus debiti, nisi accederet dispositio iuris humani, quæ id solui præciperet, satis non esset, vt frater diues cogi posset illud soluere. Quo fit, vt id non plus sit extendendum, quàm fuerit iure humano statutum, receptumque fuerit in praxi. Vnde meritò Molina vbi supra. n. 67. cum multis alijs, quos citat, de quorum numero est Emanuel Acosta lib. 2. select. interpret. c. 20. n. 2. ait, fratrem diuitem nó teneri præbere alimenta consobrinis filijs fratrum egentium, sureque optimo reprehendit cõtrarium fuisse aliquando iudicatum.

9 Hoc verò, inter alia, est discrimen inter eiusmodi alimenta, quæ à fratre, vel ascendentibus, debentur titulo egestatis, & illa alia, quæ ab institutore maioratus debentur cæteris alijs tanquam partes legitimarum ipsorum: quòd, quæ titulo egestatis debentur, peti debent officio iudicis, vt constat ex. l. si quis à libertis in prin. &. §. vtrum autem. ff. de liber. agnos. l. 2. & sequẽtibus. C. de alẽd. lib. c. cum haberet, in fine de eo qui dux. in matrim. & affirmant glossæ iuribus citatis, & communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra. nu. 70. refert ac sequitur. Quæ verò alimenta ratione legitimæ debentur, iure actionis, sicut & ipsa legitima, petenda sunt, vt Molina ibidem &. nu. 6. cum Baldo & Iasone affirmat.

Si maioratus possessor, aut quicunque alius, instus præstare certa alimẽta, ea præstare detrectet, aut remoretur, pignorum captura, eorumque distractione, ea soluere iudicis officio est cogendus. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agnos. & affirmat Molina vbi supra. nu. 71. Atque ob technas,

technas, versutias, & tergiuersationes, eiusmodi debitorum alimẽtorum, qui ex odio, & auaritia, mille modis impedire solent exequutionem, consueuerunt iudices supremi, iuxta multorum doctorum sentẽtiam, quam ibidem Molina. n. 72. refert ac sequitur, constituere vnum prædium in bonis talis debitoris, quod reddat sufficienter ea alimenta, vt ex illius reditibus, pacificè illa is percipere valeat, cui debentur. Quòd si id prædium locatum sit, compellitur debitor alimentorum, cedere iura aduersus cõductorem, & mandatum dare in causa propria, vt ex illo is, cui debentur, plenè ea percipiat.

10 Alimenta, quæ in singulos annos, aut in singulos menses, constituta fuerint reddi, soluenda sunt anticipata, initio cuiusque anni, aut mensis, sicut & similia legata ad alimenta, nisi contrarium fuerit expressum, neque enim alimenta moram patiuntur. l. 1. C. quando dies leg. ced. l. nec semel in prin. ff. eodem. titu. & affirmant Bart. & cõmunis doctorum sententia, quam Molina vbi supra. n. 73. refert ac sequitur. Item alimenta præstanda sunt, vt is, cui debentur, se ex illis alat extra domum eius, cui illa debet, si ita huic expediat, saltem ad vitanda iurgia, vt, cum alijs, quos citat, Molina. n. 74. subiungit. Qui addit, soluenda esse in pecunia, refertque Angelum asserentem, se pluries ita vidisse iudicatum, & alios consentientes. Veruntamen. l. cum ij. §. vult igitur. ff. de transs. vnde id confirmat, non multùm vrget.

11 Alimenta iudicis arbitrio taxanda sunt, argumẽto. l. 2. ff. vbi pupill. educ. deb. Qua liter autẽ causa tractari summariè debeat, disp. 228. in quinto effectu patriæ potestatis dictum est. Licèt autem Couar. in. 4. decret. part. 2. c. 8. §. 6. n. 6. cum Bart. & alijs, velit, iudicem Ecclesiasticum cognoscere de ea posse, etiam inter laicos, meritò tamẽ Molina vbi supra id negat: nisi incidenter de alimentis cognosceret vnà cum causa alia Ecclesiastica.

12 Molina vbi supra. n. 77. ait, fauore alimẽtorum, quæ filijs debentur, iure introductum esse, vt super eis, nec paciscì, nec etiam cum iuramento transigi possit. Nos verò disp. 557. ostẽdimus, solum esse inualidam transactionem sinè decreto iudicis quoruncunque alimentorum, quę ex vltima voluntate debeantur in futurum, quibuscunque ea debeantur: secus vero circa alimenta, de quorum numero ea sunt, de quibus hac disputatione est sermo. Item ostendimus, validam esse illam aliam transactionẽ, si iuramento confirmetur. Lege, quę copiosè ibi dicta sunt.

13 Ex qua causa potest vnus alterum exhęredare, potest etiam ei denegare alimenta alioquin eidem debita, de quibus hac disputatione dictũ est. Exceptis his, sinè quibus conseruare non posset vitam, vt in calce disp. 168. & disp. 176. post causas exhæredationis, dictum est. Consentit Molina lib. 2. de primog. c. 16. n. 1. Ibidem. à. n. 4. copiosè disputat quæstionem, num validæ ac iustæ sint leges, quę filios ideò exhæredant, quòd absque parentum consensu cõtrahunt matrimonium: quo in loco ex parte nobiscum consentit. Quia verò rem hãc fusè examinauimus disp. 176. circa vndecimam exhæredationis causam, solùm addendum putauimus. Si talis filia aliunde nó habeat competentia alimenta, æquitatem postulare, vt non eousque exhæredetur, vt non maneant illi competentia alimenta, atque adeò dos, quæ ad illam in totam vitam sufficiens sit: in quam sententiam inclinat etiam Molina vbi supra. n. 15.

14 Dubium est, vtrum si illis, quibus in hac disputatione dictum est, alimenta, aut dotes, deberi, semel integrè persoluta sint, ea que amittant, ac deueniant ad egestatem, sint iterum alia necessariò illis tradenda. Molina vbi supra. à. n. 22. distinguit. Quòd aut dos, vel alimenta, collata sunt ab eis, qui illis, quibus collata sunt, legitimam debebant: aut ab alijs, qui legitimam non debebant. Et rursus, vel talis dos, aut alimenta, perierunt culpa eius, cui collata sunt, vel absque culpa casu fortuito. Si collata sunt eis, quibus legitima debebatur, & absque eorum culpa perierunt casu fortuito, tunc cum Bart. & alijs, quos citat, ait tradendam esse aliam dotem, & alia alimenta. Ego potius dicerem, si non integra legitima fuit alicui tradita in dotem, aut in alimẽta, quia incrementum regia facultate vinculo maioratus fuit alligatum, vel quia reseruatum illi fuit tradendum post mortem paretum, tunc augendam esse dotem intrà quantitatem integram legitimæ, tametsi aliquantulum minorem, quàm præcedentem, si tota competens antea illi tradita fuit: quandoquidem ratio est habẽda dotis antea datę, quæ ei perijt, cui tradita fuit, & quam in suam portionem legitimam tenetur computare. Est verò tunc dos augenda, esto ad id necessarium sit demere de bonis vinculo

lo maioratus alligatis: neque enim æquitas patitur, vt vna filia maneat, ob casum fortuitum, sine dote, saltem moderata & tenui pro sua conditione & statu, vt maioratus ex incremento sue legitimæ creatus, integer alteri perseueret: quare, esto defunctus esset parens, qui eum maioratum creauit, successor in maioratu de bonis illis vinculatis teneretur eodem modo augere dotem. Quod si incrementum vsque ad integram legitimam, parentes reseruassent tradendum tali filiæ post suam mortem, tunc ex illo similiter augenda esset dos. Quòd si non sufficeret, aut integram legitimam ea filia accepisset in dotem, aut etiam plusquã legitimam, tunc, si parentes commodè id efficere possent, tradere illi tenerentur ad alimenta, quantùm satis esset, vt, parcè viuendo, apponendoque propriam industriã, talis filia vitam posset transigere, vt dictum est: non verò plus illi tradere tenerentur, quàm commodè possent, vt supra vtrunque dictum est. Quæ de dote dicta sunt, dicenda similiter sunt de alimentis competentibus tradendis filijs, siue donatione ad nuptias, siue quacunque alia ratione, si alimenta illa absque culpa talis filij, casu fortuitò pereant: est enim vtrobique eadem ratio.

Quod si dos, vel alimenta competentia, semel tradita ab eo, qui debitor erat legitimæ illi, cui ea tradidit, pereant culpa eius, cui tradita sunt, tunc sanè non iterum debet ei aliam competentem dotem, neque alia competentia alimenta. Si tamen commodè id efficere possit, cogendus erit tradere illi subleuamen aliquod annuum, aut menstruum, vnde, apponendo simul suam propriam industriam, parcè viuat. Ita Molina vbi supra cum alijs, quos citat, atque id probant, quæ supra dicta sunt, & quæ dicta sunt disp. 228. circa quintum effectum patriæ potestatis.

Quando dos, vel alimenta, data essent ab eo, qui debitor non esset legitimæ, vt à fratre diuite, sorori inopi, aut fratri inopi, tunc, si culpa accipientium perijssent, ac consumpta essent, conueniunt omnes, non teneri tradere illis alia. Quando autem casu fortuito perijssent, multi, quos Molina vbi supra n. 29. refert, idem affirmãt. Ipse verò, cum alijs, contrarium censet. Certè, cùm supra dictum sit, obligationem fratri diuiti dotandi sororem, & alimentandi fratres inopes, nõ esse de iure naturali, sed de iure ciuili, non videtur extendenda, vt sæpius teneatur præstare dotem, aut alimenta, quę necessaria non sint ad vitæ conseruationẽ, quasi id onus ius ciuile imponere ei intenderit: etsi consulendum id sit, tanquam melius & tutius, fratri diuiti, qui commodè, absque notabili suorum filiorum detrimento, id facere possit. Atque propter opinionum varietatem consulit Molina vbi supra n. 28. vt frater, qui primò alimenta alteri fratri ex obligatione tribuit, nõ ea soluat in pecunia, aut in alijs rebus, quæ consumi possunt, sed ea potiùs consignet in suis proprijs reditibus, consignando ibi annuam, aut menstruam, portionem, vnde is frater, dum vixerit, sustentetur.

Dubium est, quando aliquis peteret alimenta sibi debita, iuxta dicta tota hac disputatione, & oriretur lis inter eum, & illũ, à quo illa petit, vno contendente sibi debere: & altero id negante, ac se defendente, vtrum tunc, interimdum lis pendet, nec causa est integrè definita, cogendus sit reus tribuere actori competentia alimenta, quibus se sustentet, & litem prosequatur. Ad quod in primis dicendum est, si actor diues sit ita vt aliunde competentia habeat alimẽta, quibus & se sustenter, & litem prosequatur, tribuenda illa non esse, sed expectandum esse finem & euentum litis. Ita Couar. de pract. qq. c. 6. in calce. n. 6 Molina vbi supra n. 49. & communis doctorum sententia, quam citant, idque apertè probant. l. si instituta. §. de inofficioso, ibi, *propter inopiam pupili.* ff. de inofficioso test. l. vlt. ibi, *si aliqua alia facultas esse non poterit.* C. de ordine cognitionum, & l. extraneo. ff. de ventre in poss. mitt. Quando autem quis esset in possessione, vt alimenta ei præstarentur, expelli è possessione non posset propter litem obortam, antequàm omnino vinceretur, siue diues esset, siue pauper,

Quando autem, qui alimenta petit, pauper est, tunc obtenta ea de re vna sententia, esto reus ab illa appellasset, cogendus esset, interim dum lis penderet, tradere tali actori competentia alimenta, vnde & sustẽtari posset, & litem prosequi. Ita colligitur ex l. si instituta. §. de inofficio. ff. de inofficio, test. & ex l. vlt. C. de ord. cognitionũ. & affirmant Molina vbi supra. n. 30. & alij, quos citat. & consentit Couar. n. 6, citato. Idemque dicendum est, esto nulla sit obtenta sententia, quando aliquis est in quasi possessione, quòd est filius, aut alius descendens, vel ascendens, aut etiam frater eius, à quo petit alimenta, si eo titulo ei debeantur,

beantur; argumento l. vlt. C. de ord. cogn. & affirmat Molina vbi supra à. n. 36. Neque dissentit Couar. c. 6. citato, imò ita decisum est à patribus Rotæ, post decisiones antiquas, sub titulo de iudicijs, decisione. 2. Adde, esto non sit in ea quasi possessione, reusque neget illum suum descendentem, ascendentem, aut fratrem esse, iudicè sumere debere summariam cognitionem, & comperto ex fama, aut ex vnico teste omni exceptione maiori, vel etiam ex iuramento alimenta petentis, vnà cum alijs coniecturis, quæ cum iuramento actoris tantam fidem faciant, quantam vnus testis omni exceptione maior, cogere debet reum præbere illi alimenta competentia ad se interim sustentandum, & litem prosequẽdam, iuxta l. si quis à liberis. §. si vel parens. l. si neget. ff. de lib. agn. & l. vlt. n. 19. p. 4. quæ (iuncto Greg. Lopez ibi) tradit, quæ de iuramento actoris dicta sunt. Consentiunt glossa vlt. l. vlt. C. de liber. alen. Molina vbi supra. à. n. 39. & Couar. c. 6. citato. n. 8. & alij, quos citant.

Vtrum autem is, cui alius cogitur ita alimenta præstare, teneatur, antequam illa ei exhibeantur, præstare cautionem, quòd, si in causa succubuerit, illa reddet. Couar. c. 6. citato. n. 7. affirmat. Molina verò vbi supra à. n. 41. quanuis dicat, ita in forensibus cõtrouersijs solere fieri, etiam in filio, qui est in quasi possessione filiationis, propendet tamen in contrariam sententiam in eo, qui est in quasi possessione tituli, ob quem ea alimẽta debentur: quoniam, inquit, esto posteà succumbat, non tenetur alimenta percepta restituere. Sanè dicerem, eum, qui est in possessione alimenta percipiendi, nõ teneri prædictam cautionem præstare. Reliquos verò eam existimo præstare teneri, saltem iuratoriam, quòd ea restituent, quãdo commodè potuerint, si succubuerint, etiã si sint in quasi possessione tituli, vnde debentur. Atque in primis, si dolosè illa petiuerunt, & acceperunt, scientes sibi non deberi, tunc dubitandum non est, in conscientię, & in exteriori foro, teneri illa restituere, tanquam iniustè formaliter, & materialiter accepta: id quod apertè docent. l. 1. & 2. ff. si mulier ventris nomine. Si verò ea petiuerunt, & acceperunt, arbitrantes sibi deberi, sanè, post ortam controuersiam, ea lege & conditione illa accipere debent, vt, si sibi non debentur, ea, quando commodè potuerint, restituant ei, à quo materialiter iniustè ea accipiunt, atque adeò cauere debent de illis restituendis in eo euentu, saltem iuratoria cautione, si aliam nõ possint exhibere: neque enim iustitia patitur, vt ille alius illa omnino indebita aliter præstare cogatur, quàm sub tali conditione, & cautione. Lex autem. 1. §. interest. ff. si mulier vent. nom. certè nihil in contrarium docet. Neq; itẽ. l. 1. §. sed etsi incertum. ff. de vent. imposs. mitt. Ibi enim solum habetur, minus malũ esse, in dubio, iubere alimẽta præstare ei, qui in vetre prægnantis latet, cuius creduntur esse bona defuncti, quàm ea illi denegare: id verò non tollit, quòd, si illa non erant ei debita, sint illi reddẽda, ad quem alioquin pertinebant, & qui contendebat, nõ esse illi alteri debita. Vel dic, id in eo euentu fauore fœtus fuisse constitutum, neque esse extendendum. Atque hoc magis placet, quia id sonãt ea iura, potuitq; in commune bonum statui.

Obiectio. Quòd si quis nobis obijciat. l. vlt. C. de ord. cog. vbi cum ei, qui in possessione erat suæ libertatis, cõtrouersia circa illam moueretur, isque, qui contendebat, illum esse suum mancipium, eripuisset ab eo sua bona, iubetur, cùm constaret ad illum, qui in possessione erat sue libertatis, ea bona pertinuisse, illi ea restituere; modò tamen, qui est in possessione sue libertatis, cautionem præstet, quòd, si succubuerit in causa libertatis, & per consequens compertum fuerit illa bona ad illum alterum pertinuisse tanquam bona sui mancipij, illa integra ei restituentur; alioquin ponantur in sequestro, quousque causa libertatis dirimatur. Insuper præcipitur, vt si aliunde is, qui contenditur esse mancipium, non habeat bona, vnde se alat, & prosequatur litem, dentur ei inde competentia alimenta: neque in eo textu is præcipitur vllam præstare cautionẽ, quòd si succubuerit illa reddet. *Satisfit.* Si quis, inquam, hoc nobis obijciat, dicendum est. Propterea illum, qui in possessione est suæ libertatis, non iuberi præstare cautionem, quoniam, quicquid in eo euentu mãcipium illud posteà acquisierit, ad eundem dominum spectat, ac proinde impotens omnino est futurum ad eas expensas, & alimenta soluenda. Non verò sic res habet in similibus alimentis, quæ hominibus liberis iudicis præcepto cogeretur quis exhibere.

Quando autem eiusmodi alimenta præstanda sint, interimdum lis pendet, ad eam prosequendam, & ad sustentationem eius, qui illam prosequitur. Quicquid quidam in contrarium dixerint, affirmandum est

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Couar.n.7.citato, Molina vbi supra, à.n.47. & cum communi sententia, quam referunt, id iudicis arbitrio esse relinquendum, ac definiendum.

SVMMARIVM.

1 SVCCESSIO *iure hæreditario, ex pacto & prouidentia, ac iure sanguinis quid.*

2 *Succeditur in maioratibus Hispanis anteriori possessori, qui non sit ipsemet institutor, iure sanguinis, & non hæreditario.*

3 *Successio in maioratu comparatione immediati institutoris, quando sit, nec iure sanguinis, nec hæreditario, sed ex pacto & prouidentia: & quando sit iure hæreditario.*

4 *Maioratus immediatus possessor, qui institutor non est, instituere non potest hæredem in illo ad eum proximè vocatum, eíq; nulla ea institutio.*

5 *Maioratus possessor, qui institutor non est, mutare non potest antiquas primi institutoris conditiones, modos, ac vocationes, neque alias addere de nouo.*

6 *Maioratus si ita institutus esset, vt expirare deberet in vltimo, ad quem deuenit, is vinculare ea bona de nouo posset, & instituere conditiones, modos, ac vocationes, quæ vellet.*

7 *Neque ex regia facultate potest successor in maioratu mutare conditiones, modos, ac vocationes, à primo institutore appositas.*

8 *Successor in maioratu si addat noua bona, quæ vinculet, apponere poterit, etiam in priori maioratu, onera, quæ priori institutioni non repugnent: non tamen tenentur successores ea seruare, nisi potiri velint eo augmento maioratus.*

9 *Maioratus interim dum reuocabilis est, potest institutor mutare conditiones, modos, & vocationes, vt ei libuerit. Secus postquam irreuocabilis est effectus.*

Vtrum in Hispanorum maioratibus iure sanguinis, an iure hæreditario succedatur. Et an successor. Vel etiam institutor, variare possit conditiones, modos, & vocationes, prima institutione maioratui appositæ. Disput. 617.

A HACTENVS quid esset maioratus Hispanus explicauimus, & de illius creatione, productione, seu institutione, disseruimus. Nunc verò de successione in illis est disputandum, atque primo loco, quod propositum est, erit examinandum.

1 Quod ad titulum huius disputationis attinet, is facilè intelligitur ex dictis disp. 471. & ex alijs sequentibus. Quando enim necesse est successorem esse hæredem, nec potest, repudiata hæreditate, succedere in maioratu, aut in re alia, de qua agitur, dicitur succedi in illa iure hæreditario, idque, quod institutum est, vt eo modo in illo succedatur, appellatur hæreditarium aut simpliciter, aut mixtè, vt de emphyteusi, & feudo, hæreditarijs simpliciter, aut mixtè. disp. 472. citata dictũ est. Quãdo verò necesse nõ est successorẽ esse hæredẽ, sed potest, repudiata hæreditate, succedere in maioratu, aut in re alia, de qua agitur, dicitur succedi in illa ex pacto & prouidentia, & quod ita institutũ est, vt in eo succedatur, dicitur nõ hereditariũ, sed ex pacto & prouidẽtia, vt de emphyteusi, & feudo, ex pacto & prouidẽtia disputatione citata dictũ est. Atq;, quãdo hoc modo iure propinquitatis, & agnationis, succeditur, dicitur succedi in tali re, nõ iure hæreditario, sed iure sanguinis, vt disputatione citata dictum etiam est. Vnde iam satis liquet, quid titulo huius disputationis inquiramus.

2 Multi, quos Molina lib. 1. de prim. c. 8. n. 1. refert, asseruerunt, in maioratu iure hæreditario succedi, quos sequi videtur Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 72. in prin. tametsi quidam eorum non loquantur de maioratibus Hispaniarum, sed de iure illo primogenitorum Galliæ, & quarundam aliarum nationum, de quo disp. 577. dictum est. Hanc quæstionem ait Molina tetigisse Greg. Lopez. l. 9. titu. 7. part. 2. verb. *del linage*, eamq; reliquisse indecisam. Si tamen ibi Gregorius rectè expendatur, satis perspicuè affirmat, succedi iure sanguinis, & non hæreditario: quæstio autem, quam indecisam reliquit, est, vtrum nihilominùs pater possit exhæredare filium regno, sicut & alijs bonis. De quæ re suo loco infra erit sermo.

3 Contrariam sententiam, quòd scilicet succedatur iure sanguinis comparatione antecessoris possessoris, qui non fuit ipsemet institutor maioratus, affirmat meritò Molina

Molina vbi supra. à. n. 2. cum Greg. Lopez. l. 4. titu. 15. part. 2. glos. 1. cum Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. n. 99. vers. quod autem à fortiori, & plerisque alijs, quos citat. Id quod ex se est satis perspicuum, & probatur. Quoniam eiusmodi successores non accipiunt maioratum ab immediato antecessore, sed à primo institutore, à quo ad illum vocantur, sinè vlla prorsus dependentia à collatione, aut vocatione, qua vocentur ab immediato possessore: neque succedunt, quia heredes immediati antecessoris, sed quia obtinent eum gradum coniũctionis, vel vltimo possessori, vel primo institutori, aut alicui alteri, quem postulat ac præscribit institutio & vocatio ad eum maioratum ex dispositione primi institutoris: ergo ita vocatus, succedere potest in maioratu, repudiata hereditate immediati possessoris; ac proinde non succedit in illo iure hæreditario, sed sanguinis. Idem probat. l. 2. titu. 15. part. 2. vbi de regno Castellę, cuius instar maioratus instituuntur, dicitur *doquier que el señorio ouieren por linaje e mayor mente en España*. Addit meritò Molina in fine operis, in additione ad. n. 3. eiusdem. c. 8. cum multis alijs, quos citat, esto maioratus institutor vocet ad maioratum proximiorem hæredem vltimi possessoris, aut aliter in vocationibus mentionem de hæredibus successorum faciat, intelligendum id esse, de hæredibus iure sanguinis, quales sunt, qui proximè ab intestato succedunt, non verò de hæredibus iure institutionis à possessoribus maioratus.

3 Dixi, succedi iure sanguinis comparatione antecessoris possessoris, qui non fuit ipsemet maioratus institutor: quoniã de eo, qui immediatè accipit maioratum à primo institutore, distinguendum est. Aut enim maioratus instituitur ex solo tertio & quinto bonorum, vel ex eorum parte, vel ex re, aut rebus certis, ad quintum bonorum institutoris attinentibus: aut instituitur ex tota hæreditate, vel ex quota hereditatis, etiã si sit ex tertia, & quinta parte hæreditatis, vel ex tertio & quinto bonorũ vnacũ legitima, aut parte legitimæ talis successoris, quæ, vnà cum tertio & quinto grauetur vinculo maioratus, sub conditione, vt si vocatus noluerit cõsentire in eo vinculo suę legitimę, priuetur maioratu ex tertio & quinto illo bonorũ. In priori euentu, quãdo scilicet instituitur maioratꝰ ex tertio & quinto bonorum, aut ex rebus ad illa attinentibus, dicẽdum est. Eum, qui ita immediatè accipit maioratum à primo institutore, non succedere in illo iure hæreditario, etiam si testamẽto institutus sit talis maioratus, sed integrum illi esse, repudiare hæreditatem institutoris, & succedere nihilominùs in eo maioratu. Ita habetur expressè. l. 21. Tauri, quæ est. l. 5. titul. 6. lib. 5. nouæ collect. dictumque est disp. 204. eo enim modo meliores, siue vincula sint appositæ, siue non, repudiare potest hæreditatem, & acceptare meliorationẽ, vt. l. citata expressè habetur. Cęterum tunc propriè nõ est dicẽdum esse successionem iure sanguinis, sed ex pacto, & prouidentia primi institutoris. In posteriori verò euentu, cùm maioratus sit institutus, saltem ex portione hæreditatis, neque ita sit institutus, vt diuidi possit, & acceptari ac obtineri pro vna parte, & repudiari ac dissolui pro alia, dicẽdum est, eum, qui ita illum accipit à primo institutore, succedere in illo eodem primo institutori iure hæreditario, ita vt non possit in illo succedere, nisi hæres existat in parte hæreditatis, in qua est institutus, vt est perspicuum: reliquos verò successores posterius vocatos, non succedere in illo iure hæreditario, sed iure sanguinis, vt dictum est, ac proinde posse in illo succedere, repudiata hæreditate reliquorum successorum. Quo fit, vt vnus & idem maioratus sit hæreditarius comparatione eius, in quo fuit institutus; & ex pacto, & prouidentia, seu vt in illo iure sanguinis succedatur, comparatione reliquorum, qui vlterius ad illum vocantur. Atque hęc sunt, quæ multis disputat Molina vbi supra. à. n. 10. Reliqua, quæ hac de re hoc loco dici poterant, copiosè explanata sunt disp. 204. citata.

4 Cùm in maioratu comparatione anterioris possessoris, qui nõ fuit illius institutor, non succedatur iure hæreditario, sed sanguinis, neque maioratus ab illo, aut ex dispositione illius, accipiatur, sed ab instituto re atque ex dispositione primi institutoris, constat talem anteriorem possessorem nõ posse in illo instituere hæredem vlteriùs ad illum vocatum, talemque institutionem esse nullam. Id quod de feudo habetur. c. 1. in prin. de succes. feudi, illis verbis, *nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente*. Et ita affirmant Molina vbi supra. n. 20. & communis doctorum sententia, quam refert. Neque probo Antonium Gom. l. 40. Tauri. n. 80. quatenus ab hac doctrina ex parte discrepare videtur.

Ex eodem fundamento prouenit non posse

Universidad de Deusto
Biblioteca

posse vltimum maioratus posseſsorem, antiquas primi inſtitutoris conditiones, modos, ac vocationes mutare. l. cum filius familias. ff. de militar. teſt. illis verbis. *Quia hæreditati quidem ſuæ miles, quam vellet ſubſtitutionem facere poteſt: veruntamen alienum ius tollere non poteſt.* Neque item poteſt alias conditiones, modos, aut vocationes de nouo apponere: cùm enim nihil ab eo nouus ſucceſsor accipiat, ſed à primo inſtitutore, nó poterit nouum onus ei imponere. l. ab eo. C. de fideicommiſ. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de leg. 2. & l. ſi arrogator. ff. de adopt. affirmatq́ue communis doctorum ſententia, quam referũt ac ſequuntur Couar. c. ſi hæres in calce. n. 9. & Molina. c. 8. citato. n. 21. A B

6 Quando autem maioratus veniret ad vltimum vocatorum, ita vt nullus iam ſupereſſet de familia ex his, qui diſp. 588. &. 589. commemorati ſunt, qui ſuccedere poſſet; tunc, cùm ea bona futura deinceps eſſent libera, & tanquam de bonis liberis diſponere poſſet vltimus poſſeſſor pro libito, vtique inſtituere de illis poſſet maioratum apponẽdo nouas conditiones, vocationes, aut modos: quoniam ille non eſſet maioratus antiquus, qui in eo vltimo poſſeſſore expirauit, ſed de nouo creatus. Ita Molina vbi ſupra. n. 24. cum Peralta.

7 Vtrum autem ex regie facultate poſſint apponi nouę conditiones, aut modi, aut fieri nouæ vocationes, in maioratu à prædeceſſore aliquo inſtituto, ſiue talis maioratus abſq; regia facultate ſit inſtitutus, ſiue inſtitut⁹ ſit ex regia facultate, quod Molina diſputat. c. 8. citato. à. n. 28. Nos ré copioſe examinauimus diſp. 174. concluſ. 5. &. 6. & partem negantem definiuimus, eam ex ſuis deducendo principijs.

8 Quando ſucceſsor in maioratu addit, ſeu vinculat, bona aliqua ſua propria priori maioratui, tunc addere poteſt conditiones, & modos, non ſolùm bonis, quæ de nouo addit, vt ex ſe eſt notiſsimum, ſed etiam priori maioratui: modò tamen in nullo repugnent cum prioribus conditionibus, modis, & vocationibus: quippe in nullo contraueniri poſsit priori inſtitutioni, in nullóque illa fruſtari valeat. Obſerua tamen, nouas cõditiones, & modos, non obligare ſucceſsores in antiquo illo maioratu, niſi ex hypotheſi, ſi ſuccedere ſimul velint in bonis de nouo additis ac vinculatis priori maioratui: quarè quicunque ſucceſsor in antiquo maoiratu poterit nolle adimplere eas conditiones, & modos, contentus ſolis bonis prioris maioratus. Ita Molina. c. 8. citato. n. 35. Qui conſulit, vt nunquam conditiones, præſertim repugnantes, priori maioratui addant, ne eueniat, vt, bona, quæ addunt, diuidantur à bonis prioris maioratus in diuerſos poſſeſſores, vt contra ipſorum intentum, ſæpe euenit in aliquibus maioratibus Hiſpanis, quibus factæ ſuerunt eiuſmodi additiones. C

Inſtitutor verò maioratus, interimdum 9 maioratus reuocabilis ab eo fuerit, mutare poteſt conditiones, modos, ac vocationes, pro ſuo libito, & alias facere. Qui enim reuocare maioratum à ſe inſtitutum poteſt, lòngè maiori ratione poterit conditiones, modos, & vocationes pro libito in eo variarè. Poſt quàm verò maioratus irreuocabilis eſt effectus, non poteſt modos, conditiones, & vocationes, in præiudicium vocatorum mutare: quoniam donationi iam perfectæ, & irreuocabili, non poteſt grauamẽ in præiudicium donatariorum apponi, vt diſp. 265. oſtenſum eſt, & vtrunque affirmat Molina. c. 8. citato. n. 37. Quando autem maioratus reuocabilis ſit, aut irreuocabilis, diſp. 583. & quatuor ſequentibus, præſertim. 587. ad effectum, vt apponi iam nó poſsit nouum grauamen, eſt explicatum.

SVMMARIVM.

1 *SVCCESSIO directa, & obliqua, quid. Et diſcrimen inter vtranque.*

2 *Si maioratus teſtamento ſit inſtitutus, ita vt primò vocatus in eo cenſeatur hæres inſtitutus, tunc is ſuccedit directè inſtitutori: reliqui verò obliquè, ſeu fideicommiſſarie.*

3 *Si maioratus teſtamento, aut codicillo ſit inſtitutus, ita vt rationem legati, aut prælegati habeat, primò ad eum vocatus, rationem ſortitur legatarij, accipereq́; illum debet ab hærede: eõparatione verò vlteriùs vocatorum is maioratu, rationem habet fideicommiſſi particularis.*

4 *Si maioratus contractu, etiam reuocabili, ſit inſtitutus, tam primus vocatus, quàm cæteri ſucceſſores, rationem habent donatariorum ſub modo comparatione inſtitutoris.*

Num in Hiſpanorum maioratibus iure directo, an obliquo, ſuccedatur. Diſp. 618.

QVOD



VOD propoſitũ eſt, erit deinde examinandum. Quid autẽ ſit ſuccedere directè, & quid, obliquè, ſeu fideicommiſſaria ſubſtitutione, diſp. 174. &. 175. &. 182. explanatum eſt. Illud verò inter alia eſt diſcrimen inter directã, ranquã veri hæredis directi, ſucceſſionẽ, & obliquam, ſeu fideicommiſſariam: Quòd ſuccedens directè, de iure ciuili adire poteſt hæreditatem. & de iure prætorio poteſt petere bonorum poſſeſsionẽ, ipſo iure, abſq; alterius miniſterio: ſuccedens verò obliquè, ſeu ranquam fideicommiſſarius, ſuccedit mediante alio, per quẽ, cuiuſq́ue miniſterio, res fideicõmiſſo, reſtitutioníve ſubiecta, ad ipſum deriuatur, vt locis citatis explanatũ eſt, & cum Bart. Baldo, & alijs tradit Molina lib. 1. de prim. c. 14. n. 2. 1 A

2 Hoc ita conſtituto, dicendum eſt. Si maioratus inſtitutus ſit teſtamẽto, vel ex tota hæreditate, vel ex quota illius, atque adeò titulo hæredis, vel etiam conſtitutus ſit titulo inſtitutionis hæredis ex quota bonorum, aut ex re certa, ita tamen, vt nullus alius ſit ſimul inſtitutus hæres ex reliqua hæreditate, aut ex quota illius, vel ſi alius fuit inſtitutus hæres, & re ipſa non extitit hæres, quia vel mortuus eſt ante teſtatorẽ, vel repudiauit hæreditatem, vel aliqua alia ratione, tunc primò vocatus ad eum maioratum, ſuccedit in illo directè tanquam verus illius hæres vniuerſalis, potens adire immediatè maioratum, & poſſeſsionem illius capere, repræſentatq́ue perſonam defuncti, eo ipſo, quod maioratum, eamve hæreditatem adit, tranſeuntq́ue proinde ipſo iure in eum actiones actiuæ, & paſsiuæ, defuncti. Hæc omnia conſtat ex dictis diſputat. 155. vbi, aliud agendo, copioſe à nobis explanata, & comprobata ſunt, oſtenſumq́ue eſt, ita inſtitutum, eſſe in his omnibus hæredem vniuerſalẽ: atq; hęc eadẽ iunt, quæ Molina vbi ſupra à n. 15. intẽdit, ac probat; tametſi non adeò, vt nos, ſeipſum explicet. B C

In his eiſdem euentibus, in quibus primus vocatus ad eum maioratum, verus exiſtit hęres, directeq́ue in illo inſtitutori ſuccedit, ait Molina vbi ſupra à num. 10. vlterius ad eundem maioratum ab inſtitutore illius vocatos, non ſuccedere in illo inſtitutori directe, ſed indirectè, tanquam fidei commiſſarios, ſubſtitutoſve ordine quodam fideicommiſſarie, comparatione primi vocati, & ſequentium anteriorum vocatorum. Id verò probat hac ratione, ad quam congruum reſponsum reddi non poſſe ait. Quoniam, cùm primus ſucceſſor in eo maioratu, ſucceſſerit in illo tanquam hæres directus, definere non potuit eſſe hæres. l. hæreditas ex die. l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſt. §. hæres inſtit. eod. titul. &. l. 11. titu. 3. part. 6. dictumq́ue eſt diſputat. 156. Ratio verò eſt, quoniam ſicut iura prohibent, quenquam diſcedere ex parte teſtatum, & ex parte inteſtatum, ex parte ſuarum rerum, niſi ſit miles, cui id priuilegium eſt conceſſum, vt diſputat. 155. dictum eſt: ita prohibent quenquam, quoad tempus, diſcedere ex parte teſtatum, & ex parte inteſtatum, niſi in milite, vt diſputat. 156. eſt oſtenſum. Quarè ſi quis inſtituatur hæres in totam vitam ſuam, & poſt eius mortem alius hæres in eadem hæreditate inſtituatur, cenſetur primus grauatus per mortem ſuam reſtituere hæreditatem illi alteri, atque adeò ſolus primus cenſetur hęres directus, ſecundus verò indirectus, & fideicommiſſarius, vt conſtat. §. vlt. inſt. de pupill. ſubſt. &. l. precibus, verſ. ſi verò poſt pubertatem. C. de impuber. Quod verum habet, non ſolùm ſi ſecundus inſtituatur per verba communia directæ & indirectę inſtitutioni, ſed etiam ſi inſtituatur per verba directa & ciuilia: quoniam ex iuris benigna interpretatione obliquantur, vt ſecundus cenſeatur inſtitutus, non directè, ne inſtitutio ſit nulla, ſed indirectè & fideicommiſſariè, vt ſit valida, vt aiunt gloſ. l. verbis ciuilibus, verb. voluntatem. ff. de vulgari, & gloſ. c. ſi pater. de teſtament. lib. 6. quas doctores communiter ſequuntur, & concinunt. l. ex facto, in primo reſponſo, &. l. Segunda. ff. ad Trebell. Quarè, cùm in euentibus, de quibus loquimur, primus ad maioratum vocatus, ſuccedat directè inſtitutori tanquam hæres illius vniuerſalis, reliqui vlteriùs vocati, ſolùm ſuccedunt indirectè & fideicommiſſariè. 3 4 D

Obiectio. Obijcies, qui obliquè, & fideicõmiſſariè ſuccedit, capit id, in quo ita ſuccedit, principaliter quidẽ à primo inſtitutore, à quo id eſt deriuatũ, & qui ad id eũ ita vocauit, cęterum mediante anteceſſore, de manú; ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessoris, qui id debet ipsi restituere, vt disput. 186. ostensum fuit: qui verò secundò, tertiò, aut vlteriùs vocatus ad Hispanum maioratum, in eo succedit, nulla indiget restitutione antecessori; sed continuò, atque ille è vita discedit, dominium, & possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, eius maioratus, ipso iure transit in proximè vocatum, absque vlla traditione & apprehensione, etiamsi hic ignoret, ad se esse delatum eum maioratum, diciturque naturaliter possidere, per quencunque tentorem eorum bonorum, non secus atque, qui domum habet locatam, dicitur eam possidere naturaliter per suum inquilinum, qui eam tenet, & habitat, vt habetur. l. 45. Tauri, quæ est l. 8. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. dictumque est in calce disput. 3. & 12. ergo secundò, tertiò, aut vlteriùs vocatus ad maioratum, directè & immediatè succedit institutori, non verò obliquè & fideicommissariè, mediante antecessore immediato.

Satis sit. Ad maiorem huius argumenti dicendum est, de ratione quidem indirectę ac fideicommissarię successionis esse, vt id, in quo ita succeditur, deriuetur à primo institutore ac testatore per hæredem directum, aut alios etiam intermedios, iuxta institutoris dispositionem: in eo enim est positum, quòd non directè, sed indirectè, per interpositum, vel interpositos alios hæredes, à quibus proximè & immediatè hæreditas deriuetur, succedatur institutori ac testatori: quòd verò traditio re, aut verbo, fieri debeat ab immediato antecessore, vt sequens comparet dominium, aut etiam possessionem, & vt ad eum transeant actiones actiuę & passiuæ, quanuis sit consonum fideicommisso, naturęque indirectę ac fideicommissarię successionis, ideoque iure sit statutum, vt regulariter ita fiat, antequàm effectus illi sequantur; non tamen est id de intrinseca ratione fideicommissi, successionisque indirectę, neque à iure est statutum, vt semper traditio re, aut verbo, fiat, vt sequantur illi effectus: sæpe enim ex dispositione iuris sequuntur illi effectus sinè tali præuia traditione, vt in calce disputat. 186. ostensum fuit. Quarè, si quid argumentum probat, solùm est, eiusmodi fideicommissum esse extraordinarium & irregulare, nec seruare leges omnes fideicommissi, vt disput. 577. explicatum est: non verò non esse fideicommissum latè, & ad effectum, vt in eo secundò, aut vlteriùs vocati, succedant indirectè testatori ac institutori illius. Obseruat tamen Molina vbi supra num. 15. quòd quanuis ita secundò, aut vlteriùs vocatus ad maioratum, absque vlla traditione, mortuo antecessore, comparet ipso iure dominium & possessionem, tam ciuilem, quàm naturalem; attamen actualem possessionem, seu tenentiam earum rerum, quæ in facto consistit, & non parui est momenti, vt in progressu huius materiæ patebit, comparat ab antecessore, aut ab hęredibus antecessoris, vel à quocunque alio, penes quem sit: & pro illa obtinenda competit ei interdictum adipiscendi talem possessionem, seu tenentiam, vt cum Baldo, & alijs quos citat, subiungit, & nos dicemus inferiùs.

Peralta. l. 3. §. qui fideicommissum. num. 27. & sequentibus. ff. de hęred. inst. asseruit, in maioratibus omnibus Hispanis regia facultate institutis, secundò, & vlteriùs vocatos, succedere directè primo institutori. Quoniam, inquit, in eiusmodi facultatibus conceditur institutoribus potestas faciendi vocatos omnes ad eos maioratus hęredes directos ipsi institutori: licèt autem contrarium de iure sit statutum; id tamen locum habet, quando aliud lege non est sancitum, vt constat in milite, qui ex legis priuilegio potest vsque ad certum tempus instituere aliquem, vt sibi sit hæres directus, vt disput. 156. ostensum est: cùm autem princeps velut lex sit animata, qui, vt ea de re potest legem sancire, ita potest id priuatis facultate ac priuilegio concedere; consequens est, vt in Hispanis maioratibus regia facultate creatis, omnes vocati ad eos maioratus, succedant directè institutori. Molina verò vbi supra à nu. 17. licèt fateatur, legis dispositione, aut principis facultate ac priuilegio id posse fieri; meritò tamen negat tales facultates concedi, quin potiùs contrarium apertè sonantes ac concedentes, vt patet singulas intuenti. Quanuis autem amplissima potestas in eis concedatur instituendi maioratus contractu, aut vltima voluntate, vt libuerit; id tamen intelligitur, seruata natura contractus, aut vltimæ voluntatis, & seruata iuris dispositione circa illos: neque enim intendit princeps facultatem concedere ad iuris dispositionem peruertendam,

uertendam; nisi quatenus verbis perspicuis & expressis id concesserit: imò verò concesiones amplæ iuxta iuris dispositionem sunt intelligendæ, quando de intento principis dispensandi ea in parte in iure, luce clarius non constiterit.

Hactenus dictum est, quando primò vocatus ad maioratum verè in illo existit hæres institutori: tunc enim solum locum habet quæstio, an primus solus succedat directè tanquam hæres primo institutori, & num reliqui succedant indirectè in illo tanquam fideicommissarij vniuersales.

Si maioratus institutus sit in testamento, sed non ex vniuersa hæreditate, aut ex quota hæreditatis, sed ex quota bonorum, aut ex re, vel ex rebus certis, etiàsi titulo hæredis sit institutus; si tamen simul sit alius institutus hęres ex reliqua hæreditate, aut ex quota hæreditatis, qui, mortuo testatore, verè hæres existat, tunc institutio illa maioratus rationem solùm habet legati, aut prælegati, comparatione primò ad eum vocati, & non hæreditatis, vt disputat. 155. copiosè dictum est, ac proinde primò vocatus non succedit in eo maioratu tanquam hæres directè institutori, sed tanquam legatarius, qui accipere debet ea bona de manu hæredis: reliqui verò succedunt in eo maioratu indirectè tanquam fideicommissarij particulares mediante anteriore eius maioratus possessore; tametsi dominium, & possessio ciuilis, & naturalis, ipso iure sinè alia apprehensione ad eos transeat, mortuo anteriori eius maioratus possessore, vt dictum est, quando maioratus habet rationem fideicommissi vniuersalis, comparatione secundò, aut vlteriùs ad eum maioratum vocatorum. Hæc eadem dicenda sunt, quando in testamento, aut codicillo, institutus esset maioratus ex quota bonorum, vt ex tertio & quinto, deductis alijs legatis, & impensa funeris, ex quinto; & quando institutus esset ex parte quotæ bonorum tertij & quinti, vel ex rebus determinatis, etiam si primò ad eum maioratum vocaretur primogenitus, qui simul hęres extiterat in sua legitima portione in eodem testamento eidem maioratus institutori. Ratio autem est, quoniam in his omnibus euentibus, talis maioratus habet rationem legati, aut prælegati, comparatione primò ad eum vocati, & consequenter habet rationem fideicommissi particularis comparatione cæterorum ad eum vlteriùs vocatorum, vt ex se satis liquet. Atque hæc sunt, quæ intendit Molina vbi supra nu. 8. &. 9. tametsi non ita exactè rem explicet.

Quando verò maioratus institueretur contractu, etiam reuocabili, cùm in eo contractu hæres institui non possit, etiam si reuocabilis sit, atque adeò quoad ipsius confirmationem accedat ad vltimam voluntatem, vt disput. 583. dictum est; vtique primò vocatus ad maioratum contractu institutum, non succedit directè tanquam hęres primo institutori, sed potius habet comparatione illius rationem primi donatarij sub modo; & similiter vocati vlteriùs ad eum maioratum, non habent rationem fideicommissariorum, aut vlteriorum donatariorum similiter sub modo comparatione eiusdem primi institutoris, vt disp. 577. dictum est. Atque hęc sunt, quæ Molina vbi supra à n. 6. intendit, quanuis non ita exactè ea explicet.

SVMMARIVM.

1 *GRAVATVS restituere, satisfacere tenetur fideicommissario de restituendo fideicommisso vniuersali, aut particulari.*

2 *Maioratus si testamento, aut codicillo, institutus sit, ita vt rationem fideicommissi vniuersalis, aut particularis, comparatione vlteriùs vocati habeat, possessor illius, estando in iure communi, satisfacere tenetur vlteriùs vocato de illo integro restituendo, si id petatur, & instituor eam satisfactionem non remiserit.*

3 *Substituto directo ex testamento cauere tenetur anterior hæreditatis possessor.*

4 *Si maioratus institutus sit contractu, siue reuocabili, siue irreuocabili, vlteriùs ad eum vocatus petere non potest satisfactionem ab illius possessore, nisi superueniat noua causa suspitionis dilapidationis, aut deteriorationis illius culpa possessoris.*

5 *Maioratus institutor remittere potest, ne possessor satisfacere teneatur, atque tunc, etiam in euentu dilapidationis ac deteriorationis, non tenetur satisfacere, nisi deterioratio esset dolosa, aut suspicio esset, dolosam esse.*

6 *Licèt maioratus institutor satisfactionem remiserit, imminente tamen dilapidatione, aut deterioratione, culpa possessoris, aut illa iam capta, implorare vlteriùs vocatus potest officium iudicis, qui, si opus fuerit, procedere potest vsque ad sequestrum.*

7 *Maioratus possessor, aut alius, qui de re restituenda satisfacere teneatur, fideiussoriâ cautionem idoneam dare tenetur. Si autem nō detur, poterit successor petere, vt ipse in possessionem earum bonorum mittatur, quousque detur. Si semel aliquam acceperit, non potest petere aliâ, nisi fideiussores fugerint, aut facti sint non soluendo. Et quali sufficiens iudicetur in regno restituendo, aut in alio opulentissimo maioratu. Solus proximè vocatus potest illam petere. Si multi contendant, se esse proximè vocatos, vnicuique est eadem præstanda. Et quid ea cautio continere debeat.*

8 *Maioratus possessor si sit de liberis primi gradus institutoris, & proximè vlteriùs vocatus sit de descendentibus eiusdem institutoris, non tenetur satisfacere, nisi institutor contrarium præcepisset: cogi tamen posset facere bonorum maioratus descriptionem. Idem in fideicommisso.*

9 *Maioratus possessor in hoc regno non consueuit præstare eam cautionem.*

Maioratus possessor num satisfacere teneatur successori, de rebus maioratus integrè restituendis. Disp. 619.

1 DISPVTATIO hęc cõiuncta, & quasi appendix est prędcędti. Dicemus verò, quid de rigore iuris sit dicendum. Et quando locum satisfactio hæc non habeat. Et quæ hac in parte sit consuetudo huius regni.

Hæres grauatus hæreditatem, aut partem illius restituere, tenetur satisfacere de illa restituenda fideicommissario aduenìente tempore à testatore præscripto vt illam restituat, si fideicommissarius eam satisfactionem ab hærede petat: eodemque modo anterior fideicõmissarius, ad quem hęreditas deuenit, tenetur satisfacere sequenti fideicommissario, si eam satisfactionem ab eo petat, idemque est in fideicommissis particularibus. l. cum Artemidoram. C. vt in possess. legat. l. peto. §. fratre, &. l. vnum ex familia. §. quod si talia, in fine. ff. de leg. 2. l. vlt. C. de legat. l. 1. & sequentibus. ff. vt legatorum seu fideicommissariorum nomine caueatur, & affirmat communis doctorum sententia, quam Molina lib. 1. de primog. c. 15. n. 1. & Anton. Gom. l. 46. Tauri num. 78. refert.

A

Hinc oritur quæstio, vtrum similiter possessor maioratus, siue primus vocatus ad eum sit, siue vlterior, teneatur satisfacere vlteriùs vocato, de rebus maioratus restituendis. Ad quam respondendum est, si 2 maioratus testamento, aut codicillo, sit institutus, ita vt rationem hęreditatis, aut legati, habeat comparatione primi ad eum vocati, & consequenter ita vt rationem fideicommissi vniuersalis, aut particularis comparatione vlteriùs vocatorum habeat, teneri possessorem satisfacere, si id petat sequens ad eum vocatus, idque esto nulla

B

suspicio, aut periculum, superueniat dilapidationis ac detrimẽti eorum bonorum. Excipitur, nisi institutor eam satisfactionem remiserit. Priorem partem sufficienter atque euidẽter probãt iura citata. Cùm enim possessor fideicommissi, tam vniuersalis, quàm particularis, satisfacere eo modo teneatur fideicommissario immediato id exigenti, qui in eis bonis succedere debet, vt statuunt iura citata: maioratusque, de quo loquimur, rationem habeat fideicommissi vniuersalis, aut particularis, comparatione vlteriùs ad eum vocati immediatè, vt disputatione præcedente ostensum est;

C

neque contrarium comperiatur sancitum in maioratibus: vtiq; possessor maioratus satisfacere eo modo tenebitur vlteriùs vocato immediatè, satisfactionem poscenti, quando institutor eam satisfactionem tali possessori non remisit: id quod cum Palatios Ruuios, & alijs, affirmant Anton. Gom. nu. 78. citato, & Molina vbi supra à nu. 2.

Neque idcirco (subiungit ibidem Molina a. n. 8.) cessat satisfacendi obligatio, quòd mortuo possessore, dominium & possessio ciuilis ac naturalis rerum maioratus transeat ipso iure absque alia apprehensione & traditione in vlteriùs vocatum, possitque nouus successor eas vendicare ex quocunque, apud quem fuerint repertæ,

D

vt disputatione præcedente dictum est: quoniam, vt ea cautio præstanda sit, satis est, quòd sola facti possessio, seu tenentia, sit restituenda ab anteriori possessore, hęredibúsue illius. Vt enim habetur. l. inter omnes, uncta glosa ibi verb. hæreditate, communiter recepta. ff. qui satisfacere cog. quando aliquis institutus fuit hæres sub conditione pendente in futurum, datusq; illi fuit substitutus directus in euentu, quòd conditio deficeret, vtique tunc, deficiente

deficiente postea conditione substitutus ille directus, non capit hæreditatem ab instituto sub conditione, esto ita institutus eam occupasset, sed illam sibi vendicat, vbicunque eam repererit; & tamẽ in ea lege, institutus sub conditione, qui hæreditatem occupauerat, cogitur satisfacere substituto, quòd in euentu, quòd conditio defuerit, eam integram hæreditatem illi restituet: quod ait Molina summè esse notandum, vt intelligatur, neque in eiusmodi maioratibus Hispanis, neque in fideicommissis, quæ quoad dominium, aut etiam

B

possessionem, transeunt in fideicommissarium absque vlla reali, aut verbali traditione, de quibus in calce disp. 186. dictum est, cessare obligationem eorum possessori, satisfandi de illis integrè restituendis. Ant. verò Gom in calce. n. 78. citati, hanc etiam aliam tradit vtilitatem satisfactionis in his euentibus, vt scilicet, timore huius satisfactionis, non dissipentur, neque alienentur eiusmodi bona, & vt, si alienata fuerint, & fuerit difficultas aliqua in eis recuperandis, fideiussores teneantur soluere sumptus ea de causa factos.

Peralta. l. 3. 9. qui fideicommissam num. 29. &. 30. ff. de hæred. inst. iuxta eam suam opinionem disputatione præcedente improbatam, quòd quando maioratus ex regia facultate fuit institutus, omnes ad illũ vocati succedãt directè primo institutori, subiungit, possessores talium maioratuum, non teneri satisfacere successori de eis integrè restituendis, nisi quando aliqua superuenerit suspicio de dissipatione, alienatione, aut deterioratione earum rerum culpa possessoris. Ducitur. l. inter omnes, iuncta glossa ibi, verb. hęreditate. ff. qui satisfacere cogantur. Glossa enim ibi ait, hærẽdẽ cogi posse à substituto directo, satisfacere de hęreditate non minuenda, idque, inquit Peralta, in euentu, quòd superuenerit iusta

D

causa, seu suspicio explicata, vt habetur in fine textus. Rem tamen tanquam nouam cogitandam Peralta relinquit.

Vt tamen bene Molina vbi supra à nu. 5. subiungit, hęc opinio falsa est. Primò, quoniam falsum est, secundò, aut vlteriùs vocatos ex testamento, aut codicillo, ad maioratum, succedere institutori directè, vt disputatione præcedente dictum est: ipse autem Peralta non negat, si succedant indirectè ac fideicommissariè, illis satisfandum esse ab anteriore possessore de integra hæreditate restituenda, esto nulla noua causa suspicionis superueniat.

Secundò, quoniam falsum est, substituto 3 directo ex testamento, non teneri hæreditatis, satisfacere de integra hereditate restituenda, etiam si nouacausa suspicionis non aduenìat. Contrarium enim habetur ea ipsa lege, inter omnes, cui peralta nititur. Duo quippe casus in ea lege continentur. Primus, quando vnus est institutus hæres sub conditione, & alius est ei datus substitutus in euentu, quòd conditio deficiat; quòd sanè esse nequit, nisi ex testamento. Atque in hoc euentu perspicuè ea lex ponit, teneri hęredem sub ea conditione institutum, hęreditatemque occupantem, cauere substituto de illa restituenda, si conditio deficiat: quod communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra num. 6. refert, intelligit, statim à principio, esto nulla causa suspicionis superueniat: quod lex etiam ipsa aperte sonat. Quare, quando ex testamento substitutus est datus, siue directus, siue fideicommissarius, semper eodem modo est illi cauendum, vt, iuxta eam legem, communis doctorum sententia affirmat. Secundus casus ponitur in fine eiusdem legis, quando scilicet cautionis petitio dependet ex contractu, seu ex alia causa, quæ non sit substitutionis ex testamento, aut codicillo. Et tunc ait iurisconsultus, cauendum esse ex causa superuenientis suspicionis, & non aliàs, iuxta ea, quę subiungemus.

Dixi in posteriori parte assertionis, qua ad quęstionem respondemus; Excipitur, nisi instituitor eam satisfactionem remiserit. Quoniam, quando testator satisfactionem remittit, non tenetur possessor rei fideicommisso subiectæ, satisfacere proximo fideicommissario de ea integrè ei restituenda, vt habetur. l. 2. l. Artemidoram, &. l. penult. C. vt possess. legat. l. pactum. ff. de pact. authentica cõtra. §. 1. C. ad Trebell. l. auia. 6. vltim. ff. de condit. & demonst. De eiusmodi verò remissione statim fusiùs dicetur.

Molina cap. 15. citato num. 8. ait, si maioratus institutus sit contractu renocabili, iuxta ea quæ disput. 583. dicta sunt, tunc, quoad satisfactionem, esse idem dicendum, quod de maioratu testamento, aut codicillo, instituto, est dictum. Ducitur, quoniam, vt disputat. 583. dictum est, habet vim vltimæ voluntatis, quoad renocabilitatem, & stabilitatem. Ego autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrarium longè probabilius existimo, A
dicendum videlicet esse, quod de maioratibus institutis contractu irreuocabili mox subiungemus. Ratio autem est, quoniam eiusmodi dispositio simpliciter non est vltima voluntas sed simpliciter est cõtractus, participans aliquid de vltima voluntate: neque maioratus ita institutus, est hereditas, aut legatum, cõparatione primò ad eum vocati, neq; fideicommissum vniuersale, aut particulare, comparatione vocatorum vlteriùs ad eum; sed est donatio sub modo comparatione vlteriùs ad eum vocatorum, vt disp. 577. & disputatione præcedente, cum eodem autore dictũ est: B
quæ autem de illo cautionis modo in iure comperiũtur disposita, manifestè sunt sancita de legatis, & fideicommissis, tam vniuersalibus, quàm particularibus, quacunq; vltima volũtate sint relicta, siue ea sit testamentum, siue codicillus, idque fauore vltimæ voluntatis: atq; hoc solum est, quod Rofredus, & alij a Molina ibidem relati affirmant: quarè, cùm institutio maioratus contractu reuocabili, simpliciter sit contractus, & non vltima voluntas; maioratusque ita institutus, sit donatum sub modo, & non hereditas, legatum, aut fideicommissum; consequẽs profectò est, vt quoad C
cautionem, nõ sequatur regulam prælcriptam in iure circa vltimas voluntates, & hereditates, aut legata, deriuanda ad multos ordine quodam; sed sequatur regulam contractuum, ac donatorum sub modo multis ordine quodam.

Quando maioratus institutus est contractu irreuocabili (idem nostra sententia est dicendum, iuxta proximè dicta, quando institutus est contractu reuocabili) tunc vlteriùs ad illum vocatus, petere non potest satisdationem à possessore, nisi superueniente noua causa suspicionis dilapidationis, aut deteriorationis illius ex parte possessoris. Ita habetur l. in omnibus. ff. de iudicijs, &. l. inter omnes, in fine. ff. qui satisdare cogãtur, & affirmat communis doctorũ sententia, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 78. & Molina vbi supra in calce. n. 8. D

5 Sicut autem in legatis, hæreditatibus, & fideicommissis, tam vniuersalibus, quàm particularibus, remitti à testatore potest cautio, idq; etiã postea ex interuallo pacto aliquo, aut contractu, vt constat ex iuribus ea de re supra citatis, præsertim ex. l. pactũ. ff. de pactis: ita etiam remitti potest ab instituto tutore hæc cautio, quæ locum habet in dispositionibus ex contractu, vt ex eisdẽ iuribus constat, præsertim ex. l. pactum citata.

Quando maioratus, vel quæuis alia res, venit restituenda, siue ex vltima voluntate, siue ex contractu, & qui id ita disposuit, remisit anteriori possessori cautionem successori, tunc, esto possessor ille dilapidet ea bona, non tenetur præstare cautionẽ ad petitionẽ successoris, sed alijs remedijs erit subueniẽdũ successori. Ita habetur expressè. l. vlt. ff. vt legat. seu fideicõmiss. nomi. caueat. & affirmant Bart. & cõmunis doctorũ sententia, quam Molina cap. 15. citato nu. 9. refert ac sequitur. Excipitur, nisi possessor dolo dilapidet ea bona: nam dolo aliquid fieri in præiudicium tertij, non est ferendum; esset enim contra bonos mores: neq; est credendũ, eum, qui cautionem remisit, intellexisse etiam in eo casu: in dispositionibus quippe generalibus, non censetur id comprehensum, de quo, si disponens in particulari interrogaretur, id vtique excepisset. Imò verò, vt idem Molina ibidem num. 29. &. 30. subiungit, ac rectè probat, testator remittere non potest, vt, existente suspicione ex vrgentibus indicijs dolosæ dilapidationis, possessor non caueat de dilapidatione dolosa. C

Iuxta dispositionem legis vltimæ citatæ, metitò Molina vbi supra nu. 10. reprehenditPeraltam. §. qui fideicommissam. citato. n. 30. dum asseruit, possessorem maioratus, non posse remittere satisdationem in casu dilapidationis: nisi enim Peralta intelligat, in casu dilapidationis dolo factæ, vtique loquitur contra. l. vlt. citatam, quæ statuit, remissa cautione ab instituore, censeri remissam, etiam in euentu dilapidationis, esto instituor euentum dilapidationis non expresserit, nedùm si eum expresserit. D

Quando remissa esset cautio, eaque de 6
causa successor, qui dilapidationem imminentem timet, non posset eam petere, posset nihilominùs implorare officium iudicis, antequàm dilapidatio incipiat, aut, si incepit, ne vlterius progrediatur, vt iudex ex suo officio illam impediat, argumento l. 3. C. qui bon. ced. pos. &. l. vltim. ff. quod met. caus. & affirmant Bart. & communis doctorũ sentẽtia, quam Molina vbi supra num. 11. refert ac sequitur. Ait verò glos. l. vlt. ff. vt legat. seu fideicõmiss. nom. caueat. posse iudicem procedere vsque ad sequestrum. Vtrum autem maioratus possessor ob dilapidationem possit priuari maioratu, infra suo loco examinabitur.

7 Cautio autem, quam is, qui rem subiectam restitutioni possidet, in euentibus explicatis præstare tenetur, si à successore exigatur, est fideiiussoria. l. si is. à quo. §. vlt. ff. vt in poss. legat. l. 1. ff. vt legat. seu fideicommiss. nomi. caueatur, iuncta. l. prætorię stipulationes. ff. de prætorijs stipulationibus. Et præstanda est, etiam pro rebus immobilibus. l. 1. in prin. iuncta glossa ibi, verb. stipulentur. ff. vt legat. seu fideicommiss. nomine caue. l. is cui. §. bonorum autem appellatione. ff. vt in possess. legat. Atque eam satisdationem dare tenetur, etiam is, qui dines est, & idoneus ad soluendum, habens multa bona immobilia. l. 1. in prin. ff. vt legat. seu fideicommiss. nomi. caue. cùm tamen in alijs euentibus, is, qui notorie est dines, & idoneus ad soluendum, satisdare non cogatur, vt cum Iasone Molina vbi supra. n. 17. affirmat. Quòd si is, qui satisdare tenetur de re integrè restituenda, non velit satisdare, tunc successor petere poterit, vt mittatur ipse in possessionem eorum bonorum, donec ille alius satisdet. l. 1. & sequentib. ff. &. C. vt in possess. legat. Atque hęc omnia affirmat Molina vbi supra nu. 14. Qui autem semel satisdedit, cogi non potest iterum satisdare, etiam si alius cauſetur, satisdationem præteritam nõ fuisse idoneam: ipse autem sibi imputet, quòd anteà illam acceptauit, neque obiecerit, idoneam non esse. l. si is, à quo. §. vltim. ff. vt in poss. legat. & affirmat Molina vbi supra. nu. 11. Excipitur, nisi fideiiussores dati ausugissent, aut facti essent non soluendo ex post facto bonorum suorum amissione: tunc enim denuò cautio erit adhibenda. l. plane. ff. vt in poss. legat. & alijs iuribus, quæ Molina ibidem citat. A B C D

Esse autem debet prædicta cautio idonea. l. quoties. ff. qui satisdar. cog. Quando autem ex magna æstimatione maioratus, vt si esset regnum, ingens ducatus, aut marchionatus, vel alius opulentissimus maioratus, pro quo sufficienter fideiiussores adhiberi non possent, tunc ea cautio erit præstanda, quæ, iuxta rei qualitatem, præstari possit, argumento. l. de creatione. C. de episcop. audient illis verbis; *si autem non talis eius census inueniatur, tunc & fideiiussio, in quantum possibile est, ab eo exigetur.* Ad quẽ textum Albericus ait, ita consultum fuisse in fauorem Reginæ Franciæ, quę fuit tutrix filij sui primogeniti. Cõcinit. l. vlt. §. sin autem non talis. C. de curat. furios. Vbi eadem verba habentur cum illis, quæ ex. l. de creatione relata sunt, & affirmant multi quos Molina vbi supra. n. 19. refert ac sequitur. A B C D

Eam verò satisdationem petere à maioratus possessore is solus potest, qui proximè est ei successurus: vt enim habetur. l. Paulus. ff. de prętorijs stipulat. calumniosè petere satisdationem videtur is, quem alius antecedit. Vtrum autem, si proximus successor absens, aut impeditus sit, vel sit negligẽs, possit eam petere, qui viterius proximè vocatur, alibi dicetur. Quòd si multi prętendant vnusquisq; eorũ se esse proximiorẽ successore, tunc singuli sest satisdãdum: quoniam possessor maioratus in eo non grauatur; quandoquidem eodem fideiiussore potest singulis, & omnibus, cauere, futurumque sit, vt vni tantùm eorum teneatur. Ita habetur. l. si duo. ff. vt legator. nom. cauea. Atque hęc omnia affirmat Molina vbi supra. n. 20.

Forma autem satisdationis præstandæ, hęc erit. Quòd fideiiussores se astringant, maioratus possessorem, aduenienre die restituendi rem, aut res, maioratui subiectas, integrè eas restituturum, dolumque malum in maioratus restitutione abfuturum, ita vt neque in rebus maioratus seruitus aliqua imponetur, neq; aliquid aliud dolo fiet, ex quo deteriores reddantur. l. 1. ff. vt legat. nomi. cauea. &. l. vlt. in fine. C. delegat. & affirmat communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra. nu. 24. refert ac sequitur. Non tamen tenetur maioratus possessor cautionem præstare de rebus maioratus arbitrio boni viri fruędis: hęc quippe cautio ab vsufructuario præstatur, vt habetur. l. 1. ff. vsufructuarius quemadmod. caueat, & quid ea cautio contineat disp. 7. dictum est: non verò præstatur à possessore maioratus, qui interim dum legitimus possessor illius est, verè est dominus rerũ maioratus, vt disp. 3. & aliàs sępe dictum à nobis est: dominus enim rei, etiam si illa restitutioni sit subiecta, non hanc posteriorẽ cautionem præstat, sed solum illã priorẽ, quę lõgè pauciora cõtinet, vt cum Azone affirmat Molina vbi supra n. 25. Quàuis autem testator remittere possit fideicõmissario, ac maioratus possessori, priorem illam cautionem, vt supra ostensum est; non tamẽ potest remittere posterio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

riorem cautionem vsufructuario, vt disp. 7. dictum est, & habetur l. scire debetis. C. vt in possess. legat. l. si pecuniæ. ff. eod. titu. & l. 2. C. de vsufruct. atque affirmant Bart. & communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra. n. 27. refert ac sequitur. Qui meritò cum Aries Pinello. l. 1. C. de bon. mater. part. 2. n. 67. & alijs, reijcit sententiam Baldi, & quorundam aliorum, qui dixerunt, quanuis testator remittere non possit vsufructuario eam cautionem, posse nihilominus ei concedere, vt adhibere possit fideiussorem pauperem, minimeq; idoneum. Iura quippe statuunt, vsufructuariũ debere ea in parte cauere vtiliter ac idoneè. §. constituitur inst. de vsufructu: obligatio autem inopis, nulla censetur, pariaque sunt, non fideiubere, & fideiubere minimè idoneè. l. quoties. ff. qui satisdare cog.

8 Quando fideicommissarius, aut possessor maioratus, esset de liberis primi gradus institutoris maioratus, hoc est (vt disp. 187. §. quæ hactenus, est explicatum) de liberis institutoris, quibus legitima portio in bonis institutoris debetur, & immediatus vlterior successor, esset etiam de numero descendentium ex primo institutore, tunc talis fideicommissarius, aut possessor maioratus, satisdare non tenetur successori immediato, nisi institutor satisdare precepisset. Ita habetur. l. iubemus. §. in supra dictis, &. §. Illud etiam, iuncto principio eiusdem legis. C. ad Trebell. & affirmant glos. vlt. §. illud etiam citato, glos. vlt. l. cùm Artemidoram. C. vt inposs. legat. & cõmunis doctorum sententia, quam Molina vbi supra. n. 31. refert ac sequitur. Quia verò, post primum vocatum ad maioratum, rarò possessor maioratus esse solet de liberis primi gradus institutoris, rarò etiam locum habet hæc exceptio in maioratibus Hispanis, vt Molina ibidem subiũgit. Addit verò Molina. n. 32. in hoc euentu, inquo fideicommissarius, aut possessor maioratus, nõ tenetur satisdare proximo vlteriori successori, posse nihilominus eum proximum successorem cogere possessorem maioratus, vt descriptionem authenticam efficiat bonorum maioratus, vt tempore restitutionis cõstet, quæ ea bona sint, quam descriptionem ait, distinctum quid esse ab inuentario. Ea autem de re copiosè nos diximus disp. 219. ideoque ad eumlocum lectorem remittimus.

9 Obseruat Molina vbi supra. n. 35. quantis, quæ de cautione à possessore maioratus præstanda immediato successori tota hac disputatione dicta sunt, in se sint verissima, atque ex principijs iuris euidẽter deducta, nihilominus se nunquam vidisse, aut audisse, talem cautionem, extra dilapidationis bonorum maioratus suspicionem, præstitam, aut petitam, vnquam fuisse. Arbitratur verò ex ignorantia, quòd præstari deberet, non fuisse petitam, simulque ad id adiuuasse, non multum vtilitatis in ea exigenda interuenire: præsertim cùm bona maioratus esse soleant immobilia, quorum dominium & possessio ciuilis ac naturalis transit ipso iure, defuncto possessore maioratus, ad vlteriùs ad illum vocatum, etiã si aliqua ex illis deuenissent ad tertium aliquem possessorem. Et quòd ad obtinendam actualem possessionem, seu tentionẽ, eorum bonorum, multa summaria remedia atque exequutiua legibus regijs introducta sunt, de quibus infra erit sermo. Existente autem ea consuetudine, vt nec petatur, nec concedatur, fortasse, esto hodie petatur, deneganda esset.

SVMMARIVM.

1 *DIGNITAS, & personatus, vtrunque presse vt vnum ab altero distinguitur, quia vtrunque sit.*
2 *Dignitas, & personatus latè, quid. In materia fauorabili late sumuntur. In odiosa sumuntur stricte.*
3 *Maioratus Hispanus, nisi titulum Comitatus, &c. aut iurisdictionem habeat, dignitas non est, nisi latè secundum quid, ac improprie.*
4 *Successione in maioratu, qui dignitas non est, non priuat ea infamia, quæ nec intestabilem efficit, nec priuat à successione in bonis liberis. Quando autem eo modo infamis priuaretur insuper in delicti pœnam suis omnibus bonis, priuaretur etiam eo maioratu.*
5 *Infamis eodem genere infamiæ non priuatur successione in maioratu, cui annexum est, vt sit dignitas ratione tituli, aut iurisdictionis: quoniam, qui capax est bonorum, quibus annexa est dignitas, est capax annexæ dignitatis, esto incapax esset dignitatis directè, quam non annexè ad aliquid aliud acquireret.*
6 *Beneficium curam habens animarum quando est prohibitum haberi cum alio beneficio, idnõ intelligitur, si annexè habeatur ad aliud beneficium non incompatibile.*
7 *Quarum dignitatum sit incapax infamis, & inter eas est, si à republica sit instituta digni-*

8 *Spurius capax est maioratus annexam habentis dignitatem.*
9 *Regno ob quæ delicta priuari quis possit, & quando, esto habeat idoneum successorem, concedi regnum alteri possit.*
10 *Feudo priuatur feudatarius, si non leuem contrahat infamiam.*

Infamis num in maioratu succedere possit. Et num maioratus sit dignitas. Disp. 620.

EXAMINANDVM deinde est, qui in maioratu succedere possint. Atque vt melius intelligatur, num in maioratu succedere possit infamis, explicandum prius est, vtrum maioratus dignitas sit.

Consentaneè ad Panor. c. de multa, de præb. nu. 21. Staphilæum de liter. grat. de modo & forma interpretandi, &c. pag. 100. in paruis, ac Sylvest. verb. dignitas, & ad alios, quos citãt, dignitas duobus modis vsurpatur. Vno, presse, vt distinguitur à personatu, & à quocunq; alio officio præeminentiam aliquam habẽte, vt est curatus, sindicus, & sunt alij. Dignitas ita sumpta, consentaneè ad l. honor. ff. de honorib. & muner. est præeminentia cum administratione, seu iurisdictione. Quod intelligo, de ordinaria. Vicarij enim pedanei dignitates nõ sunt: secus verò de vicario generali, qui iurisdictionem habet ordinariam, vnumque tribunal efficit cum Episcopo, aut cum quouis alio iudice, cuius est vicarius generalis, vt tractu. 5. dicetur: qua de causa, vt Staphilæus vbi supra. n. 12. cum alijs, quos citat, rectè ait, dignitas est. Tametsi, cùm tanquam pars dignitatis Episcopi, vnicam cum illo efficiens dignitatem, censeatur, id non impediat, quo minùs aliam dignitatem Ecclesiasticam possit simul obtinere, vt Panor. vbi supra asserit. Sic Guardiani, Abbates, Priores, Rectores, & alij superiores religionum, iurisdictionem ordinariam in suos religiosos habentes, prælati ac dignitates sunt, vt Panor. vbi supra affirmat, & constat ex. cap. in damnationibus. §. verum, de elect. lib. 6. Eodem modo Rectores, seu priores, Ecclesiarum collegialium, quia iurisdictionem in reliquos eiusdẽ Ecclesiæ ministros habent, dignitates sunt. Idem affirmant Panor. ibidem, Staphilæus vbi supra. n. 3. & alij, de Archidiacono, quia ex suo munere, primaque institutione in Ecclesia, iurisdictionem aliquam habet, eamque alicubi retinet, ex suoque nomine dignitatem sonat, atque ex consuetudine inter dignitates computatur, esto multis in locis nullam hodie iurisdictionem habeat. Personatus autem presse, vt ibidem Panor. ait, est quædam præeminentia in Ecclesia sinè iurisdictione, vt quia habet statum honorificum in choro præ alijs, aut aliud simile.

Latè verò sumuntur in iure dignitas, & personatus, vt comprehendunt vtrunque: quin extenduntur etiam ad alia officia: vt curatus interdum appellatur personatus. Hæc verò euenisse ait Panor. ex varia loquendi consuetudine in diuersis regionibus. Ait verò Staphilæus vbi supra. n. 5. quanuis in materia larga, & fauorabili, nomine personatus comprehendatur dignitas, & nomine dignitatis comprehendatur personatus; in materia tamen stricta, nomine vnius horum alterũ non cõprehendi.

Explicato quid sit dignitas, quod attinet ad quæstionem, num maioratus dignitas sit. Couar. 1. var. res. c. 15. n. 14. in calce. §. penultimi, & . §. vlt. ait, maioratum Hispanum velut dignitatem quandam constitui, vt, qui eum obtinet, caput sit familiæ, eiusq; honores præcipuos habeat: esseque dignitatem confirmat autoritate Archidiaconi, & quorundã aliorum, quos citat. In eadem sententia est Ant. Gom. l. 46. Tauri. n. 1. & sunt plerique alij, quos Molina libr. 1. de primog. c. 13. n. 1. refert. Meritò tamẽ Molina ibidem. n. 4. cum Cino, & Carolo Molineo affirmat, maioratum Hispanum in eo præcisè, quòd maioratus Hispanus est, non esse publicam, propriámue, ac pressam dignitatem. Ex accidenti verò, vt si sit regnũ, ducatus, marchionatus, vel comitatus, aut si sinè titulo habeat oppida, aut castra subditos ac iurisdictionem habentia, erit dignitas presse ac proprie, iuxta ea, quæ de dignitate presse ac proprie dicta sunt. Vtrúq; satis ex se, & ex explanatione dignitatis presse ac propriè liquet. Et primum probat Molina, quoniam quiuis priuatus, habens bona in suum tertium & quintum, etiam si abiectus sit, potest ex illis, absque vlla regia facultate, instituere maioratum: quòd si descẽdentibus, & ascendentibus, careat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest similiter eum instituere ex omnibus A
suis bonis, vt ex dictis in præcedentibus
constat: dignitas autem non ab alio, quàm
à principe, aut ad id à principe facultatem
habente, institui potest: sicut iurisdictio à
principe, supremáve potestate, deriuari de
bet. Quin neque prærogatiua primogeni-
torum, de qua disp. 577. dictum est, & quę
hodie locum habet in Gallia, dignitas pro
priè apellari potest, vt ex explicatione dig-
nitatis propriè est manifestum: alioquin
primogeniti omnes indignitate eis in regio
nibus dicendi essent constituti, quod ne-
mo concedet. Illa quippe prærogatiua, vt B
cum Cino Molina vbi supra rectè ait, fami-
liaris ac domestica est, non verò publica:
eaque ratione, vt cum Carolo Molinæo
subiungit, non propriè, sed largè duntaxat
& impropriè sumpto vocabulo, appellari
potest dignitas: quo modo eam sumpsisse
doctores contrariè sentētię est censendū,
atque exponendum.

Quæst. His ita cōstitutis, vt ad præcipuam quæs
tionem deueniamus, suaderi potest, infa-
mem, siue iuris, siue facti infamia, succede-
re non posse in maioratu, præsertim quan-
do maioratus est dignitas, annexamve ha-
bet dignitatem. C

Argumen tum pri- mum. Primò, quoniam notati infamia iuris, aut
facti, non ascendunt ad dignitates. l. 2. C.
dignitat. lib. 12 & l. 1. C. de infamib. lib. 10.
glossa. l. 2. §. miles, verb. sacramento. ff. de
his, qui notantur infamia, Bart. & alij, quos
Molina. c. 13. citato. n. 8. refert. Probare
etiam idem in re proposita, videtur. l. 2. ti-
tu. 15. part. 2. vbi de successione in Regno
Castellæ, ad cuius exemplum succeditur
in Hispaniarum maioratibus, sic est dispo-
situm; *sucede el pariente mas propinquo, siendo hombre para ello, e no auiendo hecho cosa, por dō-
de lo deuiese perder.*

Secundū. Secundò, quoniam infamis repellitur à
successione in feudo, quin & propter infa- D
miam superuenientem, priuatur feudo iam
acquisito, vt constat. c. 1. iuncta glossa. 1.
ibi, an ille, qui interfecit fratrem domini.
&c. & ex c. 1. §. illud, argumento à contra-
rio sensu, quę fuit prima causa benef. amit.
& affirmant doctores, quos Malina vbi su-
pra. n. 10. refert ac sequitur.

4 *Prima con eius.* Prima hacde re conclusio est. Quando,
infamia non est talis, quæ infamem intesta-
bilem reddat, & incapacem successionis vti
que tunc neque eum priuat successione in
eo maioratu, qui non est dignitas. Hanc sta
tuit Molina vbi supra. n. 11. Probatur verò,
quoniam infamis ea infamia, de qua loqui-
mur, potest hæres institui, potestque ei le-
gari, & fideicommitti, neque leges ab eo
tollunt iura successionis. l. in arenam, &. l.
fratres. C. de inofficiosf. testam. inst. eod. ti-
tu. in prin. vers. soror. Bart. & communis
sententia, quam ibidem Molina refert ac
sequitur: sicut etiam, ob eam infamiam, nō
amittit potestatem testandi de suis bonis,
argumento. l. 2. C. de secund. nup. & affir-
mat Molina ibidem cum alijs, quos citat:
ergo eiusmodi infamis non priuatur suę-
cessione in eo maioratu, qui non est digni-
tas. Quando autem infamis ob aliquod cri
men, insuper in pœnam priuatur bonis, suc
cessioneque, tunc vtique, sicut amittit alia
bona, ita amittit maioratum: & sicut priua-
tus censetur successione in alijs bonis, sic
etiam successione in maioratu. Ita Molina
vbi supra. n. 12.

3 *Secunda conclus.* Secunda conclusio. Quando aliquis in-
famia, de qua præcedente conclusione est
sermo, est infamis, propter eam non priua-
tur successione in eo maioratu, qui in se dig
nitatem habet. Ita Molina vbi supra. n. 13.
& consentiunt alij. Ratio autem est, quo-
niā licèt, ex dispositione iuris, infamis re-
pellatur à dignitatibus obtinēdis, & ab ob-
tentis; id tamen locum habet ac verum est,
quando de sola dignitate agitur principa-
liter: secus verò quando annexa est bonis,
in quibus succeditur: in consequentiam
enim bonorū, quibus ea dignitas est anne-
xa, succedere etiam potest per accidens in
dignitate eis annexa: quoniam propter eā
priuandus non est successione in bonis,
quibus illa est annexa, & quorum, ea se-
clusa, est capax. Ita decidit notabiliter ac
optimè Baldus. l. 1. n. 1. C. de secund. nup.
quem sequuntur Molina & multi alij, quos
n. 13. citato refert. Agens enim ibi Baldus
de muliere, quæ ante annum elapsum à
morte prioris mariti secundò nubit, erat-
que de iure communi infamis, tametsi de
iure canonico ea pœna, & aliæ, sublatæ ab
ea hodie sint, vt disp. 145. dictum est, sic
Baldus de ea ait, *Pone, quòd quædam mulier, quæ habet comitatum ex successione parentum, nubit infra annum luctus, nunquid istem dignitatem & Comitatum perdet? Videtur, quòd sic, quia est infamis. Contrarium credo, quia ista dignitas & iurisdictio est quid hæreditarium: & ista mulier retinebat bona, vt hic* (id est, nubēdo nō amittebat sua bona) *Itē ista dignitas venit in cō sequentiam hæreditatis, & est annexa territorio: & aliquid retinetur in consequentiam, quòd non retinetur principaliter.* Hęc Baldus ibi. Con-

A firmatur, quoniam fœminę, quæ à iudican-
do, & ab omni officio publico, repellun-
tur. l. ff. de reg. iur. capaces tamē sunt eo
rum, si iurisdictio eis obueniat in consequē
tiam successionis, possuntque in eo euen-
tu iudicare, vt cum Inno. Panor. Felino, &
alijs, iuxta. c. dilecti, de arbitris, affirmat Mo
lina vbi supra. n. 14. Quarè, si regnum ad ip
sas iure successionis deueniat, regiam iuris-
dictionem exercent, vt consuetudo testa-
tur, & concinit. c. cùm deuotissimam, junc-
to capite sequēti. 12. q. 2. Vnde Angelus. l.
cùm prętor. §. vlt. n. 2. ff. de iudic. cùm di-
xisset fœminas, & furiosos, incapaces esse iu B
risdictionis, quia lex resistit, vt eis commit
tatur, addit, intelligendum esse id, nisi iu-
risdictionem habeant iure proprietatis, &
successionis: quoniam tunc, quemadmo-
dum succedunt in bonis, ita etiam succe-
dunt in dignitate, & iurisdictione. Et Ange
lum sequuntur Decius consil. 498. Purpura
tus consil. 368. Prosper pasetus consil. 72.
Cannol. l. 2. n. 4. ff. de reg. iur. qui ait, hoc
ideò euenire, quia iurisdictio nō venit prin
cipaliter, sed in consequentiam successio-
nis. Cōfirmatur prætereà ex doctrina Bart. C
l. vlt. n. 10. C. de sent. palsis, vbi ait, in ijs,
quæ accessoriè veniunt, necessariam non
esse habilitatem comparatione accessorij
in se spectati, sed satis esse habilitatem
comparatione principalis, vt & princi-
pale, & accessorium in consequentiam
principalis, obtineri possint. Atque do-
ctorum horum autoritate ait incertus au-
tor tractatus de crimine læsæ maiest. q. 9.
n. 8. Inhabilitas, quę respicit consequu-
tiua, & ea, quæ accessoriè veniunt, non at-
enditur, nec impedit, quin aliquis omnia
cōsequatur, quæ in consequentiā veniunt. D
Idem tradit Bart. cùm alibi, tū. l. 1. in pr. n.
& concinit glossa, & additio glossæ ibi. ff.
de autorit. tuto. colligiturque ex ipso tex-
tu. Vbi Vlpianus ait, licet tutor prestare nō
possit autoritatem minori in rem, seu com
modum, tutoris, quando principaliter cer-
nitur tutoris commodum, posse tamen illā
præstare, quando principaliter interuenit
& attenditur commodum minoris, licet
accessoriè & cōcomitanter per accidens se
quatur commodum tutoris. Vt si debitor
tutoris hæredem reliquit minorem, potest
tutor præstare autoritatē minori, vt adeat
eam hæreditatem, nihil impediente quòd
ex ea aditione minor fiat debitor talis tuto
ris eius quantitatis, quam defunctus debe-
bat tutori. Et cùm. l. quidam sunt serui. ff.
de pœnis, iuris consultus dicat, deportatis
negari ea, quæ sunt iuris ciuilis, vt testari,
non verò ea, quæ iuris sunt gentium, vt
emere, & vendere, ait Bart. ibi. n. 1. quòd
quanuis actiones sint iuris ciuilis, vt habe-
tur. §. 1. inst. de act. & aliàs sępe, eo ipso,
quòd eis permittuntur cōtractus, qui sunt
de iure gentium, in consequentiam, & non
principaliter, eis concedūtur actiones, quæ
ex eis contractibus resultant.

Prædicta etiā confirmātur ex. c. super eo, 6
de prębb. lib. 6. vbi cum. c. de multa. extra eo
dē titulo, sancitū esset, vt habēs personatū
vel aliā dignitatem, nō possit habere simul
parochiam, & curam animarum, neque ea
prohibitio extenderetur ad præbendas
alias, definitur, habentem personatū, posse
absque Romani pontificis dispensatione,
nihil impediente eo capite, habere simul
præbendam, esto prębēdæ illi annexa esset
parochia habens curam animarum, & iuris-
dictionem spiritualem: quoniam cùm pa-
rochia illa esset accessoria & annexa pre-
bendæ, esto annexum dignius sit, quàm
præbenda, propter curam animarum, & iu-
risdictionem spiritualē, habetur ratio prin-
cipalis, cui alterum est annexum, quod cum
personatu est compatibile, & in consequē-
tiam illius, potest simul obtineri annexum
curam habens animarum, in quo præben-
datus ille nō tenetur residere eo ipso, quòd
est annexum præbendæ, sed illud adminis-
trat per vicarium perpetuum, cui cura ea-
rū animarum, & iurisdictio illa spiritualis, in-
cumbit.

Obiectio. Aduersus hactenùs dicta non obstat, quòd Burgos de Paziunior. q. 3. ciuili. n. 63.
tentauerit, posse defendi contrarium se-
cundę conclusionis propositæ, euertendo
fundamentum ex Bardo, cui illa nititur, hac
ratione. Quòd quando simul concurrunt
in eadem persona duę regulæ, vna permissi
ua, & altera prohibitiua, seu negatiua, sem-
per prævalere debet prohibitiua, seu nega-
tiua, tanquam potentior: eò quòd negatio
vim habeat vniuersalis, quasi dicat omnino
non fiat, seu in nullo euentu. Et quòd quā-
do concurrunt duæ causæ, vna, quæ pro-
dest, & altera, quæ nocet, prevalet, quę no
cet. Non, inquam, hoc obstat, quoniam re- *Satis fit.*
gulę illæ intelligendę sunt, quando sunt
circa idem eodem modo spectatum. Vt si
quis ex vno capite sit habilis ad aliquid, ex
alio verò idem eodem modo spectatum
prohibetur illi, prævalet prohibitio. In re

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem proposita, vt multipliciter, satisque efficaciter est ostensum, prohibitio dignitatis infami, est solùm directè: secus verò accessoriè, in consequentiam rei alterius, ad quam non est inhabilis, & cui ea dignitas est annexa. Ac planè lex. 1. in prin. ff. de autorit. tuto. ostendit, eo modo intelligendas esse regulas illas: nam interpretatur Vlpianus, prohibitionem, qua tutor prohibetur præstare in suum commodum autoritatem suam minori, intelligendam esse, in suum commodum principaliter ac directè: secus verò minus principaliter & accessoriè, intendendo præcipuè commodum minoris.

Obiectio. Non item aduersus hactenus dicta obstat, si quis dicat, quod principaliter in maioratu attendi debet, esse iurisdictionem & dignitatem: quarè, qui incapax est dignitatis ob infamiam, erit etiam, in consequentiã iurisdictionis ac dignitatis, incapax successionis in bonis, quæ eam iurisdictionem ac dignitatem habent coniunctam. Non, in quam, id obstat. Quoniam re vera, quando maioratus habet iurisdictionem & dignitatem, quod est principale, tanquam id, cui alterum est annexum, sunt bona ipsa, quæ iurisdictionem ac dignitatem, tãquam qualitatem & ornamentum, habent adiuncta, & non è contra, bona ipsa censentur vt qualitas & ornamentum addium atque adiunctum iurisdictioni ac dignitati: id quod manifestè censet Baldus in fundamento ex ipso adducto, quem cæteri sequuntur: concinitque decisio. c. super eo, de præb. lib. 6. supra relata: in præbenda enim illa, cui parochia cum cura animarum, & iurisdictione spirituali, est adiũcta, licèt dignior sit parochia, præbenda tamen censetur principalis, tanquam id, cui alterum est annexum: quarè licèt in maioratu illustrior ac splendidior sit iurisdictio ac dignitas, quàm sint bona alia, quibus iurisdictio ac dignitas est adiuncta & colligata, id tamen non impedit, quòd rationem qualitatis, atque adiuncti & annexi habeat comparatione eorum bonorum, illaque proinde sequatur, & non è contra: id quod apertè colligitur ex. l. & si nõ sint. §. peruenimus. ff. de auro & argent. legat. Vbi iurisconsultus ait, gẽmas longè pretiosiores auro insculptas, cedere auro tanquam principali, ad quod ornandum sunt appositæ, rationemque reddit, dicens. *Semper enim, cùm quærimus, quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandæ causa adhibeatur.* Vnde, quando ius patronatus ad præsentandũ ad beneficia, annexum est bonis aliquibus temporalibus, sequitur bona illa tanquam adiunctum, & non è contra, venditisque bonis illis temporalibus, cum eis transit, esto pluris emantur, propter eam qualitatem adiunctam, quæ omnino est inuendibilis.

Satis fit.

7 Confirmari etiam potest secunda conclusio proposita. Quoniam expulsio infamis à dignitatibus, & officijs publicis, intelligenda est, de officijs & dignitatibus, à republica ipsa institutis, quæ sunt bona ipsius reipublicæ, vt conferantur suis membris, in quibus bonis plus iuris habet princeps, ad prohibendum, ne in illis succedant, essve conferantur, qui tales, vel tales qualitates habuerint. quàm in allijs priuatorum bonis: non verò intelligitur de dignitatibus annexis bonis priuatorum, quæ priuati, siue interueniente Regis facultate, siue nõ, ritè instituerunt, vt ordine successionis deuenirent ad suos posteros, ad eósve, qui essent de sua familia, vel ad quos pro suo arbitrio ad ea vocarunt: in his enim principe non tantam potestatem habent, quantam in illis alijs. Et quanuis iurisdictio omnis, maioratus, & dignitas, à principe fuerit à principio deriuata, aut concessa, postquàm tamen eam concessit, vel pretio, quo oppida maioratus ex ipso fuerunt empta, vel collata in remunerationẽ obsequiorum, ac rerum benegestarum pro republica, tam ipsa, quàm titulus ducatus, marchionatus, aut comitatus, vt eo modo successione deuenirent, vel certè donatione ex parte, aut omnino, vtique non tantam potestatem habet princeps in eis bonis, & in dignitatibus, semel ita ita concessis, quantam habet in illis alijs dignitatibus & officijs publicis. Quando autem dignitas aliqua creata esset in republica, seu munus cum reditibus oppidorum illi annexis, aut cum alio emolumento, velut stipẽdio eius muneris, tunc, quanuis concessa esset alicui & successoribus ordine quodam, si tamen aliquis, qui in ea succedere debebat, aut qui illam iam obtinebat, efficeretur infamis, priuaretur illa, & deueniret ad vlteriùs ad illam vocatum: quoniam tunc principale esset ea dignitas ac munus in republica, & accessorium, in competentem sustentationem, essent bona illi annexa.

8 Consentaneè ad hactenus dicta, obseruat Molina vbi supra. n. 16. cum plerisque alijs, quos citat. Quanuis spurius vilis conditionis reputetur, eum tamen succedere posse

posse in maioratu, etiam si iurisdictionem ac dignitatem habeat annexam, modò tamen is spurius capax sit successionis comparatione eius, qui talem maioratum instituit, quique eiusmodi spurium ad eum maioratum vocat.

Ad primũ argum. Ad priorem partem primi argumenti iã ex hactenus dictis satis constat, duo illa iura Codicis non esse intelligenda de dignitatibus, in quibus succeditur in consequentiam aliorum bonorum, quibus tales dignitates, tanquam principalibus, sunt annexæ, vt sunt dignitates maioratuum, sed de dignitatibus, quæ principaliter acquiruntur, & sunt bona, seu munera reipublicæ.

Quod ad secũdam partem attinet. Greg. Lopez ibi, & Molina. c. 11. citato. n. 7. verba illa priora, *siendo hombre para ello*, intelligunt de aptitudine personę, seclusis moribus, vt dummodò non sit amens, fatuus, mutus & surdus, aut alio simili affectus naturali defectu. Posteriora verò, nempe, *e no auiendo hecho cosa, porque lo deuiesse perder*, intelligunt de aptitudine proueniente ex moribus. Quoniam, quanuis priora verba ex se, aptitudinem etiam prouenientem ex moribus comprehendant; additione tamẽ posteriorum, intelligenda sunt de aptitudine naturali. Potest etiã dici, posteriora verba addita fuisse ad maiorem explicationẽ, & expressionem. Quod ad primam aptitudinem attinet, dicetur tribus disputationibus sequentibus quousque contraria ineptitudo impediat, aut non impediat, successionem in Regno, & in alijs maioratibus.

9 Quòd verò attinet ad posteriorem aptitudinem, dicendum est cum Greg. Lopez. & Molina vbi supra, & cum plerisque alijs, quos citant. Ob infamiam, aut delictum, regulariter non priuari aliquem regni successione, aut regno iam adepto, nisi crimen sit hæresis, ob quod, vt amittit alia bona, sic etiam regni successionem, aut regnum iam adeptum. Ob crimen etiam lęsę maiestatis humanę, vt si filius Regi patri, aut alter, qui ius succedendi habet, vltimo possessori, mortem illi, aut deturbationem a regno intentet, vel bellum aduersus suam rempublicam iniustè inferat, amittit regni successionem. Si item pernicios⁹ valde esset Ecclesiæ, aut suæ propriæ reipublicæ, priuari posset regno, successioneque in illo. Imò quando successor esset hæreticus, aut pernicios⁹ valde Ecclesiæ, esto haberet filium, aut alium proximiorem consanguineum, minimè consortem in eo delicto, ad quem regnum deuolui deberet, posset Sũmus Pontifex cõcedere regnum illud alijs, qui sua potentia illum coercerent, depellerentque de regno, quando legitimus alioquin successor non posset, aut non vellet, id efficere: quoniam id postulat bonum commune Ecclesię, & regulariter regni etiã illius: satis tamen est id omnino postulare Ecclesiæ bonum spirituale, vt disp. 29. ostensum est. In alijs autem maioratibus priuatis, quoniam possessor hęreticus, aut pernicios⁹ bono publico, sufficienter coerceri potest ac puniri à principe, cui est subiectus, locum non habet, vt is maioratus concedatur alicui extraneo, & priuetur eo is, qui in defectum talis hæretici, aut pernicios⁹ bono publico, ad eum maioratum vocatur, eique successioni est aptus.

10 *Ad secundum.* Ad secundum dicendum est, quanuis id verum sit in feudo, modò tamen infamia sit grauis: nam ob leuem infamiam feudum non amittit, neque expellitur ab alia dignitate, vt habetur. c. 1. §. illud, quæ fuit prima caus. benef. amitt. & cum Baldo Inn. & alijs, affirmat Molina vbi supra. n. 20.) in maioratu tamen id non habere locum. Neque est validum in re proposita argumentum à feudo ad maioratum: præsertim cum ratio, ob quam id in feudo est statutum, nempe quia infamis non potest esse in curia, vt expressè habetur. c. 1. an ille qui interficit fratrem domini, & feudatarius teneatur ad seruitium personale principi exhibendum, locum non habeat in maioratibus.

SVMMARIVM.

1 AMENS *succedit in maioratu iurisdictionem & munus exercendum annexum nõ habente.*

2 *Quando maioratus est regnum aut, alius habens annexam iurisdictionem, aut dignitatem, contrariæ referuntur opiniones.*

3 *Regno iam adepto, non priuatur amens, etiam ob amentiam perpetuam, sed illi datur curator & administrator loco illius. Et quid quando natus est sanæ mẽtis, & ante regnũ adeptũ, incidit in amentiam, aut habet lucida intervallia. Longè minus priuari potest alijs maioratibus, qui regno priuari non potest.*

4 *Præfertur soboles talis amentis, posito quòd ipse sit excludendus à regno, aut maioratu, nõdum adepti, fratri talis amentis.*

5 *Amens, aut aliter, ex defectu naturali ineptus regimini regni, aut alterius maioratus, excludi non debet ab eis nondum adeptis, sed tradi illi*

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi debet curator & administrator loco illius. Excipitur in hoc regno, nisi sit collateralis, *qui alioquin succedere in regno deberet.*

Vtrum amens succedere possit in maioratu. Disp. 621.

1 QVANDO maioratus constat bonis nullam habentibus iurisdictionem, ac munus annexũ exercendum, tunc dubium non est, amentem, etiam à natiuitate, perpetuaque amentia, succedere posse in eo maioratu, perinde atque in alijs similibus bonis nullo vinculo maioratus subiectis. Ita Molina lib. 1. de primog. c. 13. n. 22. Aut. Gom. l. 40. Tauri. n. 69. Greg. Lopez. l. 2. verb. *siendo para ello*, & communis opinio, quam Molina refert. Ratio autem est, quoniam amentia non redit amentem incapacem successionis. l. 1. ff. de bon. poss. infant. vel furiof. delata. l. vlt. §. tali. C. de curat. furiosi. §. fui. inst. de hered. quæ ab intest. deferuntur, & alijs iuribus, quæ Molina citat.

2 Quando autem maioratus habet iurisdictionem, aut dignitatem, adiunctam, voluerunt idem esse dicendum Ioan. Igneus, & Carolus Molinæus, relati à Molina vbi supra. n. 24. etiam quando maioratus est regnum, dandumque tunc esse tali Regi mente capto coadiutorem, qui regni iurisdictionem exerceat, regnumque administret. Ducuntur fundamento illo Baldi, & communi, disputatione præcedente relato: quoniam successio in eam iurisdictionem ac dignitatem, est in consequentiam aliorum bonorum, quibus ea iurisdictio & dignitas est annexa, & quorum talis amens est capax.

Contraria verò sententia est communis multorum, quos referũt ac sequuntur Molina vbi supra. n. 25. Ant Gom. l. 40. Tauri. n. 69. & Greg. Lopez. l. 2. citata. verb. *siendo hombre para ello*. Ducuntur, quoniam lex, aut dispositio priuati, præferens primogenitum secundò genito, aut alteri immediato consanguineo vltimi possessoris, intelligenda non est, quando id esset contra publicam vtilitatem, quæ cõsistit in eo, quòd regna, prouinciæ, ditiones, ac dignitates, ab habilibus & idoneis, non verò ab inhabilibus, & prorsus ineptis, administrentur, regantur, ac gubernentur: quare lex, aut dispositio priuati, quæ vocat primogenitum, aut alium proximiorem consanguineum, ad eiusmodi maioratus habentes iurisdictionem, ac administrationem, intelligendæ sunt, modò ita vocati ad id sint habiles, & non prorsus inepti. Id quòd satis expressit. l. 2. titu. 15. part. 2. dum dixit, *siendo hombre para ello*: nulla autem videtur maior inepti tudo ex parte personę, seclusis moribus, quàm carere aliquem vsu rationis perpetuò, maximè à sua natiuitate, aut antequàm ad ipsum regnum deueniat aut ad alium de numero maioratuũ, de quibus loquimur. Neque refert, ait Molina vbi supra. n. 29. quòd in ea lege, verba illa, *siendo hombre para ello*, non sint apposita, dum erat sermo de descendentibus vltimi possessoris, etiã fœminis, sed postea dum disponitur, quòd deficientibus omnibus omnino descendẽtibus vltimi possessoris, succedat proximior consanguineus collateralis vltimi possessoris, additur illa restrictio, *siendo hombre para ello*, quasi id non sit necessarium in descendentibus vltimi possessoris, sed hi, nihil eo defectu impediente, succedant, cæterùm tunc regnũ administretur per coadiutorem ad id electum per rempublicam, aut nominatum à prædecessore. Non, inquam, id refert, ait Molina, quoniam clausula restringens apposita in fine scripturæ, omnia antecedentia restringit. Et quoniam verba, quę viterius subiunguntur, *y no auiẽdo hecho cosa, por donde lo deuiesse perder*, intelliguntur, etiã de descendentibus, eosq; cõprehẽdunt. Respondeti tamen potest, primum intelligendum esse, quando restrictio non est manifestè apposita solum proximè dicto, vt in ea lege manifestè apponitur. Et quando non erat peculiaris ratio, cur similiter non apponeretur descendentibus. Ex affectu enim maioni vltimi possessoris ad suam sobolem, facilè oriri poterant dissensiones & mala, si videret suam sobolem minus aptam, repellendam esse & priuandam regno, facileque per fas, & nefas, curare posset, vt illa perseueraret in regno. Præsertim, cùm ineptitudo illa facilè posset supleri per coadiutorem, & ex descendente minus apto generari posset descẽdens aptus. Ad secũdum dici posset, illud, esto non apponeretur, ex se esse manifestum, neque illud impediret solum ne regnum adipiscerentur, sed etiam priuari ob illi di potent regno, etiã iã adepto, vt verba illa, *por conde lo deuiesse perder*, satis exprimunt. Ineptitudo verò ex parte personæ, seclusis moribus, si aduenia post regnum adeptum, etiam si perpetua sit, nõ est satis ad Regem priuandum regno, vt dicemus, ipseque Molina affirmat, sed tunc tradendus est illi coadiutor.

3 Autores communis sententię eam limitant. Primò, quãdo amẽtia superuenit post regnum, aut maioratum, adeptum: tunc enim, non solùm si amentia perpetua non sit, sed etiam si perpetua sit, sinè spe sanam mentem recuperandi, non amittit is, qui regnum adeptus est, ea de causa id regnum, sed datur illi curator, & coadiutor, qui nomine illius regnum administret, idque apertè statuitur. l. 3. titu. 15. part. 2. Si enim Rex iudicium rationis amittat, statuitur, dandum esse illi curatorem, & administratorem regni, modo ibi præscripto, qui regnum administret, vel quousque Rex ad suam redeat mentem, vel vsque ad mortẽ illius, si scilicet amentia perpetua est. Quando item amentia haberet lucida interualla, consitentur etiam, non esse priuandum regno, etiam nondum adepto, sed tradendum illi esse curatorem, ac administratoré. Quando verò amentia est perpetua, & aduenit ante regnum, aut maioratum adeptũ, censent plerique autorum communis sententiæ, si amentia non fuit à natiuitate, esto superuenerit ante regnum adeptum, non esse priuandum regno, sed dandum illi esse curatorem, & administratorem regni. Ducuntur, quoniam eo ipso, quòd fuit natus sinè amentia, capax que regni, comparauerit, radicatumque fuerit in eo ius ad id regnum, aut maioratum, vi primę institutionis, siue lege, siue contractu, siue vltima voluntate, fuerit institutum à republica, vel à priuato aliquo, vt alibi copiosiùs dicetur: & sicut, propter superueniẽtem amentiam perpetuam, non potest quis spoliari regno, aut maioratu iã adepto, ita neque iure ad illud vi primæ institutionis comparato eo ipso, quòd fuit natus capax illius. Molina tamen vbi supra arbitratur, satis esse, vt quis priuetur successione in regno, si amentia perpetua illi aduenerit ante regnum delatum & adeptum: quoniam ius illud ad succedendum in tali regno, radicatum in illo à puncto suæ natiuitatis, est reuocabile ante punctum successionis, morte illius, aut superueniente inhabilitate ad id regnum: & quoniam habilitas attendenda est in puncto successionis: quòd non obscure innuunt verba illa. l. 2. titu. 15. part. 2. *siendo hombre para ello*, tempore scilicet successionis.

Secundò limitant eam sententiam ad effectum, vt excluso primogenito vltimi possessoris propter amentiam, succedat secundò genitus, aut alius, qui vlteriùs vocatur, vt id intelligatur, quando talis amens non habet filium regni capacem tempore successionis: si enim illum haberet, is filius, nepos vltimi possessoris, præfertur filio secundò genito ex eodem vltimo possessore, & cuicunque alteri consanguineo vltimi possessoris, vt ex. l. 1. titu. 15. part. 2. est notissimum, & affirmant Greg. Lopez ibi verb. *siendo hombre para ello*, Molina vbi supra. n. 39. & alij, quos citant. Dicuntverò, si talis amens filium habeat tempore successionis regni: quoniam si tunc filium non habeat, saltem iam conceptum, eaque de causa successit filius secundò genitus vltimi possessoris, esto post eam successionem nascatur filius ex tali amente, præfertur illi filius secundò genitus, itéq; soboles posteà ipsius: successor enim, qualitasq; necessaria ad succedendum, esse debent tempore successionis: neque successio esse debet, aut potest, in suspenso. l. non oportet. ff. de leg. 2. l. interuenit. ff. de leg. præst. l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cog. quo in textu exprimitur, satis esse, vt sit conceptus tempore successionis, nec sufficere si posteà concipiatur. l. penult. §. quandiu. ff. vnde legit. & alijs iuribus, & affirmat Greg. Lopez verb. *siendo hombre para ello*. Molina vbi supra. n. 39. & alij, quos citant. De hac tamen re inferius disp. 634. erit sermo.

Decisio.

Vt de hac re tota dicam, quod sencio. Sanè multum propendeo, raro esse aliquẽ priuandum successione in regno, & multò minus in alijs maioratibus habentibus iurisdictionem annexam, ob naturalem defectum personæ, esto amentia perpetua sit: eò quòd ineptitudini ex eo capite ad regni administrationem subueniri possit, curatore, & administratore creato à republica, interimdum ille vixerit: & longè maiora mala sequi sint apta ex contentionibus, num ille priuari successione debeat, an non. Et quoniam nõ multum interest inter id dubium, an priuari debeat regno iam adepto ob eiusmodi ineptitudinem, & an ex eodem capite priuari debeat successione: omnesque conueniant, priuari non debere regno iam adepto, sed subueniri ineptitudini debere constitutione curatoris ac gubernatoris nomine & loco ita inepti. Accedit, consentire ex parte. cap. grandi, de suppled. negl. prel. lib. 6. in quo tamen capite autores contrariæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

trarię sententiæ fundare solent suam opinionem. Ineptitudo quippe illa Regijs Sãctij Lusitani sanè à natura ipsa fuit statim à puncto natiuitatis, antequàm regnum adipisceretur; cogita tamen fuit in progressu administrationis: neque tame priuatus fuit regno tanquam incapax illius tempore successionis, sed solùm fuit constitutus curator, qui loco & nomine illius, regnum administraret. Responderi tamen posset, illũ non fuisse mente captum omnino, sed insufficientem solum ad regni administrationem, in quo euentu, licet ineptitudo esset à puncto natiuitatis, non debebat excludi à successione regni, sed solùm tradi illi debebat administrator loco illius. Non tamen satisfacit omnino hæc responsio. Si enim aliquis simpliciter sit ineptus regni administrationi, quia bono communi non expedit, illum administrare regnũ, sinè vlla spe, quòd aliquando rectè ac sufficienter, saltem mediocriter, illud administrabit, vtique simpliciter est iudicãdus omnino ineptus: quare, si omnimoda ac simpliciter ineptitudo priuat à successione regni, iudicandus ille fuisset, nunquam in regno successisse, tanquam ad id semper ineptus. Longè autem minùs eiusmodi ineptitudines priuare debent a successione in alijs maioratibus: quandoquidem longè facilius suppleri ea ineptitudo posset curatore, & administratore, loco & nomine ita ineptu. Præsertim cùm eiusmodi successores in talibus maioratibus, habeant publicas potestates superiores, quæ prouidere possint, ac debeãt, de idoneis administratioribus. Solum autẽ video facessere nobis negotiũ verba illa. l. 2. titu. 15. part. 2. *siendo hombre para ello*, quę solum intelligenda arbitror, in successione collateralis in regno, vt perspicuè solùm in eo euentu loquuntur: in eoque solo ius illud huius regni voluit, non succedere collaterales: ineptum verò censeré omnem eum, qui tempore successionis talis esset, vt iudicaretur aptus non futurus ad regni gubernaculum sinè curatore, aut administratore, ac proinde censerem repellendum à successione in regno omnem amentem, etiam si lucida haberet interualla, & omnem mutum simul ac surdum, & cæcum, etiam si sagaces essent.

Ad id vnde ducuntur.

Ad illam verò aliam rationem contrarię opinionis, quòd scilicet dispositio vocans primogenitum, intelligenda non sit, contra publicam vtilitatem, de inhabili, dicendum est. Inhabilitatem illam suppleri electione administratoris idonei, eaque ratione cessare detrimentum reipublicæ: longe quę maiora mala publico bono sequi ex co quòd inhabilis a successione esset repellẽdus: inde enim seditiones in republica, & lites in re graui, orirentur. Sicut autem consultius fuit iudicatum reipublicæ, vt Reges uia generationis succederent, esto multi futuri essent minus apti, quàm si electione optimatum esset successio, idque ob seditiones reipublicæ, euitandas: ita consultiùs est reipublicæ non repelli inutilem, supplendo eius ineptitudinem electione coadiutoris & administratoris, quàm illũ repellere, eaq; via ostiũ dissensionibus, & litibus, in re adeo graui aperire. Ac sanè, si ea ratio contrariæ sentẽtiæ vim haberet, eodem modo dicendũ esset, inutilem expellendum esse à regno etiam iam adepto: quod autores eius sententiæ negant.

SVMMARIVM.

1 SVRDVS *simul ac mutus non repellitur à maioratu iurisdictionem ac dignitatem non habente annexam.*

2 *Mutus, aut cæcus, etiam non à natiuitate, succedere non possunt in feudo, quod seruitium personale exigit. Secus si illud non exigat.*

3 *Surdus simul ac mutus, & cæcus, non repelluntur à regno, aut ab alio maioratu iurisdictionem habente. Excipitur in hoc regno, si collateralis sit comparatione vltimi possessoris.*

4 *Iudices esse non possunt cæcus, & surdus.*

Vtrum surdus simul ac mutus, itemq; cæcus, succedere in maioratu possint. Disp. 622.

QVANDO maioratus constat ex bonis nullam iurisdictionem ac dignitatem habentibus annexam, dicendum est, etiã si successor mutus simul sit ac surdus à natiuitate, non propterea repellendum esse à successione in eo maioratu: idque propter rationem similem ei, quam disputatione præcedente reddidimus, cur mente captus perpetuus à sua natiuitate, ex pelli non possit à tali maioratu. Quia videlicet mutus & surdus incapax non est ad succedendum in bonis, quin potiùs iura successionis illi conceduntur. l. mutum. ff. de acquirend. hæred. §. vlt. inst. de hæred. qualit. & l. 1. §. mutus. ff. de hæred. instit. quarè succedere optimè poterit, etiam in bonis vinculatis, quando annexam non habent iurisdictionem ac dignitatem.

Confirmari hoc potest, quoniam licèt mutus, aut cæcus, etiam si tales non sint à natiuitate, sed postea ex accidente, succedere non possint in feudo. c. 1. an mutus, vel alias imperfectus c. 1. §. mutus, Episcopum vel Abbatem, vbi habetur, mutum ex accidente retinere non posse feudum anteà adeptum; relinquendum tamen illi esse ex reditibus, ita vt non egeat, & dilucidiùs. l. 6. titu. 26. part. 4. id tamen locum non habet, quando feudum nullum exigit seruitium, aut exigit tale, quòd præstari possit à muto, aut à cęco, vt constat ex ratione, quam reddunt prædicta iura, cur mutus, & cæcus, non possint succedere in feudo, quia videlicet non possunt præstare seruitium, & affirmant Greg. Lopez. l. 6. citata verb. *mudo o ciego*, & Molina hb. 1. de primog. c. 13. n. 43. & communis sententia, quam referunt: quarè, cùm eiusmodi maioratus nullum exigant seruitium, neque habeant aliquam administrationem, succedere in illis poterunt mutus, & cæcus.

Argumentum primũ

Quando autem maioratus habet annexam aliquam iurisdictionem, potest suaderi, mutum succedere non posse in eo maioratu. Primò, quoniam mutus succedere non potest in feudo, quando feudum habet adiunctũ onus seruitij, quod à muto præstari non possit, vt ex iuribus proxime citatis constat: cum ergo mutus iudex esse non possit, atque adeò neque iurisdictionem exercere, vt constat. l. cum prætor. §. vlt. ff. de iudicijs, & l. 4. titu. 4. part. 3. validumque sit argumentum à feudo ad maioratum, quando cernitur eadem ratio, consequens est, vt mutus succedere non possit in eiusmodi maioratu.

Secundum

Secundò, quoniã in hoc regno l. 6. citata, titu. 26. part. 4. sancitum est, vt mutus, surdus, aut cæcus, succedere non possit in feudo: in hoc autem regno, nullum aliud feudi genus fuit vnquam auditum, quàm cõcessiones factæ à principe nobilibus oppidorum cum iurisdictione, ob quæ oppida tales nobiles tenentur ad certum seruitium, vt ad seruiendum principi tempore belli certo numero militum, qui vulgò *ças* dicuntur, & ad alia: eaque de causa, ratione eiusmodi oppidorum, vassalli Regis peculiariter nuncupantur: licèt enim cæteri etiam in hoc regno vassalli Regis sint ac dicantur, ad fidelitatem ei astricti, consuetudine tamen est obtentum, vt peculiariter hi vassalli Regis, ratione eiusmodi oppidorum, dicantur, vt colligitur ex. l. 1. in fine titu. 25. iuncta. l. 2. titu. 26. part. 4. sicque in regijs prouisionibus & epistolis, hi peculiariter dicuntur vassalli ratione oppidorum, vt Molina vbi supra. n. 48. ait: quo fit, vt de iure huius regni, mutus non succedat in eiusmodi maioratibus iurisdictionem habentibus.

Confir.

Confirmatur præcedens ratio, quoniam licèt eiusmodi concessiones oppidorum in Hispanijs naturam feudi in cęteris non retineant, feuda tamen ex consuetudine Hispaniarum dici possunt, ac proinde in illis locum habebit dispositio. l. 6. citatę, vt in eis succedere non possint surdus, mutus, aut cæcus. Etenim diuersę prouinciæ diuersas seruant consuetudines in feudis: in Italia quippe, mortuo parente feudi possessore, equis portionibus diuiditur feudum inter filios: in Gallia verò primogenitus succedit in toto feudo: & in Germania diuersa consuetudo seruatur, vt affirmant multi, quos Molina vbi supra. n. 49. refert ac sequitur. Vnde Baldus, & alij, quos Molina ibidem. n. 50. sequitur, rectè affirmant, si Germano concedatur feudum in Italia, censeri concessum iuxta Italię consuetudinem. Si verò Italo concedatur in Germania censeri concessum iuxta Germanię consuetudinem. Qua ratione, quanuis in aliquibus feuda aliqua à natura feudorum degenerent, feuda tamen censentur: pacto enim, aut consuetudine, à natura feudi potest recedi, & nihilominùs feudum propriam naturam feudi non seruans, feudum adhuc erit, suntque in eo seruandę cætere leges & conditiones feudi, vt habetur c. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi, & confirmatit vbi supra Molina. n. 51. cum alijs, quos citat: qui cum Baldo, & alijs, sub iungit, esto dominus vassallum omni seruitio liberet, non proinde feudum ratione cuius tale seruitium antea debebatur, desinere esse feudum.

Tertium.

Tertiò, mutus, eò quòd sit inhabilis ad regnum gubernandum, non sucedit in regno, vt constat ex illis verbis. l. 2. titu. 25. part. 5. *siendo hombre para ello*: ergo neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

in alijs maioratibus habentibus iurisdictionem oppidorum. Consequentia probatur. Tũ quia in maioratibus Hispanis, quando aliud non est dispositum, eo modo succeditur, quo in regno, ad cuius exẽplũ sunt instituti. Tum etiam quoniam vnumquodque oppidum respublica suo modo censetur, nomineq; reipublicæ ad multa comprehenditur, vt ad effectum, vt restitutio in integrũ ei concedatur eo modo, quo reipublicæ integræ conceditur, vt suo loco in calce materiæ de cõtractibus dictum est: magnumq; detrimentum oppido etiam sequatur ex eo, quòd inhabilis ad ipsum regendum, ei præficiatur. A B

Quartum. Quartò, quoniam id videtur dispositum. l. 10. titu. 4. lib. 6. nouæ collect. quæ sic habet. *Quando acaeciere, que algunos de los vassallos, que de nos tienen tierra, muriere, sean proueydos de la libraça del sueldo sus hijos primogenitos, que fueren habiles para ello: y assi lo entendemos mandar, y lo mismo entendemos hazer dela: lanças, y officios de raciones y quitaciones, que vacaren.*

3 Cùm disputatione præcedente dictum à nobis sit, amentẽ perpetua amẽtia, etiam si à natiuitate sit talis, expellendum non esse à regni successione, nisi quando succedere deberet collateralis ea inhabilitate affectus; idq; propter dispositionem legis. 2. titu. 15. part. 2. quæ id in eo solo euentu statuit; à successione verò in alijs maioratibus talem amentem expellendum non esse; sanè longè maiori cum ratione idem dicendum est de muto, qui compos sui est, contractusque, qui verbis non indigent, vt fiant, validè cum eo celebrantur, etiam sinè curatore, vt cum Bart. & communi doctorum sententia affirmat Molina vbi supra. n. 59. Mutum verò censemus repellendum à regni successione, si collateralis sit vltimo possessori, propter dispositionem legis. 2. citatę; eò quòd verè inhabilis sit ad regni administrationem, vt disputatione præcedente à nobis dictum est: à successione verò in alijs maioratibus minimè eum expellendum arbitramur: sicque definitum fuit in hoc regno circa marchionatum de *Villanueua*, in quo successit mutus & surdus à natiuitate, quem ex facie nouimus coniugatum, & in possessione sui marchionatus. Molina autem vbi supra à. n. 48. nobiscum hac in re consentit, neque excipit, vt nos, quando collateralis mutus succedere debebat vltimo possessori. Arbitror tamen eum non multum secum consentire, dum amentem censet expellendum, & non mutum simul ac surdum à natiuitate; cùm hic etiam simpliciter ineptus sit regimini regni. C D

Ad primũ argumẽtũ. Ad primum argumentum in contrarium, concessa maiori, & minori ibi virtute subsumpta, quoad priorem partem, neganda est quoad posteriorem, nempe validum esse argumentum à feudo ad maioratum, quando militat vtrobique eadem ratio. Si enim aliquid in feudo constitutum sit extra regulas iuris communis, nempe quòd mutus, surdus, ac cæcus, repellatur à successione in feudo, eò quòd idoneus non sit ad præstandum seruitium feudo annexum, sanè iura illa nullam vim habent in maioratibus ob aliam æqualem, aut etiam maiorem ineptitudinem ad maioratum, antequàm idem expressim in maioratibus statuatur: quoniam exorbitantia à iure communi statuta in feudis, extendenda non sunt ad alia ex eo solum, quòd circa feuda sint sancita. Adde, in maioratibus iurisdictionem, ad quam exercendam per se ipsum ineptus est mutus, posse exerceri per interpositam personam ad id electam.

Ad secundũ. Ad secundum dicendum est, legem illam. 6. de solis feudis propriè loqui, vt patet illam expendenti, & conferenti cum alijs legibus eiusdem tituli, & tituli. 25. antecedentis: conditores enim Partitarum, etiam de feudis proprijs notitiam aliquam tradere voluerunt, colligendo & inferendo in eisdem Partitis iura aliqua feudorum vnà cum alijs dispositionibus iuris ciuilis, & canonici, vt summa iuris, quam colligebant ac tradebant, integra esset & perfecta, siue in Hispanijs vsus aliquis esset feudorum, siue non. Præsertim quia esse poterat in futurum aliquis feudorum vsus, & quia expedit, iurisperitos notitiam aliquam habere eorum omnium, quorum mentio fit in iure communi, vt ex parte sciant ea, quorum vsus & dispositio est in alijs prouincijs, & vt non laborent in æquiuoco, ac decipiantur. Adde, præsertim in Galacia, vsum aliquem esse feudorum: multi enim feudatarij sunt Ecclesię Sancti Iacobi, & alijs Ecclesijs ac monasterijs. Quanuis autem in eis iuribus Partitarum, quorum mentio fit in secundo argumento, fermo sit de eo genere vassallorum, vnà cum alijs generibus, quorum mentio fit in eis legibus, & in alijs eorum duorũ titulorum; tanè de eis non est fermo tanquam

tanquam de feudatarijs, & feudis, sed tanquam de re longè diuersa, vt expẽdenti ea iura, eaq; cũ alijs eorundem titulorum conferenti, erit satis perspicuum. A

Ad confir. Ad confirmationem verò negandum similiter est, ex consuetudine Hispaniarum, eas oppidorum concessiones esse, aut dici feuda: de eis enim, tanquam de re longè diuersa à feudis, fit mentio in eis duobus titulis, neq; vnquam feuda fuerunt, sed res longè diuersæ: quarè, quæ verè in eo argumento subiunguntur, non persuadent eas concessiones feuda esse.

Ad tertiũ. Ad tertium negandum est, eam ineptitudinem muti, excludere à successione in regno, aut in alio maioratu, præterquàm si sit collateralis vltimo possessori, quoad regni successionem, propter id ius positiuum huius regni, in eo solo euentu, vt dictum est. Neq; inde potest sumi argumentum ad id extendendum ad alios euentus, aut ad alios maioratus: eò quòd ea dispositio exorbitans sit à regulis iuris communis: neq; est eadem ratio de alijs euentibus, & multò minùs de alijs maioratibus, qui faciliùs & sinè detrimento, per interpositam personam ad id electam, administrãtur, vt dictum est. B

Ad quartũ Ad quartum dicendum est, ibi non esse sermonem de maioratibus, sed de stipendijs, quæ à Rege dantur parentibus ad vitam ipsorum; eaq; præcipere Regem, vt dentur filiis primogenitis habilibus. Cùm enim Rex ea stipendia voluntariè præstet propter seruitium, noluit, vt darentur filijs primogenitis, nisi habiles essent ad id seruitium. C

De cæco, & omnino surdo, sed non muto, facilius dicendum est, posse eos obtinere, non solùm maioratum non habentem annexam iurisdictionẽ, vt est notissimum; eò quòd iure succedendi non sint priuati; sed etiam habentem iurisdictionem. Licèt enim exercere non possint iudicis officiũ, vt de surdo habetur. l. cum prætor. §. vlt. ff. de iud. & de cæco affirmãt glos. & Bart. l. cæcus. ff. eod. titu. habeturq; de vtroq; l. 3. titu. 4. part. 3. obtinere tamẽ possũt iurisdictionẽ, quã per alterũ exerceãt, vt glossa & Bart. citati, de cęco affirmant. Adde, cęcum & surdum posse cõstituere per se idoneos ministros ad exercitium iurisdictionis ac iudicãdi, & ab illis exigere rationem administrationis: quin simul cum illis poterunt gubernare, ea, ad quæ ipsi minùs sunt idonei, per ipsos administros exercendo. Cõsentiunt Molina vbi supra. n. 66. Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *siendo hombre para ello*, & alij, quos citant. Arbitror verò propter hæc eadem verba legis illius. 2. si sint collaterales, qui in hoc Castellæ regno succedere debeant vltimo eiusdem regni possessori, excludendos esse à successione: eò quòd simpliciter apti non sint ad regnum gubernandum. D

SVMMARIVM.

1 RELIGIOSVS *si nondum professionem emisit, aut in nostra Societate vota coadiutorum, capax est cuiuscunque maioratus.*

2 *Religiosi, quorum monasteria in bonis illorũ non succedunt, si professionem emittant, aut in nostra Societate emittant vota coadiutorum, neque ipsi, neq; monasteria, succedunt in maioratu, neque in commoditate illius, sed deuoluitur ad vlteriùs vocatum.*

3 *Quando monasterium succedit in bonis fori religiosi, succedit etiam in commoditate maioratus non habentis iurisdictionem, ad ipsumq; attinentis, dum talis religiosus vixerit: nisi institutio excludat religiosum à successione in eo maioratu, vt plerunque fit. Eo verò religioso mortuo naturaliter, maioratus integrè deuoluitur ad vlteriùs vocatum.*

4 *Religiosi maioratus si iurisdictionem habeat annexam, non succedit in eo monasterium, neque quoad commoditatem.*

5 *Commendatarij, qui coniugati esse possunt, non excluduntur à successione quorumcunque maioratuum, etiam si clausulam habeant excludentem religiosum.*

6 *Clerici à quorumcunque maioratuum successione non excluduntur, nisi in institutione esset clausula, qua excludantur: & qui soleant particulari clausula excludi. Nullusq; eorum censetur exclusus, quando maioratus titulo præscriptionis possidetur, nisi de contrario aperte constet. Quæ item clerici in administratione maioratuum exercere per alios debeant.*

Vtrum religiosus, aut clericus, succedere possit in maioratu. Disp. 623.

REligiosus, si nondùm professionem emisit, aut in nostra Societate ad gradum coadiutoris assumptus est, succedit in maioratu, quicunque is maioratus sit. Quoniam vsq; ad professionem, aut ad vota coadiutorum in nostra Societate, incapax 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

incapax non est successionis in quibuscun A
q; bonis, dominijq; illorum, iuxta ea quæ
disp. 139. & 140. copiosè dicta sunt.

1 Religiosus earum religionum, quarum
domus, collegia, ac monasteria, incapacia
sunt successionis loco suorum religioso-
rum, vt sunt domus, & collegia nostræ So-
cietatis, & monasteria omnia fratrũ de ob-
seruatia. D. Francisci, eorũq;, qui strictius
adhuc viuunt sub regula eiusdẽ Beati Fran
cisci, vt duabus disputationibus citatis dic
tum est: religiosus, inquam, harum religio-
num, eo ipso, quòd professionem emittit,
aut in nostra Societate vota coadiutorum,
pro mortuo reputatur ad effectum, vt neq;
ipse, neq; monasteriũ, aut alius loco illius,
succedere possit in quibuscunq; bonis, sed B
deuoluuntur ad alios hęredes ab intestato,
aut ad vlteriùs vocatũad ea bona, vt duabus
disputationibus citatis dictũ, explanatũq;
est. Quarè eiusmodi religiosi, & monasteria
eorũ, succedere non possunt in vllo maio-
ratu, sed perinde talis maioratus deuolui-
tur ad vlteriùs vocatum, ac si religiosus il-
le è vita discessisset, aut natus non fuisset.
Hæc facilè constant ex ductis duabus dis-
putationibus citatis, & consentit commu-
nis doctorũ sententia, quam Molina lib. 1.
de primog. c. 13. n. 69. sequitur. Qui enim C
incapax est successionis pro mortuo natu-
raliter reputatur. l. 1. §. sed si patruus. ff. de
coniungend. cum emancip. liber.

Quod ad religiosos attinet, quorum
monasteria capacia sunt successionis loco
eorum, dicendum est. Si maioratus non ha
beat iurisdictionem ac dignitatem anne-
xam, succedere monasterium, ratione eius
religiosi, in eo maioratu, recipereq; com-
moditatem totam ex illo interim dum talis
religiosus vixerit: eo verò naturaliter mor-
tuo, transire maioratum ad vlteriùs ad eum
vocatum. Quando autem ex prima institu-
tione excluderetur religiosus à successio-
ne in eo maioratu, vt plerunq; fit, tunc, tali
religioso professionem emittente, transi-
ret maioratus ad vlteriùs ad eum vocatum,
nec succederet monasterium. Ratio primę
partis est, quoniam eiusmodi monasterium
capax est, ratione sui religiosi professi, suc-
cessionis bonorum, neq; est vlla sufficiens
ratio, cur nõ etiã capax sit successionis in
tali maioratu. Eam partẽ affirmat cõmunis
doctorũ sententia, quã inter alios referunt
ac sequuntur Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 66.
Greg. Lopez. l. 12. titu. 15. part. 2. verb. *sien-
do hombre para ello*, Gama decis. 6. Molina

propter masculos, ipse, monasteriumq; lo A
co illius, excludit fœminas; vt hæc omnia
affirmant doctores, quos Molina vbi su-
pra. n. 73. refert ac sequitur: ergo succedet
monasterium, loco talis religiosi, in maio-
ratũ iurisdictionem ac dignitatem anne-
xam habente.

Decisio. 4. Pars verò quæ negat, confirmatur. Pri-
mò, quoniam ius regni, ducatus, marchio-
natus, comitatus, & similia iura, non tran-
seunt ad monasterium; sed continuò, pro-
fessione emissa, transeunt ad alios, ad quos
iure sanguinis, mortuo eo religioso, erant
deuentura, vt ait glossa. in c. scripsit nobis. B
27. q. 2. tametsi rectè subiungat, ex eo tex-
tu non colligi id efficaciter, eamq; glossæ
opinionem amplectuntur Archid. & alij,
quos Molina vbi supra. n. 80. Ant. Gom.
l. 40. Tauri. n. 66. & Greg. Lopez. l. 2. titu.
15. part. 2. verb. *siendo hombre para ello*, refe-
runt ac sequuntur, & nos disp. 140. retuli-
mus ac sequuti sumus; ac sanè valde absur-
dum, minimeq; bono communi expediens
esset, quòd eiusmodi iura ad monasterium
transirent, vt ex se est notissimum: cùm er
go id ob iurisdictionem annexam eueniat;
eademq; sit ratio de cæteris maioratibus,
habentibus iurisdictionem annexã; & mul
ti maioratus sinè titulo sint, qui longè ma-
iorem iurisdictionem habent, quàm aliqui
ex maioratibus cum titulo marchionatus,
aut comitatus; neq; certa latitudo iurisdi-
ctionis præscribi possit, vltra quam maio-
ratus nõ possit deuenire ad monasterium,
& cum qua, aut cum minori, possit; conse-
quens profectò est, vt nullus maioratus ha
bens iurisdictionem, possit deuenire ad
monasterium. Secundò, quoniam in feu-
do, vnde debetur seruitium, quod mona-
chus, ac monasterium præstare non pos-
sunt, non succedit monasterium, vt disp.
140. cum communi doctorum sententia
dictum est: ergo neque succedet in maiora
tu habente iurisdictionem annexam, quam
congruè monachus & monasterium exer-
cere & administrare non possunt. Tertiò,
quoniam in maioratus dispositione, sicut
in quacunq; alia, is non succedit de quo, si
disponens, quando disponebat, interroga-
retur, an vellet, & intenderet, vt succede-
ret, proculdubio responderet neganter:
sed dubitandum non est, si institutores
regnorum, ducatuum, marchionatuum, co
mitatuum, & aliorum maioratuum haben-
tium iurisdictionem, interrogarentur,
quando eos instituebant, an vellent, & in-

tenderent, si aliquis ex vocatis profiteretur religionem, vt monasteriũ, loco illius, in eis succederet, eaq; administraret, interim dum ille viueret, responsuros negan-
ter: ergo monasterium in eis non succedit. Atq; hæc vrgens ratio non modicum suadet, idẽ dicendum esse de maioratibus non habentibus iurisdictionem annexam. Quarto, quoniam præcipuus finis institutionum maioratuum, eorum præsertim, qui iurisdictionem habent annexam, est, vt memoria institutoris, eiusq; familia cum splendo re conseruetur: ex successione verò monasterij, toto tempore, quo perseuerat vita eius, qui ad illum erat vocatus, & professus est illam religionem, memoria institutoris maioratus, splendorq; familiæ ipsius, sup-primuntur, & quasi abolentur, nec nomen & arma institutoris, nec familię & maiorum ornamenta, conspiciuntur & apparent: quo fit, vt credendum non sit institutorem voluisse, & intendisse, vt monasterium in eo euentu succederet. Neq; enim, quòd ad vnum finem & effectum est institutum, debet operari contrarium. Postremò, quoniam id habet vniuersalis Hispaniarum consuetudo, cui est standum: nunquam enim auditum fuit, monasterium suc C
cessisse in maioratu sui religiosi professi, habente iurisdictionem annexam, vt testatur Molina vbi supra. n. 94. qui addit, tempore, quo illa scribebat, ita iudicatum fuisse in supremo Castellæ senatu in quodam opulentissimo maioratu, tametsi à sententia fuerit supplicatum, lisq; adhuc penderet. Propter has verò, & alias rationes, quas Molina vbi supra accumulat, hanc sententiam amplector, tanquam communẽ glossę & doctorum, quos in prima harum rationum citauimus.

Quod verò attinet ad commendatarios 5
Hispaniarum professos, qui vxores ducere
D possunt, constat monasteria non comparare ipsorum bona, sed ipsos esse veros dominos eorum, quæ acquirunt, neq; esse integrè & perfectè religiosos, vt disp. 141. ostensum à nobis est. Quarè capaces sunt eiusmodi maioratuum, an hisq; succedunt antiqua Hispaniarum consuetudine, perin deac si commendatarij non essent: & etiã in maioratus institutione apposita sit clausula, quòd clericus, aut religiosus, non possit in eo succedere, non propterea eiusmodi commendatarij ab eo excludun-
tur: quoniam non censentur comprehensi nomine religiosorum simpliciter.

vbi supra. n. 95. & alij, quos nos disp. 140. citauimus: affirmãtq; Gama & Molina ita pronunciatum fuisse in Lusitania, & Castel la. Tametsi Molina non admodùm firmus ad eam sententiã accedat: motus præsumpta còntraria voluntate institutoris maioratus, qui in bonum, & memoriam suæ familiæ, præsumendus est instituisse eum maioratum, & vt arma & insignia deferret; quæ locum non habent in successione monasterij, nec censendum est institutorem id velle, aut intendisse. Secunda verò pars, quòd scilicet, mortuo eo religioso, transeat maioratus ad vlteriùs vocatum, facilè probatur. Quoniam successio in maioratu, est ex vocatione primi institutoris, de quorum numero non est monasterium, neq; vocati accipiunt maioratum ab vltimo possessore, sed à primo institutore: quarè religiosus ille, sua professione, præiudicare non potuit cæteris vocatis, vt, eo mortuo, non succedat, qui succederet, si ipse similiter moreretur in sæculo. Solùm ergo obtinebit monasterium maioratum illum, & commoditatem ex illo, interim dum is religiosus vixerit. Tertia verò pars satis est nota, nec probatione indiget: quoniam primus institutor eam legem apponere potuit bonis ita vinculatis, quæ satis congrua est fini, ad quem maioratus solet institui.

Quando verò maioratus habet iurisdictionem adiunctam, est maius dubium, an similiter succedat monasterium. Pars, quæ affirmat, suaderi potest. *Quæstio*

Primò, quoniam eiusmodi monasterium capax est successionis bonorum ratione illius sui religiosi, vt disp. 139. & 140. copiosè ostensum est: ergo, in consequentiam cæterorum bonorum talis maioratus, quorũ paulò antea dictum est esse capacem, erit etiam capax iurisdictionis ac dignitatis eisdem bonis annexæ. *Arg. primum.*

D Secundò, quoniam religiosus ille professione emissa retinet ius prioritatis in gradu, iuraq; omnia cognationis, vt ex se est notissimum: quoniã in alijs hæreditatibus ac bonis succedit vt proximior in gradu, locoq; illius succedit monasterium, & excludit remotiores. Retinet itẽ iura sanguinis, & suitatis, vt de iure suitatis nos diximus disp. 179. Succeditẽ in feudo, quãdo ex eo non debetur seruitium, quod à monacho, vel monasterio, præstari non possit, vt, cum communi doctorum sententia, disp. 140. dictum est. Item, existente statuto, quòd excludit fœminas *Secũdum.*

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illud verò est obseruandum, monasteria, non id circo excludi à successione in eiusmodi maioratibus, quòd capacia non sint iurisdictionis temporalis, si illis à principibus, aut ab alijs eorum monasteriorum fundatoribus concedantur: multa quippe sunt monasteria quæ eiusmodi iurisdictiones habent: sed quòd institutores maioratuum ad regimen publicum, aut ad splendorem suarum familiarum, & conseruationem nominis ac memoriæ ipsorum, nulla ratione censendi sunt vocare ad successionem in eis monasteria, etiam nomine & loco professorum, qui, ante professionem in eis monasterijs, ad eos maioratus essent vocati; neque id expediat bono communi, & regimini populorum, conseruationique splendoris familiæ.

Ad primũ argum. Ad primum ergo argumentum in contrarium, concesso antecedente, neganda est consequentia: quoniam, quòd succedat in eis bonis, & in iurisdictione annexa, apertè est contra mentem & intentum institutorum, cui est standum.

Ad secundum. Ad secundum, concessis omnibus, quæ in antecedente continentur, neganda est consequentia, propter eandem rationem, quia scilicet repugnat menti & intento institutorum eiusmodi maioratuum, vt in eis succedant monasteria loco suorum religiosorum; cui tamen menti ac intento est standum.

6 Quod ad clericos attinet, dicendũ est, succedere posse, non solùm in maioratibus, qui non habent iurisdictionem annexam, sed etiam in illis, qui illam annexam habent, etiam in regnis. Quoniam verè capaces illorum sunt, tanquam proprij eorum domini: neque eiusmodi dominatio pugnat cum sacerdotio, aut Pontificatu, etiam Summo. Imò verò & Summus Pontificatus, & aliqui Archiepiscopatus, & Episcopatus, quin & Abbatiæ, habere solent iurisdictionem temporalem annexam, ad maiorem splendorem & ornatum earum dignitatum, vt disput. 24. dictum est. Debent tamẽ sacerdotes, & Pontifices, administrare eiusmodi temporalia dominia, quoad ea, quæ non decet eos per se ipsos exercere, aut ipsis nimiam curam, & distractionem afferre possent, per ministros ad id electos. Et quando expediret attendere regimini sæculari, quale esset regni, relinquere debent beneficia curam animarum habentia. Sic vidimus Cardinalem Henricum, quando morte Sebastiani Regis, succ-

A cessit in Lusitaniæ regno, tanquam propinquior Regi Sebastiano, reliquisse continò Archiepiscopatum Euorensem, & Abbatiam de Alcobaça. Quòd autem clerici succedere possint in eiusmodi maioratibus præter consuetudinem receptam, & ea quæ disp. 9. citata à nobis dicta sunt, affirmat communis sententia, quam referunt ac sequũtur Ant. Gom. n. 66. citato. Greg. Lopez, verb. *siendo hombre paraello*, sæpius citato, & Molina vbi supra. n. 96. Si tamen
B in creatione maioratus apposita esset clausula, quæ clericos ab eo excluderet, tunc clerici in eo non succederent, vt est perspicuum. Solent autem sæpe maioratuum institutores, partim ad tollenda dubia, partim ad remouendos aliquos à maioratuum successione, apponere clausulam, quòd in eis succedere non possit amens, mutus, surdus, cæcus, religiosus, clericus, mulier, aut alij, prout institutores plures, aut paciores, excludere volunt: eisque clausulis ac dispositionibus est stãdum. Admonet verò bene Molina vbi supra. n. 100. quando maioratus non constat scriptura, sed immemoriabili præscriptione, non censeri appo-
C sitam eiusmodi clausulam, nisi occurrente casu aliquis similis fuerit excluſus, tempore ad id præscribendum sufficiente: neque plures, vi talis præscriptionis, excludi tunc, quàm fuerit compertum, tempore ad id præscribendum necessario, fuisse exclusos. Ratio est, quoniam immemoriabilis præscriptio bonorum aliquorum tãquam maioratus, solùm probat, quæ sunt de natura maioratus: non verò hęc alia, quę maioratui accidentaria sunt.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVVM *in successione quoq; maior natu cæteris præferatur. Idẽ in capellis, & in alijs rebus, quæ indiuisæ deuenire ordine quodam ad vnum debent. Et quis primogenitus dicatur, præsertim inter gemellos.*

2 *Gemini vterque masculus, aut vterq; fœmina, si nati essent, & ignoraretur quis prior, vterque pro indiuiso succederet cum alio in maioratu. In regno verò mitti sortes deberent quis eorum futurus esset Rex.*

3 *Quando matrimonium fuit contractum inter consanguineos, aut affines, sine dispensatione Summi Pontificis, & cũ malefide vtriusq; contrahentiũ: proles sunt susceptæ, esto postea ea dispẽsatione legitimè contrahant, nõ legitimatur proles, nec succedit in maioratu, nec præfertur*

proli

proli legitimè postea natæ. Et esto impedimentum esset de iure humano, non potest dispensare Summus Pontifex, vt matrimonium antea fuerit legitimũ, nec proinde ea ratione efficere vt proles fuerit legitima: licèt quoad solas inhabilitates canonicas, & non ciuiles (de quarũ numero est successio in maioratu) possit dispensare Summus Pontifex, vt reputetur ac si sine illis fuisset nata, & id solum efficere videtur, si dicat, dispensare vt id matrimonium fuerit validum. Potest etiam Summus Pontifex dispensare quoad easdem inhabilitates, esto impedimentum esset dirimens iure diuino.

4 *Maioratus si quis incapax sit quacunque ratione, succedit proximè vocatus, si incapax etiã non sit, alioquin progressio sit inter proximè vocatos, quorsque deuniatur ad capacem, què succedat.*

5 *Ad maioratum prepimè vocatus, si incapax illius ob delictum sit effectus, & à principe restituatur, aut incapacitas alia ratione in eo cesset, tunc, si incapacitas cesset post mortem vltimi possessoris, aut post delationem maioratus alia ratione, non succedit ille, sed excluſus manet. Si verò tempore delationis incapacitas cessauit, tunc is succedit.*

6 *Restitutionem principis ex gratia in pristinũ statum non habere locum in præiudicium alterius, qualiter intelligendum.*

7 *Maioratui successor proximus, si renunciet successioni in fauorem vlteriùs vocati, sibi præiudicat: non verò filijs, si eos postea habuerit, qui succedent. Ea autem renunciatio si facta esset viuente institutore, nulla esset, nisi institutor consentiret, & in eo consensu perseueraret vsque ad mortem. Secus si defunctus esset, & esset alius maioratus possessor. Et quando, si renuncians minor esset, illi competeret restitutio in integrum.*

8 *Egregia ex hoc fundamento decisio cuiusdam euentus in Lusitania.*

9 *Maioratus duo, si reditus vnius eorum excedant quantitatem de dos cuentos, non possunt in hoc regno deuenire ad eundem, sed eligit, quem eorum vult, & alter deuenit ad secundò genitum. Idem quando maioratus habent conditiones incompatibiles in eodem.*

10 *Maioratui successor si occidat institutorẽ, aut vltimum possessorem, successione priuatur. Et quis succedat. Et quando commoditas ad fiscum pertineat, dum interfector vixerit.*

In maioratuum Hispanorum successione, an maior natu sit cæteris

præferendus. Et quousque illegitimè natus succedere possit, aut non possit, in eisdem maioratibus. Disp. 624.

EX dictis disp. 576. 577. & alijs sequentibus, constat, in maioratibus Hispanis, quando aliud non est expressum, aut aliud nõ postulat repræsentatio, vel sexus, ratione cuius masculus minor natu in eodem gradu prefertur fœminæ maiori natu, neq; adest impedimentum, quod ea successione excludat maiorem natu, semper in maioratu succedere vltimo possessori maiorem, non quidem dignitate, aut alijs qualitatibus, sed natu, seu ætate computata à puncto natiuitatis, qui illi est magis coniunctus. Imò verò quia in eiusmodi bonis vinculatis successio est eo modo à maiori natu in maiorem natu, bona illa maioratus, ac primogenia in Hispanijs dicta sũt, vt duabus disputationibus citatis explicatum est. Ita, cum Tiraquello & alijs, affirmant Molina lib. 1. de primog. c. 1. n. 1. & 2. & Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *Mayoria*. Qui, cum Angelo, Aretino, & Roderico Xuarez, rectè subiungit, vniuersim, quando aliquid instituitur, aut relinquitur, vt, indiuisum, deueniat ad aliquos ordine quodam, vt capella, vel aliud simile, semper intelligi maiorem natu eius gradus, aut qualitatis, præferendum esse cęteris eiusdem gradus, aut qualitatis, quando aliud ab institutore non est expressum.

Porrò in maioratibus Hispanis succedit vltimo possessori maior natu, etiam si natus sit ante obtentum à tali vltimo possessore eum maioratum: quarè præfertur nato post eum maioratum obtentum, argumento. l. senatoris filium. ff. de senatorib. illis verbis. *Nec interest, an in senatoria dignitate illum susceperit, an ante dignitatem senatoriã.* l. cum aduocatio. C. de aduocatis diuers. iudiciorum & l. neq; Dorotheum. C. de decurionib. illis verb. *Et si ante paternas illustres dignitates natus est*, & affirmant Tiraquellus Licirier, & alij, quos referunt ac sequuntur Molina vbi supra. n. 3. Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 67. & Greg. Lopez. vbi supra verb. *sino el hijo mayor*, in prin. idq; consuetudine est receptum, tametsi res quondam fuerit controuersa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Censetur maior natu in re proposita, etiã qui, mortua matre, ventre sciso, in lucem editus est viuus, vt Greg. Lopez ibidem rectè subiungit: quoniam per Epichei am id ita intelligendum est. Talis fuit Cęsar, qui inde nomẽ accepit: & fuit Dux Albanus strenuissimus, ac clarissimus belli dux, qui multis rebus præclarè gestis, subiugata Philippo Regi Lusitania, senio confectus, in Olyssiponensi vrbe vitam finiuit.

2 Quando duo gemini nascuntur, vt Esau, & Iacob, qui primo loco nascitur, etiã per momentum, censetur primogenitus, esto alter prius fuisset conceptus, aut prius manum extraxisset: vt Genes. 38. Zaram prior extraxit manum, quam retraxit, natusque est prior Phares primogenitus Iudæ ex Thamar: & Esau, qui prior fuit natus, primogenitus fuit, obtinuitque ius primogenituræ, quod postea vendidit, punctum enim plenæ ac perfectę natiuitatis, quoad hoc spectatur, non verò conceptionis, vt cum Tiraquello ait Molina vbi supra. n. 4. 5. & 17. consentit Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 68. cum plerisque alijs, quos citat, & concinunt. l. Aretusa, & l. idem erit. ff. de statu hominum.

Quanuis autem gemini nasci simul naturaliter nó possint, sed vnus post alium nasci debeat, vt habetur. l. Aretusa citata, si tamen posteà non constet, quis geminorũ, quorum alter succedere in maioratu debebat, ante alterum natus sit, quia id notatum non fuit, aut aliqua alia ratione, tunc, si alter sit masculus, & altera fœmina, masculus succedit in maioratu: non solum, quia in maioratibus Hispanis masculus excludit fœminam maiorem natu, sed etiam quoniam in dubio, masculus præsumitur prior natus: eò quòd fauorabilius sit, argumẽto. l. si fuerit, in fine. ff. de reb. dubijs, & aliorum iurium, quæ Ant. Gom. vbi supra citat, & habetur expressè. l. 12. titu. 33. part. 7. Quando verò vterque est masculus, aut vtraque est fœmina, variæ sunt doctorum sententiæ, quid tunc faciendum sit, quas copiosè referũt Licerier lib. 1. de primog. q. 11. & Tiraquellus de primog. q. 17. quasdamque ex eis refert Ant. Gom. n. 68. citato. Communior verò inter eas est, quam approbant Ant. Gom. ibidem, Molina vbi supra. n. 19. &. Greg. Lopez. l. 12. citata, glossa. 3. & quam statuit in hoc regno. l. 12. citata. Vtrunque videlicet æquè succedere in eo maioratu, ac proinde vtrunque dominium & possessionem illius comparare pro indiuiso, debereque pro indiuiso illum administrare, quousque compositio & diuisio maioratus inter eos fiat. Idem verò arbitratur Ant. Gom. dicendum esse in regno, exclusis opinionibus eorum, qui dicebant, ad magnates Regni tunc spectare dicere, quę illorum potius vellent in Regem. Itemque eorum, qui dicebant, sortem esse tunc mittẽdam, quis illorum futurus esset Rex. Molina etiam vbi supra. à. n. 20. quanuis primo loco argumentetur, quòd decisio. l. 12. citatæ locum nõ habeat in regno, sed in alijs maioratibus; eò quòd iuxta. l. 2. titu. 25. part. 1. regno diuisio repugnet, ac proinde quòd amplectẽda videatur opinio eorum; qui dicebant, ad proceres regni spectare eligere, quis eorum futurus esset Rex; postea tamen amplectitur eandem Antonij Gomecij opinionem, propter mala, quæ sequerentur, si electio tunc locum haberet; aitque regnum diuisionem inter duos non susc ipere, excepto ciusmodi euentu ad eui tanda maiora mala: ipseque, & alij, referunt sępe in imperio multos imperasse simul, & in Hispanijs multos etiam simul regnasse. Reijcit etiam Molina opinionem, quòd primogenitus, qui nasceretur primò ex vno illorũ, succedere deberet in toto regno. Etenim primogenitus ex altero, non minus succederet in iure patris sui, quàm ille alius succederet in iure sui patris. Sanè ego propendeo, tunc sortem esse mittendam inter illos, quis eorũ futurus sit Rex, si in id proceres regni, procuratoresque ciuitatum conueniant, ad suum regnum integrum & indiuisum seruandum, pacemque ac bonũ reipublicę conseruanda, idque etiam inuitis, idque ignorantibus, geminis illis: quarè sortes de consensu reipublicæ mitti deberent, statim in illorum infantia, isque solum pronunciandus, habendusque esset Rex, quem sors cõtingeret. Ducor, quoniam ius regni à republica emanauit in Regẽ, in sobolemque ipsius, iuxta leges à republica præscriptas: quando autem superuenit euẽtus minimè excogitatus, in quo bonum reipublicę periclitatur, & de quo, si tunc occurrisset, ipsa respublica disposuisset, prout communi bono ac paci reipublicæ expediret, excipiendo illum à communi & vniuersali lege circa regni successionem lata, sanè euentus ille à communi lege, ab eadem republica lata, censetur exceptus, ad ipsãque rempublicam tunc, occurente eo euentu, spectat statuere, quid facto opus sit in bonũ suum, regni pacem, & cõmunis boni cõseruationem

uationem: quarè tunc tota respublica superior est illis geminis, vt, ipsis etiam inuitis, minimeque consultis, statuat quid facto opus sit: sicut tempore schismatis, quando duo essent Summi Pontifices, factaque accurata diligentia, sciri non posset, quis eorum esset indubitatus, reliquum Ecclesiæ corpus, Conciliúmve generale, illis esset superius vt, illis, etiam inuitis, statueret, ac pronunciaret, quid in eo euentu esset faciẽdum, quidque Ecclesiæ bono expediret. Porrò in re de qua disputamus, nulla alia via æquior, & melior geminis ipsis, bono, ac paci reipublicæ, se se offert, quàm si respublica ipsa, quoad primates & proceres, procuratoresque ad id missos à singulis ciuitatibus, in generali conuentu statuat, vt sors inter ipsos geminos, quis eorum sit futurus Rex, mittatur, relicta alteri congrua sustentatione. Atque in eiusmodi euentu, qui ab orbe condito in regno non euenit, neque eueniet, si fortè aliquando eueniret, prudentium arbitrio esset standum, natura rei, reipublicæ iurisdictione, & bono communi, spectatis; non verò legum decisionibus, quæ de hac re non loquuntur. Et fortè expediret, vt lex publica hac de re in particulari conderetur, ad continendum varia hominum iudicia, & affectus, pacemque & bonum reipublicæ seruanda, si casus similis fortè eueniret.

Quousque autem filius naturalis, legitimatus per subsequens matrimonium, succedat in maioratu, & excludat posterius natum ex eodem matrimonio; quousq; item legitimatus per rescriptum principis, aut etiam illegitimus, succedere possit, aut non possit, in maioratu, quæ omnia Molina disputat lib. 3. de primog. c. 1. à. n. 6. & c. 2. à n. 1. & 3. copiosè à nobis explanata sunt disp. 172. & duabus sequentibus, iunctis quę dicta sunt disp. 165. versus finem, & disput. 610.

3 Illud solùm addam. Quando matrimonium contractum fuit inter consanguineos, aut affines, sine dispensatione Summi Pontificis, atque ex parte neutrius contrahentium adfuit bona fides, professque fuit susceptа, tunc, esto post eam susceptam Summus Pontifex cum eis dispenset, & cõtrahant legitimum matrimonium, filius ille, ante legitimum matrimonium natus, vt pote spurius, & non naturalis, non legitimatur per subsequens matrimonium, ac proinde nec succedere potest in maioratu, & præserri filio posteriùs ex legitimo matrimonio nato, vt ex se est notissimum, & affirmat communis doctorum sententia, quam Molina libr. 3. de primog. c. 2. n. 10. refert ac sequitur.

Idem tamen autor. n. 12. subiungit, quãdo impedimentum, dirimens illud prius matrimonium, erat solùm de iure humano, vt sunt gradus omnes affinitatis, & consanguinitatis, in quibus dispensare solet Summus Pontifex, posse Summum Pontificem ab illo matrimonio, alioquin nullo de iure humano, in quo verus cõsensus interuenit, auferre impedimẽtum illud canonicum, ac pronunciare & declarare tale matrimoniũ validum, atq; tunc prolem effici legitimã, ac si matrimonium illud à principio fuisset legitimũ, & succedere in maioratu, præsertique cęteris filijs, post ablatũ impedimentum abeisdem parentibus legitimè genitis. Citat pro ea sententia Panor. c. venerabilẽ. n. 2. qui filij sint legitimi, Couar. in epit. c. 8. §. 8. n. 13. & plerosque alios, quos etiam Couar. citat.

Ego verò non dubito, sententiam hanc falsam esse. Atque in primis, si intelligant, Summum Pontificem efficere posse, vt matrimonium, quod à principio fuit nullum propter id impedimẽtum canonicum, reddatur à principio validum, dispensando in tali impedimento, illudque auferendo, sanè non dubito esse id plusquàm falsum. Neq; enim habet Summus Pontifex ad præteritum potentiam, vt validum matrimonium efficiat, quod validum re ipsa non fuit, & vt non adfuerit impedimentum illud canonicum, quod verè affuit tempore contracti illius matrimonij, eò quòd in illo non fuerit dispensatum: quarè dispensare iam non poterit, vt à principio non adfuerit, ac proinde vt non fuerit nullum matrimonium, quod nullum ob id impedimentum re ipsa fuit. Quo fit, vt sinè nouo contrahentium consensu, nouoque inter eos matrimonij contractu, post impedimentum sublatum, non possit inter eos esse legitimum matrimonium, ac proinde, vt Summus Pontifex non possit efficere, vt antiquus consensus sufficiat ad legitimum matrimonium, dispensando in vero canonico impedimento, quod aderat tempore talis consensus, nullumque eum ad legitimum matrimonium reipsa reddidit, sed necessarius omnino sit ad verum & legitimum matrimonium, prolemque legitimam generandam, nouus inter ipsos mutuus consensus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensus, nouusque matrimonij contractus. A
Poterit quidem Summus Pontifex, prolem illam natam illegitimè, ita legitimare, quasi à principio nata fuerit legitimè; non quidé efficiendo, vt nunquam fuerit illegitima, quoniam id esset ad præteritum potentia, contradictionemque implicat, ita vt nec Deus possit id efficere; sed auferendo ab illa omnem inhabilitatem canonicam, quæ sub ipsius iurisdictionem cadit, efficiendoque, vt, quoad inhabilitates canonicas, reputetur ac si à principio esset legitimè nata atque id solum est censendus facere, si legitimum dicat se efficere matrimonium, ille gitimè priùs cõtractum: idque solùm velle B
videntur Panor. Couar. & alij autores eius sententiæ: non tamen potest efficere, vt matrimonium, quod fuit illegitimum ac nullum, fuerit validum, ac proinde, vt proles ex illo procreata non fuerit illegitima. Quia ergo proles verè fuit illegitima, nec Summus Pontifex efficere valet, vt talis nõ fuerit, atque eo ipso, quòd illegitima fuit, contraxit inhabilitates canonicas, atque etiam ciuiles, quæ simpliciter non subiacent potestati Summi Pontificis, sed principum secularium, vt disp. 173. ostensum est; vtique quanuis Summus Pontifex, possit eam legitimare, vt reputetur, quasi nata fuerit legitimè, quod attinet ad inhabilitates canonicas, & id censeatur facere, si dicat legitimum se efficere matrimonium, illegitimè contractum nõ tamen potest, aut cẽsetur; id efficere, quoad inhabilitates ciuiles, atque adeò, vt succedat in maioratu, præferaturque in ea successione filio posteriùs ex eisdem parentibus legitimè nato.

Non nulla obserua. Primum est. Esto impedimentum matrimonium dirimens, non sit de iure humano, sed diuino, etiam naturali, prolesque ex tali matrimonio nullo, sit suscepta, posse nihilominus similiter Pontificem Summum eam legitimare, quasi à principio esset concepta legitimè. Quoniã in habilitates canonicæ, quas proles illa, ita nascendo, contraxit, omnes sunt de iure humano, subiacentque iurisdictioni Summi Pontificis: eaque de causa, quanuis nõ possit dispensare in impedimento, efficere D
que, vt inter eos parentes legitimè contrahatur matrimonium; potest nihilominùs similiter abolere ab ea prole inhabilitates canonicas ex ea illegitima natiuitate euenientes, atque si nata esset ex matrimonio nullo ob impedimentum canonicum iure humano introductum. Secundum est. Quando Summus Pontifex pronunciaret, fuisse validum matrimonium, ex quo proles aliqua fuisset suscepta. & de quo dubitabatur, an validum esset, tunc prolem non legitimari, sed, in consequentiam pronunciationis validitatis matrimonij, ex quo fuit suscepta, pronunciari prolem semper fuisse legitimam. Tertium est. Quando Summus Pontifex, suscepta prole ex matrimonio nullo, ob impedimentum dirimens illud iure humano, dispensaret in impedimento, vt parentes denuo legitimè contraherent, tunc non censeri legitimare prolem illegitimè antea susceptam, nisi id exprimatur. Atque hæc duo posteriora affirmat Couar. vbi supra, cum communi doctorum sententia, & vtrunque est satis perspicuum.

Si primogenitus, ísve, qui alioquin primò ad maioratum vocatur, incapax illius sit, vel incapacitate, quæ ex dispositione 4
institutoris, vel quę ex legis dispositione, à successione in illo excludat, vt ob delictum, aut quacunque alia ratione, tunc, qui vlteriùs vocatur, siue ob repręsentationẽ, siue, quòd proximior sit, & maior natu cæteris, siue quacunque alia ratione, succedit in illo, nisi incapax ipse similiter sit: nam C
tunc progrediendum in eodem ordine est, quousque deueniatur ad vltetiùs primò vocatum, qui capax illius sit: ita affirmat Molina lib. 3. de primog. c. 2. n. 13. resque ex se est notissima.

Dubium tamẽ est, vtrum, si is, qui incapax 5
erat ob delictum, restituatur à principe, aut aliqua alia ratione cesset illius incapacitas, succedat, cessante incapacitate, in maioratu. Distinguendum verò est. Si enim tempore mortis anterioris possessoris, delatæ ve successionis in maioratu, aderat incapacitas, propter quam ius eius maioratus delatũ est ad vlteriùs ad illum vocatum, tunc, esto posteà à principe restituatur, aut alia ratione cesset incapacitas illius, non cõsequitur maioratũ, ad alium iam semel delatum. Successio enim, nec per momẽtum esse potest inpẽdẽti, quãdo ab institutore nõ fuit apposita conditio, quæ eam suspenderet, sed continuò defertur irreuocabiliter ad eum, quem primò inuenerit illius capacem ex vocatis ad ipsum, vt disp. 621. dictum est, & disp. 634. copiosiùs dicetur: neque in prędicium eius, qui ob incapacitatem intermedij, aut inter mediorum, comparauit dominium ac possessionem ciuilem & naturalem eius maioratus statim, ac successio

sio delata est, potest princeps postea habi- A
lem intermedium reddere, ad effectum, vt ille alius dominio, & possessione talis maioratus, semel comparatis, priuetur. Imò verò, esto de iure huius regni statim, ac defertur maioratus, non compararet is, qui primò inueniretur illius capax, dominium ac possessionem illius, sed ad comparandum dominium, necessarium esset adire eum maioratum, non posset princeps, in prædudicium iuris ea delatione ita ad illum comparati, habilem reddere alium, illum restituẽdo ad pristinam capacitatem, eúmve legitimando, vt disp. 174. ostensum est, B
& affirmat Molina vbi supra. n. 14.

Quando autẽ incapacitas erat ante mortem vltimi possessoris, ante delatámve successionem ad alium vlteriorẽ, & simul restitutione principis, aut alia ratione, cessauit incapacitas ante mortem eiusdem vltimi possessoris, ante delatámve successionem ad vlteriorem alium propter eam incapacitatem, tunc dicendum est cum Molina vbi supra. & cum alijs, quos citat, consentaneè ad quorum sententiam loquitur Emmanuel Acosta. §. & quid si tantum, part. 2. n. 24. & 52.) incapacitatem prędcedentem non impedire, quominus hic, tempore de- C
lationis iam habilis, succedat in maioratu. Etenim in successione maioratus, solùm tempus mortis anterioris possessoris, delationis ve eius maioratus, spectatur, vt intelligatur, quis in eo tanquam habilis tunc, primoque ad eum vocatus, succedat: quarè, cùm is, qui inhabilis antea erat, habilis tunc sit, ac primo vocatus, vtique is succeder, & præferetur cęteris.

Obiectio. 6
Quòd si quis obijciat, restitutionem principis ex mera gratia, qualis hęc est, etiã si plenissima sit, intelligendam esse, sinè prędudicio tertij, iuxta. l. 2. in fine. ff. de sententiam passis, & affirmant Bart. & plerique alij. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de D
liber. & posth. secus autem in restitutione, quæ est iustitiæ; quæ autem vtraque restitutio sit, disp. 575. dictum est: quarè, quando incapacitas, principis restitutione ac beneficio, tolleretur, non esset intelligenda ad effectum, vt successione in eo maioratu is priuaretur, ad quem deferretur, si ea incapacitas restitutione illa non esset ablata.

Satisfit.
Dicendum est, quanuis ex. l. illa. 2. id minimè colligatur, intelligendum tamen esse, quoad bona deportati applicata fisco, propter deportationem, aut aliud simile delictum: si enim fiscus ritè illa alienasset, & deportatus integrè restitueretur a principe, restitutio illa intelligenda non esset cum prædudicio illius tertij. Quando tamen aliquis per accidens contrahit ex delicto, aut aliunde, incapacitatem aliquam ad succedẽdum in maioratu, aut in alia simili re, præsertim si capax illius natus sit, tunc nihil impedit, quòd princeps, pro potestate quam ad id habet, eam incapacitatem auferat, & quòd si tepore delationis rei illius, sit ablata, factusque ille sit capax, perinde in re illa succedat, ac si nunquam eam incapacitatẽ contraxisset. Confirmatur ex. l. 1. §. vlt. ff. de bonorum poss. cõtr. tabul. vbi habetur, quòd si quis habebat filium, & ex illo nepotem, & filius, ante mortem patris, deportetur, aut in metallum mittatur, succedat nepos auo; eò quòd filius deportatus pro mortuo reputetur. Additur tamen, si filius ante mortem patris restituatur, ipse, excluso nepote, succedit in hæreditate paterna. Etenim ius primæuum, ex incapacitate suspẽsum ac impeditum, sublato impedimento, reualidatur, & consolidatur.

Si quis item obijciat. l. si alienum. §. in ex Obiectio.
tranceis. ff. de hæred. inst. Vbi habetur, vt C
hęres, non suus, ex testamento institutus, succedat in hęreditate, necesse esse, vt sit capax illius tempore confectionis testamẽti, tempore mortis testatoris, & tempore additionis hæreditatis: nihil tamen impedire, si intermedijs illis temporibus, nempe à confecto testamento vsque ad mortem testatoris, vel à morte testatoris vsque ad additionem hæreditatis, incapacitatem contrahat, modo, dum institutus est hæres, & quando moritur testator, ac quando adit hęreditatem, eã incapacitatem nõ habeat.

Dicendum in primis est, textum illum Satisfit.
ex parte confirmare nostram sententiam, dum incapacitas cõtracta ante delatam hæreditatem, post testamentum confectum, & delata iam in puncto delatæ hęreditatis, non impedit successionem in illa. Dicendum deinde est, textum illum solum habere locum in hæreditate delata ex testamento: non verò in maioratibus Hispanis, in quibus aditio non est necessaria & ad quos vocantur, qui non existunt tempore institutionis ac vocationis, neque tepore mortis institutorum, ac proinde qui, eo quod eis temporibus nondum existant, capaces eisdem temporibus non sunt successionis in illis: quare in maioratibus Hispanis solùm attendendum est, an vocatus immediatè

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad illos, tempore delationis illorum, capax eorum sit, an non, vt rectè hæc affirmat Molina vbi supra. n. 18.

7 Quando primogenitus renunciaret successioni in fauorem secundò geniti, tunc ea renunciatio, seu cessio successionis maioratus, ipsi præiudicaret, & succederet secundò genitus, vt Molina vbi supra. n. 21. & sequentibus ait. Cæterùm, si primogenitus liberos haberet tempore talis renunciationis vel posteà illos procrearet, renunciatio illa non posset illis præiudicare, vt idem autor rectè ibi subiungit, & probat lib. 1. c. 6. n. 45. reliquæ ex se est satis perspicua. Qui. c. 2. citato. n. 22. cum Angel. & alijs, rectè ait, si ea renunciatio sit facta à filio institutoris maioratus, ipso institutore viuente, tunc inualidam esse, nisi institutor in ea consentiat, & perseueret in eo consensu toto tempore vitæ suæ, iuxta ea quæ disp. 579. dicta sunt. Si verò facta sit mortuo illo, & viuente alio possessore eius maioratus, tunc validam esse sinè consensu talis possessoris: quoniam tunc non est pactum de succedendo possessori vltimo, in bonisque illius, sed de succedendo in bonis primi institutoris iam defuncti, cedendo iure succedendi ab illo præscripti & deriuati. Si tamen, quia ita cederet, m nor esset, nec iuramento eam cessionem confirmaret, tunc competeret illi restitutio in integrum, vt Molina vbi supra. n. 25. subiungit. Lege quę disp. 579. citata circa eam restitutionem à nobis dicta sunt.

8 Iuxta hæc dicendum est, rectè factam fuisse in Lusitania sequentem decisionem, quam Gama refert decis. 92. Quædam mulier, quæ post matris mortem, possessoré tunc cuiusdam maioratus, in eo erat successura, cùm filium haberet primogenitũ ex quodam priori matrimonio, illi ad nuptias in alimenta, atque ad sustinenda onera matrimonij, promiserat tertiã partem redituum illius maioratus, à puncto, quo mortua matre, ad se deferretur, & totum maioratum, cum omnibus illius reditibus, à puncto mortis suæ. Filius ille mortuus fuit ante mortem auiæ, relicto filio primogenito. Hic primogenitus, nepos eius, quæ id promiserat patri ad nuptias, mortua proauia, & deuoluto maioratu ad auiam, eam tertiam partem redituum petebat. Contẽdebatur, illi non deberi, triplici ratione. Prima, quia pactum illud fuit nullum, vt pote in præiudicium alterius, ad quem forte deuolueretur maioratus ille, mortuo patre talis nepotis ante matrem. Secunda, quia pactum illud de futura successione in tali maioratu, viuente adhuc proauia illa, possessore illius, erat nullum sinè illius consensu, in quo perseueraret vsque ad mortem. Tertia, quoniam mortuo eo, cui tertia pars illa redituum promissa fuerat ad alimenta, & ad sustinenda onera matrimonij, cessauit obligatio tota eius promissionis: cum neque superstes esset, qui inde erat alimentandus, neque perseueraret matrimonium, cuius onera inde sustineret. Meritò autem decisum fuit deberi tertiam illam partem redituum eius maioratus filio defuncti, tempore toto, quo auia viueret, & possideret maioratum: reliquas verò duas partes post mortem auiæ non deberi, neque etiam illam tertiam, nisi post mortem auiæ ad se maioratus pertineret: quia in præiudicium alterius successoris in eo maioratu post mortem auiæ, nihil auia potuit valide promittere: quòd autem nepos, dum auia viueret, potiretur tertia illa parte redituũ loco auiæ, nullum præiudicium parabat alteri successori. Quo fit, vt prima ratio contra hoc nullas habeat vires. Secundam verò nullas habere, ex proximè dictis liquet. Quoniam id non est hæreditas proauię, sed bonum iure sanguinis, ex institutione & præscripto primi institutoris, deriuandum à proauia in auiam. Tertia item non obstat, quoniam, quòd inde alimenta sumeret, & sustineret onera matrimonij, erat finis & causa motiua donandi illud ei ad nuptias: non verò erat modus, vim habens conditionis, vt scilicet solum perseueraret ea donatio, dum ille, & matrimonium perseuerarent. Adde, id traditum fuisse in alimenta sibi, & suis: esto autem ipse non perseueraverit, perseuerabant tamen sui, geniti ex eo matrimonio. Adde etiam, inter matrimonij onera sustinenda, computari competentem educationem & sustentationem filiorum, illiq́ relinquere, vt competenter viuerent: quæ omnia, illo defuncto, & dissoluto matrimonio, perseuerabant, tanquam effectus, præteriti matrimonij.

9 Quando duo maioratus ad eundem primogenitum in hoc regno deuenire deberent, si reditus vnius eorũ excederet valorem *ducentos quentos*, tunc is primogenitus eligere debet, quem maluerit eorum maioratuum, & maioratus alter deuenire debet ad secundò genitum: quia ita, in bonum cómune, sancitũ est in hoc regno. l. 7. titu. 7. lib. 5.

lib. 5. nouę collect. & affirmat Molina vbi supra. n. 29. dictumq́ue à nobis est disp. 174.

Quando similiter duo maioratus, habentes conditiones & leges incompatibiles, in eodem primogenito concurrunt, vt quòd teneatur solum deferre arma & insignia eius familiæ, sinè permixtione aliorum armorum, aut insignium, aut quòd vocari debeat solo nomine eius familiæ, sinè permixtione nominis alterius, tunc is primogenitus similiter eligere debet vnum eorum, quem maluerit, & alter deuenit ad secundò genitum. Ita Molina vbi supra. n. 30. disputationeq́ue. 611. dictum est.

10 Quando primogenitus, sive, qui ad maioratum primò vocatur, interficit eum, cui succedere in maioratu debet, distinguendum est cum Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *sino el hijo mayor*. Quoniam si occisus sit ipse maioratus institutor, tunc dubium non est, quin occidens maioratum amittat, nisi occisus illi pepercerit delictum antequàm moriatur, ac voluerit, vt nihilominùs succederet in maioratu, iuxta ea, quę disp. 178. dicta sunt. Si verò occisus sit, non quidem maioratus institutor, sed alius eius maioratus vltimus possessor, est maior difficultas: quoniam occidens, non ex præscripto occisi, sed primi institutoris, succedere debebat in eo maioratu, à quo, & non ab vltimo possessore, censendus est eum accipere. Placet tamen Gregorio Lopez, & Molinæ vbi supra. n. 31. alijsque, quos citant, illum eo ipso effici indignum successione in eo maioratu, iuxta ea quæ disp. 178. dicta sunt, ac proin de expelli à successione in illo. Tunc verò arbitratur Molina ibidem, & lib. 1. c. 9. à. n. 25. commoditatem maioratus in vtroque euentu pertinere ad fiscum toto tempore, quo occisor vixerit, iuxta dicta disp. 178. citata: nisi clausulæ institutionis maioratus disponant, vt continuò maioratus transeat ad vlteriùs ad illum vocatum. In quo euentu, si occidens filium legitimum habeat, tempore mortis anterioris possessoris occisi, talis filius succedet in maioratu, & esto sit filius familias, pater non habebit vsum fructum, sed ad filium, vna cum proprietate, spectabit, iuxta ea, quæ disp. 178. citata dicta sunt. Quòd si occisor in eo euentu, tempore mortis anterioris possessoris occisi, descendentem non habeat, cum successio in pendenti esse non possit, transit maioratus tunc ad superstitem vlterius vocatum, & esto occisori nascantur posteà si *lij* legitimi, non excludent eum, qui antea maioratum ritè obtinuit, neque sobolem illius, quamuis posteriùs sit generata. Quando autem commoditas maioratus spectaret ad fiscum toto tempore, quo occidens viueret, tunc, cùm non alio titulo fiscus eam obtinere posset, quàm nomine & loco occisoris, qui verus esset successor in eo maioratu, sed indignus vsu & commoditate ex illo propter suum delictum, vtique, si is occisor, post patratum delictum, sobolem legitimam generaret, ea succederet in eo maioratu, tanquam proximè ad illum vocata post mortem occisoris, qui vsque ad suam mortem verus fuit successor in eo maioratu, priuatus tamen commoditate & vsu illius propter suum delictum. Quæ dicta sunt de occidente anteriorem possessorem maioratus, extendenda arbitratur Molina. c. 2. citato. n. 33. iuxta glossam. l. si ab hostibus. §. si vir, verb. lucrifacere. ff. solut. matr. ad filiũ vltimi possessoris, qui eum ægrotum non curauit: secus autem ad transuersalem successorem vltimi possessoris, qui non tenetur illum ægrotum curare, vt tenetur descendens curare suum ascendentem. Molinam ibidem legito. Et quoad dicta hoc. §. lege disputationem. 654.

SVMMARIVM.

1 LEGE *iudiciali veteri, filij masculi in successione in possessionibus distributis per tribus & familias, præponebantur filiabus: sed filiæ præponebantur transuersalibus omnibus. Quando verò ita succedebant in possessionibus, nubere non poterant homini de aliena tribu, & de aliena cognatione, vt distributio possessionum in tribubus ac familijs conseruaretur, notaq́; esset distinctio & successio familiarum, vt tempore aduentus Messiæ intelligeretur ex familia, ex qua erat promissus descendere, tanquam vna è notis veri Messiæ.*

2 *In successione in bonis liberis, quàm varia diuersis temporibus iure Cæsareo sint disposita. Et quid habeat ius nouissimum.*

3 *In maioratus successione, & in alijs, quæ indiuisa ad vnum debent peruenire, masculus eiusdem gradus, licèt minor natu, præfertur fœminæ, licèt fœmina præferatur masculo vlterioris gradus, quando aliud in institutione nõ fuit expressum.*

4 *Idem quoad maioratum de bonis donatis à Rege Henrico. Non verò de maioratibus Lusitanis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

stirani legimentali subiectis.

3 *In successione in maioratibus huius regni, quando aliud non fuit dispositum, linea tota descendentium ex vltimo possessore, præfertur omnibus alijs, etiam proximioribus in gradu. Deinde proximior in gradu, præfertur remotiori. Et inter eos, qui sunt eiusdem gradus, masculus præfertur fœminæ, & maior natu, minori natu.*

6 *Excluso fœminarum eiusdem gradus cum masculis à successione in maioratu, fauorabilis est, & extendenda. Excluso verò earum comparatione masculorum vlterioris gradus, est odiosa, & restringenda potius, quam amplianda.*

Fœminæ quousque à successione in maioratu excludantur, & ad succedẽdum in eo admittantur. Disp. 625.

1 VTrem velut ab ouo deducamus, à iureque diuino ordiamur. Cùm Numerorum. 26. Deus præcepisset Moysi, numerare populum à viginti annis & supra per tribus & cognationes, seu familias, ac diuidere inter masculos tribuum, & familiarum, terram promissionis: mortuusque esset Salphaad de tribu Ioseph, relictis filiabus quinque, absque filijs; illæque Numerorum. 27. accessissent ad Moysem, eõtendentes, æquum non esse, vt ipsę, nomine & loco patris sui defuncti, qui masculum non reliquit, non acciperent possessiones inter cognatos patris sui, delereturque nomen patris earum de familia sua. Re ad dominum delata, Dominus respondit. *Iustam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditatem succedant. Ad filios autem Israel loqueris hæc. Homo, cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas: si filiam nõ habuerit, habebit successores fratres suos: quòd si & fratres non fuerint, dabis hæreditatem fratribus patris eius: sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi sunt. Eritq; hoc filijs Israel sanctum lege perpetua.* Vbi vides, lege hac iudiciali, quæ Christi morte cessauit, & de sola successione in bonis immobilibus terræ promissionis diuisæ per tribus & familias inter filios Israel loquebatur, vt rectè Caietanus ibi observat, & ex contextu est satis perspicuum, filios masculos præponi filiabus: filias tamẽ præponi masculis vlterioris gradus. Et, deficientibus omnino descendentibus vltimi possessoris, transire ea bona ad consanguineos masculos per lineam virilem collaterales proximiores in gradu eiusdẽ tribus, familię, & cognationis. Eodem verò libro Numerorum. c. 36. videntes homines de eadem stirpe Ioseph, si fœminæ illę nuberent, quibus vellent, futurum, vt possessiones illæ transirent ad aliam tribum, ac familiam, non solùm vsque ad annum iubilei, sed etiam in perpetuum, cùm descendentes ex eis mulieribus futuri essent de tribu & familia virorum, quibus illę nupsissent; quandoquidem filij attinent ad familiam patrum, & non matrum; rem ad Moysem detulerunt. Eo verò Dominum consulente, lex alia similiter iudicialis, sancita fuit. Vt quando deficientibus filijs masculis, filia succederet in possessionibus patris, nubere non posset homini de alia tribu, aut cognatione, sed teneretur nubere homini, non solùm de sua tribu, sed etiam de sua cognatione: vt sic possessiones ab initio diuisæ per tribus & cognationes, neque à tribu, neq; à cognatione, cui sortè cõtigerũt, egrederẽtur. Quãdo autẽ nõ obtinebant eiusmodi possessiones patrum suorum, esto bona alia iure hæreditario obtinerent, integrum illis erat nubere, cui vellent, etiam de aliena tribu. Hęc quod attinet ad ius diuinum iudiciale veteris legis: quod Christi morte cessauit, peculariquę quadam ratione in illis solùm bonis sancitum erat, vt vsque ad aduentum & mortem Christi, tribus, & familiæ, essẽt distinctæ, agnosceretur que Christum de tribu ac familia, ex qua fuit promissus, esse natum, tanquam vna è notis veri Messię.

2 Quod ad iura humana attinet, vt habetur inst. de legit. agnat. succes. in prin. & §. cæterum, iunctis antecedentibus & sequẽtibus, & l. in lege duodecim tabularum. C. de legit. hæred. quòdam lege duodecim tabularũ primo loco succedebant hęredes sui: qui autem hi sint, disp. 179. explicatum est. Deficientibus verò hæredibus suis, soli agnati, hoc est, consanguinei ex parte patris, qui per lineam virilem descendebant, siue masculi essent, sine fœminæ, succedebant, præpositis semper prioribus in gradu. Eis verò deficientibus, hæreditas ad fiscum, exclusis cognatis, qui agnati nõ essent, deferebatur. Ita Molina lib. 3. de primog. c. 4. n. 2. Deinde verò de iure prætorio (vt habetur. §. cæterum. citato. vers. sed quia sanè) secundo loco introductũ est, vt, deficiẽtibus agnatis proximioribus in gradu, succederent illico cognati per bonorum possessionem vndecognati, quam vocant. Posteà verò (vt habetur eodem. §. cæterum, vers. media autem iurisprudentia, &. l. lege duodecim tabularum citata) de iure Digestorum introductum fuit, vt fœminæ omnino excluderentur à successione suorum cognatorum, qui consanguinei non essent ex parte patris, solum que succederent agnatis; cùm tamen cognati masculi eis succederẽt. Porrò hoc ius Digestorũ, media iurisprudẽtia, inst. loco citato, dictum est, propterea quòd mediũ quoddam ius esset inter legem antiquiorem duodecim tabularum, & ius posterius Codicis. l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred. Quarto autẽ loco de iure Codicis, & authenticorum, quod ius Castellę & Lusitaniæ fuit amplexatum, sublata est omnis illa differentia inter agnatos, & cognatos, & inter hæredes suos, & non suos, seu emancipatos, eodemque modo succedunt masculi, & fœminę, succediturq; masculis, ac fœminis, vt disp. 158. §. vt explicemus, dictum est, iurisque est comprobatum. Legito etiam. §. cæterum citatum, & reliquos sequentes in eodem titulo. l. lege duodecim tabularum citatam, & authenticum de hæredib. ab intest.

3 Hæc verò intelligenda sunt, quando bona libera sunt, & diuidi inter successores possunt. Quando autem vinculo maioratus sunt subiecta, quia simul masculi, & fœminæ, non possunt in eis succedere, sed vni tantùm successio deferenda est, meritò, quando masculus & fœmina eiusdem sunt gradus, masculus præfertur fœminæ, etiam si fœmina maior sit natu: quoniam masculus regimini, ac iurisdictioni exercendę, est aptior: & quoniam in masculo conseruatur cognatio & familia institutoris, eiúsve à quo regnum aut maioratus, in alios deriuatur, & consequenter memoria eorum, nó verò ita in fœmina; quod esse solet præcipua ratio institutionis maioratus. Hinc, cũ Paulo Castrensi & alijs, dici consueuit, masculo & fœmina concurrentibus in eodem gradu, etiam si fœmina maior natu sit, reputari ac si esset vlterioris gradus, ad succedendum in maioratu. Quia verò vnusquisque plùs affici solet ad suam sobolem, quàm ad alienam, & ad sibi magis coniunctos, quàm ad minus coniunctos, in defectum masculi proximioris in gradu, succedit fœmina proximioris gradus, quæ maior natu cæteris fœminis eiusdem gradus sit, tum in regnis, tum etiam in alijs maioratibus, quando aliud in regni creatione, aut maioratuum aliorum institutione, sancitum nó est. Ita communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Molina lib. 3. de primog. c. 4. a. n. 4. & Greg. Lopez. l. 3. titu. 13. part. 3. verb. *mugeres*, & Couar. 3. var. res. c. 5. n. 5. cum quibus consentit Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 62. Atque in hoc regno apertè res hæc cõfirmatur. l. 2. titu. 15. part. 2. quæ id statuit in successione huius regni, affirmans, ita regulariter rem habere in cæteris: maioratus autem Hispani instar regni Castellæ, atque iuxta leges illius, censentur instituti, nisi aliud sit in particulari expressum, vt disp. 576. & sequẽtibus, dictum est. Hęc Molina vbi supra. a. n. 6. ait vera esse, etiam si institutor maioratus Hispani dixerit, se illum instituere causa conseruandi suam memoriam, aut familiam, aut in fauorem suæ domus, generationis, generis, gentis, posteritatis, ac descendentium. Quoniam in fœmina anterioris gradus etiam seruatur memoria institutoris, & pertinet ad familiam latè sumptam, & ad domum, generationem, genus, ac posteritatem, vt copiosè probat. Eum legito.

4 Idem Molina. n. 4. citato, cum alijs, quos citat, hoc idem intelligendum esse ait, in maioratibus, de quibus clausula Regis Hẽrici, disp. 476. a nobis relata, loquitur, vt scilicet, existente filio legitimo possessoris eius maioratus, is succedat, etiam si minor natu sit, quàm filia legitima eiusdem possessoris: in defectum verò filij legitimi succedat in eo filia legitima eiusdem possessoris, quę sit maior natu cęteris filiabus. Atque, quòd etiã succedat filia hoc modo in eiusmodi maioratu, verum esse arbitror: quoniam in ea clausula admittuntur filij legitimi vltimi possessoris ad successionem in eo maioratu: nomine verò filiorum legitimorum, etiam legitimæ filiæ comprehenduntur. Ad succedendum verò in Lusitania in maioratu, de quo in lege mentali, eadem disp. 576. à nobis relata, est fermo, filiæ non admittuntur, sed solum filij masculi, eorumque descendentes per lineam virilem, nisi res fuerit à principio ita concessa, vt succedat etiam filia in defectum filij, aut nisi id posteà à Rege concedatur, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem disp. 576. relatum est.

5 Iuxta dicta hac, & præcedentibus disputationibus, rectè Molina vbi supra. n. 13. cum alijs, quos citat, obseruat, hunc ordinem esse seruandum in succesione in maioratu, quando aliud ab institutore non fuerit sancitum ac expressum, vt descendentium linea præferatur omnibus, qui de linea descendentium ex vltimo maioratus possessore non sunt, neque aliquis de alijs lineis admittatur, nisi deficientibus omnibus habilibus, qui sunt de linea descenden B tium ex vltimo possessore. Secundo loco, post lineam, considerandus est gradus, vt qui proximior sit in gradu, siue masculus sit, siue fœmina, præferatur cæteris. Tertio loco, post gradum, considerandus est sexus, vt inter eos, qui de proximiori gradu sunt, masculus præferatur fœminæ, etiam si illa maior natu sit. Denique quarto loco consideranda est ætas, vt inter eos, qui pares linea, gradu, & sexu sunt, præferatur semper, qui maior fuerit natu.

6 Dubitant doctores, num exclusio fœminarum propter masculos, sit fauorabilis, minimeque proinde stricte intelligenda: an verò sit odiosa, atque adeò stricte intelligen C da. Quam quæstionem copiosè disputat Molina vbi supra. à. n. 15. Et paucis cũ eodem autore, quod ad maioratus Hispanos attinet, est dicendum. Si fœminæ solum excludantur propter masculos minores natu eiusdem gradus, fauorabilem esse, minimeque proinde stricte intelligendam. Quoniam fœmina iustissima de causa, supra explicata, excluditur, eique præponitur masculus maior natu, aptior regimini, exercitioque iurisdictionis, & in quo conseruetur familia, & nomen institutoris. Et quoniam id sit consentaneè ad ius Hispanum. l. 2. titu. 15. part. 2. iusta de causa latum, & D regulariter in alijs regnis lege, aut consuetudine, seruatum, vt in eadem lege dicitur. Si verò fœminæ excludantur propter masculos vlterioris gradus, quanuis id à maioratus institutore validè ac licitè fieri possit (præsertim quando non contingit in ea institutione legitimas earum fœminarum) idque, ne maioratus transeat in alterius familiam, sed perpetuò in sua agnatione perseueret; quia tamen id exorbitans est à iure Hispano circa maioratus. l. 2. citata lato, minusque consonum rectæ rationi, quàm contrarium, consuetudinique, quę in maioratibus Hispanis instituendis regulariter seruari consueuit, odiosa sanè est talis exA clusio, strictèque proinde intelligenda: atque adeò censendum non est, mentè institutoris fuisse, eas ita excludere, nisi perspicuè constet, eum id voluisse, ac statuisse, vt Molina vbi supra. à. n. 2. probat. Habet enim tunc fœmina fundatam suam intentionem in iure communi, seu Hispano, atque in consuetudine ita succedendi in maioratibus. Qua de causa rectè idem Molina ibidem. à. n. 41. subiungit talem fœminam tuendam esse in possessione maioratus aduersus masculum vlteriorem in gradu cõtendentem, ad se ex institutoris dispositione pertinere, quousque sufficienter id probet. Imò verò ait, fœminam mittendã esse in actualem possessionem, seu tenentiam eius maioratus, aduersus masculũ vlterioren gradu contendentem ad se attinere nisi in continenti, hoc est, vsque ad quinquaginta dies, sufficienter id probet: quæ omnia multis sufficienter Molina probat, ex seque satis sunt rationi consona ac perspicua.

Quando maioratus institutor omnino perspicuis verbis expressit, se velle fœminas excludere, etiam propter masculos vlterioris gradus, tunc ei perspicuè dispositioni ac expressioni suæ voluntatis est stãdum. Quando autem coniecturę sunt eam fuisse suam voluntatem, ex tenore suę dispositionis, & circunstantijs concurrentibus, arbitrio prudentis est relinquendum, vt, pensatis omnibus, iudicet, num omnino atque in dubitãter persuadeant, intendisse eas excludere, vel non, sed res dubia sit. Atque in dubio, excludendę non sunt, vt proximè dictum est: quando autem iudicatum fuerit, absque dubio illius voluntatem fuisse, illas excludere, tunc iudicandum est, excluſas esse, anteposito sque illis esse masculos vlterioris gradus. Neque alia hac de re certior & cõmodior regula statui potest. Molina lib. 3. de primog. c. 5. longissimam hac de re texit disputationẽ. Illa verò omnia conducent, vt meliùs, pensatis omnibus, iudicetur, quæ fuerit mens institutoris maioratus. Illum, quando dubius euẽtus acciderit, legito, & quæ disp. 474. dicta à nobis sunt.

SVMMARIVM.

1 REPRAESENTATIO *in bonis hereditarijs quousque habeat locum in linea descendentium, & transuersalium. In linea ascendentium locum non habet. Filij fratrum,*

trum, si succedant cum alijs patruis, repræsentant patres suos, & succedunt per stipitem. Si autem filij diuersorum fratrum succedant sinẽ alio patruo, non repræsentant, sed succedunt per capita. Nisi quãdo sunt filij fratrum vtrinq; coniunctorũ, & repræsentãdo suos parẽtes, excludunt patruũ ex altera tantum parte coniunctum: tunc enim succedunt per stipitem.

2 *Repræsentatio, cùm priuilegium sit, licèt extendenda non sit plus, quàm compertatur concessa, in vno quoq; tamen regno est videndum, num iure, consuetudine, aut dispositione particulari, sit maior introducta circa regni succesA sionem, aut maioratus, vel circa aliquid aliud, eique ibi est standum.*

3 *Repræsentatio est in feudis, non solum hereditarijs, sed etiam ex pacto & prouidentia.*

4 *In succesione in regno, & in alijs maioratibus, an sit locus repræsentationi, standum in iure communi, & per consequens vbi nihil aliud ea de re est dispositum, ardua quæstio, quæ varijs exemplis explanatur.*

5 *In regno esse repræsentationem vnde Acosta & alij ducantur.*

6 *Item alij vnde velint, standum in iure communi, esse repræsentationem in regno, & non in alijs maioratibus, siue de bonis coronæ regni, C siue de bonis patrimonialibus constitutis.*

7 *Quæ alia discrimina colligat idem autor ex eo discrimine, inter regnum & alios maioratus.*

8 *Regnum nõ est hæreditas, sed in eo succeditur ex pacto & prouidentia, turẽve sanguinis, vt in alijs maioratibus: suntq; proinde nulla discrimina, quæ ex contrario fundamento Acosta colligit.*

9 *Vota realia defuncti implere tenentur hæredes de bonis hæreditarijs, vt & alia debita defuncti, non verò de bonis vinculatis, quibus defunctus eorum possessor imponere non potuit idonus. Atq; implere illa tenentur, saluis integris legitimis ipsis in eis bonis debitis.*

10 *Qua alia ratione ad id insufficiente, repræsentationem in succesione in regno, non verò in alijs maioratibus Acosta admittat.*

11 *Repræsentatio, licèt, standu in solo iure communi, neque in succesione in regno, neque in alijs maioratibus locum habeat, ex quibus tamen alijs capitibus posse locum habere.*

12 *Qualis succesio in hoc Castellæ regno, & in cæteris eiusdem regni maioratibus sit instituta, quando aliud per maioratuum institutores expressum non fuerit. Et cur in eiusmodi succesione interueniat, non quidem repræsentatio formaliter, sed virtute.*

13 *Hæc eadem locum habent in maioratibus creatis ex donatis à Rege Henrico.*

14 *Idem succedendi modus, eademq; repræsentatio, non similiter habent locum in alijs regnis, vt in Lusitania locum non habent.*

15 *Non ex transmissione iuris filij primogeniti defuncti ante suum patrem, quod transmittat in suum filium patris nepotem, nepos præfertur in hoc regno patruo in succesione regni, aut alterius maioratus, sed quia ex legum huius regni dispositione vocatur ad eam succesB sionem.*

16 *Exploditur similis alia transmissio iuris filij in nepotem, quæ locum habeat quando maioratus contractu fuit institutus, & non quando institutus fuit vltima voluntate, cuiusq; ratione nepos excludat patruum in primo euentu, & non in secundo.*

17 *Quando ex circunstantijs ac verbis cõtractus, censendus sit prælatus ab institutore maioratus, nepos ex filio præmortuo, patruo proximiori in gradu, etiam in locis, in quibus nulla repræsentatio in ea succesione admittitur.*

18 *Regna & maioratus hæreditates non esse, nec proinde in eis succedi hæreditario iure, sed sanguinis, ex pacto & prouidentia, atq; ex eo capite, quòd hæreditates sint, locum non esse repræsentationi in succesione in illis, C confirmatur.*

19 *Quia maioratus & regna hæreditates non sunt, non vacant deficiente succesore vltimo possessori vsque ad decimum gradum, sed succedunt proximiores in infinitum.*

Repræsentatio quousque in feudis, in succesione regni, & in maioratibus Castellæ, admittenda sit. Disp. 626.

D ANTE omnia statuendum est, repræsentationem de iure communi habere locum in bonis hæreditarijs. Et quidem in linea descendentium habet locũ, quando nnus eius, cui est succedendum, mortuus est relicta sobole: tunc enim filij huius succedũt per stipitem auo in portione inter ipsos æqualiter diuidenda, in qua ipsorum pater succedere debebat. Quòd si aliquis nepotum mortuus etiam sit tempore mortis aui, relicta etiã sobole, tunc pronepotes illi, succedunt etiam auo per stipitem, loco patris ipsorũ, nepotis illius proaui, in portione, in qua is nepos succedere illi debebat, æqualiter inter ipsos pronepotes diuidenda, & ita cõsequẽter, vt, iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.Papinianus.§.quoniam.ff.de inoffic.test. §.cum filius.inst. de hæred. quę ab intest. defer.iuxta authenticũ de hęred.ab intest. §.1. authenticâ in succesione.C.de suis & leg.hæred.l.3.titu. 13.part.6.& titu.77.in prin.lib.4.Lusit.ord. disp. 158.§. vltim.& disp.162.§. etiam vlt. dictum est: quæ repręsentatio, etiam ad vlteriores gradus, se se extendit in linea recta, si superstites essent tales descendentes in morte ascendentis,defunctis tot intermedijs, vt bene, cum plerisque alijs, affirmat Couarru. de pract. qq.c.38. n. 5. iuxta.§. item vetustas, in fine,vers.ita tamen,inst.de hęredit.quæ ab intest.defer. In linea verò collaterali, si fratri sit succedendum ab intestato, & superstites sint filij alterius fratris defuncti, illi repræsentant suum patrem defunctum, & succedunt per stipitem patruo, vnà cum alijs patruis, in portione, æqualiter inter ipsos diuidęda, in qua pater ipsorum, si superstes esset,erat fratri defuncto successurus. Quin, si filij sint fratris vtrinque coniuncti, & solùm supersint patrui, qui sint fratres ex altera tantùm parte cõiuncti defuncto, tales filij excludunt patruos illos, sicut ipsorum pater, quem repręsentant, illos excluderet. Vtrunque habetur in authentico de hęred.ab intest.§.si autem defuncto,& in authentica cessante, & authentica post fratres.1.C.deleg.hęred.dictumque à nobis est disp.164.conclus.2.3.5.& 6.Quo in loco, ante nonam cõclusionem, addidimus, eodem modo filios fratris repręsentare suum patrem defunctum, ad excludendum patruum magnum,hoc est, fratrem aui ipsorum, ab hæreditate eiusdem defuncti. Vltra filios autem fratrum, nulla datur repræsentatio in linea trâsuersali de iure communi,vt vbi supra,cum communi doctorum sententia,conclusione.7. dictũ est, consentiuntq; authentica post fratres. 2.C.de leg.hæred.&.l. 6.tit.13.p.6. Quin in authentico de hæredib. ab intest. §. huiusmodi verò. sic scriptum legimus. *Huiusmodi verò priuilegium* (repræsentationis scilicet) *in hoc ordine cognationis* (collateralium videlicet) *solum præbemus fratrum masculorũ, & fœminarum, filijs, aut filiabus, vt in suorum parentum iura succedant: nulli alij omnino personæ, ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur.* Imò,cùm repræsentatio priuilegium sit,vt ex hoc iure proximè relato,atq; ex se,constat, extendendum non est vltra eos quibus in iure repertum fuerit esse cõcessum. Quarè,cùm ascendentibus non competitur concessum,eis,ex communi doctorum sententia,non competit.

A

Vtrum autem filij fratrum anteà defunctorũ, quando non concurrunt ad successionem patrui cum alijs patruis,tam paternis,quàm maternis,sed ipsi soli, quia nulli supersunt fratres defuncto, repręsentent, stando in solo iure communi, patres suos, atq; adeò succedant patruo per stipitẽ; an verò eos nõ repręsentẽt,sed succedãt æqualiter per capita.Rem disputauimus vbi supra post octauam conclusionem. Et quanuis Accursius, & Bart.repręsentare eos affirment, succedereq; per stipitem; nos tamen, cum eodem Accursio sibi contrario, cum Azone,& communi sententia,quin & cum nõnullis iuribus huius Castellæ regni ibidem citatis, contrarium affirmauimus, copioseq;,&, ni fallor,efficaciter ostendimus,nempe eos non repræsentare,sed succedere tali patruo per capita.Lege quę ibidem dicta sunt:eisq; adde.Si sint filij diuersorum fratrum defunctorum vtrinq; coniunctorum,& excludant patruum,ex altera tantùm parte coniunctum, tunc, quanuis soli hi filij diuersorum fratrum succedant, sinè alio patruo, quia tamen succedunt repræsentando patres suos,ad effectũ excludendi patruum ex altera tantùm parte cõiunctum, vtique succedunt per stipites in eo euentu, ratione talis repræsentationis, & non per capita.

B

C

Quãuis de iure cõmuni in his solis euentibus reperiatur cõcessa repræsentatio, atq;, vt dictum est,non plus repræsentatio sit extendenda, quàm reperta fuerit concessa; nihilominùs,si vel iure aliquo reperiatur in aliquo alio euentu concessa; vel in constitutione regni, aut maioratuum, formaliter,aut virtute,cõcessa reperiatur peculiari iure circa successionẽ in eo regno, aut in eis maioratibus,stabilito,consuetudineue legitima circa eadem introducta,vel deniq; ex dispositione instituentis maioratũ, qui vocare ad eum potuit, quos voluit, & eo ordine, quo voluit, introducta reperiatur, tunc concedenda in eisdem euentibus erit repræsentatio, præcisè tantùm, quantùm reperta fuerit cõcessa:neq; regna omnia,aut maioratus,eodẽ modo vbiq; quoad repræsentationẽ sunt cẽsenda; sed diuersimodè pro qualitate iuris,consuetudinis,ac dispositionis,cuiusq;regionis. Atq; hoc ante mentis oculos est habendũ in hac materia,si allucinari non velimus: neque omnia in ea materia solo iure communi sunt ad-

D

2

metienda;

metienda; sed attendendum etiam est ad iura, consuetudines,& dispositiones particulares,circa regna, & maioratus,cuiusque regionis, eisque omnibus expensis est de illis in vnaquaq; regione iudicãdum: quod multos,nec attendere,nec efficere,videas.

A

3 His ita constitutis,dubium est,vtrum in successione in feudis locum habeat repręsentatio illa tota,quæ de iure communi explicata est.Et quidem, quando feudum est hæreditarium,iuxta ea,quæ disp.472.& sequentibus, dicta sunt,conueniunt omnes, locum esse repræsentationi. Quando verò est ex pacto & prouidentia, licèt Bart. Bal. & quidam alij,reclament, communis tamẽ doctorum sententia, quam referunt ac sequũtur Emmanuel Acosta in.q. de patruo & nepote,part. 1.n.19.& part.3.n. 50. Aluar. Valas.de iure emphy.q.50.nu.1.&.4. Gama.decis.174.n.18.& Molina.3.lib. de prim.c.6. n. 47. etiam in feudo ex pacto & prouidẽtia locum esse repræsentationi illi, propter pecularia iura feudorũ, quæ id de feudis paternis,siue in eis succedant descẽdentes vltimi possessoris, siue collaterales illi,descendẽtes tamen eius, cui primò fuit feudum concessum, vniuersim statuunt. c. 1.§. his verò deficientibus, de succes. fratrum,vel gradibus.c.1. de succes.feudi,& aliorum iurium. Atque in hanc sententiam accedere videtur Couar. de pract.qq. c. 38.n. 1. in editione Caesaraugustana.

B

Quæstio. 4. Vtrum autem in successione in regno, locum etiam habeat repræsentatio, & similiter in successione in alijs maioratibus, ita scilicet, vt si vltimus possessor multos habeat filios,& ex primogenito defuncto habeat nepotem legitimum,is nepos,qui vno gradu plus distat à possessore, quàm filius secundò genitus,præferri debeat, propter reprætentationem, filio secundò genito, patruo talis nepotis, eò quòd is nepos repræsentet suum patrem, locumq; proinde eius obtineat, qui in eodẽ gradu erat cum filio secundò genito, cumq; ætate superabat,ob quam à successione in eo regno,aut maioratu,eum excludebat;an verò non sit talis repræsentatio, sed patruus, tanquam proximior vno gradu vltimo possessori,ne potẽ excludat; ardua quæstio hæc est, valdeque controuersa, multos pro vtraque parte habens autores; adeò vt dubium sit, quæ sententia sit communior, sæpeque ad arma sit deuentum,non expectato iure superiorum iudicio ac sententia: tamẽsi, vt Molina.c.6.citato.nu.2. tandem resoluit, regal

C

ferè apud omnes nationes, causa nepotis semper fuerit potior, quàm patrui. Similiter est quæstio in alijs repręsentationis gradibus, vtrum scilicet filius fratris maioris iam defuncti, excludat patruum,aut filium natu maiorem alterius patrui,etiam defuncti, in successione in regno, aut in aliomaioratu,fratri patris sui,propter eandem repręsentationem;an verò ab eis excludatur, eò quòd locum non habeat in eo euentu talis repræsentatio, & patruus proximior vno gradu sit vltimo possessori,quàm ipse, & filius alterius fratris defuncti, superet ipsum ætate.

B

Quod ad successionem in regno attinet, Emmanuel Acosta.q.de patruo & nepote, tertia parte citata.nu.2. repręsentationem locum in ea successione habere affirmat, eaque de causa cẽset, in ea successione,nepotem patruo esse præponendum. Ducitur,quoniã regnum ad Regis liberos,aliosque Regis successores, deuoluitur, quasi hæreditas ipsiusmet Regis,vt expressè haberi affirmat.c.licet.de voto, omnesq; doctores ibi affirmare, & alibi plerosq; alios: in hereditaria verò successione locum habet repræsentatio, vt ex iure communi in principio huius disputationis est relatum. Emmanueli Acostæ subscribit Aluar. Valas.q.50.citata.n.2.&.12. vbi alios pro eadem sententia refert.

§ *Argumẽtũ primũ.*

Possumus autem hoc confirmare, ex. l. 2.ibi: *E por escusar muchos males,que acaecierõ, y podian aun ser fechos, pusieron, que el señorio del reyno heredassen siempre aquellos, que viniessen por linea derecha.* Heredassen, dixit, idẽque verbum sæpiùs ibidẽ repetitur in successione in regno: quarè regnum iure hæreditario, & tanquam hęreditas, defertur, habetq; proinde locũ in successione in illo repręsentatio omnis, qua de iure cõmuni in successione hæreditaria est statuta.

Secundũ.

D

Atq; hoc discrimen constituunt Emmanuel Acosta ibidem, iũctis duabus prioribus partibus eiusdem quæstionis,vt Aluar. Valas. q. 50. citata, inter successionem in regno ex vna parte, & successionẽ in alijs maioratibus ex alia, siue tales maioratus creati sint de bonis coronæ regni, siue de bonis patrimonialibus, nempe, quòd cùm in regno iure hereditario, & tanquam in hęreditate delata ab anteriori possessore succedatur,locũ habeat repręsentatio de iure cõmuni in successione hæreditaria statuta; in alijs verò maioratib⁹,cùm nõ sint hereditas delata ex vltimo possessore, sed in eis iure

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguinis succedatur, vt disp. 617. est explanatum, locum in eis non habeat repræsentatio, ac proinde in eis patruus præferatur nepoti, filio primogeniti, ante mortem vltimi possessoris defuncti. Non loquuntur verò de maioratibus huius Castellę regni, in quorum successione locum habet repræsentatio virtute, ex l. 40. Tauri, tam in linea descendentium, quàm in transuersali, eaque multò amplior, quàm sit repręsentatio in hæreditatibus de iure cómuni introducta, vt videbimus: sed loquũtur de maioratibus, & regno Lusitanis, atque aliarum prouinciarum, in quibus peculiari iure priuato repræsentatio aliqua nõ sit introducta.

7 Ex discrimine tradito colligit Acosta vbi supra. n. 4. multa alia discrimina inter regnum, & maioratum de bonis coronæ regni, & de bonis patrimonialibus. Primum est. Quòd si, mortuo Rege, successor in regno hæreditatem Regis antecessoris repudiet, eo ipso censetur etiam regnum repudiare: eò quòd regnum hæreditarium sit, eaque de causa esse non possit successor in illo, nisi qui hęres antecessori fuerit: alij verò maioratus, cùm ex pacto sint & prouidentia, in reque sanguinis in eis succedatur, vtique, qui ad eos proximè vocantur, succedere optimè in illis potsũt, repudiata antecessoris hæreditate, vt vtrunque facilè constat ex dictis disp. 472. & sequentibus.

Secundum, quòd, viuente Rege, inualidum est pactum successoris circa futuram regni successionem cum alijs, minimè consentiente Rege possessore, ac perseuerante in eo consensu vsque ad mortem: eò quòd esset pactum circa hæreditatem antecessoris ipso viuẽte, quod est nullum, sinè ipsius consensu, in quo perseueret vsque ad mortem, vt disput. 579. dictum est. In alijs verò maioratibus, cùm non sint hęreditas, neq; capiantur ab immediato antecessore possessore, sed a primo institutore, validũ esset tale pactum, sinè consensu immediati possessoris, vt disp. 624. prope finẽ, dictum est.

Tertium, quòd successor in regno tenetur ad debita antecessoris, tanquam hæres eo ipso illius: successor verò in alijs maioratibus non tenetur ad debita antecessoris possessoris: quia non succedit in illo tanquam in hereditate antecessoris, sed succedit ex pacto & prouidentia ex præscripto primi institutoris tanquam in bonis liberis, quæ nullo onere afficipotuerunt ab antecessore possessore.

Quartum, quòd Rex vltimus regni possessor ex legitima causa ingratitudinis possit priuare regno immediatum successorẽ, tanquam hæreditate à se illi deferenda: alij verò maioratus possessores nõ similiter ex ingratitudine possint priuare eis maioratibus illos, qui immediatè ad eos vocantur: quoniam huiusmodi maioratus non sunt hęreditas: neque successores accipiũt illos ab antecessore immediato eorũ possessore, sed à primo institutore.

Quintum, quòd fructus regni tempore mortis vltimi possessoris pendentes, sint aliter diuidendi inter successorem, & hæredes antecessoris, ac fructus pendẽtes aliorũ maioratuum sint inter eosdẽ diuidendi.

8 Sicut autem fundamentũ, cui Acosta innititur, ꝙ scilicet regnum sit hęreditas, in eoq; iure hęreditario, & nõ sanguinis, succedatur, falsum est, ita discrimina hęc falsa sunt, ex eo falso illata fundamẽto. Ac proinde sicut succedi in alijs maioratibus optimè potest, repudiata antecesoris hæreditate, ita in regno. Sicut item in alijs maioratibus non est nullum pactum de futura in eis successione sinè consensu eius possessoris, qui ipsemet eorum institutor per vltimam voluntatem non fit, vt disp. 624, dictum est: ita neq; est nullum pactum simile de futura successione in Regno. Quousq; autem, quod ad tertium discrimen attinet, & vnde successor in Regno teneatur ad debita antecessoris; & alij successores in alijs maioratibus non teneantur, infra suo loco dicetur. Quartum item discrimen nullum est, perperamq; ex eo fundamento deducitur. Ea verò de re infra suo loco dicetur. Sicut et am dicetur infra suo loco de fructibus pendentibus quousq; ad successorẽ, aut hęredes antecessoris, pertineãt, tam in alijs maioratibus, quàm in Regno, esto discrimen illud nullum sit, vt pote ex falso fundamento deductum. Consentit in his nobiscum Molina. c. 6. citato à. n. 10.

Quòd autem Regnum non iure hęreditario, sed sanguinis, deferatur ad successores, sanè ex se, & ex dictis disp. 617. est satis perspicuũ, idq; affirmãt quàmplurimi, quos Molina lib. 1. de primog. c. 8. & lib. 3. c. 6. n. 9. refert ac sequitur, & quos nos disp. 617. citata retulimus. Neq; enim successores in Regno illud accipiũt ab immediato antecessore, neq; ex dispositione & voluntate illius; sed illud accipiunt ab ipsamet republica, quæ regnum instituit, & leges, quibus deriuaretur, atque iuxta eas leges

leges illud accipiunt, tanquam à republica ipsa ad illud vocati, & tanquam affecti cõditionibus, & gradu, quæ respublica suis legibus, ipsaque regni institutione, ad id exegit: vnde antecessor nihil circa id potest variare, aut statuere: longeq; diuersa sunt, hęreditas antecessoris, nempe bona omnia, quæ antecessor extra coronam regni habebat, in quibus filijs, ipsiq; successori regni, tanquam vni de numero eorũ, legitima portio debetur, & ipsum regnũ, quod, repudiata legitima in alijs bonis sibi debita, totaq; hęreditate, potest successor velle & obtinere, tãquã rẽ omnino diuersam, minimeq; in hæreditate antecessoris inclusam: nõ secus atq; hęc ipsa similiter habẽt locũ in alijs maioratibus, quę Emmanuel Acosta, & Aluarus Valas. affirmant deferri, non iure hęreditario, sed sanguinis: quo fit, vt Rex, non iure hęreditario in regno succedat, sed iure sanguinis, atq; ex pacto, & prouidentia reipublicę, quæ regnum ipsum instituit, certisq; legibus illud alligauit, vt eo modo in illo succederetur. Atq; hoc apertè vult. l. 2. titu. 15. part. 2. dum ait. *E esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo, do quier que el señorio vnieron por linage* (hoc est iure sanguinis) *è mayormente en España. E por esso fan muchos males que acaecieron, y podian ser escusados, pusieron* (ipsi videlicet, qui Regem & regnũ sibi instituerunt, nempe respublica ipsa, quoad proceres & procuratores populorum) *que el señorio del reyno heredassen* (id est, succederent in eo post aliorum mortem) *siempre aquellos, que vinicssen por linea derecha. E porende establecierõ, q̃ si hijo varon no ouiesse, la hija mayor heredasse el reyno. E aun mandaron que si el hijo mayor muriesse antes que heredasse, si dexasse hijo, o hija, que ouiesse de su muger legitima, que aquel, o aquella, lo ouiesse, è non otro ninguno, &c.* Vbi vides, rempublicã, quoad partes ipsius præcipuas, fuisse, quę, vt Regẽ & regnum instituit, ita successionem iure sanguinis, & modũ successionis in eo sibi constituit, leges circa id præscribendo, quibus est standum, & iuxta quas vocatur successores ad regnum.

Ad primũ ergum.

Quod attinet ad. c. licet, de voto, vnde Acosta, & alij ducuntur, vt dicant, regnum esse hęreditatem, & in eo succedi iure hęreditario, mirandum profectò est, quòd inde id sibi persuadeant: cum nihil omnino sit in eo capite, vnde id colligatur: imò verò vnde colligatur cõtrariũ. Rex quippe Vngariæ tres habebat filios, votumq; vouerat subueniendi terrę sanctę cum militibus: & quia votũ partim erat reale faciendi eos sumptus, quod obligat ea ex parte post mortẽ, nisi fit, quod excusetur: & quia fortè fuit negligens illud implendi, dum viueret, tempore mortis, fidei Andreę Ducis, filij sui secundò geniti, sub interminatione maledictionis paternę commisit, vt illud exequeretur (Nec dubitandum est, facultates cõpetentes ei obuenisse ex patre, vnde id exequi posset, quin & copiam pecuniæ ad eos sumptus paratam illi patrem reliquisse) Andreas assũpto crucis signaculo, promisit se sinè vlla dilatione madaturum id exequutioni. Coacta verò, post mortem patris, multitudine militum, sub specie mandandi id suum, & patris, votum exequutioni, bellum intulit fratri suo primogenito, qui in Vngarię regno patri successerat, vt casus ibi propositus habet, & Panor. ad id caput affirmat. & 2. tomo operũ Innocentij lib. 1. epist. 10. epistolar. dilucidius constat. Id intelligens Innocentius III. cuius est caput illud, ex epistola citata desumptum, illi præcepit, vt vsque ad festum exaltationis sanctæ crucis voti adimpletionem exequutioni mãdaret, adeundo cum exercitu terram sanctam, addens. Ne, *si onus tibi à patre iniunctum, & à te sponte susceptum, occasione qualibet detrectaueris, paterna te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento prueris, cuius recusas onera supportare. Sciturus ex tunc anathematis te vinculo subiacere, & iure, quod tibi, si dictus Rex sinè prole discederet, in regno Vngariæ competebat ordine genituræ, priuandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum, appellatione postposita, deuoluendum.* Hactenus Innocentius. Qui, dum Andreæ in pœnam comminatur priuationem emolumenti hæreditatis paternæ, tanquam ea indigno, si intrà tempus statutum onus à patre ei iniunctum, & à se sponte susceptum, exequutioni non mandaret, sanè nomine hęreditatis, non intelligit Vngarię regnum, quod non ad se, sed ad fratrem suum natu maiorem deuenerat, vt ex epistola citata apertè constat; sed intelligit bona, quæ ipse Andreas iure hęreditario à patre obtinuerat. Dum item, vltra anathematis vinculum, eum priuandum affirmat iure, quod sibi, si Rex Vngariæ (frater videlicet suus, vt ibi glossa exponit, & ex epistola citata constat, atq; est notissimum: nam sermo est post mortem patris, qui votum emiserat, & post regnum morte illius ad filium primogenitũ deuolutum) sinè prole discederet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in regno Vngariæ ordine genituræ competebat, regnumq; ad fratrẽ suum minorem deuoluendum: dum, inquam, hæc Innocẽtius affirmat, proculdubio non colligitur, regnum illud hæreditatem esse, sed potiùs Summus ipse Pontifex affirmat, ordine genituræ, atq; adeò iure sanguinis, deuolui à fratre primogenito in secundum fratrem, eiusq; defectu, in tertium. Iuxta hæc satis perspicuè profectò intelliges, sinistras esse interpretationes omnes illius capitis, quas Molina lib. 1. de primog. c. 9. à. n. 3. & Couar. c. 11 heredes, de test. n. 9. & 10. commemorant: sed neq; Molinã & Couarruuiam assequutos esse legitimam eius capitis expo
9 sitionem. Quo loco, vt plenè illud caput intelligas, nec te perturbent, quæ à multis circa illud dicuntur, & obijciũtur, obserua. Quanuis heredes, quemadmodùm soluere tenentur cętera debita defuncti, ita teneãtur implere realia illius vota, quæ ille non implerit; vt si aliquid Deo promisit in redemptionem captiuorũ, aut ad aliud opus pium, tenentur id adimplere, tanquam verum debitum reale defuncti, quod cõtraxit eo ipso, quòd id vouit, Deoq; promisit; nõ secus ac si idem promisisset ex liberalitate alicui priuato, intendendo se ad id soluendum obligare, tenerentur hæredes id illi soluere, tanquam verum defuncti debitum: quãuis, inquam, hæc ita sint, in primis tamen illa soluenda non sunt de bonis maioratus, aut coronæ regni, sed de alijs propijs bonis defuncti, si quæ reliquit: maioratui enim, atque etiam coronæ regni, non potuit onus vllum imponere ex mera sua liberalitate, etiamsi erga Deum illam exercere vellet, sed solum coronæ regni imponere potuit onus, quod in bonum eiusdem regni cederet. Vnde Rex Vngariæ, onus implendi votum suum, non iniunxit primogenito ratione coronæ regni, sed filio secundogenito, quoad alia bona. Deinde, si defunctus hæredes habebat, quibus legitima portio in bonis illius esset debita, sine sua, præsertim incõsueta liberalitate, siue erga proximos, siue erga Deũ, illa vteretur, contingere nõ potuit legitimas portiones eorum; ac proinde, si quæ debita ex liberalitate cõtracta reliquit, siue erga proximos, siue erga Deũ, reale votũ emittẽdo, quod nõ impleuit, vtiq; soluẽda ea solùm sunt de bonis, de quibus ipse liberè tẽpore mortis potuit disponere; nõ verò de legitimis portionibus debitis descẽdentibus, aut ascẽdẽtibus: quaten⁹ enim donationes illæ A ac liberalitates, contingerent legitimas eas portiones, essent sanè inofficiosę, & nullæ, ac proinde minimè implendę, vt disp. 283. dictũ est. Reliqua itaq; debita defuncti in vita ipsius cõtracta, ex omnib⁹ defuncti bonis sunt ante oĩa extrahẽda, neq; ille plus relinquere est censendus in bonis, quàm quę remãserint, deductis priùs eis debitis, greue eo alieno: debita verò ex liberalitate, extrahenda solùm sunt (deducto prius illo alio ære alieno) de parte bonorum vltra legitimas, de qua liberè poterat disponere; atq; de illa sola sũt soluẽda, si tanta ea pars sit, vt B inde possint solui; non verò, propter eiusmodi debita, cõtingere licet portiones legitimas descendentiũ, aut ascendentiũ, sed si, exhausta tota ea parte, de qua liberè poterat disponere, in eis soluẽdis, reliquũeius modi debitorũ nõ possit inde solui, omittẽdũ est. Hinc intelliges, Andreã Ducẽ, nõ ex ducatu (si dux est dict⁹ à dignitate ac dominatu in aliquibus oppidis, & non potiùs quia dux exercitui præfectus est: aut quia Duces, vel Archiduces dicebantur in Vngaria fratres Regis) aut ex alijs bonis vincu latis astrictum fuisse implere votum patris, quatenus patris onus ac debitũ, nisi Ducatus ipse institutus fuisset à patre, sibiq; relictus esset per vltimam voluntatẽ, aut aliter reuocabiliter, dũ pater viueret; sed solùm fuisse astrictũ illud implere, de alijs bonis liberis sibi à patre relictis, quatenus excederent legitimã sibi debitã in bonis patris, & non ampliùs. Quia tamen Andreas non inde solùm obligationẽ habebat implendi id votũ patris, sed quia sua sponte sub iure iurando se astrinxerat illud implere, adeũdo sua propria persona terrã sanctã cum militibus, atque adeò erat iam id votum, non solùm patris, sed etiam suum iura-
D mento confirmatum; ipse verò non solùm illud non implebat, sed etiã bellum iniustũ fratri, Vngarię Regi, eis militibus inferebat, quibus votũ erat impleturus: quod in Ecclesię perniciem cedebat, hostibusq; fidei vires adhibebat, neq; ipse votũ, vt tenebatur, implebat; idcirco sapientissimus Innocẽ. III. meritò sub pœna priuationis totius hæreditatis paternę, qua se ob tantum delictum indignum reddebat, atque sub pœna anathematis, ac priuationis iuris ad regnum Vngariæ, quod ipsi genituræ ac sanguinis iure competebat, si primogenitus sine prole ex hac vita discederet, ei iniunxit, vt votum illud intrà id tempus impleret, desisteretq; à bello iniusto

iniusto fratri inferendo. Quo fit, vt id in A pœnam iustam fuerit ei statutum: non verò quasi, vi præcisè obligationis patris, teneretur ob ius ad regnum, aut ob hæreditatem paternam, eos omnes sumptus facere, & multò minus sua propria persona adire terram sanctam, ad illam recuperandam. Et hæc quod attinet ad. c. licet. de voto, cui Acosta, & alij nitebantur, vt affirmarent regnum esse hæreditatem, iureque hæreditario in eo succedi.

Ad confirmationem verò, quam ex l. 2. tit. 15. part. 2. nos addidimus, dicẽdum est. Ibi, *heredar*, sumi latè pro eo, quod est, succedere per mortẽ alicuius in aliquo illius bono, siue titulo hæredis, siue aliquo alio: qui loquendi modus frequens est in Hispano sermone, simili quippe modo dicimus, primogenitũ nondùm *auer heredado*, o *auer ya heredado* alios maiorat⁹, in quibus ex sententia eorũ, cũ quibus disputamus, non succeditur iure hæreditario, sed sanguinis, neq; habent rationẽ hæreditatis, sed fideicommissi, aut prælegati, vel etiam rei donatæ sub modo, non quidem ab immediato possessore, sed à primo institutore, vt disp. 577. & alias sæpe, dictum est.

Aliam quoque rationem ex Baldi, &
10 quorundam aliorũ doctrina (quò ex parte alludere videtur ex Oldrando Panor. cap. licet, citato. n. 8.) tradit Emmanuel Acosta part. 3. citata. n. penult. cur in regnis potius, quàm in alijs maioratibus, præferri debeat nepos ex filio primogenito præmortuo, patruo suo in successione regni. Nempe, quòd filius primogenitus, etiam viuente patre regni possessore, habebat quandam dignitatem inseparabilem, secundùm quam ius regni paterni sibi competit: vnde cùm ius Regiæ dignitatis habere cœperit exequutionem aliquam in persona primogeniti viuente patre, admitti poterit, quòd primogenitus eam ad posteros suos trans- D mittat, vi cuius transmissionis, filius eius præferatur patruo. Addit verò, hoc maximè habere vim in ijs regnis, in quibus more maiorum est institutum, vt filius primogenitus, viuente patre, Rex designetur. Qui mos (referente Abulensi. 2. Paralip. c. 11. q. 30.) fuit etiam tempore Regum antiquorum. Quæ omnia, inquit, in alijs primogenijs non similiter procedunt.

Hoc tamen discrimen inter regna, & alios maioratus, nullum profectò est, vt bene Molina. c. 6. citato à nu. 16. ait. Etenim sicut primogeniti Regum statim, ac A nascuntur, ius habent ad regnum paternum, vt illud ipsi obtineant morte patris, si tunc superstites sint: ita primogeniti aliorum maioratuum simile ius habent ad maioratum paternum. Quòd autem primogenitus, aut alius, qui proximè iure sanguinis successurus est in regno, viuente regni possessore, iuretur, & acceptetur in futurum Regem post mortem regnum tunc obtinentis, vtique nullum ius nouum illi confert, sed solùm est professio subditorum, totiusque regni quoad proceres & procuratores ciuitatum, ad id à ciuitatibus electos ac missis, quòd verè illò cõpetat tale B ius, & quòd ea ratione se astringunt iuramento ad illum acceptandum & habendum tunc in Regem, ne quæstio aliqua, aut difficultas, circa id tunc oriatur: ius autem illud ad regnum habuit vi generationis ex talibus parentibus, & vi ipsius institutionis regni, & legum tunc à republica ea de re latarum, aut posteà, temporis progressu, additarum, magisve explicatarum. Porrò Regis filij quondam in Hispanijs Reges nuncupati sunt, vt Molina vbi supra testatur se legisse in nonnullis instrumentis antiquissimis: posteà verò *Infantes* dicti sunt, primogenitusque, qui in C Regem, viuente patre iurabatur, *Infante jurado* nuncupabatur: ante iuramentum verò *Infante* in regno successor dicebatur. Quod autem primogenitus regni successor viuente patre *Principe* in Hispanijs nuncuparetur, refert Molina vbi supra nu. 20. cœpisse in Henrico tertio, qui, annuente patre Ioanne primo, *Principe* appellatus est. Accedente verò professione, ac iuramento procerum, ac procuratorum ciuitatum, appellatur *Principe jurado*. Quando autem successio in regnò, aut in imperio, non est iure sanguinis, sed electione; tunc electio successoris, viuente Rege, aut Imperatore, ius electo tribuit, vt Rex continuò, aut Imperator, fit, ac alius è vita discesserit, vt est notissimum. Ne verò regnum, aut imperium, vacet, ac sint dissensiones tempore mortis antecessoris, ante mortem talis Regis, aut Imperatoris, & quondam eligi successor consuenit, & nunc circa Romanum Imperium eligitur. Quòdam verò sic electus ad imperium, Cæsar, electusve Cęsar, appellabatur: Imperator verò dicebatur Augustus, atq; Imperator, Nunc verò electus ad Romanũ Imperiũ Rex Romanorũ, electusve Romanorũ Rex nuncupatur.

Excluso, tam hoc, quàm præcedente dis- 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

crimine,quæ Acosta inter regnum,& alios maioratus, constituit, ostensoque, tam in regno, quàm in cæteris maioratibus, non succedi hæreditario, sed sanguinis iure, ac proinde in neutris locum habere repræsentationem de iure communi introductam; eò quòd illa insolis hæreditatibus sit sancita; expendendum est, num ex illis alijs capitibus supra. §. quantiis, commemoratis,repræsentatio, aut aliquid ei æquipollens,quod repræsentationem virtute non immeritò possumus nuncupare,in successione in regno aut in alijs maioratibus,reperiatur. Etenim ad Rempublicam sibi constituentem regem,spectat leges, conditiones,ac ordinem statuere,quo in eo sit succedêdum;& similiter ad principes,maioratus instituentes de bonis coronæ regni attinet præscribere ordinem & modum quo in eis sit succedendum (sicut ad donantes etiam feuda spectat leges statuere, quibus in feudis sit succedendum) atque idem etiam pertinet ad priuatos, qui de patrimonialibus suis bonis maioratus instituunt circa maioratus,quos ita instituunt, horumque dispositioni est standum. Et licèt,quando aliud non exprimunt,censendi sint velle,vt in maioratibus à se institutis eo ordine,ac modo, succedatur,quo in eo regno legibus, aut more, consuetum fuit in regno,aut in alijs similibus maioratibus succedi,integrum tamen illis est,aliũ ordinem circa maioratus à se institutos statuere,illiq; est standum,vt lex.40. Tauri in vltima sui parte,obseruat, accommodatèque ad ipsam rei naturam statuit. Rem autem hanc prius examinabimus circa successionem in hoc Castellæ regno, & circa maioratus in eo institutos: deinde verò circa successionem in regno Lusitano, & in maioratibus in eo institutis. Nec cuiquam videri mirum, aut molestum esse,debet. si ego,qui in hoc Castellæ regno,in ciuitate hac Conchensi fui natus, & per triginta octo ferè annos in Lusitania cómoratus, ibique ea,quæ ad mores spectant,iuxta leges,& mores eius regni, vt par erat docui, explicando simul, quæ ad leges & mores huius Castellæ regni attinebant,in nostris operibus, quæ ad vtrunque regnum spectant, vltra ius commune tradam.

12 Quod ad successionem in hoc Castellæ regno attinet, habemus legem egregiam, ac dilucidam, secundam tit.15.part.2. sæpius in præcedentibus relatam: quæ modum succedendi in hoc regno præscribit, non quasi statutum tempore, quo lex illa fuit composita, & Partitis inserta, vt ex ipsamet lege constat; & disput. 576. latè expendimus; sed quasi modum statutum a tempore Pelagij, iure sanguinis; tametsi res in ea lege magis fuerit explicata. Atque ex ipsamet lege profectò constat, eum succedendi modum, non esse illum, qui de iure communi quoad repræsentationem fuit in hæreditatibus statutus; alioquin ad ius commune se retulissent conditores eius legis: sed esse peculiarem circa successionem in regno iure sanguinis: cómunem quidem cum fere omnibus alijs nationibus,quæ ita Regem habent,quoad hoc quòd regnum sit indiuisum, & in illo succedat primogenitus, sed non nisi post mortem patris; attamen peculiariter statutum, quoad reliqua in Hispanijs, ad euitanda mala, quæ fuerant experti, & poterant adhuc euenire. Modus autem est, vt successio semper esset per lineam rectam primogenitorum, ita scilicet, vt nato, aut concepto, vno primogenito post alterum, semper,qui natus esset post alterum, conferetur immediatè vocatus ad regnũ post antecedentes, seu in defectum eorũ, neq; vnquam transitus esset ad collateralẽ, nisi deficiente omnino primogenito in eo ordine: atque tunc transitus fieret ad proximum & immediatum collateralem vltimi primogeniti in eo ordine. Itemque, vt fœmina admitteretur etiam ad eam successionem eodem ordine & modo; sed semper masculus in eodem gradu, etiamsi minor natu esset,præponeretur fœminę: secus autem, si masculus esset vlterioris gradus: nam tunc fœmina, etiam minor natu, ei præponitur. Hæc omnia aperte significat lex.2. citata, illis verbis. *E por escusar muchos males, que acaecieron, e podian aun ser fechos, pusieron* (institutores videlicet huius regni iure sanguinis) *que el señorio del reyno heredassen siempre aquellos, que viniessen por linea derecha.* Atque exponendo, quid includeret, & quo pacto intelligeretur, additur. *E porende* (hoc est ideò) *establecieron, que si hijo varon no ouiesse, la hija mayor heredasse el reyno. E aun mandaron, que si el hijo mayor muriesse, si dexasse hijo, o hija, que ouiesse de su muger legitima, que aquel, o aquella lo ouiesse, e no otro ninguno.* Pero, *si todos fallecicssen, deuiesse heredar el reyno el mas propinquo pariẽte* (vltimo videlicet possessori) *que ouiesse, siendo hombre para ello.* Hoc verò plùs adhuc explicat.l.40. Tauri, quæ est.l.5.titu.7.lib.5. nouæ

nouę collect.& sic habet. *En la succesion del mayorazgo, aunque el hijo mayor muera en la vida del tenedor del mayorazgo, o de aquel a quiẽ pertenece* (quod dicit, quia succeditur, non ei, qui maioratum tenet, si ad eum verè nó pertineat, sed ei, ad quem pertinet, esto alius eum teneat) *si el tal hijo mayor dexare hijo, o nieto, o descendiente legitimo, estos tales descendientes del hijo mayor por su orden precian al hijo segundo del dicho tenedor, o de aquel a quien el dicho mayorazgo pertenecia.* Vbi vides semper sobolem descendentẽ ex primogenito obtinentis maioratum, ordine descendentię ac primogenituræ, anteferri filio secundogenito, in defectum primogeniti, aut aliorum anteriorum primogenitorum descẽdentium ex eodem primogenito. Hæc autem iuxta.l.2. citatam stabilita, seu potius explanata sunt circa maioratus vniuersim huius regni lege illa.40. Tauri. Cum enim, vt disp. 576. & alijs sequentibus, dictum est, instar regni huius, tanquã primi & supremi maioratus, cæteri in hoc regno censeantur conditi, quando aliud ab institutoribus non est expressum, ac proinde ex legibus circa regni successionem, fuerit semper quoad eorum successionem iudicatum, quando non reperitur, fuisse aliud ab institutoribus expressum: atque leges Tauri potius sint explicationes anteriorum legum, quam nouæ sanctiones, qua de causa earum dispositiones se extendunt ad iudicandum iuxta eas etiam de ijs rebus, quæ ante illas actę sunt, quando ipsismet legibus aliud non fuit expressum, vt habetur.l.6.titu.1.lib.2.nouæ collect. vtiq;, quę in ea lege de maioratib⁹ in genere atq; vniuersim disponuntur, seu potius explanantur, de regno tanquam de maioratuum capite, ac primo exemplari, similiter intelligenda sunt, quando aliud aperta ratione non fuerit comprobatum: neque est aliquis, qui neget, eam partem eius legis, a nobis relatam, locum similiter habere in ipsomet regno.

Ex his profectò liquidò constat, in hoc Castellę regno, tam quoad successionem in regno, vi legis secundæ citatę, primæq; ipsius institutionis regni ab ipsamet republica, & vi conditionum quoad successionem in eo tunc ab ea prescriptarum; quàm quoad successionem in cęteris maioratibus instar illius, vi eiusdem legis secũdæ, consuetudinisque perpetuò iuxta eam seruatæ, & vi postea.l.40. Tauri, quãdo aliud non fuerit circa aliquem maioratum per institutorem illius perspicuè circa successionem in eo dispositũ, semper, post illius possessorem, eumue, ad quem de iure pertinet, vocari immediatè primogenitum illius, ita scilicet, vt masculus, etiam minor natu, præferatur fœminæ; alioquin succedat fœmina, quæ in numero filiarum fuerit primogenita. Deinde, si talis primogenitus, aut primogenita, sobolem, siltè cõceptam, relinquat, vocari immediatè post eum, aut eam, primogenitum illius, eodem modo intellectum, siue anterior primogenitus superstes fuerit, tempore mortis possessoris maioratus, siue non. Quòd si hic secundus primogenitus sobolem similiter habeat, vocari tertio loco primogenitum huius, similiter intellectũ, esto pater, & auº, mortui fuerint ante illũ primũ legitimum maioratus possessorem. Et ita ordine quodam vocari semper primogenitos per lineam descendentem, ita vt omnes collaterales antecedentium primogenitorum, censeãtur excluſi, seu posthabiti, eo ipso, quòd nascitur vlterior primogenitus in linea eo ordine descendente. Quando autem postremo primogenito in eo ordine deest proles, tũc recurritur ad collateralẽ huic proximiorẽ, atq; adeò ad fratrẽ maiorẽ natu, & in defectũ fratris, ad sororẽ maiorẽ natu, & vniuersim censetur immediatè vocatus, qui illi fuerit proximior (modo disputatione sequẽte explicãdo) præponẽdo semper masculum eiusdem gradus, etiam minorem natu, fœminę: alioquin fœmina proximior censetur immediatè vocata. Atque ex illo collaterali incipiunt posteà vocari iterũ primogeniti per linea descendentem, modo explicato. Si verò sobolę ipse careat, iterũ cẽsetur vocatus collateralis ei proximior, præferendo in eodẽ gradu masculum fœminæ modo etiam explicato.

Vtrum autem successio hæc iuribus huius regni præscripta, tum in regno, tum etiam in alijs maioratibus, quando maioratus institutor aliud non expressit, vt scilicet primogeniti per lineam descendentem modo explicato succedant, & præferantur cæteris, sit appellanda successio per repręsentationem anterioris, aut anteriorum primogenitorum, quando nepos possessoris maioratus, defuncto primogenito patre suo, excludit patruum suum, filium secundo genitũ eiusdẽ possessoris maioratus, aut pronepos, defunctis patre suo & auo, excludit eundem filium secundò genitum, suum patruum magnum, vtrum, inquam, talis successio

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessio, sit appellanda per repræsentationem: sanè dicerem, simpliciter & absolutè loquendo, non esse appellandam per repræsentationem: quandoquidem, qui ita succedit, & excludit patruum suum, non nomine, & iure alieno, fictioneque iuris, quasi conscendendo ad superiorem gradum patris, aut aui, defunctorum, succedit, sed succedit suo nomine ac iure proprio absque vlla iuris fictione, tãquam vocatus immediatè ad regnum, aut maioratum, deficientibus anterioribus primogenitis, & tanquam præpositus cæteris consanguineis vltimi possessoris, idque ab ipsamet republica, dum regnum, legesque successionis in illo, constituit; aut ab ipso maioratus institutore, dum illum instituisse censetur iuxta leges, & consuetudines, regni, quando aliud non expressit, neq; aliter ad maioratũ vocauit. Quarè sicut quando aliquis ad legatum aliquod, aut ad rem donatam, faceret similes substitutiones, aut vocationes, sui filij primogeniti, & deinde post illum, aut in defectum illius, nepotis primogeniti ex eo filio, & posteà simili modo proneporis primogeniti ex eo nepote, talis nepos, aut pronepos in defectũ patris, aut etiam aui, non dicerentur succedere per repræsentationem in eo legato, aut donatione, auo aut proauo, sed suo proprio nomine ac iure, tanquam vocati ab eo ad id immediatè, in defectum suorum ascẽdentium, & tanquam antepositi ea in re cæteris filijs eiusdem aui, aut proaui: ita res habet in proposito. Virtute verò solùm potest dici successio per repræsentationem, vt à modo loquendi. l. 40. Tauri, & quorundam doctorum, non dissentiamus. Qui enim suo nomine, ac iure, succedit tãquam immediatè ab institutore vocatus, in defectum suorũ primogenitorũ. certè virtute eos representat, illorumque vicem subit, ac si, non solùm gradum eorum, sed & qualitates haberet, puta ætatem, & reliqua, quę ad obtinendum regnum, aut aliũ maioratum, conferrent. Atque eatenus solùm, præsertim in gradu descendentium, de quo loquimur, repræsentationem admitterem: simpliciter verò eam admittendam non arbitror; cùm de iure communi, in eiusmodi rebus minimè hereditarijs, præsertim indiuiduis, locum non habeat: & cùm iura huius regni immediatè vocent ad successionem illius vnumquemque primogenitorum per lineam descendentem, in defectum suorũ primogenitorum, vt relatum, explanatumque est.

Quæ de successione in hoc Castellæ regno, & de maioratibus vniuersim in eo institutis, quando maioratus institutor aliud non expressit, hactenus dicta sunt, similiter censeo intelligenda, tum in alijs maioratibus de bonis coronę regni institutis, tum etiam de bonis ab Henrico secundo donatis, quæ redeunt ad coronam regni eo ipso, quòd vltimus eius maioratus possessor sinè descendentibus legitimis, masculis, aut fœminis, decedit, iuxta clausulam eiusdem Henrici, & l. 11. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. vt disput. 576. dictum est. Semper enim descendens per lineam rectam modo explicato, excludit patruum, vt dictum est Lex quippe. 40. Tauri, de successione in maioratu vniuersim, sine vlla distinctione, aut exclusione, nisi quando maioratus institutor aliud statuisset, loquitur, ac proinde ad hos etiam maioratus se extendit. Præsertim, quia hi etiam censebantur instituti instar regni huius, quoad successionem, etiam ante legem illam Tauri: eo ipso, quòd contrarium non fuit expressum, ac proinde iuxta. l. 2. titu. 15. part. 2. erat de eis quoad successionem, iudicãdum. Ita Molina lib. 3. de primog. c. 7. n. 12. Neque probo Acostam de successione patrui, & nepotis. part. 3. n. 31. qui, cùm confiteatur ita dicendum esse de eiusmodi maioratibus clausulę regis Henrici post. l. 40. Tauri, negat tamẽ idem fuisse dicendum ante legem Tauri, propter. l. 2. titu. 15. part. 2. Porrò doctrina aliorum circa successionem in maioratibus de bonis coronæ regni, quos Molina vbi supra citat, locum non habet in hoc regno; sicut locum habebit in alijs regnis, in quibus, quę in hoc regno legibus citatis sunt statuta, minimè fuerint sancita. Iuxta hęc approbãda est sententia Panor. & Castrensis, qua responderunt, in donatione facta à rege Castellæ cuidam Petro *Afan de ribera* cuiusdam maioratus sibi, & liberis suis, nepotem ex primogenito defuncto, præferendum fuisse patruo, propter repræsentationem, qua in regno Castellę nepos repræsentat, saltem virtute, suum patrem defunctum: immeritòque ea sententia improbatur ab Emmanuele Acosta vbi supra part. 1. n. 27. loquendo de hoc Castellę regno, de quo illi loquebantur.

Non etiam probandam arbitror sententiam Molinæ lib. 3. de primog. c. 6. à. n. 29. & aliorum, quos refert, quatenus vniuersim

13

14

sim, vbiquéve locorũ, asserit, institutione primogenij, ac maioratus, censeri modo explicato vocatos primogenitos per lineam descendentem, atque idcirco à nepote, aut pronepote, ex filio maiore natu possessoris maioratus, antea defuncto, excludi filium secundò genitum eiusdem possessoris maioratus, proximiorem ei in gradu. In hoc quidem Castellæ Regno id ita planè dicendum est, quando institutor maioratus aliud non expressit; idq; propterea quòd lege. 2. citata, & lege. 40. Tauri, ita ad regnum, & ad maioratus, vocantur immediatè. Cæterùm in alijs regnis in quibus nihil tale constitutum est, nullaque talis viget consuetudo, vt in Lusitania constitutum non est, neque viget talis consuetudo circa maioratus de bonis patrimonialibus institutos, sanè id locum non habet, imò contrarium, vt dicetur. Licèt enim in Lusitania primogenia & maioratus hęc appellentur, sicut & in hoc Castellæ Regno, propterea quòd ad primogenitos possessoris consueuerint ipsa institutione deriuari; dubium tamen manet, vtrum, mortuo primogenito ante mortem possessoris, sobole relicta, is maioratus transeat ad nepotem ex tali primogenito; an verò ad filium secundò genitum eiusdem possessoris, qui inter superstites eiusdem possessoris filios, manet primogenitus, quia ante omnes eos genitus, & proximior est in gradu possessori, quam sit nepos ille: sicut etiam ad eundem filium secundò genitum transiret, si ille alius primogenitus mortuus esset, sobole minimè relicta. Atque, vt videbimus, ita planè in Lusitania dicendum est, accommodatè ad iuris communis principia.

15 Illud etiam, neque in alijs regnis, neque in hoc, probo, quod Molina vbi supra à. n. 37. subijcit. Nempe eo ipso, quòd primogenitus possessoris maioratus nascitur, cũ iure primogenituræ, acquiri illi spem quandam certam & incommutabilem, ac ius in habitu ad maioratus successionẽ suo loco & tempore comparandam: quod, quamuis, dum anterior possessor maioratus viuit, suspensum esse dicatur, ab eo tamen auferri non potest, sed ad primogenitum ex ipso vlteriùs procreatum, illud transmittitur: atque, ratione huius transmissionis, cẽsere continuari, & extendi lineam successionis in illum vlteriùs genitum, vt, antequam ille succedat, maioratus non possit transire ad alium: ratione etiam eius iuris ita transmissi, arbitratur, filium ita vlteriùs genitum, nepotẽq; possessoris, repræsentare personam patris prædefuncti, vt præferatur patruo in successione eius maioratus. Hęc sanè magna ex parte sunt commentitia, & falsa. Licèt enim primogenitus possessoris maioratus, eo ipso, quòd nascitur, vi institutionis maioratus, ac legum, seu conditionum quoad successionem in illo præscriptarum, comparet ius, & spem, ad succedendum in illo; ius tamẽ illud, & spem, non transmittit ipse ad primogenitum ex se vlteriùs genitum, non solùm in alijs regnis, in quibus, vt dicemus, patruus præfertur nepoti possessoris, sed etiam in hoc, in quo nepos præfertur patruo, sed ius, & spes, quæ ex eo capite ille consequitur, solùm sunt personalia ipsius, atque ad succedendum, sub conditione si superstes sit tempore mortis possessoris maioratus, & sub conditione, si nullam ad succedendum in illo contraxerit incapacitatem: quòd autem primogenitus, ex se vlteriùs genitus, eo ipso, quòd nascitur, comparet in hoc regno ius & spem similem ad succedendum patri, & in defectum patris ad succedendum etiam auo, sanè nõ proficiscitur ex eo, quòd comparet illa ex patris trãsmissione, sed ex eo quòd immediatè ex ipsamet institutione regni, aut alterius maioratus illa comparet, ex legibus, ac conditionibus, quoad successionem in illo præscriptis, à quibus ad eam successionem eo modo vocatur, vt dictum est: quo fit, vt statim, ac nascitur, illa comparet ex eo capite, non verò per mortem patris, ex transmissioneque ipsius patris, eo modo, quo hæreditas, & legata, ab alijs patri relicta, à patre in filios, & in alios hęredes, dicuntur transmitti; aut eo modo, quo vnà cum reliquis bonis patri proprijs transmittit ad hæredes iura, quę personalia ipsi nõ sunt, hoc est, expirantia cum ipsius persona, tanquam partes hęreditatis, bonorumue ex ipso hæredibus ipsis obuenientium. Ridiculum ergo est, ex eo capite confingere repræsentationem, quoad successionẽ in Regnis, aut in alijs maioratibus, vt ea ratione nepos, aut pronepos, ex primogenito possessoris defuncto, excludat patruũ à successione in illis.

Ex his facilè intelligitur, quid censendum sit de sententia illa Aluari Valas. de iure Emphy. q. 50. n. 44. quam Couar. de pract. qq. c. 38. in editione Cęsaraugustana in calce. n. 6. refert; & ait, de ea amplius

16

delibe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

deliberandum. Constituit enim Aluar. Valas. dirimen inter institutionem maioratus per vltimam voluntatem, & per contractum inter viuos. Quòd, si maioratus contractu inter viuos sit institutus, nepos vltimi possessoris ex primogenito defuncto, præferatur patruo, filio secundò genito eiusdem possessoris: non quidem propter repræsentationem, quam profitetur non esse admittendam, sed quoniam filius primogenitus defunctus, spem, & ius, ad maioratum, vi contractus acquisita transmisit in filium suum primogenitum: eò quod spem, licèt tenuem, quam ex contractu conditionali comparamus, transmittamus ad nostros posteros, iuxta §. ex conditionali, inst. de verb. oblig. & l. is cui. ff. de act. & oblig. Sanè sententia hæc falsa est, & discrimen nullum. Siue enim institutio maioratus ortum habeat ex vltima voluntate, siue ex contractu, proculdubio vocationes & successiones in illo, sunt ex præscripto in ea vltima voluntate aut cótractu, ipsius institutoris, ab illoque successores vocati censentur, & accipere maioratum; non verò ab antecessore possessore illius: neque quisquam ad eum maioratum institutione ipsa, siue per vltimam voluntatem, siue per contractum, vocatur nisi sub conditione tacita, si superstes sit tempore mortis omniũ priùs vocatorũ, & capax sit successionis tempore, quo in eo ordine succedere debet; neque vocatur, nisi in tempus, quo ipse vixerit, vt eo perfruatur, dominiumque illius sit, in id solum tempus, & posteà transeat ad alium vlteriùs vocatum institutione ipsa, iusque & spes vniuscuiusque eorum, vi talis institutionis ac vocationis, personalia illius sunt, cum ipsoque expirant, neque ab eo transmittuntur ad alium. Est verò latum discrimen, inter ius, & spem, quæ ego comparo ex contractu mecum sub conditione in meum solum commodum celebrato; & inter ius, & spem, quæ varij comparant dispositione ex cótractu, quo quis ad aliquid ordine quodam eos vocat, quos vult, ac tunc paciscitur, vt in eo succedant, ita vt res illa ordine quodam deriuetur ab vno in alium, iuxta modum & conditiones ab ipsomet institutore tunc præscriptas. Ius quippe, & spes, quæ ex priori illo contractu comparantur, sunt mea propria, & peculiaria, quę proinde, vt & cętera mea bona & iura transmitto ad meos hæredes & successores: atque de eiusmodi solùm iure, & spe ex contractu comparata, loquuntur duo illa iura citata. Iura verò alia, & spes, quæ alij ex ea dispositione & contractu comparant, sunt vniuscuiusque eorum, vt, si superstes sit, quando anteriores omnes mortui fuerint, res illa, in solum tempus vitæ ipsius, ad ipsum deueniat, eaque perfruatur, posteaque transeat ad alium, non ex dispositione huius possessoris, sed primi institutoris, vi institutionis, ac vocationum à principio ab ipsomet institutore prę scriptarũ: quarè iura illa, & spes, personalia sunt cuiusq; eorum, cum eisque expirant, neque illa transmittunt ad alios.

Illud verò Aluaro Valasco dabo, ex ipsomet contractu tunc, & ex circunstantijs concurrentibus, expendendum esse, num institutoris mens, & intentum fuerit, præferre nepotem ex primogenito defuncto, ac primo loco vocato, patruo talis nepotis filio secundò genito institutoris; an non. Si enim causa matrimonij cum aliqua vxore, institutus fuit maioratus contractu inter viuos in filio primogenito, qui eam ducturus erat vxorẽ, sub hac forma, quòd scilicet pater instituebat eum maioratum in eo suo filio, ipsi, & posteris illius, vtique esto filius, suscepta prole, moreretur ante patrem institutorem ac possessorem maioratus, nepos ex tali filio præponendus esset patruo, filio secundò genito eiusdem institutoris, etiã in Lusitania, quoniã institutio illa fuit in filio illo primogenito, & in sobole ipsius, quam totam instituror præferre intendit cæteris omnibus suis filijs, & consanguineis, gratia eius matrimonij celebrandi: posteà verò in sobole vlteriùs deriuata ex eo filio primogenito, neposquicunque ex filio primogenito mortuo ante vltimum possessorem, non præferretur in Lusitania patruo, filio secundò genito eiusdem possessoris, vt dicemus: quoniã in Lusitania non est repręsentatio, neq; cẽsetur vocatio facta de primogenito in primogenitum per lineã descẽdentem, vt in hoc Castellæ regno; neque, quòd patruus præferretur tali nepoti, pugnaret cũ illa prima institutione: quippe cũ patruus ille de sobole esset primogeniti, in quo sub illa forma facta esset eius maioratus institutio.

18 Ex dictis confirmare possumus, nec regna, nec maioratus alios, hereditates esse, nec deferri iure hereditario, sed sanguinis, atque ex pacto & prouidentia, ac proinde in eis locum ex eo capite non esse repræsentationi, quòd hæreditates sint, iureque hæreditatis deferantur. Etenim, cùm regna à republica emanarint in primos reges, & tam in illis, quàm in reliquis maioratibus succedatur, non ex præscripto & voluntate anterioris possessoris, neque ex iure alicuius ab antecessore, aut ab aliquo intermedio, transmisso in eum, qui succedere debet: sed in eis succedatur ex præscripto, vocationibus, & ordinationibus reipublicæ sibi Regem cõstituentis, aut ex præscripto & vocationibus instituentis maioratum, vt ostensum est: neque aliquis successorum illud, dominiumque illius acquirat, nisi solum in tempus vitæ suæ, qua finita, transit ipso iure in sequentem vocatum a republica, aut ab alio institutore, vi eiusdem vocationis, ac institutionis, vt etiam explanatum, probatumque est: liquidò sane constat, neque regnum, neque alios maioratus, esse hæreditates transmissas & deriuatas à possessoribus eorum in successores, nec proinde successores iure hæreditario succedere in illis, sed sanguinis, atq; ex pacto & prouidentia primi institutoris.

19 Quia verò, neque vt in hæreditates, neque iure hæreditario, in eis succeditur, sed ex pacto & prouidentia primi institutoris, qui consanguineos vltimi possessoris proximiores (aut etiam interdum remotiores, pro suo arbitrio, & beneplacito) absque vllo termino ac limite vocat, inde efficitur, quòd, cùm ab intestato in hæreditatibus solùm succedatur vsque ad decimum gradum, deficientibusque consanguineis vsque ad decimum gradum, ac coniuge defuncti, hæreditates vacent, ac pertineat ad fiscum, vt disp. 164. dictum est; in regnis tamen, & in alijs maioratibus, censeantur vocati consanguinei vltimi possessoris, etiam vltra decimum gradum in infinitum, vt communis doctorum sentẽtia merito affirmat, neque idcirco vacent, & deuoluantur ad fiscum, quòd superstes non sit consanguineus vltimi possessoris vsq; ad decimum gradum.

Ex dictis tota hac disputatione facilè constat, cessare multa, quæ Molina. 3. lib. de primog. c. 6. & 7. docet circa repræsentationẽ, qua descendentes suos ascendẽtes repręsentant ad excludẽdos suos patruos in successione in Regno, & in alijs maioratibus, iuxta iura huius Castellæ regni item que ea, quæ docet circa transmissionem iuris vnius primogeniti defuncti in alium, vt posterior, vel ius comparet, vel repræsen-

tet suum antecessorem, ad succedendum anteriori possessori in via recta, excludendumque patruum filium eiusdem possessoris.

SVMMARIVM.

1 DVBIVM *proponitur & explanatur, num, sicut in alijs maioratibus huius regni admittitur repræsentatio in linea collaterali, eáq; maior, quàm in hæreditatibus conceditur de iure communi: ita in ipsa successione in corona huius regni admittenda sit repræsentatio in linea collaterali.*

2 *Non esse admittendam repræsentationem illã in linea collaterali quoad successionem in hoc regno, sed succedere proximiorem in gradu, præponendo in eodem gradu masculum fœminæ, & maiorem natu, minori natu, validissimo argumento probatur.*

3 *Molina contrarium affirmat, & quibus argumentis ducatur.*

4 *In successione in hoc Castellæ regno, nulla in linea collaterali admittitur repræsentatio, sed semper succedit proximior in gradu, præferendo masculum fœminæ, & maiorem natu, minori natu.*

5 *Locus non est repræsentationi in linea collaterali in maioratibus huius regni creatis ante legem. 40. Tauri.*

6 *In maioratibus huius regni, quando aliud institutor non disposuit, deficientibus omnino descendentibus vltimi possessoris, quo ordine, & quanta cum repræsentatione succedant collaterales illius.*

7 *Successionis is modus, ac repræsentationis, quantum à iure communi exorbitet.*

8 *Idem repræsentationis modus locum habet in vlteriori gradu, hoc est, in descendentibus ex patruis, & ex patruis magnis, & ita consequenter.*

9 *Idem succedendi modus & repræsentationis intelligitur, esto collateralis comparatione vltimi possessoris, neque descendens sit primi institutoris, neque etiam collateralis.*

10 *Repræsentatio lege. 40. Tauri in linea collaterali introducta, non est repræsentando solum gradum progenitoris, sed personã ipsam, locum illius cum omnibus suis qualitatibus subeundo, ad alios excludendum, quos parens ipse excluisset.*

11 *Qui repræsentando personam succedit, si repræsentatus incapax erat tẽpore mortis, ipse quoque incapax similiter est, & excluditur à maioratu: qui verò vocatus ipse succedit, vt in linea descendentium in hoc regno, & proximior*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mior in linea collaterali vltimo possessori, incapacitas progenitoris ipsi non nocet, si ipse incapax etiam non sit.

12 Successor in linea trãsuersali esse debet de stirpe instituentis maioratus, aut eius, in quo primò fuit institutus, vel de familia eorũdem. Si enim vltimo possessori detur proximior de aliena familia, vt fratrem solum vterinum, qui non sit de eiusmodi familijs, succedit qui de familia fuerit proximior, licèt, remotior in gradu vltimo possessori.

13 Successionis ordo explicatus in maioratibus, similiter seruatur in hoc regno in successionibus in feudis, capellis, emphyteusibus, iure patronatus, & in alijs similibus rebus, quæ in dubio ad vnum deueniunt.

In regno, & in alijs maioratibus, Castellæ, quousque collaterales succedant, admittendaq; sit repræsentatio in ea successione. Et num succedat proximior vltimo possessori.
Disp. 627.

NE longitudo disputationum tædium ac confusione pariat, hęc, & duæ sequętes disputationes, a præcedente separandę sunt. Quòd verò ad successionem in regno attinet. Lege. 2. titu. 15. part. 2. ex prima regni institutione tempore Pelagij, & ex consuetudine iuxta eam seruata vsque ad tempora editarum legum Partitarum, solùm comperimus dispositum, quòd deficientibus omnino successoribus in regno per lineã rectam descendentium, modo disputatione præcedente explicato, succedat in eo proximior consanguineus collateralis. Sic enim ea lex habet. *Pero si todos estos* (lineæ videlicet descendẽtium) *falleciessen, deue heredar el reyno, el mas propinquo pariente, que ouiesse, siendo ome para ello, no auiendo hecho cosa por que lo deuiesse perder.* Lege verò. 40. Tauri, quę est. l. 5. tit. 7. lib. 5. nouę collect. postquàm circa maioratũ in genere, quoad successionẽ descẽdentiũ, sic fuisset dispositũ; *En la succession del mayorazgo aunque el fijo maior muera en vida del tenedor del mayorazgo, o de aquel, a quien pertenece, si el fijo mayor dejare fijo, o nieto, o descendiente, legitimo, estos tales descendienter del fijo mayor por su orden* A *prefieran al fijo segundo del dicho tenedor, o de aquel, aquien el dicho mayorazgo pertenecia;* Post quàm, inquam, hæc quoad successionem descendentium disposita sunt, vt disputatione præcedente relatum, explanatũque est, protinus quoad successionem collateralium subiungitur. *Lo qual no solamente mandamos, que se guarde, y platique, en la succession del mayorazgo alos descendientes, pero aun en la succession de los mayorazgos a los trãsuersales: de manera, que siempre el fijo, y sus descendientes legitimos por su orden, representen la persona de sus padres, aunque sus padres no ayã* B *succedido en los dichos mayorazgos. Saluo si otra cosa estuuiere dispuesta por el que primeramente constituyo y ordeno el mayorazgo: que en tal caso mandamos, que se guarde la voluntad del que lo instituyo.*

Dubium verò non parui momenti est, num in successione collateralium in corona ipsa regni Castellę locum etiam habeat hæc repręsentatio lege hac. 40. Tauri constituta in successione collateralium in reliquis eiusdem regni maioratibus: quę sanè repręsentatio longè maior est, quàm ea, quæ de iure communi admittitur in successione in hereditatib⁹. Vt enim disputatione præcedente dictum est, soli filij fratrum defunctorum admittuntur ad successionem ab intestato cum patruis suis, fratribus eius, cui est succedendum, non verò nepotes: ad succedendum verò possessori maioratus, qui descendentibus caret, non solùm admittitur filius primogenitus, fratris maioris natu prædefuncti, & præfertur ceteris patruis, sed etiam admittitur nepos, filius illius, si pater ipsius sit etiam defunctus, quin & pronepos; imò verò, in defectum prolis masculinæ, admittitur filia talis fratris, & neptis, aut proneptis, quæ repręsentent antecessores suos iam antea defunctos.

In partem negãtem, quòd scilicet in successione collateralium in ipso Regno, locum non habeat repręsentatio, sed solùm succedat collateralis, qui re ipsa, atq; sinè vlla fictione, repertus fuerit proximior vltimo possessori, præferendo semper masculum eiusdem gradus, etiam iuniorem, fœminæ, & inter masculos, maiorem natu minori, atque inter fœminas, suaderi potest. Quoniam lex. 40. Tauri nullam de Regno fecit mentionem, sed de maioratibus. Et quoniam. l. 2. titu. 15. part. 2. peculiariter statuerat circa successionẽ in Regno vt, deficientibus omnibus descendentibus

tibus vltimi possessoris, succederet consãguineus superstes illi proximior (id enim significant verba illa; *el mas propinquo pariẽte, que ouiesse*) quod planè verè propinquiorem sonat ac significat, non verò per repręsentationem & fictionem. Præsertim cùm consentiat ius commune; quandoquidem disputatione præcedẽte est ostensum, regnum nõ esse hæreditatem, neque in eo succedi iure hæreditario, sed sanguinis, ac proinde locum non habere in eo repræsentationem, non solùm vltra filios fratrum in linea collaterali, sed nullam, de iure communi: quarè nulla admittenda est in vnoquoque loco in corona regni, nisi quatenus expresè ac dilucidè statuta comperiatur eo in loco corona regni.

Contrarium affirmat Molina lib. 3. de primog. c. 7. n. 17. iunctis ijs, quæ dixerat. c. 6. à. n. 4. & rursus. à. n. 23. Nempe, etiã in successione in corona huius regni, locum habere repręsentationem, etiam ad succedendum ex linea collaterali, eamque tam latam, quàm lata. l. 40. Tauri definita est; validumque ex ea lege esse argumentum à cęteris maioratibus ad regnum: sicut è contra, validum est argumentum, validumque erat ante eam legem Tauri, ex dispositione. l. 2. titu. 15. part. 2. à regno ad reliquos maioratus, quando aliud peculiariter non reperiretur dispositum circa aliquem eorum in particulari.

Argumentũ primũ. Ducitur, quoniã, non solùm reliqui maioratus (quando aliud circa aliquem corũ in particulari, non fuit à primo illius institutore expressum) censentur constituti ad exemplar, & iuxta leges & consuetudines supremi eorum, nempe regni; sed etiam lex. 2. titu. 15. part. 2. quanuis de solo regno videatur loqui, intelligenda est, etiam loqui (ex ipsius sentẽtia) etiam de alijs maioratibus, vt multis à. n. 4. citato probare conatur.

Secundum Item, quoniam lex. 40. Tauri nihil de nouo statuit, sed ad tollendas difficultates & præscindendas lites circa maioratus, ex his, quę de regno expressiùs erant statuta, & de reliquis maioratibus similiter intelligebantur, cõsuetudineque erat recepta, ad maiorem explanationem id totum expressit ac definiuit, quod in ea continetur. Leges quippe Tauri, nó correctorię sunt corũ, quę antea erãt de iure cõmuni Cęsareo, vel de iure regio, aut quę cõsuetudine erãt recepta, sed declaratorię, vt constat ex illis verbis proœmij earũlegũ. *Auian menester declaraciõ.* Et rursus. *Viessen y declarassen, lo que por ley en las dichas dudas se auia de guardar.* Qua de causa leges Tauri, non solum se extendunt ad dirimenda ea, quæ post illas facta sunt; sed etiam ad dirimenda ea, quæ ante eas sunt facta, & de illis iuxa eas est iudicandum, quando aliud legibus ipsis non fuerit expressum, vt habetur. l. 6. titu. 1. lib. 2. nouę collect. & disputatione præcedente relatum est. Quo fit, vt ea omnia, quæ. l. 40. Tauri sancita sunt circa successionem in maioratibus, etiam in linea transuersali, similiter intelligenda sint circa successionem in regno, validumque sit ex ea lege argumentum à maioratibus ad regnum.

His tamen non obstantibus, arbitror, 4 partem negantem dubij propositi omnino esse veram, non solùm propter validum illud argumentum in illius confirmationem à nobis supra cõfectum, sed etiam propter hæc alia. In primis, quoniam in ipsa institutione regni, & modi successionis in illo, nõ per electionem, sed iure sanguinis, quæ tempore Pelagij ab ipsamet republica facta est, & quæ. l. 2. titu. 15. part. 2. fuit expressa, sanè nulla repræsẽtatio in linea collaterali sancita fuit, vt ex ipsamet. l. 2. citata perspicuè constat, nedùm tanta, quantam postea. l. 40. Tauri in linea collaterali constituit, vtens verbo, *mãdamos, que se guarde y platique aũ en la succession de los mayorazgos a los transuersales*, tanquam rem de nouo ea lege statueret, & non quasi explicaretur quid res ipsa haberet, secluſa ea dispositione ac lege. Princeps autem, consiliarijque ipsius, nihil de nouo possunt statuere circa successionem in regno à republica ipsa statutam, aliquid augendo, aut minuendo, vel etiam declarãdo, quo ius vni tribuatur, aut ab alio auferatur, etiam in posterum, sed id ad rempublicam totam spectat, antequàm alicui ius acquiratur, & neque respublica ipsa id potest, postquàm iam ius fuerit alicui quæsitum vi primæ regni institutionis. Quarè, esto lex. 40. Tauri intendisset comprehendere regnum ea sanctione (quod tamen est falsum) sanè id omnino esset inualidum. Deinde, quoniam ex postrema parte eiusdem legis. 40. Tauri liquidò cõstat, eam sanctionem locum non habere in successione in ipso regno, esto in ea lege nomine maioratus regnum etiam comprehenderetur: ea enim pars sic habet: *Saluo si otra cosa estuuiere dispuesta por el que primeramente constituyo y ordeno el mayorazgo; que en tal caso que-*

remos

Universidad de Deusto
Biblioteca

remos, que se guarde la voluntad del que lo instituyo. Porrò respublica constituens regnũ hoc Castellæ, & modum successionis in illo in principio statuit, vt, deficiẽtibus omnibus successoribus descendentibus vltimi possessoris, succederet is, qui illi reperiretur proximior in linea collaterali, vt habet. l. 2. titu. 15. part. 2. ac proinde ea ipsius tunc voluntas est seruanda, iuxta vltimam partem legis. 40. Tauri, & non, quod in secunda parte eiusdem legis circa repræsentationem in linea collaterali est dispositum: quoniam ea intelligitur solùm, quando aliud à principio non fuit dispositum.

Ad primũ argumen. Ad primum verò, vnde Molina ducitur ad suam amplectendam sententiam, constendum est, reliquos maioratus ad exemplar regni huius fuisse constitutos, atque iuxta leges illius, quando aliud non est expressum; negandum tamen est, eam legem 2. de alijs maioratibus, quàm de regno, loqui, neque id conuincunt, quæ Molina. à. n. 4. citato adducit: tametsi faueant, vt instar illius, reliqui maioratus censendi sint instituti, atque iuxta leges de regno latas, quando aliud non est expressum. Et quanuis id totum admitteremus, nihil pugnaret contra nos: quoniam solùm inde colligeretur, validum esse argumentum ex lege illa secunda de regno ad alios maioratus, quando aliud non esset expressum, quod nos non negamus.

Ad secundum. Ad secundum negãdum est, legem. 40. Tauri nihil de nouo statuisse: id enim, quod de repræsentatione illa tam lata in linea collaterali statuit, ac præcepit, vt deinceps seruaretur in successione in maioratibus, quando aliud circa eorum aliquem nõ fuisset expressũ, procul dubiò de nouo sancitum fuit: cùm, neque de iure communi, neque de iure regio, fuerit vnquam antea auditum, aut constitutum, etiam in hæreditatibus; neque comperiatur aliquem ex doctoribus talis vnquam fuisse opinionis: ad præscindendas quippe difficultates, & lites, & ad æquandum, saltem per repræsentationem, modum succedendi in maioratibus in linea transuersali, cum modo succedendi in linea descendentium, fuit de nouo constitutum, ac præceptum, vt seruaretur, quando aliud non fuisset expressum in prima maioratus institutione. Ad id verò, quod vlteriùs subiũgitur, dicendum est. Quanuis leges Tauri maxima ex parte sint declaratoriæ, ita tamen esse declaratorias, vt non præcisè declarent, quid iuxta antiquiora iura, & consuetudines, sit dicendum, sed etiam, pro potestate, quam idem legislator, habet, statuant innouando, addendo, ac minuendo. Atque de eiusmodi declaratione sermo est illis verbis. *Auian menester declaracion*: quod satis innuunt illa alia verba; *viessen y declarassen, lo que por lei* (noua scilicet, quę cõderetur) *en las dichas dudas se auia de guardar.* Circa id verò, quod vlterius subiungitur, iam luce clariùs est ostensum, secundam partem eius legis. 40. non comprehendere regnum hoc Castellæ, vtpote exceptum postrema parte: quarè ex. l. 6. titu. 1. lib. 2. nouæ collect. non sequitur, eam secundam partem legis. 40. Tauri locum habere, etiam in hoc Castellę regno ante eam legem constitutõ, aut eam partem declarationem esse legis. 2. titu. 15. part. 2. quoad illa verba. *Pero si, todo esto fallecieſſen, deue heredar el reino el mas propinquo pariente, que ouieſſe.* Sanè ea secunda pars legis. 40. Tauri locum absque vllo dubio habet in maioratibus post eam legẽ institutis: quoniam princeps, ad præscindendas lites, & difficultates, potuit disponere, vt maioratus, qui deinceps instituerentur, ita censerentur instituti, relicta potestate institutoribus, vt, si aliud seruari vellent circa maioratus, quos deinceps instituerent, id exprimerent, & staretur ipsorum dispositioni ac voluntati.

Vtrum autem locũ etiam habeat in maioratibus priuatorum ante eam legem creatis, an potiùs sit de illis iudicandum, vt de regno hoc Castellæ, ad cuius exemplar, & iuxta cuius leges censendi absque dubio fũt instituti, secluſa ea posteriori lege Tauri, quando institutores aliud non expressêrunt, ita scilicet, vt nulla sit repræsentatio in linea collaterali ad succedendum in illis. Certè non modicam continet difficultatem. Et quòd in illis locum habeat secunda pars legis. 40. Tauri, persuadere videtur. l. 7. titu. 1. lib. 2. nouæ collect. Contrarium nihilominùs mihi videtur longè æquius, & probabilius: quoniam princeps, sinè causa vrgente, mutare non potest antiquas institutiones maioratuum, auferendo ius ab eis, qui iuxta eas successuri erant in eis maioratibus, & tribuendo illud alijs, atque infringendo, & cassando, dispositiones, & voluntates ea in parte eorum, qui maioratus instituerunt: nulla autem erat ratio sufficiens, qua princeps lege illa Tauri, id efficeret circa maioratus antea institutos:

tos: quarè dicendum arbitror, secundam illam partem legis. 40. Tauri, intelligendam esse solùm de maioratibus post ipsam creandis. Lex verò. 6. titu. 1. lib. 2. nouæ collect. intelligenda est, regulariter, & quando inde non sequeretur iniquitas & iniustitia; vt in re proposita sequeretur: talis enim casus per Epicheiam legum interpretem, intelligendus est exceptus ab ea lege: quoniam, si lex illum intenderet comprehendere, æqua sanè non esset, vimque proinde legis, quoad eum, non haberet.

6 Quod ad eandem secundam partem legis. 40. Tauri, circa reliquos maioratus, qui regnum non sunt, attinet, obseruandũ est. Illam perspicuè admittere repræsentationem in linea collaterali ad succedendũ vltimo possessori, quando desunt omnino descendẽtes ex illo, qui succedere possint. Quarè, si sint multi collaterales talis vltimi possessoris, ad discernendum, quis eorum succedere illi debeat in tali maioratu, quando aliud in successione eius non statuit primus illius institutor, attẽdendum est, num ille habeat, aut habuerit, fratres. Et quidẽ, si superstes sit frater masculus maior natu comparatione cæterorum, is, sinè vlla repræsentatione, illi succedit, vt coniunctior ipsi præ cæteris. Si verò sit defunctus, & reliquit sobolẽ, tunc si filius masculus maior natu illius, inter filios masculos, sit superstes, is succedit, repræsentando personam patris sui, & excludit patruos omnes, proximiores in gradu possessori vltimo, quàm ipse sit. Quòd si is filius mortuus etiam sit, relicta sobole, filius similiter eius succedit, repræsentando personam patris, & aui, & excludit reliquos omnes. Et ita consequenter, descendens vlteriùs masculus, in defectum huius, succederet, repræsentando personas patris, aui, & proaui. Itaque, mortuo vltimo possessore maioratus sine descendentibus, attendendum est, quis fratrum ipsius fuerit illi coniunctior, præferendo semper masculos fœminis, & inter masculos, iudicando maiorem natu coniunctiorem defuncto, quam minorem, & similiter, inter fœminas. Et semper coniunctior hoc modo, præfertur cæteris fratribus si exstat. Si verò non exstat, & sobolem relinquat, singuli de ea sobole, repræsentando personam illius, præferuntur cæteris fratribus defuncti, & toti illorum soboli. Ita quòd, si habuit filium masculum maiorem natu cæteris, hic rursus, & tota soboles ipsius, eodem modo præferatur cæteris; ipse quidem, repræsentando patrem suum, & soboles suo ordine, præponendo masculos eiusdem gradus fœminis, & maiorem natu eiusdem sexus minori, repræsentando patrem & auum, præferatur cæteris, tam patruis, fratribus patris sui, quàm patruis magnis, fratribus aui sui. Et ita consequenter eo modo, quo in linea descendentium disputatione præcedente est explicatum, semper sobolem totã eius, qui ad maioratum vlterius vocatur immediatè, præferri reliquis in linea descendentium ex eodem vltimo possessore. Atque hoc plane est, quod perspicuè intendit, & disponit, secunda pars legis. 40. Tauri collata cum prima eiusdem legis parte.

Hinc intelliges, secundam partem legis. 40. Tauri, esse non maiorem statueret repræsentationem in linea collaterali, quàm de iure communi statuta sit in successione iure hereditario, multum exorbitare à iure communi. In primis enim, ius commune solùm admittit repræsentationem in hereditatibus: hæc verò lex eam admittit in maioratibus, in quibus, non hæreditario, sed sanguinis iure, atq; ex pacto & prouidentia, succeditur. Deinde, ius commune in linea collaterali solùm admittit repræsentationem vsque ad filios fratrum prius defunctorum: hæc verò lex eam extendit ad nepotes & ad omnes alios fratrum descendentes. Item de iure communi non reperitur repræsentatio ad excludendos patruos, sed solùm ad succedendum æqualiter cum ipsis (non tamen omnino æqualiter, sed patruis succedentibus per capita, & alijs solùm per stirpem) nisi consobrini sint filij fratrum ex vtroque latere coniunctorum, & patrui sint fratres ex altero tantùm latere coniuncti; nam tunc consobrini eos omnino excludunt, vt disputatione præcedente dictum est: hæc verò lex admittit repræsentationem ad omnino excludendum à successione in maioratu patruos ex vtroque latere coniunctos, vltimo maioratus possessori. Præterea, iuxta Azonis, & veriorem sententiam, ius commune solùm admittit, vt consobrini repræsentent patres suos ad succedendum vnà cũ patruis in hereditate defuncti: secus autẽ, vt soli cõsobrini, filij diuersorũ fratrũ, succedant patruo: nã tunc non succedunt in stirpes repræsentãdo patres suos, sed succedũt per capita, idq; in successione

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessione in hæreditatibus est lege definitum in hoc Castellę regno, vt disputatione præcedēte dictū est: hæc verò lex Tauri repræsentationē admittit ad succedendū in maioratu, etiam si nulli superstites sint fratres vltimi possessoris maioratʾ, sed soli cōsobrini ex multis fratribus: atq; adeò, si ex fratre maiori defuncti superstes sit vnus filius minor natu, quàm sint filij ex alijs fratribus, aut superstes sit sola filia, illa repręsentādo patrē suū, fratrē maiorē defūcti, excludit à maioratu filios masculos, etiā natu maiores aliorum fratrum minorū defūcti: cùm tamen si locū non haberet repræsentatio, filij masculi minorū fratrū, excluderent fœminā illā, filiam fratris maioris, etiā si essent natu minores, quàm illa, & filij maiores ętate fratris defuncti natu minoris, excluderent filium masculum minorē natu fratris natu maioris defuncti: quādo quidem in successione in maioratu, quādo locum nō habet repræsentatio, ex ijs, qui partes sunt gradu, masculus, etiā minor natu, præfertur fœminæ: &, inter masculos, qui maior est natu, præfertur minori natu.

A

B

C

Dubium. 8 Dubium est, vtrum, iuxta eandē secundam partem legis. 40. Tauri, admittēda sit repręsentatio, ad succedendū in maioratu, in vlteriori gradu, quàm fratrū. Vt, si possessor maioratus, nec fratres habeat, nec descēdētes ex fratribus, habeat tamē patruos; vtrum, ad succedēdū in eo maioratu, filius patrui, natu maioris defūcti, aut, in defectū filij, filia maior talis patrui, repręsentet patrē suū, & excludat reliquos patruos, & sobolē ipsorū: & similiter nepos, aut neptis, talis patrui maioris defūcti, repręsentet patrē suū defunctū, & auum, ad excludendos patruos, & sobolē reliquā eorū. Eodē modo, si is possessor maioratus, neq; patruos habuit, habuit tamen plures patruos magnos, fratres aui sui, num filius patrui magni maioris natu defuncti, aut filia, in defectū filij, repræsentet patrē suū, & excludat reliquos patruos magnos, & totā eorū sobolē.

D

Decisio. Ad hoc respondendū arbitror affirmāter: quoniā ea secunda pars de linea tota collaterali loquitur indistinctè, vt, quādocunq; pater auus, aut proauus, alicuius, si superstes esset, successurus in maioratu esset vltimo illius possessori, & excluſurus erat reliquos, filius eius, &, in eius defectū, nepos, &, in defectū nepotis, pronepos, & ita consequēter, repræsentēt personas suorū antecessorū defunctorū, perindeq; succedāt, reliquosq; excludant, atq; succederēt, & excluderēt illi, quorū personas repręsentant: vbi enim lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: præsertim quando dispositio tota à iure cōmuni exorbitat. Consentit Molina lib. 3. de primog. c. 7. n. 11. in calce conclusionis. 5. tametsi addat, deliberandū de hoc esse, quando casus cōtigerit.

Dubitant doctores, vtrum trāsuersales, de quibus secunda pars legis. 40. Tauri loquitur, ita debeāt esse transuersales vltimo maioratus possessori, cui est succedendum, vt nihilominùs esse debeant descendentes primi maioratus institutoris: an verò satis sit, si trāsuersales etiam sint comparatione institutoris. Ad quod dicendum est intelligendam esse de quibuscunq; transuersalibus vltimo possessori, siue descendentes sint primi institutoris, siue non, sed transuersales, aut etiam prorsus extranei. Lex enim illa absolutè, & absq; vlla distinctione loquitur de successione trāsuersalium: quod proculdubiò intelligendū est, vltimo possessori, vt satis lex ipsa innuit: & quoniā lex. 2. tit. 15. part. 2. de transuersali proximiori cōsanguineo vltimo possessori regni loquitur: & de eodem transuersali est eodē modo intelligenda lex. 40. Tauri: præsertim cùm reliqui maioratus, quoad heri possint, cēsendi sint creati instar regni, vt sæpe dictum est. Cum itaq; lex illa de successione in linea transuersali loquatur, & admittat in ea linea, & successione, absolutè, & sinè restrictione, repræsentationē, vtiq; neq; nos restringere, & distinguere debemus. Vnde, si primus maioratus institutor instituit maioratum in fratre, aut in filio fratris, quòd ipse descendentibus careret, certè, quādo aliquis possessor eius maioratus, tēporis progressu, descendentibus careret, is institutor vocasse est censendus collateralem talis descendentis, esto collateralis etiā esset, & non descendens, primi ipsius institutoris. Si item maioratū instituisset in extraneo, & tandem maioratus deueniret ad possessorem, qui descendentibus careret, vocasse esset censendus collaterales eius possessoris: qui tamen (sicut & reliqui antecessores possessores eius maioratus) esset extranei prorsus cōparatione institutoris. Rem hanc disputant copiosè Couar. de pract. qq. c. 36. n. 10. Molina vbi supra. n. 8. & Acosta de successione patrui & nepotis, part. 2. à. n. 29. &. 3. part. n. 59. nobiscumq; consentiunt, tametsi non loquātur de collaterali comparatione vltimi possessoris, qui comparatione primi institutoris, neq; descen-

dentis, neque collateralis sit, sed prorsus extraneus. Plurimi autem, quos pro cōtraria sententia Couar. refert, non loquuntur de repræsentatione iuxta legē. 40. Tauri, sed iuxta commune ius, ac proinde nobis non aduersantur.

A

10 Molina. 3. libr. de primog. c. 6. à. nu. 48. quanuis ad aliud institutum, atque aliter; optimè tamen ponderat verba illa secūdæ partis legis. 40. Tauri; *De manera que siempre el fijo, y sus descendientes legitimos por su ordē, representen la persona de sus padres, aunque sus padres no ayan sucedido en los dichos mayorazgos.* Non enim dixit, *representē el grado de sus padres*: id quippe satis non esset, vt fœmina descendens ex illo, qui, si superstes esset, excluderet fratrē suū natu minorem, ipsa, repręsētādo gradū patris sui, excluderet eū dē suū patruū, fratrē patris sui: cùm, propter sexū, & maiorē ętatē, adhuc patruus illā excluderet. Sed dixit, *representen la persona de sus padres*, ipsā scilicet sustinēdo, locū ęque illius, cum omnibus illius qualitatibʾ, subeūdo, ad effectū excludēdi omnes, quos is parēs, si superstes esset, excluſisset. Atq; hac de causa in hoc Castellæ regno, filia vnica fratris iam defuncti vltimi possessoris maioratus, excludit à successione eius maioratus, patruos suos omnes masculos, subeundo personam patris sui: & nepos similiter, subeūdo personas patris sui, & aui, antea defunctorum, eosdem patruos suos magnos excludit.

B

C

11 Illud magnopere est obseruandū. Aliud esse, quempiā succedere in maioratu, tanquam vocatum ad successionē ipsamet institutione, eo pacto, quo in hoc Castellæ regno disputatione precedente explicatū est, vocari ordine quodā descendentes vltimi possessoris, quin &, in defectū descendentium omnium, vocati proximiorē cōsanguineum vltimi possessoris: aliud verò succedere repręsentando personā alterius, qui, si superstes esset, succederet in eo maioratu, eo modo, quo in linea collaterali disponitur secunda parte legis. 40. Tauri, & paulò ante explicatū est. In priori enim euentu, incapacitas antecessoris, qui succedere debebat immediatiùs, vt patris prędefuncti, nisi sit ex delicto, quòd filiū, vnà cum patre, incapacem ad succedendum in eo maioratu efficiat, non nocet posteriùs vocato ad eum maioratum. Quoniā is posterior, neque accepit maioratum ab eo immediato antecessore, neque ad illum ab eo vocatur, neque succedit in illo repræsentando, & subeundo personā illius ex legis, aut institutoris, dispositione; sed accipit illū à primo institutore, ex vocatione q; illiʾ atque ex sua propria persona, quæ ab institutore, post illū antecessorem, aut in defectum illius, vocata immediatè fuit: qua de causa ipsi non nocet incapacitas antecessoris. In posteriori verò euentu, quia solùm succeditur repræsentando, & subeundo personam alterius, qui succedere deberet, si esset superstes, vtique, si ille contraxit inhabilitatem, ob quam, esto viueret, non posset succedere, sanè, quanuis in vita sua fuerit aliquando capax talis successionis, descendentes illius non succedent in eo maioratu, repræsentando personam illius, vtpote incapacem ad succedendum in eo, esto viueret. Neque enim per repræsentationem potest quis plus iuris comparare, quàm haberet is, cuius personam repręsentat. Obserua tamen, esto aliquis, quando mortuus est, relicta sobole, relinqueret alium, qui ipsum præcederet in successione in eo maioratu, totamq; proinde sobolem ipsius; si tamē is præcessor moreretur sinè sobole, nihilominùs sobolē illius alterius prædefuncti, repræsentando ipsum prædefunctum, excludere posse fratrem alium vltimi possessoris. Vt si vltimus possessor careat sobole, & habeat tres fratres; mediusque eorū, relicta sobole, moriatur, & posteà moriatur sinè sobole primus illorum trium fratrum; ac posteà moriatur possessor ipse maioratus; vtique soboles secundi fratris, ipsum repræsentando, excludet tertium fratrem, esto secundus frater nunquam, dum viueret, habuerit ius ad succedendū in eo maioratu, nisi in spe, & dependēter ex eo, q; frater maior natu moreretur sinè sobole ante ipsum. Vt enim soboles ipsius succedat posteà in maioratu, ipsum repręsentando, excludatq; fratrem natu minorem, satis est, quòd mortuus fuerit capax illo modo successionis, ita quòd, si ipse viueret tempore mortis fratris maioris, ipse succederet in eo maioratu.

D

Illud etiā est obseruandū, vt in linea transuersali succedat in maioratu proximior consanguineus vltimi possessoris, aut alius ipsius descendens, eum repræsentando, necesse esse, vt sit de stirpe eius, qui maioratum instituit, aut, in defectum descendentiū ex institutore, vt sit collateralis illi; vel, si maioratus institutus fuit in aliquo collaterali aut in aliquo prorsus extraneo institutori, necesse est, vt qui successurus

12

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in linea collaterali, vltimo possessori, A
tanquam proximior illi, aut repræsentando proximiorem, sit de stirpe eius, in quo maioratus fuit institutus, aut illi collateralis: alioquin, si sit de alia stirpe, esto proximior sit vltimo possessori, non succedit in eo maioratu, sed succedit proximior de stirpe institutoris, aut de stirpe eius, in quo maioratus fuit institutus. Verbi gratia, si vltimus possessor maioratus ducat eam vxorẽ, quæ habebat filium ex priori matrimonio; & suscipiat ex ea filium primogenitum talis possessoris maioratus; atq; decedat, relicto eo filio suo primogenito, qui succedit in maioratu: si talis primogenitus moriatur sinè prole, non succedit illi in eo maioratu frater suus vterinus, esto sit illi proximior, quàm cæteri ipsius consanguinei; eōq; non sit de familia institutoris, neq; de familia eius, in quo primò fuit institutus is maioratus, sed de alia familia; sed succedit proximior vltimo possessori, qui sit de familia institutoris, aut eius, in quo maioratus est institutus, vt patruus aliquis, aut patruelis, vel alius, qui de ea familia repertus fuerit ei proximior. Ita Molina lib. 3. de primog. c. 9. n. 2. idó; ex se est satis notum.

13 Quæ dicta sunt hac, & præcedente disputatione, circa ordinem succedendi in maioratibus huius Castellæ regni, similiter intelligenda sunt in successione in feudo, emphyteusi, anniuersarijs, seu capellis, aut iurepatronatu, quãdo hæc in modum maioratus instituta, aut cõcessa sunt, vt indiuisa de vno in alium deriuentur in familia aliqua. Ita Couar. de prac. qq. c. 38. n. 13. §. penult. Molina lib. 3. de primog. c. 6. n. 41. & c. 3. nu. 19. & lib. 1. c. 1. n. 26. & 27. Quid autem dicendum de iure communi, & Lusitano, infra explanabitur.

SVMMARIVM.

1 IN *fideicommissis familiæ relictis succedunt proximiores vltimo possessori, licèt remotiores sint instituori. Idem de successione in regno & in maioratibus, seruata in hoc regno repræsentatione in eo statuta.*

2 *Vltimo maioratus possessori si quis probet se esse cognatum in certo gradu, & dicat ipsum esse proximiorem in gradu, non ad ipsum spectat id probare, sed ad alios probare pertinet, eum non esse proximiorem.*

3 *In fideicommisso familiæ relicto, siue particulare sit, siue vniuersale, locus non est repræsentationi.*

Num vltimo maioratus possessori succedere debeat consanguineus ipsi proximior, an verò proximior maioratus institutori. Idem de fideicõmisso familiæ relicto. Et num in eo locum habeat repræsentatio. Disp. 628.

DVbium quod sæpe in præcedentibus dictũ est, nẽpe Quæstio.
B proximioré vltimo possessori maioratus, debere in maioratu succedere, quando aliud in institutione non fuit expressum, esto alius reperiatur, qui proximior maioratus institutori sit; modò tamẽ is nõ sit de extranea familia institutori, aut ei, in quo maioratus fuit institutus; est hoc loco, antequàm ad alia transeamus, examinandum, an verum sit.

Pars, quæ negat, suaderi potest. Primò, Arg. 1.
quoniam is, qui, post vltimum maioratus possessorem, vocatur ad maioratum, non vocatur ab vltimo possessore, sed ab institutore, neq; accipit maioratum ab vltimo
C possessore, sed ab institutore, vt sæpe in præcedentibus dictum est; mentiq; primi institutoris est standum, quem intenderit, post vltimum possessorem, succedere in eo maioratu: cùm ergo credendum sit, magis dilectum fuisse institutori sibi propinquiorem, quàm remotiorem, esto propinquior esset vltimo possessori, eumq; proinde potiùs ad eum maioratum vocasse; cõsequens est, vt in eo euentu proximior institutori, non verò proximior vltimo possessori, succedat in maioratu.

Secundò, quoniam, quando fideicõmis- Secundum.
D sum à testatore relictum fuit familiæ, nominatis tamen aliquibus in particulari, qui illud primò obtinerẽt, sic ait Modestinus. l. cùm ita legatur. §. in fideicõmisso. ff. de legatis. 2. *In fideicommisso, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem eius admitti possunt* (id est, debent) *qui nominati sunt, aut post eos omnes extincti* (vnde colligũt doctores, quos Couar. de pract. qq. c. 38. n. 4. §. 6. refert ac sequitur, eos omnes inuicè fideicommissariè c ẽseri substitutos, vt fideicõmissũ ad alios nõ trãseat, antequàm omnes sint extincti) *qui ex nomine* (id est, ex familia) *defuncti fuerint eo tẽpore, quo testator morietur:* & (admitti scilicet debẽt) *qui ex his*, id est, qui inter eos, *proximo gradu procreati sũt, nisi specialiter desti-*
tus

tus ad vlteriores voluntatem suam extenderit. A
Vbi vides, relicto fideicommisso familiæ, nominatis aliquibus, qui primo loco illud obtineant, non succedere his possessoribus eos de familia testatoris, qui ipsis sint proximiores, sed qui proximiores sint testatori, tempore, quo ille mortuus est, quãdo testator aliud in particulari non expressit: ergo idẽ erit dicendũ in successione in maioratu, vt scilicet nõ succedat vltimo possessori, qui illi proximior fuerit in gradu, sed qui proximior in gradu institutori fuerit.

Confir. Confirmatur, quoniam, vt constat ex. l. vlt. C. de verb. sig. iuncta glossa ibi verb. post eos, in fideicommisso familiæ relicto, B succedunt, qui sunt de familia tanquã cognati testatori eo ordine, quo eidem succederent ab intestato: ergo eodem modo in maioratu succederent institutori, qui proximiores ipsi fuerint in gradu, ac si eidem succederent ab intestato.

Propter coniunctionem vnius quæstionis cum alia, dicendum primo loco est de fideicommisso familiæ relicto, non in modum maioratus, sed vt diuidatur ordine quodã semper inter proximiores in gradu de ea familia, ita vt à proximioribus in gradu deriuetur ad alios proximiores, modo disp. 577. explicato. Quæritur verò, C vtrũ in eo fideicõmisso succedere debeant proximiores vltimo possessori; an verò testatori, quando duo aliqui, aut plures, reperti fuerint, vnus proximior vltimo possessori, & alter testatori. Cõmunior, vt videtur, doctorum sententia, quam refert Molina lib. 1. de primog. c. 6. n. 46. & quam refert ac sequitur Couar. de pract. qq. c. 38. à n. 1. propter rationes propositas, asseuerat, succedere proximiores testatori, non verò vltimo possessori, quando aliud non constat de voluntate testatoris. Omnes enim consentiunt, in eiusmodi dispositionibus, D semper ex ipsismet, attentis omnibus circunstantijs concurrentibus, expendendum esse, quæ fuerit voluntas disponentis; & quidem, si illa deprehendatur, sufficienterve colligatur, illi esse standum. Quando verò aliunde neutra pars deprehenditur fuisse voluntatem illius, communior doctorum sententia, vt dictum est, asseuerat, succedere proximiorem testatori.

Contrariũ verò affirmant alij quàmplurimi, quos Couar. vbi supra refert, & quos referunt ac sequuntur Molina vbi supra. n. 47. & lib. 3. c. 9. n. 1. & à n. 11. Iul. Clarus. 3 lib. sent. §. testamentũ. q. 76. n. 14. Gama de cis. 354. n. 9. Aluar. Valas. de iure emphy. q. 50. n. 34. nẽpe succedere proximiorẽ vltimo possessori, esto alius proximior sit testatori.

Vt verò vtranque quæstionem simul expediamus. Quod ad maioratus attinet, Couar. c. 38 citato. n. 6. & 10. consentit, succedere in maioratu proximiorem vltimo possessori, tam in linea descẽdentiũ, quàm, non existentibus descendentibus, in linea transuersali, admissa semper ea repræsentatione, tam in linea descendentium, quàm in transuersali, quam lex. 40. Tauri in prima, & in secunda sui parte, admittit ac statuit. Neque successionem in maioratibus legibus aliarum successionum, etiam in fideicommissis familiæ relictis, statutis, esse arctandam. Idem autor ibidem. n. 3. §. secunda conclusio (quem refert, & explicat Molina. c. 9. citato. n. 1. meritò affirmans, omnes in eo conuenire) ait, si fideicommissum relictum sit familiæ, atque via recta descendat à testatore per lineam descendentium à filijs ad nepotes, & à nepotibus ad pronepotes, & ita in infinitum, verum esse in eo fideicommisso, dum ita deriuatur, proximiorem vltimo possessori succedere in eo, esto sit alius proximior testatori. Quoniam fideicommissa descendentibus ab ascendentibus relicta cum grauamine, vt alteri restituantur, semper habẽt eam tacitam conditionem, si ita grauatus sinè liberis decesserit, iuxta. l. cùm auus. ff. de condit. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inst. & substit. & l. 10. titu. 4. part. 6. dictumque est disputatione. 190. Quod verò attinet ad maioratus Hispanos, notissimum est, succedere semper proximiorem vltimo possessori, esto remotior sit institutori, seruato semper in hoc Castellæ regno, quoad lineam descendentium, ordine præscripto. l. 2. titu. 15. part. 2. & prima parte legis. 40. Tauri; & quoad transuersalem in ijs maioratibus, quæ regnũ non sunt, seruata repræsentatione, secunda parte legis 40. Tauri statuta. Primum probant apertè duo iura citata. Secundum verò, quod ad regnũ attinet, probat perspicuè lex. 2. citata illis verbis. *Pero si todos fallecieſſen* (descendentes scilicet ex vltimo possessore) *deue heredar el reyno el mas propinquo pariẽte*, eidẽ videlicet vltimo possessori, vt ex se, & ex cõtextus ordine liquet. Et quoniã primus regni instituator fuit Respublica ipsa, & nõ Rex aliquis: vnde bino potest esse fermo de propin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quiori regni institutori. Idé non minùs per A
spicuè probat lex. 9. titu. 1. p. 2. illis verbis:
*o algunos de los otros, que son mas propinquos
parientes a los Reyes el tiempo de su fallecimien-
to.* Hæc eadem iura idem probant de reli-
quis huius Castellæ regni maioratibus, ar-
gumento à regno ad cæteros maioratus, tã-
quam ab exemplari & primo omniũ, ad cuius
normã censentur alij instituti, quãdo aliud
non est expressum. Idem etiam probat se-
cunda pars legis. 40. Tauri, quæ insuper sta
tuit, quanta nihilominùs repræsentatio in B
ea collaterali linea sit admittenda. Rex itẽ
Sebastianus in Lusitania. l. 13. tit. 1. part. 6.
declarauit ac statuit, vt in maioratibus, qui
non essent de bonis coronę regni (in illis
enim solum succedunt filij masculi vltimi
possessoris, iuxta legem mentalem) succede
ret proximior consanguineus vltimo pos-
sessori, quando institutor maioratus aliud
non expressit. Sic enim lex illa habet. *Orde-
nou el Rey nosso senhor, que de aqui em diante
nos morgados, e bẽes vinculados de qualquer qua-
lidade, succeda o parente mais chegado ao vltimo
possuidor, quando o primeiro instituidor não de-
clarar, ou dispuser, em outra maneira. E na succes-
são dos bẽes da coroa, não haverá lugar esta ley,* C
*e se guardara a cerca disso a disposição das orde-
nações e das doações dos taes bẽes.*

Hæc sententia, quę communis est in ma
ioratibus, vsuq; in Hispanijs recepta, vt re-
ferunt ac sequuntur Molina de primog. c.
6. n. 47. & lib. 3. c. 9. & Aluar. Valas. nu. 34.
citato, confirmatur à Molina in fideicom-
missis familiæ relictis, his ferè rationibus,
paulò amplius ànobis corroboratis. Primò,
quoniam, si in maioratus successione, aut in
fideicommisso familiæ relicto, attendenda
esset proximitas, non comparatione vltimi
possessoris, sed comparatione primi institu-
toris, aut testatoris, id sanè, ex communi-
ter euenientibus esset impossibile vt de-
prehenderetur ac sciretur, vel certè esset
adeò difficile, vt, moraliter loquendo, im-
possibile iure optimo posset appellari: quare
id irrationabiliter, ac perniciose esset sta
tutum; quod de nullo prudente ac probo
institutore est præsumendum: quo fit, vt,
ad euitandum tantum absurdum, creden-
dum non sit, eam fuisse instituentium men
tem, sed per Epicheiam contrarium sit ar-
bitrandum, & amplectendum. Quod au-
tem id absurdũ sequatur, facilè patet, quo-
niam in maioratibus, aut in eiusmodi fidei-
commissis, institutis retro à ducẽtis annis,
aut supra, omnino sciri non potest, quis sit
proximior primo institutori: eò quòd ad id
necesse esset scire & computare generatio
nes omnes, quę ab illo, mediantibus singu-
lis illius filijs, & mediantibus alijs remotio
ribus descendentibus, profluxerunt, quod
esset impossibile: præsertim cùm, interim
dum successio esset per lineam directam
ex vltimo possessore, succederet proxi-
mior in eo ordine vltimo possessori, esto
remotior esset à primo institutore, vt dic-
tum est, & solùm quando esset transitus
ad collateralem (quod longè ratiùs euenit)
esset facienda supputatio illa, vsque ad pri-
mum institutorem, vt intelligeretur, quis
esset illi proximior: quod omnino esset im
possibile. Et quanuis in his maioratibus,
qui de nouo instituuntur, interim dum nõ
longiùs progrediuntur generationes, dif-
ficile non esset deprehendere, quis esset
proximior consanguineus primo institu-
tori; temporis tamen progressu, esset om-
nino similiter impossibile; ac proinde ab-
surdum illud locum habet in omnibus ma-
joratibus ac fideicommissis familię relictis.
Et multò magis habet locum in fideicom-
missis, in quibus fideicommissum semper
diuiditur inter omnes, qui pares sunt in
gradu post vltimum possessorem: qua de
causa esse debent multi vltimo possessо-
res, eò plures, quò longiùs progressæ fue-
rint generationes: quarè incipiendo à sin-
gulis, difficiliùs computarentur generatio-
nes, vt deprehenderetur, quis, tanquam
proximior consanguineus testatori, vnicui
que eorum succederet, in portione eius fi-
deicommissi, quæ ad ipsum deuenit. Se-
cundò, quoniam, licèt (quando fideicom-
missum relinquitur familiæ exprimendo,
vt ante omnes succedant in eo certi desig-
nati, & posteà succedãt, qui sunt de familia, D
non exprimendo, qui ante quos) succe-
dant ex ijs, qui sunt de familia, nõ qui pro-
ximiores sunt illis designatis, sed qui in
primo, proximiorive, gradu sunt testatori,
vt habetur. l. cùm ita legatur. §. in fideicom
misso. ff. de leg. 2. posteà tamen succedunt,
qui sũt de familia gradatim eo ordine, quo
succeditur ab intestato, vt habetur. l. vlt. C.
de verb. signif. & affirmant glos. §. in fi-
deicommisso. citato, verb. moreretur, &
Doctores communiter: in successione au-
tem in ordine ab intestato, semper atten-
ditur proximitas comparatione vltimi pos
sessoris. Tertiò, quoniam eadẽ affectione,
qua institutor motus fuit, ad præferen-
dum vltimum, aut vltimos possessores, cę-
teris,

ęris, est præsumẽda, vt censeatur alijs præ- A
ferre, qui fuerint proximiores vltimis pos-
sessoribus, si aliud non expressit: quæ ratio
concludit necessario in ijs, qui ab vltimo
possessore, & ab institutore, descendunt,
iuxta. l. cùm auus, & alia iura supra ad hoc
probandum citata: in alijs verò ex quadam
verisimilitudine, & præsumpta institutoris
voluntate, non modicum idem confirmat. Quartò, quoniam in feudo paterno, li-
cèt non succedant, nisi descendentes ex
primo, cui concessum est, vt constat. c. 1.
de successione fratrum, in eo tamen succe-
dunt semper proximiores vltimo posses- B
sori, esto nó sint proximiores ei, cui primò
est concessum, & à quo in reliquos est de-
riuatũ, vt patet. c. 1. de natura succes. feud.
& notant Ysernia, & alij, quos Molina. c.
9. citato. n. 14. refert ac sequitur: ergo idem
erit in maioratibus ac fideicommissis fa-
miliæ relictis.

Ad primũ argumẽtũ. Ad primum ergo argumentum in con-
trarium, concessa maiori, nempe maioratũ,
aut fideicõmissum, capi ab institutore, me-
diante tamen vltimo possessore, cuius verè
fuit effectum toto tempore, quo illud pos-
sedit, mentiq; ac voluntati institutoris esse
standũ; neganda est minor, ad eum præcisè C
effectum, de quo agimus. Eo enim ipso, q̃
institutor voluit talem maioratum, aut fi-
deicõmissum, esse vltimi possessoris quo-
ad dominium, & ab eo deriuari, præsumen-
dum est, voluisse, vt ad proximiores illius
deriuaretur, siue ipsi institutori proximio-
res etiam essent, siue non; præsertim prop-
ter absurda grania, quæ sequerẽtur, si illud
aliud intendisset, ac voluisset, vt explica-
tum est.

Secundum. Quod ad secundum argumentũ attinet,
obserua, glosam in eo. §. in fideicõmisso,
verb. & qui ex his, & post eam Couar. cap.
38. citato. n. 3. vers. deinde, Molinam. c. 9.
citato. n. 12. & plerosq; alios, ita exponere
eum paragraphum, quod quando testator
reliquit fideicommissum familiæ, nomina- D
tis aliquibus, qui primò illud obtinerent,
primò censerentur vocati illi nominati;
deinde illi de familia, qui proximiores es-
sent testatori tempore mortis illius; & ter-
tio loco, *qui ex his* (proximioribus scilicet
gradu testatori, vt ipsi exponunt) *proximo
gradu procreati sunt*. Ego verò non ita intel-
ligo cum paragraphum, sed vt dilucidè, &
absq; vlla vi, illud exposuit in argumento
proposito. Nempe, quòd primò censeatur
vocati illi nominati; deinde verò, non suc-
cessores eorum, sed qui sunt de familia de- A
functi tempore, quo ille mortuus est: & id
planè significatur dum post illa verba; *aut
post eos* (nominatos scilicet in particulari)
omnes extinctos; subiũgitur; *qui ex nomine* (id
est, ex familia) *defuncti fuerint eo tempore, quo
testator moreretur*. Deinde explicat Modesti
nus quo ordine familia defuncti censeatur
à testatore post illos nominatos vocata, di-
cens, *aut* (id est, & admitti scilicet debent)
qui ex his (non quidem proximioribus in
gradu defuncto, vt glosa, & alij exponũt,
siquidem nullos tales adhuc Modestinus
expressérat; & quasi verbum, *ex his*, signifi-
cet parẽtes procreandorũ proximo gradu, B
& glosa intelligit, & exponit; sed *qui ex his*
(id est, qui inter eos, qui sunt de familia)
proximo gradu (testatori) *procreati sunt* (siue
ab ipso institutore, siue ab alio) Atque cum
textu ita exposito planè consentiunt verba
illa, quę in eo vlteriùs subiunguntur, *nisi spe-
cialiter defunctus ad vlteriores voluntatem suam
extenderit*; id est, nisi specialiter testator vo-
luerit vlteriores alios illis preferre. Itaque,
nostra sententia, nõ distinguit Modestinus
in eo euẽtu, tres gradus vocatorum, vt vo-
lunt autores, quos impugnamus, nempe no
minatim vocatos, & post eos, proximiores
in gradu testatori, & post hos, qui ex his
proximo gradu procreati sunt; sed distin-
guit duos solos priores gradus: quia solum
intendit docere, in eo euentu, post primos
nominatim vocatos, non succedere proxi-
mos ipsis gradu, sed proximos gradu testa
tori. Qui autem vlteriùs succedant, nõ do-
cet, sed intelligendum relinquit ex alijs iu-
ribus, quæ id explicant, de quorũ numero
sunt. l. pero. §. fratre. ff. de leg. 2. & l. vlt. C.
de verb. signif. nempe succedere semper
proximiores in gradu vltimis possessori- C
bus, qui eo ipso censentur vocati, quòd fi-
deicommissum familiæ relinquitur, siue ab-
solutè familiæ relinquatur, nullis in parti-
culari nominatis, qui primò succedãt; siue
nominatis aliquibus (etiã posterioribus in
gradu) qui primò succedant & præferan-
tur ceteris, vt in euentu eius. §. in fideicom
misso, sit. Hinc intelliges, falsam esse opi-
nionem Molinę lib. 1. de primog. c. 5. nu.
27. à §. His tamen; vbi longè aliter exponit
§. in fideicõmisso, quasi solus vnus gradus
cẽsetur vocatus, quãdo fideicõmissũ relic-
tũ est familia, neq; est expressũ relinqui,
vt perpetuò in ea cõseruetur (atq; hoc idem
affirmat Ant. Gom. l. 40. Taur. n. 43.) expo
nit Molina, q̃ solum succedãt proximiores

Universidad de Deusto
Biblioteca

in gradu ab illis procreati, illi alij non acceptauerint: secus autem si acceptauerint; quia tunc, inquit, in illis primis expirat fideicommissum. Item exponit, quòd succedatur tunc, non fideicommissaria substitutione, sed vulgari. Sanè hæc falsa & commentitia sunt; destruuntque ratione fideicommissi, contra textum, qui fideicommissum illud appellat familiæ relictum: tunc enim non esset fideicommissum, sed legatum, addita substitutione in illo vulgari. Contrariam autem sententiam affirmat cõmunis doctorum sententia, quam refert ac sequitur Couar. de pract. qq. c. 38. nu. 4. §. primum, &. c. Rainuncius. de test. §. 2. n. 7. Imò contraria apertè colligitur ex. l. vltim. C. de verb. signif. quę docet, in fideicommisso simpliciter relicto familię, succedi gradatim; & vltra cognatorũ testatori gradus, connumerantur duo alij, generi scilicet, ac nurus & libertorum. Ad secundum ergo argumentum dicẽdum est, solùm probare, quando fideicommissum relinquitur familiæ cum ea limitatione, aut declaratione, vt nihilominùs illo petiantur, primo quidem loco expresim nominati, post hos expresim nominatos non succedere proximiores ipsis in gradu, sed proximiores defuncto de familia, spectato tempore, quo defunctus mortuus est: non verò probare, quando fideicommissum relictum fuit familiæ absque aliqua limitatione, aut declaratione, aut quãdo regressum est ad proximiores testatori de familia, extinctis primo loco expresim nominatis, non succedere vlteriùs semper proximiores vltimo possessori: quod tamen erat probandum, vt argumentum vim aliquam aduersùs nostram sententiam haberet.

Ad confirmat. Ad confirmationem dicendum est, ibi solùm esse sermonem, quòd censentur vocati gradatim ad fideicommissum secũdum ordinem successionis ab intestato, ita tamen, vt post omnes consanguineos & ordine vocatos, censeantur vocati gener, aut nurus, & post hos, liberti; eò quòd hi omnes de familia censeantur, vt ibi habetur. Cæterùm is ordo intelligitur, vt sciatur, qui primò illud fideicommissum accipere debeant statim post mortem testatoris. Et idem ordo intelligitur respectu vltimi possessoris, vt intelligatur, qui illi, post quos, succedere debeant in eo fideicommisso. Quo fit, vt semper respectu eius, à quo proximè fideicommissum deriuatur in alios, atque adeò respectu vltimi possessoris, succedãt ij, qui proximiores illi sunt in gradu, iuxta ordinem, quo eidem succeditur ab intestato. Et eodem modo succeditur in maioratu; admissa tamen, aut non admissa, repræsentatione formaliter, aut virtute, prout, iuxta iura, & mores diuersorum regnorum, admittitur, aut non admittitur; & succedente semper vno duntaxat in maioratu, illo scilicet, qui iuxta eadem iura, ac mores diuersorum regnorum, ad eum vocatur.

2. Obseruat Molina. c. 9. citato. n. 21. cum alijs, quos citat. Si quis probans, se esse cognatum vltimi possessoris maioratus (intellige, in certo gradu) asserat se esse proximiorem illi, eaq; de causa ad se attinere maioratum illum, talis præsumitur; eaque de causa ad eum non pertinere probare, se esse proximiorem, sed ad alium pertinere probare, eum non esse proximiorem. Arbitror tamen, si duo simul accedant, quorum quiuis dicat, se esse proximiorem, tũc neutri tradendum esse maioratũ, nisi priùs probetur, quis eorum sit proximior.

Quæstio. Circa fideicommissum familiæ relictum controuertunt etiam doctores, num in eo locum habeat repræsentatio de iure communi statuta, ita scilicet, vt in eo filij fratris prædefuncti, esto distent plus vno gradu, quàm ipsorum patrui, succedant simul cum patruis, sed perstipitem repræsentando personam patris defuncti, atque adeò in portione eius fideicommissi, in qua pater, si superstes esset, succedere debebat. Glossa. l. cùm ita legatur. §. in fideicommisso, verb. proximo. ff. de leg. 2. affirmanter respondet, eã sequuntur plurimi, quos referunt ac sequuntur Couar. de pract. qq. c. 38. n. 4. & Molina lib. 3. de primog. c. 6. n. 44. &. c. 7. n. 20.

Argumẽtũ Argumentum, cui hæc opinio nititur, & cui Molina. n. 20. citato ait non posse reddi cógruum responsum, est. Quod in fideicommisso familiæ relicto, eo ordine succeditur testatori, & post eum vltimis eiusdem fideicommissi possessoribus, quo succeditur discedentibus ab intestato, vt colligitur ex. l. vlt. iuncta glossa ibi verb. post eos. C. de verb. signif. sed in successione ab intestato datur de iure communi repręsentatio, vt cum patruis succedant filij fratris prędefuncti, vt disput. 626. dictum est, ergo in successione in fideicommisso familiæ relicto, ea repræsentatio est admittenda.

Couar. n. 4. citato multos euentus excipit,

pit, in quibus in eo fideicommisso ait, repræsentationem locum non habere: quos latè ibi disputat. Peralta verò. §. in fideicõmisso. citato, censet, in fideicommisso vniuersali familiæ relicto, eò quòd hęreditas sit, admittendam esse repræsentationem: secus verò in particulari; propterea quòd hæreditas non sit, sed legatum eo modo familię relictum. Molina tamen in calce nu. 20. citati, etiam in fideicommisso particulari eam admittẽdam arbitratur: quoniam, inquit, etiam in fideicommisso particulari succeditur, ex. l. vlt. C. de verb. signif. eo ordine, quo succeditur discedentibus ab intestato. Vnde. c. 6. n. 44. citato, inter alios cuẽtus, in quibus ait, admittendã esse repręsentationẽ extra hæreditatẽ, stando in iure cõmuni, hũc cõnumerat. Quia verò Molina de numero eorum autorum est, qui censent, stando in iure communi, etiam quando filij diuersorum fratrum prædefunctorum succedũt patruo ab intestato sinè alijs patruis, fratribus eiusdem defuncti, locum esse repręsentationi; admonet. c. 7. citato. n. 21. de iure huius regni, quia filij diuersorum fratrum in linea collaterali solùm succedunt patruo defuncto in capita, quando sinè alio patruo superstite illi succedũt iuxta. l. 5. titu. 13. part. 6. vt disp. 626. dictũ est, eodem quoque modo de iure huius regni succedere in eiusmodi fideicommisso familię relicto: secus autem de iure cõmuni, vt ipse arbitratur. Nos verò contrarium asseruimus esse verum de iure communi disp. 626. citata, & alibi. Idem autor rectè in prin. n. 20. citati admonet, in fideicommisso familiæ relicto, non in modum maioratus, vt indiuisum ad vnum tantùm deueniat, sed vt diuidatur inter eos, qui in eodem gradu proximiori testatori, aut vltimo postea possessori, fuerint reperti, locũ nõ habere in hoc Castellæ regno tantã illam repræsentationẽ, quanta. l. 40. Tauri in maioratib⁹ statuta est, sed solùm eã, quæ de iure communi est sancita in hæreditatibus ab intestato. Lex enim illa Tauri solùm statuit eam repręsentationem in successione in maioratu, vt constat ex illis verbis eiusdem legis. *En la succession del mayorazgo.*

3 Contrariam sententiam, quòd scilicet in fideicommisso familiæ relicto locus nõ sit repræsentationi, non solùm si sit fideicommissum particulare, de quo est sermo. §. in fideicommisso. citato, quippe cùm sub titulo de leg. 2. & non sub titulo ad Trebel lianum, textus ille collocetur, sed etiam si sit fideicommissum vniuersale, asseuerant plerique alij, quos referunt Couar. n. 4. citato, & Molina. n. 20. citato. & quos refert ac sequitur Aluar. Valas. de iure emphy. q. 50. à. n. 29. & quoad fideicommissum vniuersale. n. 42. quam omnino amplectendã censeo. Tam multi verò autores pro vtraque sententia citãtur, vt non facilè discernas, quæ earum sit communior. Ratio autem nostrę sententię est, quoniam fictio repręsentationis solùm est admittenda, quatenus in iure concessa reperitur: de iure autem communi non reperitur concessa extra hęreditates: qua de causa in fideicõmisso particulari nulla ratione est cõcedẽda. Licèt autem repræsentatio de iure cõmuni cõcessa reperiatur in hæreditatibus, sanè id solùm est, vel ad succedendum ab intestato, vel ad succedendum ex testamẽto, quoad portionem legitimam filijs debitam: si enim aliquis filiorum moriatur ante patrem, aut matrem, sobole relicta, ea soboles repræsentat talem filium ad obtinendam eam portionem, quæ illij, si superstes esset, deberetur, æqualiter diuidendam inter filios ipsius, nepotes aui, aut auię, qui testati fuerint. Si autem aliquis ex eiusmodi nepotibus sit etiam mortuus, sobole relicta, filij huius nepotis, pronepotes testatoris, patrem suum etiam repræsentant, vt obtineant portionem inter ipsos æqualiter diuidendam, quam pater ipsorum in bonis proaui sui erat obtenturus, & ita consequenter. Cæterùm, quòd in portione, de qua testator liberè poterat disponere, etiã si illam titulo hęredis relinquat, detur in iure repræsentatio, inauditum profectò est, minimèque proinde admittendum, interim dum non est sancitum: in quo sensu vera est opinio Ant. Gom. l. 8. Tauri. n. 17. & aliorum, quos citat: tale autem est fideicommissum vniuersale, de quo loquimur, vt si aliquis de portione, in qua non est debita portio legitima, sed liberè potest disponere, relinquat hęredem familiam suam, fideicommittendo, vt à proximioribus consanguineis de familia ordine quodam deriuetur semper in familia: aut si aliquis, non habens descendentes, neque ascendentes, relinquat familiam patris, aut fratris sui, hæredem in omnibus suis bonis, grauando, vt semper à proximioribus de familia deriuẽtur in alios, interim dum familia perseuerauerit; tunc vtique in eiusmodi hæreditate locum non habet repręsen-

sentatio, nisi testator exprimat vele, vt ita in eis bonis succedatur, vt descendentes repræsentent suos ascendentes vsque ad talem, vel talem, gradum in linea descendentium, aut etiam transuersalium. Ratio autem est, quoniam, vt dictum est, inaudita est in iure repræsentatio in tali hereditate. His accedit, quanuis fideicommissum hæreditas sit, coparatione primi instituti, grauari restituere hæreditatem, non tamen ita propriè esset hereditatem respectu sequentium, neque vllam mentionem in iure esse, quòd in fideicommissarijs substitutionibus sit locus repræsentationi. Accedit etiã repræsentationem fictionem esse: fictiones verò locum nõ habere in fideicommissis, argumento l. fideicommissum. ff. de condit. & demonst. & l. Statius. §. vlt. ff. de iure fisci.

Ad argu. Ad argumentum in contrarium dicendum est, ibi, explicato, qui in familia comprehendantur, comprehendique, vitra propinquos, generum & nurum, atque libertos, doceri, in fideicommisso familiæ, relictos succedi gradatim, ita vt, post consanguineos omnes de familia, succedant gener & nurus, & post hos, succedat liberti. Glossa verò ibi verb. post eos, sic ait. Et nota, primò vocari liberos, secundò parentes, tertiò collaterales, quartò generum, & nurum, quintò libertos. Ac sane textus solos tres gradus distinguit, nempe, vt, ante generum & nurum, succedant cognati, & post generum, & nurum, succedant liberti, & id appellat gradatim. Quo autem ordine succedere debeat cognati inter se, id non explicat, sed supponit id intelligi ex alijs iuribus, nempe ex l. cum ita legatur. §. in fideicommisso, ex l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. vbi habetur, propinquiores in gradu testatori, seu de familia, cui legatum relinquitur, succedere primo loco, & deinde ceteriuari ordine gradnum: vbi nulla est mentio de repræsentatione. Quòd autem descendentes præponantur ascendentibus testatoris, & ascendentes collateralibus, & quòd in singulis his lineis semper proximiores testatori, aut, post mortem testatoris, proximiores vltimis possessoribus, præponantur remotioribus in gradu, id supponit ille textus intelligi ex alijs iuribus, quæ eum ordinem successionis præscribunt in hereditatibus ab intestato, & ex parte alligant testatores ad eundem ordinem seruandum. Vnde nihil de repræsentatione formaliter, aut virtute in successione in fideicommisso relicto familiæ, eo in textu statuitur. Adde, textum illum cõditum fuisse ante iura authenticorum, quãdo nulla erat repræsentatio in linea collaterali: &, extra hæreditates, neque in authenticis, neque ante authentica, est vlla repræsentatio statuta: quarè ex eo textu non colligitur repræsentatio in fideicommissis familiæ relictis. Neq; ex eo, quòd textus ille præscriberet expressè successionẽ gradatim in singulis illis tribus lineis cognatorum familiæ, comparatione fideicommissi familiæ relicti, sequeretur, introducere repræsentationem, ita vt, qui de inferiori gradu essent, succederent simul per repræsentationem in eo fideicommisso, cum his qui de superiori, & proximiori gradu sunt: quin potius contrarium colligeretur, nempe eos qui de inferiori gradu sunt, nunquã succedere in eo fideicommisso, nisi post mortẽ eorũ, qui essent de superiori gradu: alioquin successio nõ esset simpliciter gradatim. Ad argumentum ergo in forma, negãda est maior, si intelligatur per omnia eodem modo succedi in fideicommisso familiæ relicto, atque succeditur ab intestato in hereditatibus post iura authenticorum: contrarium enim proximè est à nobis satis perspicuè ostensum.

SVMMARIVM.

1 IN successione maioratuum huius regni ante omnia standum est dispositioni expressæ instituentis, aut quam, semoto omni dubio, ex coniecturis intelligitur intendisse, præponendaq; est dispositione legis. 40. Tauri. In dubio verò dispositioni eius legis est standum.

2 In successione maioratuum huius regni, cùm ex dispositione legis. 40. Tauri, licet masculi excludant fœminas eiusdem gradus, non tamen excludant fœminas anterioris gradus, esto in eo sint solum per repræsentationẽ, vtique clausula instituentis, quòd masculi excludant fœminas, aut fœminis præferantur, nisi aliud exprimatur, nihil mutat de dispositione legis. 40. Tauris

3 Clausula, quòd semper succedat proximior cognatus, nihil derogat dispositioni eiusdem legis. 40. Tauri.

4 Idem de clausula, quòd succedant cognati seruata gradus prærogatiua: nisi enim ad sint coniecturæ aliæ, quæ contrarium omnino persuadeant, non cẽsetur exclusa repræsentatio legis 40. Tauri dispositæ.

Idem

5 Idem de clausula, succedat maior natu, etiam si addat, qui repertus fuerit tempore mortis vltimi possessoris.

Exponitur postrema pars legis. 40. Tauri circa successionem in maioratibus exprascripto illos instituentium. Disp. 629.

CVM lex. 40. Tauri modum successionis in maioratibus, quoad descendẽtes ex vltimo possessore, in prima sui parte statuisset: & in secunda, quoad collaterales illi; & quousque repræsentatio in vtraque linea, formaliter, aut virtute, locum haberet, vt disp. 626. & disp. 627. relatum, explanatumque est; protinus in tertia ac postrema parte subiecit, illa omnia locum habere, ac intelligenda esse. *Saluo si otra cosa estuuiere dispuesta por el que primeramente constituyo y ordeno el mayorazgo: que en tal caso mandamos, que se guarde la voluntad del que lo instituyo.*

Hinc constat, ad intelligendum ac iudicandum, quis succedat in maioratu aliquo, ante omnia inspiciendam, consulendãque esse, institutionẽ ipsam, atq; ex ipsa si quid in ea dispositum apertè cõperiatur, id præcipuè esse iudicandum. Quando verò aliter in ea nõ fuerit compertum dispositum, standum est dispositioni legis. 40. Tauri. Vt tamen in maioratu aliquo, propter dispositionem institutoris, discedendum sit a dispositione primæ, aut secundæ, partis legis Tauri circa successionem & repræsentationem in ea statutam, necesse est, vt ex ea institutione constet absq; dubio, institutorem aliud instituisse ac voluisse: in dubio nanque dispositioni legis Tauri erit stãdum. Et quidem, quando expressis verbis aliud maioratus institutor, disposuit, ei dispositioni est standum, vt omnes consentur, & lex Tauri statuit. Quando verò ex dispositione ipsa institutoris, coniecturæ sunt aliud voluisse atque intendisse, quã habeat lex Tauri; attamen dispositio non est omnino expressa, licèt Molina lib. 3. de primog. c. 8. à. n. 1. lõgam ea de re texat disputationem, paucis cum eodem autore, & cum alijs, quos citat, est dicendum. Si coniecturæ ex ipsãmet dispositione sint tales (etiam si extrinsecùs alijs coniecturis adiuuentur) vt, semoto omni dubio, secure intelligatur, id institutorem intendisse ac voluisse, standum tunc esse eius ita perspicuè coniecturatæ voluntati, ac dispositioni, posthabita ea in parte dispositione legis Tauri: quoniam tunc verè dicitur, id dispo suisse ac voluisse. Concinit Gama decis. 51. n. 8. multis id confirmans. Si verò coniecturæ non sint tales, quæ omne dubium semoueant, tunc, posthabitis eis verisimilibus ac probabilibus coniecturis, stãdum est dispositioni legis Tauri. Consentiunt Greg. Lopez. l. 3. titu. 13. part. 6. verb. *mugeres*, colum. 7. prope finem. vers. idemque dicendum est, & Couar. de pract. qq. c. 38. in calce. n. 10.

Dubium est, vtrum, si quis in institutione maioratus excludat fœminas propter masculos, censeatur derogare legi. 40. Tauri, quatenus statuit, quòd, si superstes sit filia vnica primogeniti, præmortui ante patrem possessorem maioratus, neptis excludat patruum à successione maioratus aui; ita scilicet, vt vi illius alterius institutionis, qua masculi præferuntur fœminis, sit contrarium dicendum; nempe patruum illum excludere eam neptem in successione eius maioratus, ac proinde, quòd ea institutio deroget ea in parte dispositioni legis Tauri, quæ, quoad id, originem traxit ex. l. 2. titu. 15. part. 2. quæ idem de successione in hoc Castellę regno statuerat.

Vt, quid sentiamus, meliùs intelligatur, obserua. Nos non loqui stando præcisè in iure communi, in quo facilè ex dictis disputationibus præcedentibus, constat, dicetur quę etiam in sequentibus, non esse repræsentationem, etiam virtute, in successione maioratuum, eò quòd hæreditates nõ sint; ac proinde, nisi aliud peculiariter sit dispositũ in ipsa maioratus institutione, patruus excludet, non solum neptem, sed & nepotem procreatum ex filio primogenito possessoris maioratus prædefuncto. Idem etiam dicemus esse in maioratibus Lusitaniæ, eò quòd in eo regno nulla peculiatis repræsentatio, etiam virtute, sit statuta, sed stetur ea in parte iuri communi. Solum ergo quæstio illa locum habet in hoc Castellę regno, num, vi illius institutionis, censeatur derogatum ea in parte legi. 40. Tauri, & legi. 2. citatæ.

Obserua deinde, quòd cùm vi earũ duarum legum, masculus in hoc Castellæ regno excludat fœminam, etiam maiorem natu,

tu,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, in eadem linea & gradu, etiam si nihil A
exprimatur in institutione maioratus: secus
verò fœminam existentem in priori linea,
aut in anteriori gradu eiusdem lineæ, vt
disputationibus præcedentibus explanatũ
est; & clausula illa, quòd masculi excludant fœminas, aut præferantur fœminis,
eàs omnino non excludat, sed solam significet, masculos illis præferri; tenui meo
iudicio, nisi in maioratus institutione aliquid reperiatur, vnde absque dubio intelligatur, institutorem intendisse, vt masculi, etiam ex vlteriori gradu ac linea, fœminas excludãt, non censerẽtur, vi eius clausulæ, plus excluſæ, quàm lege Tauri propter masculos excluſæ comperiantur: præsertim cum, vt paulò antea dictum est, in
quacunque dubio, an institutor sua institutione derogare intenderit legi Tauri,
standum sit dispositioni eius legis, nec censendum sit illi esse derogatum.

His ita constitutis, dicendum est cum Molina vbi supra n. 7. & cum alijs, quos citat. Si ex institutione ipsa maioratus absque dubio intelligatur, institutorem excludere intendisse fœminas propter masculos, etiam vlterioris gradus ac lineæ, tunc patruum illum excludere eam neptem, quoniam sufficienter ea institutione intelligitur derogare intendisse ea in parte legi. 40. Tauri: lex autem ea Tauri in postrema ipsius parte statuit, vt quando institutor maioratus id disponit, fietur eius dispositioni ac voluntati, non verò legi ipsi. Consentit cum allertione hac. c. 1. de eo, qui sibi, vel hęredibus suis: tum in antecedentibus, tum etiam ibi. *Non enim patet locus fœminæ in feudi succes. tione, donec masculus supereſt, ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit inuestitus.* Si verò ex institutione solùm intelligatur, institutorẽ voluisse excludere fœminas propter masculos, sed non perspicuè propter masculos alterius lineę ac gradus, tunc standum erit dispositioni legis Tauri: eo quod illi non derogetur tali dispositione, ac proinde neptis præfertur in eo euentu patruo. Iuxta hęc intelligẽdi sunt Couar. de pract. qq. c. 38. n. 8. Greg. Lopez. l. 3. titu. 13. part. 6. verb. *mugeres*, colum. 7. & Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 62. & 63.

Dubium deinde est, si institutor maioratus disposuit, vt semper maioratus deueniret ad proximiorem cognatum, vtrum per eam clausulã derogasse censeatur legi. 40. Tauri, vt patruus, tanquam proximior possessori, præferatur nepoti, filio filij an-
rea defuncti ipsius maioratus possessoris, & vniuersim, vtrum per ea verba censeatur derogasse repræsentationi omni formaliter aut virtute, de qua sermo est eadem lege. 40. Tauri. Molina. c. 8. citato. n. 11. ait, multos ex scribentibus dicere solere, per ea verba excludi repræsentationem.

Quod confirmant ex. l. si libertus præterito. §. vlt. ff. de bon. libert. vbi habetur, si patronus mortuus est, relicto vno filio, & ex alio antea defuncto, relictis duobus nepotibus, & postea libertus moriatur ab intestato, tunc hæreditatem liberti pertinere totam ad filium patroni, quia pertinet ad proximiorem hæredem; non verò partem illius pertinere ad duos illos nepotes; si verò patronus mortuus sit sinè filijs, cæterum relicto nepote vno ex vno filio defuncto, & ex alio relictis duobus, posteaque libertus ab intestato moriatur, iuccedere in ea hæreditate æqualiter, & per capita, omnes illos nepotes. Vbi vides, quia hæreditas illa pertinet ad proximiorem aut proximiores, descendẽtes ex patrono, locum non esse repręsentationi. Atque Couar. c. 38. citato. n. 4. §. tertiò ad intellectum, & multi alij ex ijs, qui affirmant, in fideicommisso familiæ relicto locum esse repræsentationi, excipiunt, nisi testator dixerit, vt succedat proximior in gradu: quia tunc, inquiunt, intelligendum est, de proximiori simpliciter: non verò per fictionem repræsentationis: præsertim cùm (vt Couar. ait) dubio non careat ea opinio, quæ affirmat, in tali fideicommisso locum esse repręsentationi. Eam verò suam sententiam confirmãt hi doctores ex. l. si libertus. citata. Nos verò iam supra disputatione precedente perspicuè ostendimus, in fideicommisso familiæ relicto locum non esse repręsentationi, neque in euentu, quem hi doctores excipiunt, neque in quocunque alio, quando testator repręsentationem perspicuè non introduxerit. Idem supra diximus de successione in maioratibus, standum in iure communi, atque in Lusitania. Quarè proposita quæstio solùm habet locum in hoc Castellę regno, suppositа. l. Tauri, &. l. 2. titu. 15. part. 2. Atq; in hoc regno, mihi probatur opinio Molinę vbi supra, quòd scilicet per ea verba non censeatur derogatum legi Tauri. Quoniam ea verba intelligenda sunt iuxta idius regni, nempe de proximo cognato, aut agnato, iuxta ordinem in hoc regno præscriptum ad succedendum in maioratibus, & de proximo, saltem

Argumẽtũ.

D

tem per repręsentationem, iuxta eandem A
regni dispositionem. Et quoniam frequentissima est, & erat ante legem Tauri, ac appositio verborum in institutionibus maioratuum: quarè, si illa derogaret dispositioni legis Tauri, frustranea maxima in parte ea lex redderetur. Denique, quoniã vt minimum est dubium, num institutores maioratuum eis verbis derogare intendant legi. 40. Tauri: vt autem dictum est, in dubio standum est dispositioni illius legis.

Ad argument. Ad textum in lege si libertus, quanuis aliter Molina respondeat, in promptu sanè est legitima responsio. Quòd de iure communi solùm reperiretur repræsentatio introducta, descendentium comparatione ascendentium, aut de iure authenticorum filiorum fratris, precisè ad succedendum patruo, fratri patris ipsorum prædefuncti; libertus verò, neque est ascẽdens comparatione descẽdentium patroni, neque collateralis: eaque de causa in successione ab intestato hęreditati illius, qua succedunt descendentes patroni præmortui, locum non habet repręsentatio; atque hęc est ratio, quare ineo textu meritò dicitur, solùm existere hæredes liberto ab intestato proximiores in gradu patrono defuncto, absque vlla repręsentatione. B

4 Dubium item est, num, si maioratus institutor vocet ad eum cognatos suos, additis his verbis, salua gradus prærogatiua, censeatur derogasse legi. 40. Tauri, ita vt neque ex linea descendentium, seu primogenitorum, nepos possessoris maioratus ex filio primogenito defuncto, excludat patruum, neque ex linea collaterali, filius fratris maioris natu, excludat patruum. Partem affirmantem suadere videtur, quòd verba illa significãt, debere succedere proximiorem in gradu, & excludere reliquos, absque vlla repręsẽtatione, vt patet ex authentica defuncto. C. ad Tertul. vbi id ea verba significant. Tamen si eo in loco sit sermo de linea ascendentium, in qua locum non habet repræsentatio; neque aliud ibi videantur ea verba significare, quàm quòd dum est proximior in gradu defuncto sinè liberis, vt pater, & non existit mater, excludat auos maternos, tanquam proximior in gradu defuncto: & similiter, quãdo est mater, & non pater, excludat auos paternos: quãdo verò mater, & pater, defuncti sunt, si ex vna parte sit vnus tantùm auus, & ex alia sint duo, qui sunt omnes pares in gradu, omnes quidem succedunt, sed vnus ac cipit dimidium hæreditatis, & duo alij alterum dimidium, inter se æqualiter diuidendum, vt in ea authentica disponitur. Ex ea autẽ authentica Couar. c. 38. citato. n. 4. §. quartò vbi, asserit, quanuis (ex ipsius sentẽtia) in fideicommisso familiæ relicto locus sit repræsentationi, si tamẽ à testatore apponantur ea verba, salua gradus prærogatiua, locum non habere repręsentationem. At verò Aluar. Valas. q. 90. citata. n. 37. cũ Peralta, nõ immeritò eum, & reliquos eiusdẽ opinionis, redarguit, quòd. l. cùm ita legatur. §. in fideicõmisso, &. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. virtute ea verba apponãtur, dũ dicitur, & exponitur, vt succedat proximior in gradu, quod idẽ est ac saluari gradus prerogatiuam. Idem Aluar. Valas. ibidem ait, in fideicommisso familiæ relicto, & in institutione maioratus, si apponantur ea verba, salua gradus prærogatiua, locum non esse repræsentationi, & idem affirmãt alij, quos Molina vbi supra. n. 16. refert, Cæterum obserua, Aluarum Valas. non loqui in hoc Castellę regno, posita dispositione, l. 2. tit. 15. part. 2. & legis. 40. Tauri: sed loqui standum in iure communi, atque in Lusitania, vbi ipse meritò censet, in fideicommisso familię relicto, & in maioratu, etiam non appositis eis verbis, locum nõ esse repræsentationi: quia tamen multi contrariũ affirmãt, tum in fideicommisso familię relicto, tum etiam in maioratu, ait, si apponantur ea verba, excludi dubium, atque, etiam doctores contrarię opinionis, in rebus ita dubijs teneri dicere, tunc non esse locum repræsentationi. C

Molina vbi supra. n. 17. propendet ac censet, nõ sinè formidine partis oppositæ, in maioratibus huius Castellæ regni, etiam si ea verba apponantur, nihil derogari dispositioni legis. 40. Tauri. Et, quanuis ipse vniuersim de successione in maioratibus loquatur, mihi eius sententia vera simpliciter videtur in maioratibus huius Castellæ regni. Quoniam de iure huius regni. l. 2. titu. 15. part. 2. &. l. 40. Tauri, linea primogenitorũ præfertur cuicunq; alteri lineæ, etiamsi, propter mortem antecedentium primogenitorum, is, qui supersites ex illis manet, longiùs distet gradu ab vltimo possessore, quàm alij ex reliquis lineis: quarè is seruata prerogatiua graduum eius lineę, quæ cæteris lineis præfertur, succedit vltimo possessori, esto, habita ratione solius gradus, & non lineæ, alius sit proximior in gradu eidem vltimo possessori. Item, quoniam D

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam quãdo de iure communi, aut alicuius A
regni, locum habet repræsentatio, sanè gradus prærogatiua seruatur succedendo repræsentãdo ita gradum superiorem, ac proximiorem vltimo possessori, ex priuilegio & dispositione eius iuris: licèt enim simpliciter gradus prærogatiua non seruetur, seruatur tamen per repræsentationem, atque iuxta dispositionem eius regni, quod sufficit. Quarè, cum, modo explicato, intelligi possit ea dispositio in instituẽtis maioratum, vt non discordet à dispositione legis. 40. B
Tauri, & in qualicunque dubio an institutor maioratus discordare voluerit à dispositione legis. 40. Tauri, non sit ab ea recedendum, vt supra dictum est; consequens profectò est, vt propter sola illa verba, nisi adsint aliæ circunstantiæ & cõiecturæ, quę simul persuadeant contrariam fuisse mentem institutoris maioratus, recedendũ non sit à dispositione legis. 40. Tauri.

5 Ex eo item, quod institutor maioratus dixerit, succedat filius meus maior natu, certè, nisi adsint alia, vnde intelligatur, intendisse præferre filium quencunque suũ, qui repertus fuerit tempore mortis suæ, nepoti ex primogenito antea defuncto: nõ C
est censendus in hoc Castellæ regno eum pretulisse nepoti illi, contra dispositionem legis. 2. titu. 15. part. 2. & legis. 40. Tauri, vt bene ait Molina vbi supra. n. 19. Quoniam filius maior natu, & primogenitus, idem sunt. Et quoniam non est certum (imò cõtrarium verisimilius) intendisse eis verbis præiudicare iuribus illis: si enim id intendebat, magis perspicuis verbis efficere id debebat. vt autem sępius dictum est, in dubio standum est in hoc regno dispositionibus illorum iurium.

Vtrum autem, si maioratus institutor dixit, succedat filius, qui maior viuus manserit tempore mortis vltimi possessoris, censendum sit voluisse præiudicare eisdem iuribus, preponereque filium secundò natũ superstitem, nepoti ex primogenito possessoris anteà defuncto: Quæstionem disputat Molina vbi supra. n. 20. multis pro vtraq; parte citatis doctoribus; qui tamen, si legantur, non disputant quęstionem attentis legibus huius regni, sed stãdo in iure communi. Imò Panor. & alij, loquentes de maioratibus huius regni ante legem. 40. Tauri, attenta. l. 2. titu. 15. part. 2. & consuetudine huius regni, vt, mortuo primogenito, relicto filio, aut filia, is, aut ea, succedat, excluso patruo, partem negãtem definiũt, D
nẽpe eis verbis non intelligi derogare iuribus & consuetudini huius regni. Molina quæstionem nõ definit: eò quòd dicat, cautam grauem ea de re tunc pendere. Satis verò videtur pendere in partem negãtem, quam secundo loco confirmat. Et pro qua citat. l. 2. tit. 15. p. 2. quæ cum in Castellæ regno, & consequenter in alijs Castellanis maioratibus, dicat succedere primogenitum post mortem patris, addit, defuncto primogenito ante mortem patris, succedere filium ab eo primogenito relictum, aut filiam, in patris defectum. Ego in eandem sententiam inclino in hoc Castellæ regno positis iurib" citatis, & cõsuetudine illius, nisi ex circunstantijs alijs absque dubio intelligatur, intendisse præponere filium secundo genitum nepoti ex primogenito, & præiudicare ea in parte iuribus citatis. Ducor tum propter illa verba ex. l. 2. relata. Tum etiam quoniam verba illa institutionis, iuxta iura citata, & consuetudinẽ huius regni, intelligi optime possunt, de filio maiori, qui tempore vltimi possessoris viuus remanserit, in se, aut in sobole legitima ab eo relicta, quæ loco illius subit ex dispositione eorum iurium in hoc regno. Tum denique, quoniam in qualicunque dubio, an institutor maioratus intenderit præiudicare iuribus huius regni, non est ab eis recedendum, vt dictum est.

Concinit, quod Couar. aduersus Bart. & quosdam alios definit. c. 38. citato. n. 11. Nempe, si institutor maioratus dicat, succedat filius primogenitus, & post eum secundò genitus, mortuo primogenito ante vltimum possessorem, relicta sobole, non præponi filium secundò genitum, soboli primogeniti defuncti: Quoniam, si maioratus institutus sit ab ascendente, habet institutio eam conditionem tacitam, si primogenitus sit mortuus sinè liberis, ex. l. cùm auus. ff. de condit. & demõst. ex. l. cùm acutissimi. C. de fideicommissis, ex. l. & generaliter. §. cùm autem. C. de institu. & substitu. & ex. l. 10. titu. 5. part. 6. Et quoniam, si primogenitus obtinuisset maioratum, post eum obtineret eundem maioratum proles ipsius, & non frater ipsius secundò genitus: quoniam in primogenito intelligitur ipse, & soboles ipsius: quarè simili modo intelligetur ipse, & soboles loco ipsius, si ipse sit defunctus, attẽtis dispositionibus huius regni, vt, quando maioratus institutor aliud manifestè non exprimit: idque locum

cum similiter habet in hoc regno, etiam in A
successione in linea collateralii. Obserua tamen, priorem rationem Couarruuiæ nõ multum vrgere, iuxta expositionem, quam eis iuribus cum Acosta disp. 631. trademus.

SVMMARIVM.

1 *IN maioratibus Lusitaniæ subiectis legi mentali, locum non habet repræsentatio, sed patruus excludit nepotẽ ex primogenito ante defunctum. Nisi aliud expressè concessum sit à Rege in donatione eorum bonorum.*
2 *Filia an in eisdem maioratibus præponi debeat nepoti.* B
3 *In eisdem maioratibus nepos maior natu ex filio minori natu, præfertur nepoti minori natu ex filio maiori nato.*
4 *Donatio descendenti possessoris maioratus de bonis coronæ regni legi mentali subiectis, quo vsque valida, & quædam circa hæc.*
5 *In eisdem maioratibus si filius primogenitus moriatur in bello, relicto filio, nepote vltimi possessoris, talis nepos præfertur patruo.*
6 *Quando pater & filius primogenitus eodem bello, aut ex eadem ruina pereunt, quis succedat in maioratu. Et in dubio, quis prior censeatur perijsse.* C
7 *Eorundem maioratuum licèt incapaces sint initiati ordinibus sacris, religiosi, aut alia de causa exempti à regia iurisdictione, filij tamen eorum legitimi, in successione auo vltimo possessori, præferendi videntur patruo.*

In successione in maioratibus de bonis coronæ regni Lusitani iuxta legem mentalem, an locum habeat repræsentatio, præferendusq. sit nepos patruo, an è contrario. Disp. 630.

DICENDVM est nunc de successione in maioratibus Lusitanis. Et primo in maioratibus de bonis coronæ regni, deinde in maioratibus de bonis patrimonialibus, & tertiò in ipso Lusitano regno: duę enim priores disputationes, aditum faciliorem, ac lucem præbebũt ad tertiam faciliùs ac dilucidius expediendam. Quæ autem sit lex mentalis, & qui sint maioratus de bonis coronæ Lusitani regni iuxta eam legem instituti, disp. 576. explanatum est.

Quòd in eiusmodi maioratibus de bonis coronæ regni locum habeat repræsentatio, sitque proinde præferendus nepos vltimi possessoris, filius ex primogenito defuncto, patruo, filio secundò genito eiusdem vltimi possessoris, suaderi potest. Primò, quoniam ante eam legem mentalem, *Primum arg.* multa de eiusmodi bonis ex corona regni donatis, deferebantur iure hæreditario, tãquam bona vi præcedẽtium donationum effecta patrimonialia donatariorum, successorumque eorundem donatariorum, vt ex discursu eiusdem legis constat: non est ergo verisimile, autorem eius legis, alligando illa vinculo maioratus, voluisse auferre repræsentationem, quoad successionem in illis: præsertim cùm Lusitaniæ regnum à Castellæ regno sit deriuatum, prouinciaq; illa subiecta antea fuerit legibus, & moribus Castellæ, & longè antea quàm lex illa mentalis conderetur, lege & moribus in Castellano regno esset receptum, vt instar ipsius regni, in reliquis maioratibus, nepos ex primogenito defuncto præferretur patruo, vt testatur. l. 2. titu. 15. part. 2. quarè verisimile potiùs est, Ioannem primum autorem illius legis, iuxta modum successionis in maioratibus in vicino regno Castellę, eos maioratus instituisse. Maxime cum credendum non sit, ea sua lege voluisse dirimere, quoad eos maioratus, quęstionem illam adeo celebrem & controuersam inter doctores, num nepos præferri debeat patruo, statuendo, patruum in eis maioratibus prę ferendum esse nepoti, filio primogeniti antea defuncti.

Secundò, vt constat ex lege mentali lib. *Secundum* 2. ordinat. titu. 17. §. 15. filio primogenito, D
viuente vltimo possessore, debetur maioratus vi legis mentalis, vt illum obtineat post mortem patris, atque adeò dum is filius viuit, habet iam ius ad illud: ius autem illud descendit ex contractu inter viuos, quo ea bona donata sunt antecessori, sibi & descendentibus suis, tametsi lex mentalis disposuerit, vt descendant ad filium maiorem natu, & consequenter ad descedẽtes illius, alligata vinculo maioratus: cùm ergo ius ex donatione alicui tertio comparatum, vt scilicet succedat in re donata post tantum tempus, aut post vitam donatarij, si is tertius moriatur ante aduentum eius temporis, transmittat illud ad ipsius hæredes, vt habetur. l. quoties. C. de donationib. quæ sub modo, dictumque à nobis est disp. 265. consequẽs est, vt si is primogenitus, relicta sobole,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sobole, decedat ante patrem possessorem maioratus, transmittat id ius in filium suũ primogenitum, nepotem possessoris, atq; adeo vt is nepos succedat in maioratu, excluso patruo.

Tertiũ. Tertiò, quoniam intentum eius legis mẽtalis, vt constat ex. §. illius. 18. est, quod bona donata ex corona regni, citius ad coronam regrediãtur, discedente vltimo maioratus possessore sinè liberis per masculinam l neam procreatis: id verò facilius obtinebitur, si nepos, ex filio primogenito præmortuo, præponatur patruo: quippe facilius eueniet, quòd is nepos moriatur nullis liberis ex se generatis, quàm mortis sine liberis patruus, longè maiorem natu tempore mortis vltimi possessoris: ergo ex fine & intento legis mentalis, nepos præponetur patruo.

Quartum. Quartò, quoniam ipsemet Ioannes primus, autor legis mentalis, in suo testamento statuit ac declaravit, quòd si ipso superstite, filius suus primogenitus Eduardus è vita discederet, succederet in regno nepos ipsius Dominus Alfonsus, Eduardi filius; non verò Dominus Petrus, filius secundò genitus ex eodem Ioanne primo: incredibile autem est, statuisse ac declarasse in suo testamento contra suam legem mentalem.

His nihil impedientibus, dicendum est cum Emmanuele Acosta in. q. de patruo & nepote, part. 1. à. n. 9. cum Aluar. Valas. de iure emphy. q. 50. à. n. 13. & cum Gama decis. 174. in eiusmodi maioratibus Lusitanis de bonis regiæ coronæ, patruum excludere nepotem. Quod intellige, nisi ex donatione aliqua principis similium bonorum, contrarium constet. Sicut enim priuatus institutor maioratus de suis bonis patrimonialibus, potest pro suo arbitratu cõstituere alium ordinem succedendi in eo, ab illo quo succederetur, stando in iure communi, aut priuato in eo regno: vel stando consuetudini ea in parte in eo seruata: ita princeps donare potest de bonis coronæ regni maioratum, statuendo ordinem succedendi in eo, quem voluerit, ac proinde præponendo in Lusitania nepoté patruo, Quare ante omnia consulenda sunt instrumenta donationum, & iuxta illa erit iudicandum. Quando autem contrarium non fuerit deprehensum fuisse in eis dispositum, quod dictum est, erit in Lusitania affirmandum, circa eiusmodi maioratus.

Ratio precipuè nostræ assertionis, quam cum doctoribus citatis assueramus, & quę consuetudine recepta est in Lusitania, hæc est. Quoniam in eiusmodi maioratibus nõ succeditur hæreditario iure, sed sanguinis, atque ex pacto & prouidẽtia: eaque de causa, stando in iure communi, locus non est in eis repræsentationi, qua nepos rẽmotior in gradu, quàm patruus, comparatione vltimi possessoris, præponatur patruo illi propinquiori: vt enim ex dictis disp. 626. & cęteris sequentibus, liquet, de iure communi locus non est repræsentationi extra hereditates: sed neque de iure Lusitano est formaliter, aut virtute, statuta repræsentatio in eiusmodi maioratibus, vt in hoc Castellæ regno in ipsius maioratibus est statuta, quin potius ex Lusitanis ordinationibus apertè colligitur, non esse repræsentationem, sed patruum præponendum esse nepoti tanquam proximiorem in gradu vltimo possessori, qui ex ordine iuris succedere illi debet, si neque formaliter, neque virtute, sit locus repræsentationi.

Comprobemus verò hæc omnia. Quòd in eiusmodi maioratibus non succedatur iure hereditario, sed sanguinis iure, atque ex pacto & prouidentia, satis dilucidè est ostensum disp. 626. Concinunt etiam Lusitanę ordinationes lib. 4. tit. 35. §. 2. vbi habetur, successorem in eiusmodi maioratu, posse repudiare hæreditatem antecessoris in eo maioratu, & eum obtinere: qui autem hæreditario iure succedit in re aliqua, non potest eam obtinere, repudiata hæreditate eius, cui in illa succedit. Quòd autem de iure communi locus non sit repręsentationi extra hereditates, ex dictis disp. 626. & alijs sequentibus, satis constat. Quòd item, vbi non est repręsentatio, patruus præponendus sit nepoti, res est perspicua, atque hęc affirmant Bart. & communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Acosta vbi supra. à. n. 15. Aluar. Valas. q. 50. citata. à. n. 13. & Gama decis. 174. à. n. 15. & 11. Quòd denique de iure Lusitano, nec formaliter, nec virtute, statuta sit repræsẽtatio in eiusmodi maioratibus, sed potiùs ex Lusitanis ordinationibus apertè colligatur, non esse repręsentationem, patruumque prępondum esse nepoti, probatur. Quia in primis non proferetur locus, in quo ea repręsentatio statuatur, aut innuatur. Deinde verò, quoniã in ipsamet. l. mentali lib. 2. ord. titu. 17. §. 1. de eiusmodi bonis vinculo maioratus, vi eiusdem legis, alligatis, quoad successionem sic dicitur.

fiquem sempre enteiramente, por morte do possuidor dos taes bẽs e terras a o seu filho varam mayor, que delle siquar. Vbi vides vocare ad maioratum, non primogenitum, sed filium ipsius possessoris masculum maiorem natu, qui tempore mortis ipsius superstes fuerit, quicunq; is fuerit, siue primo, siue secundò, aut tertiò genitus, & siue soboles superstes sit ex anterioribus filijs defunctis, siue non. Filium enim præcisè vocat ipsiusmet possessoris, & non nepotem, quando per mortem vltimi possessoris filius remanet; eumque filium illius ad eum maioratum vocat, qui inter eos, qui tẽpore mortis patris fuerint superstites, maior natu sit: quarè qualitates, filij ipsius, & maioris ętatis, & quòd superstes sit tempore mortis ipsius, exigit in successore, vt cęteris præponatur. Quòd si. §. 3. ad excludendum fœminam à successione in eiusmodi bonis, addit. *E quando per morte do possuidor, non siquar tal filho varam, nem neto varam legitimo, filho de filho varam ledimo, e ficar filha.* &c. Vtiq; quando id, ad excludendum filiam, & soboles ex filia, addit, dum primo loco ponit *tal filho*, hoc est, maiorẽ ætate inter eos, qui tempore mortis possessoris fuerint superstites, quod esse non potest, nisi nullo prorsus filio remanente, & secundo loco addit, *nem neto varam legitimo, filho de filho varam ledimo*, proculdubio in primo gradu constituit quencunque filium, & in secundo nepotem: quarè patruum nepoti pręponit. Fertur verò, referente Acosta vbi supra. n. 12. vers. sexto, & Aluar. Valas. q. 50. citata in calce. n. 18. dum hic paragraphus anno. 1519. lectus fuisset coram Rege Emmanuele, proauo Regis Sebastiani, & auo Regis nostri Philippi, dixisse, perpicuum omnino illum esse in fauorem patrui. Alia verba eiusdem legis expendunt Acosta, & Valascus, in fauorem patrui: satis autem sit nos prędicta expendisse. Idem probatur ex lib. 4. ord. titu. 62. §. *e finando s.*, iuncto. §. penult. eiusdem tituli. In. §. enim penult. statuitur, vt in emphyteusi de bonis coronæ regni (quæ indiuisa in maioratus modum transire debent iuxta legem mentalem) quoad successionem seruatur, quod de emphyteusi nominationis, atq; adeo ex pacto & prouidentia, in alijs bonis dispositum erat. §. *e finando s.* citato. Ibi autem statutum fuit, quod si emphyteuta, nemine nominato, ex hac vita discedat, relicto filio, & simul nepote ex filio maiori natu prædefuncto, censeatur nominatus filius, & non nepos, atque adeò, vt filius succedat in ea empl yteusi, excluso nepote. Vbi vides, prępon patruum nepoti ex filio maiorimatu, tum in bonis coronę regni, quæ in modum maioratus deferuntur: tum etiã in bonis alijs, quæ ex pacto & prouidentia ad vnum tantum deferri debent. His accedit, in Lusitania instrumenta donationum de bonis regię coronę, quę Gama decis. 174. à. n. 1. refert, idem, quod lex mentalis, adhuc expressius & apertius, significare. Quòd si aliquod instrumentum prętert apertè nepotem patruo, id potuit Princeps pro suo beneplacito efficere: & tunc forma eius donationis, ac modo successionis in eo contentę, est standum, vt supra dictum est. Prędicta etiam accedit, rotulas esse rectitias in Lusitania in fauorem patrui, excludendo nepotem, etiam ab ipsimet Regibus, quas refert Gama decisione citata. à. n. 9. vt consuetudo Lusitanię possit id etiam appellari, vt idem autor affirmat. Nõ obstat hactenus dictis, quòd in eadem lege sæpe dicatur, eadem bona concessa fuisse alicui, & eius successoribus, & hæredibus, vel obuenisse iure hæreditario, vt constat ex. §. 1. eiusdem legis, & ex plerisque alijs, & perspicuè ex. §. 17. Quoniam ibi est termo ante legem mentalem: lex autem ipsa mentalis statuit, vt, etiam si in posterum ita concederentur, semper essent alligata vinculo maioratus, vt indiuisa iure sanguinis, atq; ex pacto, & prouidentia eiusdem legis, deferrentur modo hactenus, & disp. 576. relato, & explicato.

Acosta vbi supra. n. 28. rectè infert, quòd, licèt patruus esset minor ętate, quàm nepos, præferendus nihilominùs esset nepoti in eiusmodi maioratu de bonis coronę regni; & id approbat Aluar. Valas. q. 50. citata. n. 26. Ratio autem est, quoniã in. l. mentali, &. 4. lib. ord. §. penult. iuncto. §. *e finando s.*, conuentaneè ad ius cõmune, primo loco vocatur filius vltimi possessoris, tanquam coniunctior vltimo possessori gradu vno, quã sit nepos, & interimos, vocat, qui maior fuerit superstes tẽpore mortis, quicunq; sit: & secundo loco, in defectu filiorum, vocatur nepos: quare, etiã si sit minoretate, quã nepos, antecedere debet nepoté in successione eius maioratus, tanquã coniunctior vno gradu vltimo possessori, neque habente locum in ea successione repręsẽtatione.

Idẽ Acosta. n. 29. & part. 2. n. 24. vers. in maioratu, asseuerat, si filia, ex pacto & concessione Principis, admittatur ad successionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem eiusmodi maioratus de bonis re- A
giæ coronæ, non excludere nepotẽ ex fi-
lio prædefuncto, sed nepotem illi esse præ
ferendum. Ego dicerem, si à principio cõ-
cessionis eorum bonorum in maioratum,
concederetur, vt succederet filia, cõsulen-
dam esse formam, instrumentúmve, con-
cessionis. Et quidem, si id concederetur fi
lijs, tam masculis, quàm fœminis, & nepoti
bus, aut concederetur filijs, & in eorum de
fectum filiabus, aut certę filię designatæ;
tunc certè, cùm filię promiscuè cum filijs
vocarentur, aut in defectum filiorum, cen-
sebuntur vocatę in primo gradu: & cùm
non sit locus repræsentationi, præferen-
tur nepotibus ex filijs.

Dubium est, si tẽpore mortis vltimi pos
sessoris, nullus ipsius filius sit superstes; ha
beat tamen nepotes ex varijs filijs; & eue-
niat, vt nepos ex filio minori natu, sit ma-
ior ætate, quàm nepos ex filio maiori, qui
nepos cui est præferendus in successione
in maioratu, de quo nobis est sermo? ne-
pósne minor ætate ex filio priùs nato? an
potiùs nepos maior ætate ex filio posteriùs
nato: Quæstionem hanc excitat Acosta vbi
supra. n. 30. Et in sententiam, quòd nepos
maior natu sit præferendus, citat Baldum.
Pro contraria verò citat Yserniam & Ti-
raquel. tametsi neutri loquantur de eiusmo
di Lusitanis maioratibus. Mihi probatur
sententia Acostæ ibidem, cum quo cõsen-
tire videtur Aluar. Valas. n. 26. Nempe, in
eiusmodi maioratibus, in quibus locũ non
habet repræsentatio, etiam virtute, prępo-
nendum esse nepotem natu maioré ex fi-
lio posteriùs nato, nepoti natu minori ex
filio priùs nato. Ratio est, quia sunt pares
in gradu, & ille superat hunc in qualitate
ętatis, neque est locus repræsentationi.

In lege mentali. §. 15. habetur, si posses- 3 D
sor eiusmodi maioratus de bonis coronę
regni (siue sit is, cui primò ea bona donata
à Rege sunt, siue ad quem tandem deue-
nerunt) voluerit quoddam, aut quędã, ex
eis prędijs donare alicui filio, aut filiæ, se-
cundò, tertiò, aut vlteriùs genitis, viuente
primogenito, in cuius prędiciũ id cedit,
posse id efficere de licentia Regis, etiam si
is primogenitus non cõsentiat, & etiã si ex-
pressim donatio à Rege fuerit possessori
ipsi, & tali filio primogenito: modò tamen,
quod ita de facultate Regis donauerit, nõ
sit integrum dimidium bonorũ de corona
regni, quę possidet. & modò nó diuidat prę
dium aliquod, sed integrum illud donet.

Atq; exprimitur, quòd si ea donatio facta A
ita fuerit filiæ in dotẽ ad nubendũ, illaque
sinè filio, aut nepote, moriatur, continuò,
quod ita fuit ei donatũ, deuoluatur ad coro
nã regni: si verò reliquerit filium, aut nepo
tẽ ex filio, ad eum id deueniat, & postea ad
successores illius, iuxta dispositionem legis
mentalis. Additur, quando talis maioratus
consistit solùm in vno prædio, de illo non
posse fieri talem donationem filio, aut fi-
liæ, posterius natis, sinè facultate Regis, &
consensu primogeniti, eiusue, qui tunc pri
mò ad eum maioratum vocatur, atq; adeò
in cuius præiudicium ea donatio cedit. B

Circa vltimam partem huius. §. quærit
Acosta vbi supra. n. 31. Si pater habẽs hoc
prædium de bonis coronę regni, illud de
facultate Regis donet primogenito, isque
primogenitus moriatur viuente patre, relic-
toq; filio, vtrum, quando mortuus fuerit
pater, filius eius secundògenitus, possit ex
trahere à nepote prędium illud, tanquam
ad se attinens per mortem patris. Acosta af- *Argumen*
firmanter respondet. Ducitur, quoniam le *tum.*
gislator ille non vult per donationem Re-
gis autoritate vallatam, præiudicium ei
fieri, quem lex mentalis ad eum maioratũ
vocat: filius autẽ secundò genitus, mortuo C
primogenito, vocatur ad eum maioratũ per
legem mentalem, excluso nepote superśti
te: quarè, sicut si, viuente primogenito, pa-
ter de facultate Regis, & sinè consensu ta-
lis primogeniti, id prędium donasset filio,
aut filię, vlteriùs genitis, maneret quidem
id prędium apud eum donatarium, interim
dum pater viueret, sed, eo mortuo, filius
primogenitus obtineret id prædium; ita in
re proposita, nepos ex primogenito, reti-
nebit id prædium interim dum auus vixe-
rit, sed, eo defuncto, spectabit ad patruum,
filium secundò genitum donatoris.

Ego contrariũ arbitror esse omnino ve- D
rũ. Ratio est, quoniã donationes factę iux-
ta formã eius paragraphi, validæ sunt & ir-
reuocabiles, nihil impediente, quòd in prę
iudicium alterius cedant: id quod Acosta
nõ negat, sed neq; negare rectè potest. Cũ
enim ea bona deriuata sint ex corona regi-
ni, modũq. intenderit lex mentalis adhibe
re donationibus antea à Regibus factis, &
in futurum faciendis, de eis bonis, ita, vt mi
nus in prędiudicium regni, & plus in Regis,
& subditorum, vtilitatẽ cederent, modi ea
lege adhibiti, validi sunt, etiam si in præ-
iudicium redundent eorum, ad quos alio-
quin res illæ erant deuenturæ, quia vel non
-euep

deuenient, vel deuenient minori cum eo- A
rum emolumento: neq; ad eos modos adhi
bendos, necessarius fuit consensus eorum,
in quorum præiudicium, modo explicato,
cedunt. Atq; ita cessant ea, quibus vlteriùs
ex iure communi Acosta suam sententiam
confirmat, quę in materia, ac re longè di-
uersa, locũ habent. Sic, in priori parte eius
paragraphi, donatio facta à possessore ex
Regis facultate, & sinè consensu primoge-
niti, ad quem ea bona erant deuentura, va-
lida omnino est, & irreuocabilis: neq; po-
steà ea bona reuertuntur ad eum primoge-
nitum, sed ad filium, aut ad nepotem ex fi- B
lio, fratris, aut sororis, cui ea donatio facta
est: quòd si sinè sobole ex linea virili decc-
dant, reuertuntur continuò ad coronãregni,
vt hæc omnia ex priori parte eiusdem
paragraphi liquent. In posteriori verò par-
te, quoniam ea donatio erat totius maiora-
tus, ita vt nihil remaneret primogenito, aut
cuicunq; alteri ad eum maioratum vocato
immediatè, voluit legislator, vt non aliter
donatio esset valida, quàm si simul adesset
facultas Regis, & consensus vocati eo mo-
do immediatè: non tamen exegit consen-
sum cuiuscunq; vlteriùs vocati, etiam si id
in ipsius præiudicium cedere posset. Quia- C
rè, si ea donatio fieret sorori, aut filio ter-
tiò genito, de consensu primogeniti, valida
omnino esset, & omninoirreuocabilis, esto
primogenitus moreretur posteà ante pa-
trem, & successurus esset filius secundò ge
nitus in eo maioratu, si non esset facta ea
donatio: neque is filius secundògenitus, po
test tunc post mortem patris reuocare eam
donationem. Quia ergo ad donationem
eius prædij satis est facultas Regis, & con-
sensus primogeniti, neque necessarius est
consensus secundò geniti, esto, deficiente
primogenito, filius secundògenitus sit suc D
cessurus in eo: & primogenitus sicut potest
consentire, vt donetur a patre in vita cui-
cunque alteri fratri suo, aut sorori, ita po-
test consentire, vt sibi donetur in vita pa-
tris, vel simpliciter, vel ad matrimonium
contrahendum, vel ex alia causa; vtique eo
ipso, quòd de facultate Regis, & consensu
suo, sibi donatum est, comparat dominium
illius, accedente traditione. & donatio effi
citur irreuocabilis, ac proinde per mortem
ipsius, tanquam iam vltimi legitimi posses-
soris, transit ad suum filium, & non perti-
net ad suum fratrem, etiam per mortem pa
tris, ad quẽ prędium illud ia nó spectabat.

Ad arg. Ad maiorẽ argumenti Acosta, dicendũ

est. Si in ea esset sermo, etiam de donatio- A
ne, de qua in priori parte eius paragraphi
est mentio, falsam omnino esse, vt ex ipio-
met paragrapho constat, explicatumque
est. Si verò sit solùm sermo de donatione,
de qua agitur in posteriori paragraphi par-
te, dicendum est, veram esse, si intelligatur
de eo, qui lege mẽtali vocatur immediatè,
quando donatio fit, ac sinè ipsius consen-
su: falsam verò esse, si intelligatur de vlte-
riùs tunc vocato, qualis est filius secundò
genitus, aut si intelligatur, etiam accedẽ-
te consensu immediatè tunc vocati. Vt de
minor non est ad propositum: nam filius B
secundò genitus, non vocabatur immedia-
tè, quando facta fuit donatio: & eo ipso,
quòd ritè facta fuit donatio primogenito,
de consensu ipsius, & facultate Regis, iux
ta formam posterioris partis eius paragra-
phi, factusque proinde est filius primogeni
tus legitimus possessor ac dominus rei il-
lius, expirauit totum ius remotum, quod,
vi legis mentalis, filio secundò genito com
petebat, vt explanatum est, ac proinde de-
siuit eo ipso lege illa vocari. Quod ad con
sequens verò attinet, dispar omnino est ra
tio de donatione, de qua in priori illius par C
te fit mentio, & de qua mentio est in poste
riori. Prior quippe illa donatio esset nulla,
propterea quod in ea seruatanõ esset forma
posterioris partis. §. 15. posteriorverò est do
natio valida, quia in ea seruatur ea forma.

Dubium est, si filius primogenitus pos- 4
sessoris eiusmodi maioratus de bonis Re-
giæ coronę, moriatur in acie belli, relicto
filio, nepote eiusdem possessoris, vtrum,
mortuo posteà maioratus possessore, suc-
cedat in maioratu filius secundò genitus,
an verò nepos filius primogeniti defuncti.
Et ratio, quarè in hoc euentu nepos videa-
tur prędferendus patruo secũdògenito, est.
Quoniã primogenitus, qui in acie mortuus
est, reputatur viuere per gloriã, quoad ea,
quæ commodũ ipsi, aut ad ipsum attinen-
tibus, afferre possũt, vt constat ex. l. bello
amissi. ff. de excusationib. tutorũ, ex. §. sed
& si in bello, inst. eodem titu. & ex. §. fœmi
næ. inst. de adopt. quarè tẽpore mortis pos
sessoris maioratus, reputabitur filius eius,
in acie defunctus, adhuc viuere, vt filius ip
sius damnum ex ea morte non reportet,
sed perinde succedat in aui maioratu, ac
si pater ipsius adhuc viueret, & transmit-
teret ad eum maioratum. Acosta vbi su-
pra. n. 34. consentaneè ad alios, quos
citat, rectè ex hoc fundamento affir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mat, in eo euentu nepotem præferendum esse patruo, atq; ita ait accepisse iudicatum fuisse in Lusitania. Nec probo opinionem Camæ decis. 174. qui, cùm. n. 10 confiteatur ita in Lusitania fuisse iudicatum, ibidem tamen &. n. 1. ac. 9. contrariãaffirmat sententiam cum quodam Gundisaluo Valasco, ductus satis debili ratione. Nempe, quòd nepos, interim dum pater viuit, non succedat auo in maioratu: quarè, si quando auus moritur, pater eius nepotis viuere per gloriam reputatur, nepos non succedit tunc auo in eo maioratu. Ad hanc quippe rationem dicendum est, patrem defunctũ in bello, reputari viuere, solùm quoad ea, quę ipsi, & ad eum attinentibus, commoda sunt: quoad reliqua verò stari veritati, ac proinde haberi pro defuncto: vnde reputatur in eo euentu viuere ad effectum, vt maioratus per ipsum transeat in suũ filiũ, ipseq;, quasi viuus, illũ obtineat, & excludat suum fratrem secundò genitum: ad effectum verò, vt ratione ipsius cõtinuò trãseat ad suum filium, statur veritati, mortuusq; reputatur, vt verè mortuus est.

Quando pater possessor maioratus, & filius primogenitus, relicto filio, ruina domus, naufragio, aut alio simili euẽtu periere, si constat, patrem ante filium, vel vnico momento, perijsse; tunc, cùm breui illo tẽpore successerit filius patri, transmittit maioratum in suum filiũ, quiexcludit patruũ. Quòdsi filius sobolem tunc virilem non reliquisset, maioratus deuolueretur ad coronam regni: eò quòd illi non succedat frater suus secundò genitus, sed bona deuoluantur ad regni coronam. Si autem constaret simul omnino perijsse, vel filium obijsse, vnico saltem momento, ante patrẽ; tunc succederet filius secundò genitus, excluso nepote: quia successio esset immediatè patri, & non filio primò genito. Deniq; in dubio, quis prior obijsset, præsumptio est iuris, obijsse posteriùs eum filium primogenitum puberem, atq; adeò deuenisse ad eũ maioratũ ex patre. l. qui duos. §. cùm in bello, &. §. si Lucius. ff. de rebus dub. qua de causa succederet in eo maioratu filius ipsius, excluso patruo, vt cũ alijs Acosta vbi supra. n. 36. ait; tametsi res hæc non careat dubio. Imò verius videatur, non esse tunc locum tali præsumptioni, sed succedere filium secundò genitũ, excluso nepote, vt in simili re disputatione sequenti dicetur. Acosta ibidẽ rectè subiũgit, cùm præsumptio illa sit ex pietate, benignaq; iuris interpretatione, in fauorẽ filij puberis, & eorũ, qui ad illum attinent, vtiq; in euẽtu, quòd filius ille pubes sobolẽ virilẽ non haberet, atq; adeò quòd, si is mortuus esset posteriùs, maioratus deuolueretur ad regni coronã iuxta legẽ mentalẽ, tunc id nó esse præsumendũ, sed potiùs perijsse simul, vt bona, ex æquitate, & pietate, deuenirent ad filium secundò genitum, aut ad aliũ masculũ ex linea virili, successorem vltimo possessori, & non deuoluerentur ad regni coronam: præsertim cùm dura sit ea deuolutio ad coronam regni, lexq; ipsa mentalis, quę id statuit, dura etiam sit.

I. lege mentali. §. 7. statuitur, si is, qui alioquin immediatè ad eiusmodi maioratũ vocabatur, sit omnino exemptus à regia iurisdictione, quia initiatus sacris ordinibus, aut beneficiatus, vel religiosus, hunc non posse succedere in maioratu, sed deuolui ad fratrẽ proximiorẽ: quòd si nullus alius sit, qui iuxta legẽ mentalẽ succedere in eo maioratu possit, tunc, permortẽ vltimi possessoris, deuoluitur ad regiã coronã. Dubiũ verò est, num, si is, qui ita immediatè vocabatur, filiũ legitimũ habens, ordines sacros suscipiat, aut si ingrediatur religionem, vel obtineat Ecclesiasticũ beneficiũ, mortuo posteà vltimo maioratus possessore, succedat in eo filius huius, an non, sed ipsum excludat patruus, frater eius, qui, si esset de iurisdictione seculari, successurus in eo maioratu erat. Et quanuis, si ad sola verba legis attendas, patruus in eo euẽtu prẽponendus nepoti videatur, certè per Epicheiã, legum interpretẽ, in euentibus, qui si, quãdo lex condebatur, legislatori ocurrissent, eos excepissent, potiùs dicendum videtur, in eo euentu exemptionẽ illã à regia iurisdictione, impedimento quidem illi esse, ne ipse eum maioratum obtineat: non verò, vt id impedimento sit, quòd, loco ipsius, transeat ad suum filium, minimè eo impedimẽto affectũ, qui patruo meritò præponatur. Et quando euentus hic accideret, cõsulendus esset princeps, vt eã legem in eo euẽtu intepretaretur. Ita Acosta vbi supra. n. 33. Qui, iuxta additionẽ in margine ad glosſã. §. sed si in bello, verb. per gloriam, inst. de excusat. tutor. rectè subiungit, cũ cõmuni fẽtẽtia, quã ea additio affirmat, si is primogenitus per religionis ingressũ incapax esset effectꝰ successione in eo maioratu, reputari, ac si esset mortuꝰ in bello, & viueret per gloriã sinè eo impedimẽto, vel ac si eo impedimẽto nó esset affectꝰ, idq; ad effectũ, vt is maioratum

ratus transiret in filium suum, nec deueniret ad fratrem suum minorem natu, patruum filij sui.

Ad prim. arg. Supereſt respondeamus ad argumenta initio disputationis proposita. Ad primum ergo dicendum est, quanuis multa ex eiusmodi bonis (tanquam vi donationis regię, formæq;, qua donata erant, effecta patrimonialia, & libera donatariorum, eorumque, qui in illis successerant) iure deferrentur hæreditario ante legem mentalem, sicut & cætera libera bona eorum, qui illa possidebant, vt ex decursu eiusdem legis mentalis constat; eo tamen ipso, quòd lege mẽtali alligata sunt vinculo maioratus, ac proinde quòd est sancitum, vt deinceps iure sanguinis in eis succederetur, præsertim forma ea lege prescripta, perspicuè sublatam esse repræsentationem in successione in eis bonis. Ad id verò, quod dicitur de derivatione regni Lusitani à regno Castellæ, dicendum est, quanuis vim aliquam habeat quoad successionẽ in ipsa corona regni, vt disp. 632. dicetur; derivatum tamen esse, tanquam distinctam rempublicã, quæ iure communi, & suis particularibus legibus in progressu ipsius latis, magisq; accedentibus ad ius commune, quam ad priuatum ius Castellæ, gubernata fuit, vt ex ordinationibus Lusitanis liquet: qua de causa maioratus in Lusitania, tam de bonis coronæ regni, quàm de bonis patrimonialibus, semper iudicati sunt instituti iuxta cõmune ius, quando institutor aliud non expressit, & non iuxta Castellę ius, & consuetudinem. Vnde in Lusitania semper ad iudicandum de eiusmodi maioratibus, habitus fuit recursus ad ius commune, & non ad ius & cõsuetudines circa maioratus regni Castellæ, vt ex sententijs circa maioratus in Lusitania latis, atque ex scriptoribus Lusitanis, satis liquet. Consonat verò lex ipsa mentalis, quæ accommodatè ad ius commune, quoad modum successionis, & non accommodatè ad ius & consuetudinem Castellæ, lata fuit. Atq; ad declinandã cõtrouersiam, quæ, ſtãdo in iure communi, est inter doctores, quando ad maioratũ vocantur primogeniti, sub nomine primogenitorum, num, saltem virtute, primogenitus ex primogenito defuncto repręsentet patrem, & excludat patruũ, lata est lex mentalis, vocando ad eiusmodi maioratũ, filium maiorẽ natu vltimi possessoris, qui fuerit repertus tempore mortis ipsius, & secundo loco, in defectũ omnium illiorum, nepotem, vt explicatum est in qua forma cõmunis doctorũ sententia affirmat, non habere locum repræsentationem, ſtando in iure communi.

Ad secundum. Ad maiorem secundi argumenti dicendum est, eum maioratum deberi primogenito, primogenitumq; habere ius ad illum, si superuiuat patri; deficiente verò conditione, comparare filium secundò genitum, vi ipsiusmet legis mentalis, ius ad illum, & non nepotem, vt ostensum est. Quòd autẽ ius illud primogeniti descendat ex cõtractu donationis principis, accedente, & cooperante simul lege mentali, nó tollit, quòd sit conditionale, modo explicato, & quòd, deficiente conditione, primogenitus non transmittat illum ad suum filium. nepotem vltimi possessoris, vt in calce disp. 626. ostensum est: quo in loco latum ostendimus esse discrimen inter ius, quod vocatus ad maioratum comparat ad illum, etiam si maioratus contractu donationis, aut alio, sit institutus, ad effectum, vt conditionale sit, modo explicato, nec transmittere illud possit; & inter ius, quod ex donatione in commodum particulare alicuius facta, is cõparat, ita vt trãsmittere illud ad suos posteros, perinde atq; alia ipsius bona, possit.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum est, quanuis intentum legis mentalis sit, vt bona non maneant in perpetuum extra regiam coronã, sed ad eam reuertantur, non tamen ea omnia in ea fuisse statuta, vt, quanto citiùs esset possibile, regrederentur, neq; expediebat tanto rigore, & calliditate, statui: vnde potiùs est attendendũ, quid re ipsa in ea sit statutũ; quàm, ad metiendo eã legẽ ex fine illo, quẽ intendit argumentũ, peruertenda sit falso intellectu & interpretatione. Adde, sæpe, & vt plurimũ, euenire, vt bona maioratus regrediãtur citius ad coronã regni, succedẽte filio secũdò genito, quàm succedente nepote. Solent enim filij secundò geniti nó ducere vxores, sed seruire in bello, & in alijs ministerijs, Regibus, dũ spem proximam non habent ad maioratũ; eò quòd competentia bona non habeant, iuxta ipsorum conditionem, ad sustinenda onera matrimonij, neq; vxores diuites inueniant; & ita tardiùs vxores ducunt, minusq; tempus habent ad filios procreandos, in quos maioratus deriuetur, quàm habeant nepotes. Adde etiam, filios secundò genitos, maturiores esse ætate, & viribus robustiores, vt redditibus maioratus Regi seruiãt, iuxta onera eorum maioratuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adquartũ. Ad quartum dicendũ est, si quid probat A id argumentum, solùm esse, id locum habere in regno ipso Lusitaniæ, ob ea, quę disp. 632. dicenda sunt: non verò pugnare cum lege mentali, aut idem locum habere in maioratibus, de quibus in lege mentali est sermo, vel in maioratibus de bonis patrimonialibus in Lusitania institutis.

SVMMARIVM.

1 IN *maioratibus de bonis patrimonialibus locus non est repræsentationi in Lusitania, ac proinde patruus præfertur nepoti, etiam in linea descendente, & etiam si minor natu sit quàm nepos.*

2 *In eisdem maioratibus filia vltimi possessoris, etiam minor natu, excludit nepotem ex filio, quando aliud non disposuit maioratus institutor.*

3 *In eisdem maioratibus masculus minor natu excludit fœminam eiusdem gradus maiorem natu, lege Sebastiani dirimente controuersiam, quæ ea de re antea erat.* C

4 *In eisdem maioratibus si succedant nepotes ex varijs filijs aofiliabus, defunctis parentibus ipsorum, maior natu, etiam si sit ex filia, præponitur cæteris. Si pares essent omnino ætate, qui esset nepos ex filio, præferretur nepoti ex filia, & qui esset ex filio maiori natu, præferretur nepoti ex filio minori natu.*

5 *Si filius maior natu moreretur in bello, nepos ex illo, præferretur patruo.*

6 *In eisdem maioratibus, si vltimus possessor & primogenitus pereant eodem naufragio, aut eadem ruina, & constet patrem, vel vno momento, perijsse ante filiũ, succedit nepos, & præfertur patruo. Si verò constet filium prius obijsse, succedit patruus, & præfertur nepoti. In dubio, censentur obijsse simul, & præfertur patruus, tamet si ad alios effectus filius pubes præsumatur perijsse post parentem, & impubes ante parentem.*

7 *In eisdem maioratibus ante omnia est standum dispositioni institutoris, illaq; est consulenda.*

8 *Dubæ expenduntur clausulæ diuersarum institutionum.*

In maioratibus Lusitanis de bonis patrimonialibus institutis, an locum habeat repræsentatio, neposq; patruo sit præferendus. Disp.631.

B VM in eiusmodi maioratibus, non hæreditario iure, sed sãguinis, atq; ex prouidentia instítutoris, succedatur, vt facilè patet ex dictis disp. 626. constat ex dictis eisdem disputationibus, & ex dictis disputatione præcedente, locum non esse in successione eiusmodi maratuum repræsentationi, stando in iure communi. Sed neque de iure Lusitano est in eis locus repræsentationi: eò quòd non proferetur locus, vnde illa colligatur. Et quoniam lib. 4. ord. titu. 62. §. *e finando se*, manifestè in emphyteusi nominationis, quæ proinde non iure hæreditario, sed ex pacto & prouidentia, indiuisa ad vnum tantùm, in maioratus modum, defertur, statuitur, vt, discedente ab intestato vltimo possessore, censeatur nominatus ad eã, succedatq́ue in ea filius masculus maior natu vltimi possessoris, & præferatur filiæ eiusdem vltimi possessoris, etiam si illa maior natu sit, quàm filius: itemq́ue, vt filius, aut filia, vltimi possessoris, præferantur nepoti, etiam si filius sit fratris natu maioris. Vbi vides præponi patruum, & amitam, nepoti, etiam si filius sit fratris natu maioris, ac proinde locum non esse repræsentationi. Sic enim habet ordinatio illa. E fiquando per *sua morte algum filho ledimo, neto, ou bisneto varam, em tal caso deue ese*r *forro fiquar a elle, e pagar à pensam delle segundo* D *forma do contracto: e bem asi a a filha, ou neta, não auẽdo hi filho varam, posto que seya mais moço que a filha, ou neta: e onde ouuer hi o dito filho, ou filha, non auera o dito foro neto, ou neta, posto que o neto seja filho de filho mais velho: e onde muitos filhos, ou filhas, ouuer, sepre o maior dos filhos, ou a maior das filhas, a a mẽgoa dos filhos, aja o dito foro.* Cõcinunt prętereà, quę ex lege mentali circa maioratus de bonis coronæ regni lib. 2. ord. titu. 17. disputatione præcedente relata sunt: ex quibus constat, de iure Lusitano non esse locum in eis maioratibus repræsentationi, sed patruum præferri nepoti: eadem verò est ratio de eiusmodi alijs maioratibus de bonis

nis patrimonialibus in eo regno institutis. A Consentiunt, in eiusmodi maioratibus de bonis patrimonialibus non esse locum repręsentationi in Lusitania, Acosta de successione patrui & nepotis part. 2. à. n. 15. & Aluar. Valas. de iure emphy. q. 50. à. n. 28. ac proinde præponendum esse patruum, filium secundo, aut tertiò genitum, vltimi possessoris, nepoti, filio ex primogenito defuncto, etiam in linea descendentium, cõparatione vltimi possessoris, nedùm in linea collaterali.

Dubitabit fortè aliquis, vtrum saltem, quando maioratus institutor fuit ascendẽs comparatione vltimi possessoris, atque adeò comparatione primogeniti defuncti relicto filio, nepote eiusdem vltimi possessoris, is nepos excludat patruũ, quasi post eum primogenitum vocatus sit ad maioratum frater eius secundò genitus, sub tacita condítione, si primogenitus sine liberis decesserit, iuxta. l. cùm auus. ff. de condit. & demonst. l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. l. & generaliter. §. cùm autem. C. de inst. & subst. & l. 10. titu. 5. part. 6. Ad quod neganter est respondendum cum Acosta vbi supra. n. 20. in responsione ad quintũ. Vna enim è præcipuis interpretationibus eorum iuriũ est, quòd intelliguntur, quando grauatus restituere aliquid, in particulari, atque absolutè & cum effectu est vocatus ad illud: secus autem, quando sub conditione, quæ deficit: primogenitus autem ille, neque in particulari fuit vocatus, sed si in eo ordine & gradu nasceretur: neq; vocatus fuit absolutè, sed sub conditione, si superuiueret vltimo possessori, vt disp. 626 & disputatione precedente, dictum est; neque obtinuit maioratum illum deficiente conditione: si autem illum obtinuisset, immediatè post ipsũ vocabitur filius ipsius, & non frater eius defectum verò ipsius, qui D non successit in maioratu conditione deficiente, stando in iure communi, & Lusitano, vocatus fuit frater ipsius secundò genitus, non vero filius ipsius, vt dictum est.

Quæ dicta sunt intelligi debent, etiam si filius secũdò genitus, minor sit ętate, quàm filius nepos ex primogenito. Quoniam, vt disputatione præcedente in simili euentu dictum est, quando cessat repræsentatio, proximior in gradu vltimo possessori præponi debet remotiori, etiam si proximior sit minor ætate, quàm remotior.

2 Quin filia vltimi possessoris in Lusitania, præferetur nepoti ex primogenito antea defuncto, etiam si ille descendat per lineam masculinam, & sit maior ętate, quàm amita, & conseruanda sit in eo familia institutoris, & vltimi possessoris, non verò in amita, filia vltimi possessoris. Quoniam, licèt in Lusitania, quando aliud non expressit institutor maioratus, masculus eiusdem gradus præferatur fœminæ, etiam ętate maiori, vt Rex Sebastianus lege statim referenda declarauit, satis consentaneè ad ordinationes Lusitanas lib. 4. titu. 62. §. *e finando se*, & ad id, quod natura ipsa rei in re proposita postulat; mulier tamen proximior in gradu, quando illa incapax B non est successionis, neque locum habet repræsentatio (vt in re proposita vtrunque euenit) excludit masculum remotiorem in gradu, & maiorem ætate; eò quòd talis fœmina proximior sit vltimo possessori: idque in emphyteusi nominationis, in qua succeditur in modum maioratus, statuit ordinatio Lusitana. §. *e finando se*, citato. Atque in his consentit Acosta vbi supra in calce. n. 20. & n. 21. Reijcienda est ergo sententia Gamæ decis. 69. &. 337. qui, cùm repræsentationem non admittat, nihilominùs censet, nepotem ex filio, etiam ætate minorem, præferendum esse amitæ, ductus, quòd ita affirmet Bart. quẽ C doctores communiter sequuntur. Bartolus enim non loquitur stando in iure & consuetudine Lusitana: eiusque doctrina pugnaret aperte cum ordinationibus Lusitanis. §. citato, & cum lege Sebastiani, quin & cum principijs iuris communis, eiusque proinde sententiæ non est standum. Et contrariam sententiam ipsemet Gama amplectitur decis. 345.

Fuit quondam in Lusitania controuer- 3
sia; num, quando aliud non expressit institutor maioratus de bonis patrimonialibus, fœmina maior natu in eodem gradu præferenda esset masculo minori natu; vt filia maior natu, filio minori natu; & neptis maior natu, nepoti minori natu; & ita consequenter: contrariæque ea de re fuerunt opiniones, & pro parte vtraque latæ fuerunt sententiæ, vt satis significat lex ipsa à Rege Sebastiano annò. 1557. lata, ad eam controuersiam dirimendam, & testatur Gama decis. 11. decis. 69. decis. 129. & decis. 337. Lex verò Sebastiani est. 12. titu. 1. part. 6. legum extrauag. & ita habet. *Ordenou el Rey Dom Sebastião nosso senhor (por tirar as duuidas, que muytas vezes se mouião, se nos morgados succederia*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a filha mais velha, ou o varão mais moço, seu irmão em que auia diuersas sentẽças e opiniões) q̃ sẽpre o filho varão succeda nos ditos moorgados e bẽes vinculados, e preceda sua irmaa, posto que seja mais velha. E sendo a dita duuida entre outros parentes em igoal grao mais chegado a o vltimo possuidor, sempre o varão precederá na successão a a femea, posto que ella seja mais velha. O que se entenderá, não declarando, ou disponendo o instituidor em quaesquer dos ditos casos doutra maneira: por que o que elle ordinar, se comprira. E na successão dos bẽes da coroa não auera lugar esta ley, e se guardara acerca disso a disposição das ordenações, e doações dos taes bẽes. Porrò lex hæc est declaratoria, & tanquam verior em, & consonantem ordinationibus. §. e finando s. citato, & in qua plus prospicitur memoriæ, & conseruationi familiæ institutorjs maioratus, magisq; est iuxta mentem institutoris, elegit eam opinionem. Quarè ei legi est standum, etiam in maioratibus ante eam legem institutis.

4 Quando vltimus maioratus possessor mortuus est sinè filijs, & filiabus; attamen relictis nepotibus ex varijs filijs, aut etiam ex filiabus, masculus inter eos, qui fuerit maior natu, erit præferendus in successione eius maioratus, etiam si filius sit filij posteriùs nati, vltimi maioratus possessoris; idq̃ propter ea, quæ in simili euentu disputatione præcedente dicta sunt. Consentit Acosta part. 2. citata in calce n. 24. Qui n. 25. addit, si casu eueniret, vt nepotes diuersorum fratrum pares essent ætate, tunc nepotem ex filio seniori, præferendum esse: quoniam illi in cæteris sunt pares, & in illa qualitate, quòd vnus sit filius filij maioris, excedit alterum: magis autem consentaneum est menti institutoris, quòd vnus eorum tantùm admittatur ad maioratum, isq; sit filius filij maioris natu vltimi possessoris, quàm quòd maioratus diuidatur inter illos: atque pro disposito ea in re est habendum, quod verisimile est defunctum dispositurum fuisse, si agnosceret eum casum euenturum, argumento legis tale pactum. §. vlt. ff. de pactis. Placetque mihi hæc opinio in Lusitano regno, vbi dispositum non est, quòd maioratus in simili euentu inter vtrunque diuidatur. Et eadem ratione dicerem, si duo illi nepotes, pares ætate, essent, vnus ex filio, & alter ex filia, vltimi possessoris, nepotem ex filio, quanuis iuniore, præponendum esse nepoti ex filia seniori: quia qualitas illa, quòd sit ex filio, cæteris paribus, præponderat, præsertim A post legem Sebastiani paulò anteà relatam.

Quando filius maior natu vltimi possessoris, relicto filio, moreretur in acie, tunc 5
nepos præferretur patruo, propter ea, quæ in simili euentu disputatione præcedente dicta sunt: est quippe eadem ratio, tam in his, quàm in illis, maioratibus, eaq̃; de causa non plura hac de re hoc loco dico.

Quando filius primogenitus, relicto fi- 6
lio, periret cum patre, possessore maioratus, ruina eadem, naufragio, aut alio simili casu, si constaret patrem ante filium, vel B breuissimo tempore, obijsse, tunc, cùm breui illo tempore maioratus deuolutus esset ad eum filium, vtique transiret ex eo filio ad suum filium, nepotem prioris illius possessoris maioratus, & excluderet patruum, vt est notissimum. Si verò constaret, filiũ, vel tempore breuissimo, obijsse ante patrem, tunc maioratus, de quo loquimur, transiret immediatè ad filium secundò genitũ vltimi possessoris, tanquam ad proximiorem illi in gradu, excluderetque nepotem. Tota verò difficultas est, quando non constat, quis, ante quem, mortuus sit, num iuris præsumptione (iuxta ea, quæ disputa C tione præcedẽte in simili dubio dicta sunt) censendum sit filium puberem superuixisse patri, atque adeò ex tali filio deuolutum fuisse maioratum ad filium ab eo relictum, nepotem prioris maioratus possessoris: an verò id non sit præsumendum, sed vtrunque simul obijsse, ac proinde immediatè, ex antiquo possessore, transijsse maioratum ad descendẽtem sibi proximiorem in gradu, hoc est, ad filium secundò genitum, excluso nepote remotiori in gradu tali vltimo possessori. Vt autem quid de hac re dicendum sit, intelligatur, obseruandum est. In euentibus, in quibus ius non expressit, vnum ex ita pereũtibus præsumi obijsD se ante alium, censendum esse, vtrunque è vita discessisse simul. Ita probant. l. qui duos, in prin. & §. si maritus. l. quod de pariter, & duę leges sequentes. ff. de reb. dub. & consentire videtur. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. Quod verò ad rem præsentem attinet, lex, qui duos. §. cùm in bello, & . §. si Lucius. ff. de reb. dub. ad effectum explicandi ac definiendi, quis hæres existat defuncto, statuunt. Si pater, & filius pubes, moriantur in bello, ruina, naufragio, aut alio simili modo, neque constet, quis, ante quem, obierit, præsumi patrem obijsse ante filium, atque

que adeò filiũ heredem illo breui tempore extitisse patri, filioque succedere matrem. Si verò pater, & filius impubes, illo modo moriantur, neque constet, quis ante quem, præsumi, filium obijsse ante patrem, ac proinde ad hæredes patris deuenire hæreditatem, quam is filius ex patre erat habiturus, si superuixisset patri. Atque ibi est sermo non solùm quoad id, quod tali filio obuenire debebat ex dispositione legis, sed etiá quoad id, quod obuenire ei debebat ex dis positione hominis, quicquid Acosta vbi su B pra. n. 26. in contrarium dicat; vt, si pater eum instituat hæredem solum, atque eum instituat vltra suam legitimam, vt constat ex. §. si Lucius citato. Idem statuitur de matre, quòd scilicet, si naufragio pereat cum filio pubere, neque constet quis antequem obierit, censeatur perijsse prius matrem. Si verò naufragio pereat simul cum filio impubere, præsumatur perijsse filiũ ante matrem, vt habetur. l. cum impubere, &. l. si mulier. ff. de reb. dub. His ita positis ac explanatis, Acosta vbi supra. n. 25. &. 26. ait, in maioratibus, de quibus loquimur, esse dicendum, si filius primogenitus, relic to filio, pereat cum patre maioratus possesC sore, nec constet quis ante quem, perierit, præsumi vtrunque perijsse simul, ac proinde maioratum deuolui ad filium secundò genitum, excluso nepote, filio talis primogeniti, simul cum patre maioratus possessore defuncti. Rationem reddit, quoniam, quòd filius pubes præsumatur mori post matrem, est ad effectum, vt obtineat hereditatem ad se attinentem, illiúsve debitam ex dispositione legis (Adde tu, vel vt simul eam obtineat, vnà cum portione, quam pater insuper illi voluerit relinquere ex testamento, titulo hæredis: neque enim æquitas postulabat, vt ad vnam partem hæreditatis præsumeretur mortuus D post patrem, & ad aliam non) maioratus autem non erat debitus primogenito illi ex dispositione legis, sed merè ex hominis dispositione illi erat obuenturus, si moreretur post matrem, ad quem effectum non præsumitur in similibus euentibus perijsse post patrem. Atque hac ratione, quando aliquis grauatus erat restituere fideicommissum alteri sub ea conditione, si ipse, 7
dinè liberis decederet, vt expiret fideicommissum, nec transeat ad illum alium, propterea quòd conditio non sit impleta, sed hæres ita grauatus censeatur discedere superstite filio, non satis est, quòd tempore A mortis habuerit filium, si is filius eodem naufragio, ruina, aut simili infortunio, cũ ipso perijt, nec constat obijsse post patrẽ: quoniã, siue is filius pubes esset, siue impubes, præsumeretur nó obijsse post patrem: ac proinde patrem discessisse sinè filijs, pertinebitque fideicommissum ad illum alium, cui erat relictum sub conditione, si hæres grauatus sinè filijs discederet, vt satis apertè videtur docere. l. ex facto. §. si quis autem, citato. Tametsi Accursius ibi verb. filium, eum. §. intelligat de filio impubere, quasi si filius pubes eodem infortunio cum patre pereat, censeatur obijsse post patrem. Cæterùm. §. ille, si rectè expẽdatur, de filio vniuersim loquitur. Neque contrarium est dicendum, quando maioratus fuit institutus ab aliquo ascendente, vel fideicommissum fuit relictum sub ea conditione ab aliquo ascendente, vt præsumendum tunc sit, filium puberem obijsse post patrem, argumento legis, cùm auus. ff. de rebus dubijs. l. cùm accutissimi. C. de fideicommissis. l. & generaliter. §. vlt. C. de instit. & substit, vt Socinus, ab Acosta relatus, voluit. Quoniam iura illa solùm inducunt tacitam conditionem, si hæres grauatus sinè liberis decesserit, quando sinè vlla conditione ascendens grauauit suum descendentem restituere aliquid alteri: in re autem proposita, etiam quando apposita fuit expressa ea conditio: filius pubes non sumitur mortuus ante patrem, ex. §. si quis præcitato: eò q̃ nó ad effectũ, vt is filius aliquid obtineat ex dispositione legis in bonis patris ipsi debitum, sed ad obtinendum aliquid ex mera dispositione hominum. Idem verò longè magis est dicendũ, quando ea conditio est solùm tacita: quarè iura illa non sunt ad propositum. Ex hactenus dictis facilè intelliges, idem dicendum in Lusitania esse. de maioratibus de bonis coronę regni institutis: neque enim sunt debita primogenitis, vi præcisè legis mentalis: neque vt hereditas, & tanquam bona patris: sed instituta sunt ex principis donatione, vt deueniant ad filium maiorem, qui per mortem patris fuerit repertus, idque ex pacto & prouidentia principis.

Hactenus tota hac disputatione rẽ hanc 7
examinauimus ac definiuimus, standum in iure communi, & Lusitano. Quia tamẽ ante omnia est standum voluntati institutoris maioratus, si aliud ipse voluerit, ac expressè statuerit, modo disp. 629. explanato, vt ex ipsismet legibus Sebastiani. 12. &. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

titu.1.part.6.legum extrauagantium,& ex A
dictis disputatione citata perspicuè constat,semper ante omnia ad iudicadum, quis in vnoquoq; eiusmodi maioratuum succedat,consulendum est instrumentum institutionis illius,eiusque quæ in eo fuerint sufficienter expressa,erit standum: quòdo autem aliud non fuerit sufficienter expressum, standum erit hactenus à nobis exiure communi,& Lusitano,explanatis.

Acosta vbi supra.à.n.1.hanc refert institutionem ordinationum lib.2.titu.35.§.antepenul.*Eu leixo por administrador da dita capella a Gonsalo meu filho,e per sua morte,quero* B
que venha a o seu filho mayor,que elle teuer,sendo de legitimo matrimonio nado.E que da hi em di ante pera sempre,assi per o dito modo em os que delle descenderem. Cùm autem Gundisaluus maioratum hunc obtinuisset, per mortem instituto ris,solasque filias habuisset, ante Gundisaluum mortua fuit filia primogenita,relicta quadam filia, nepte Gundisalui. Mortuo verò Gundisalno,lis esse cœpit inter neptem, quæ contendebat ad se pertinere,& filiam secundò genitam. Aitque Acosta,se consuluisse pro filia secundò ge C
nita,quæ & maioratum obtinuit per transactionem, modico dato nepti ex filia primogenita:longamque ea de re attexit ibi Acosta disputationem.

Quanuis autem id(iuxta hactenus dicta) dicendum esset,ea forma non attenta, atque in dubio,si ex forma perspicuè non intelligatur contrarium; neque omnino repugnare intendam hac in re Acostę; certè potius inclinarem in fauorem neptis, attẽta ea forma.Finge enim, institutorem habere alium filium,aut filios,præter Gundisaluũ(vt fortè plures habebat) & Gundisaluum mori ante institutorem,certè ex forma illa filius Gundisalui defuncti, & nepos institutoris,succedit in maioratu, excluso patruo,filio eiusdem institutoris: expressè enim forma illa,post Gundisaluum,vocat filium,aut filiam,maiorem Gundisalui, & excludit patruum, cùm ergo ipsa forma subiungat.*Assi da hi em diante pera sempre,assi per o dito modo em os que delle descenderẽ*; certè elegit lineam descendentem primogenitorum,seu maiorum natu, exclusis alijs descendentibus, tam ipsiusmet institutoris, quàm cuiuscunque alterius vltimi possessoris; sicut institutor à principio præposuit filium,aut filiam, Gundisalui, cæteris fratribus eiusdem Gundisalui, filijs eiusdẽ institutoris maioratus: quo fit, vt neptis Gundisalui ex filia primogenita, iuxta eam formam institutionis,præponi debeat filię posteriùs natæ eiusdem Gundisalui, atque amitæ comparatione eius neptis.

Gama decis.51.&decis.337.cõtrouersũ fuisse ait,vtrũ,nihil impediente.l.12. Sebastiani,supra relata,qua in successione maioratus præfert masculum minorẽ natu, fœminæ maiori natu eiusdem gradus, quando institutor aliud non expressit ac disposuit,sit nihilominùs fœmina maior natu prę ferenda masculo minori natu, quando maioratus institutor in hunc modum disposuit.*E per falecimento da quelle,que,assi o ouuer ficara a o seu filho,au filha,mayor,e a sisera para sempre a su linagem a o mayor e mais chegado*; quasi his verbis sufficienter maioratus institutor expressit,intendere, vt maior in eodem gradu,siue is fœmina esset,siue masculus,præferretur cæteris.Gama propendet,tunc fœminam maiorem natu esse præferendam masculo,quasi id sufficiẽter verbis illis expresserit,qui maioratũ instituit. Refert tamen vtrobique sententiam latam fuisse pro masculo. Ac sanè meritò lata fuit:nam sensus illorum verborum est: *ao seu filho maior,ou* (in defectu scilicet filiorum) *filha mayor*.Et satis est esse dubium,an maioratus institutor intenderit præferre filiam maiorem natu,filio minori natu, vt pro filio,iuxta legem Sebastiani, sit ferenda sententia.

SVMMARIVM.

1 CONTROVERSIA *explicatur, quæ esse potuit,& nõ fuit,circa successionem in regno Lusitano Ioanni tertio in linea descendentium.* D

2 *Controuersia proponitur, quæ re ipsa fuit in successione in eodem regno Henrico in linea collaterali.Punctumq;,status ve controuersiæ, dilucidè proponitur ac explanatur.*

3 *Quæ mouere poterant, in successione in regno Lusitano locum non esse repræsentationi.*

4 *Quibus aliqui ducantur, in successione in regno Lusitano locum esse ei repræsentationi, quæ de iure communi est in hæreditatibus.*

5 *Repelluntur copiosè,multaq; adducuntur, quibus ostenditur, Philippum Secundum Hispaniarum Regem legitimum fuisse successorem Henrico in regno Lusitano.*

6 *Dubium proponitur. Atq; stando in solo iure communi,ac Lusitano,ostenditur, etiam in linea descẽdentium,in successione in regno ipso Lusitano,patruum præponẽdum fuisse nepoti.*

Regni

7 *Regni Lusitani origo, in successioneq; in illo vnde nepos,& in defectum nepotis neptis,& in defectũ vtriusque,pronepos,aut proneptis,præferri in linea descendentium patruo, aut patruo magno debeant.* A

8 *In successione in corona regni Lusitani,nulla est repræsentatio in linea collaterali, ostenditurq; Philippum Secundum Hispaniarum Regem legitimum fuisse successorem Henrico in regno,& nulla ratione Dominam Catharinam.*

Vtrum in successione in ipsamet Regni Lusitani corona locus sit repræsentationi,ac proinde nepos ex primogenito prædefuncto, præferri debeat patruo,Disp.632. B

1 QVAESTIO hęc locum habere potuit in Lusitania per mortem Ioannis tertij,si euenisset,vt ex multis filijs, quos genuit, superstes aliquis esset tempore C
mortis ipsius.Cùm enim princeps Ioãnes eius filius,qui vxorem duxerat Dominam Ioannam Caroli quinti filiam,è vita discesserit ante patrem,manente Domina Ioanna prægnante, ex qua natus est posthumus Sebastianus;sanè, si superstes esset aliquis filiorum Ioannis tertij, quando ipse obijt, haberet hęc quæstio locũ,num scilicet nepos Sebastianus,natus ex filio maiori natu, succederet in regno,excluso patruo: an è contra patruus succederet excluso nepote.Quia tamen filij omnes Ioannis tertij de medio erant sublati, locum tunc non habuit hęc quæstio, sed absque vlla cõtrouersia successit Rex Sebastianus.

2 Per mortem verò Regis Sebastiani, aut potiùs Regis Henrici,oriri cœpit quæstio, sed in alio repræsentationis gradu. Cùm enim tẽpore mortis Regis Sebastiani,nulla superstes esset proles ex ipsius auo Ioanne tertio, eò quòd princeps Hispaniarum Carolus, primogenitus Philippi regis nostri Catholicissimi,& Marię primæ ipsius vxoris,Ioannis tertij filię, iam antea fuerat defunctus:recurrendum fuit ad prolem ex Rege Emmanuele,proauo Sebastiani,& patre Ioãnis tertij.Et quia ex filijs Regis Emmanuelis,solus erat superstes Hẽricus Cardinalis,vltimo loco ex Emmanuele genitus,is, tanquam proximior in gradu Regi Sebastiano,eidem absque controuersia in regno successit.Per mortem verò Henrici,controuersia esse cœpit inter reliquos de stirpe Regis Emmanuelis,quis eorũ succedere deberet Hẽrico in regno.Solùm verò referã,ex stirpe regis Emmanuelis eos,inter quos aliquo modo esse poterat contẽtio.Quod ad filios regis Emmanuelis attinet.Post Ioannem tertium primogenitum natus fuit Ludouicus,qui vxorem non duxit: reliquit tamen Dominum Antonium filium illegitimum. Cùm autem illegitimi in regno non succedant; præsertim existẽte sobole legitima; sanè non est cur vlla possit oriri contentio,aut difficultas,num ille iure sanguinis,aut hęreditario, succedere deberet in eo regno. Post Ludouicũ natus fuit Eduardus. Hic vxorem duxit Dominam Elisabetham filiam Ducis Brigãtini:ex qua reliquit Eduardum,qui sinè sobole mortuus est ante Regem Sebastianũ. Reliquit ptæterea duas filias. Maior earũ natu, vxor fuit Ducis Parmensis: mortua autẽ est ante Regem Sebastianum,relicto filio,qui nunc dux est Parmẽsis.Hic eo solo potuit titulo contendere de regno, quòd repræsentaret matrem maiorem natu, quã Dominam Catharinam, filiam minorem natu eiusdem Eduardi, & quòd repræsentaret auum:qui si superstes fuisset, procul dubio successisset in regno, tãquam filius Regis Emmanuelis maior natu reliquis post Ludouicum.Quia tamen in linea collaterali ad succedendum patruo, neque de iure communi,neque de iure Lusitano, locus est repræsentationi vltra filios fratrum, vt disp.626.& alibi,dictũ est;non est,quòd Dux Parmensis,nepos Eduardi,fratris Hẽrici,contenderet de regno titulo repręsen D
tationis, neque alio aliquo: quandoquidem remotior erat in gradu Henrico Regi, quam Rex Philippus, & quã Domina Catharina. Quod attinet ad Dominã Catharinã,filiã secũdã Eduardi,vxorẽ Ioannis Ducis Brigãtini,eo titulo cõtendit ad se pertinere regnum, quòd repræsentaret suum patrem,qui,vt dictum est,cæteris erat præferendus,vt Henrico in regno succederet. Denique,quod attinet ad filias Regis Emmanuelis,solùm est, quòd loquamur de Domina Elisabetha, Imperatrice, Caroli quinti vxore: & filia maiori natu Emmanuelis,quàm fuerit alia,quę nupsit Duci Sabauiæ:cùm enim soboles ex hac alia relicta,minor natu sit,quàm Rex Philippus,Imperatricis

Universidad de Deusto
Biblioteca

peratricis filius,& sit soboles ex filia Emmanuelis iuniore, non est quòd de regno contendat,collata cum Rege nostro Philippo. Solùm ergo superest controuersia, inter,Regem nostrum Philippum masculum maioremque natu inter superstites nepotes regis Emmanuelis,consobrinosque regis Henrici, & Dominam Catharinam,fœminam,ac maiorem natu,num ipsa iure repræsentationis,præferenda esset Regi Philippo masculo,ac minori natu:an verò locus non sit repræsentationi , Rexque Philippus,quia maior natu,parque in gradu,& quia masculus,etiam si minor esset natu,sit illi præferedus,iuxta legem Sebastiani. 12. titu. 5. part. 4. legum extraung.

3 Emmanuel Acosta hanc quæstionem exæminans,exemplo proposito,non in hac posteriori controuersia, in qua fermo est de successione in linea collaterali , sed in priori,in qua fermo est de successione in linea recta,in quæstione de patruo & nepote part. 3. in prin. penè inextricabilem hanc cõtrouersiam appellat. Atque , quòd nepoti patruus esset preferendus in linea descendentium;& patruus, vel amita,consobrino in linea collaterali ; & deficientibus patruis,consobrinus masculus sit præferendus fœminæ consobrinæ,etiam maiori natu, nedum consobrinus maior natu, consobrinæ minori natu , qualis est Rex noster Philippus , comparatione Dominæ Catharinæ,persuadere apertè videtur,quæ duabus disputationibus præcedẽtibus dicta sunt. In quibus hęc omnia cum Emmanuele Acosta, Aluaro Valas. Gama, & communi Lusitanorum sententia,ac praxi , ita definiuimus in Lusitania , tam quoad maioratus de bonis regni coronæ , in quibus lege mentali apertè id ita sancitum est in linea descendentium (nam in collaterali non conceditur successio in eis bonis , eo in regno,sed continuò deuoluuntur ad coronam regni,vt disp.630.ex lege mentali, ostensum est) quàm in maioratibus de bonis patrimonialibus: eò quod neq; de iure communi, neque de iure Lusitano , locus sit repræsentationi in maioratibus in dictis cuẽtibus: quod definitum ita videatur lege mentali,&. 4. lib. ord. titu. 62. §. *e finando se*; neque videatur esse maior ratio in ipsa corona regni:quam, tanquam primum & supremum maioratum,imitari,quoad successionis modum, solent cæteri maioratus in vnoquoq; regno,vt disp.576.& alias sæpe in præcedentibus,dictum est,adeò vt à regno ad cæteros regni maioratus, & à cæteris maioratibus ad regnum, valeat argumẽtum,quando apertè non comperitur contrarium dispositum circa regnum , & cæteros maioratus, vt in Lusitania contrarium dispositum non deprehenditur.

Acosta, & cum eo Aluar. Valas. licèt in 4 prædictis omnibus nobiscum conueniant, quoad maioratus Lusitanos, tam de bonis coronę regni,quàm de bonis patrimonialibus,vt duabus disputationibus præcedentibus constat;in regno tamen Lusitano, & in quocunque alio , in quo in particulari aliud circa successionem in illo sancitum non sit , censent locum esse illi precisè repræsentationi,quę de iure communi locũ habet in hereditatibus, ac proinde in successione in regno nepotem patruo esse præferendum,Ita affirmant Acosta vbi supra. n. 2. & Aluar. Valas. de iure emphy. q. 50. n. 2. & 10. & disp. 626. relatum est. Idem dicerent in linea collaterali de consobrino filio fratris senioris prędefuncti, comparatione patrui iunioris;& de consobrino filio fratris prędefuncti, cõparatione amitæ, esto illa maior esset natu fratre suo prædefuncto, præsertim post legem. 12. citatã Sebastiani,quæ in maioratibus præfert masculum iuniorem,fœminæ seniori eiusdem gradus:id quod plùs habet locum in regno,quam in cæteris maioratibus ; consuetudineq; est receptum,etiam in regno Lusitano , in quo semper filius natu minor, prælatus fuit filię seniori: eò quòd masculus aptior regni gubernaculo sit , quàm fœmina. Ducuntur hi autores hoc solo argumento. Quòd alij maioratus hæreditates non sint,neque in eis iure hæreditario, sed sanguinis,ex pactoque & prouidentia succedatur, eaque de causa,stando in iure cõmuni,& Lusitano,locus in eis non sit repręsentationi:regnum verò hæreditas sit, iureq; hæreditario in eo succedatur: quod dicunt expressum esse.c.licèt.de voto,doctoresque omnes ibi id obseruare : eaque de causa affirmant, in successione in regno eã repręsentationem esse admittendam , quę in hereditatibus.

Nos disp. 625. luce clarius ostendimus 5 nihil tale colligi ex.c.licèt de voto ,sed potius contrarium,in regnisque iure sanguinis,ex pactóue ac prouidentia reipublicæ, quo regnum,moduque succedendi in illo instituta sunt,succedi in illo : sicut in alijs maioratibus iure sanguinis , ex pactóue & prouidentia eorum,qui illos instituerunt, succe-

succeditur:quarè corruit fundamẽtum ac doctrina eorum doctorum : standoque in iure communi, & in solis ordinationibus ac legibus scriptis Lusitanis, locus non est repræsentationi: dicẽdumque potiùs esset in linea recta,patruum præponendum esse nepoti:& in transuersali , proculdubiò est dicendum , patruum , tanquam proximiorem in gradu,excludere consobrinum , filium fratris senioris prædefuncti,& amitã, propter eandem rationem,illum etiam excludere;consobrinum item masculum,præsertim maiorem natu, excludere consobrinam fœminam, & quemcunque alium consobrinum maiorem natu; eaque de causa regnum Lusitanum,per mortem Henrici, patrui Regis nostri Philippi , & Dominæ Catharinę , attinuisse ad Regẽ Philippum, & non ad ad Dominam Catharinam.

Adde,esto admitteremus , regnum esse hæreditatem,iureque hæreditario deferri, non continuò inde sequi,stando in iure cõmuni,& Lusitano,in successione in illo,ne potem esse patruo anteponendum;aut in collaterali linea,consobrinum ex fratre seniore prædefuncto,præponẽdum esse patruo;& multò minùs consobrinam iuniorem ex fratre masculo,etiam seniori, præponendam esse consobrino seniori, etiam ex sorore prædefuncta. Ratio autem est, quoniam de iure ciuili , antequàm repræsentatio esset introducta, soli proximiores in gradu succedebãt defuncto, atque adeò in linea descendentium, filius excludebat nepotes ex alijs filijs defunctis : & in linea collaterali,patruus excludebat consobrinos. Posteà verò ex quadam humanitate, & æquitate fuit introductum , non quidem, vt nepotes ex filijs defunctis , præferrẽtur patruis,sed vt succederent cum illis , non æqualiter, seu per capita, sed per stipitem, quasi repræsentando ac sustinendo personam patris , ad accipiendam præcisè portionem,quam pater ipsorum,si esset superstes erat accepturus,diuidendam per capita inter ipsos,siue multi essent , siue pauci. Vnde nunquam intentum iuris fuit, pręponere illos patruis proximioribus simpliciter ei in gradu,cui erat succedendum, vt si aliquid, quod indiuiduum ad vnum tãtum descendentium, eumque proximiorem in gradu,& maiorem natu, esset deriuandum, vt sunt regna,& cæteri maioratus,in eo prę ferretur nepos ex primogenito defuncto patruo proximiori in gradu; sed solùm , vt non essent omnino excluſi à portione hæreditaria,quam,cum reliquis filijs , obtenturus erat pater eorum , vt intuenti iura, quæ repræsentationem in linea descendentium statuerunt, erit perspicuum, & affirmant inter alios Gama decis. 174. n. 5. Baldus & alij,quos Acosta vbi supra. n. 48. refert:quod intelligũt,vt Acosta refert, eosque intelligit,etiam si iure hæreditario deferatur,tanquam indiuidua hæreditas,quę ad vnum tantùm est deuentura. Vnde ordinationes Lusitanæ lib. 4. titu. 62. §. *e finando se* licèt admittant ab intestato nepotes ex primogenito prædefuncto ad hæreditatem aui,vnà cùm patruis,filijs eiusdem aui idque per stipitem, repræsentando personam illius;si tamen sit aliqua emphyteusis nominationis in bonis aui , quæ ad vnum tantùm indiuisa sit deuentura , in illa filiũ maiorem natu eiusdem aui,qui tẽpore mortis aui fuerit repertus superstes , prę ferunt nepoti ex primogenito,vt sæpe dictum est, idque cõsentaneè ad ius cõmune; eò quòd nepos,esto sit filius filij primogeniti , præferendus nó sit patruo,sed è contrario,patruus sit illi anteponendus , tanquam simpliciter proximior in gradu ei,cui succeditur. Hoc idem dicendum multò magis est in linea collaterali, de filio fratris maioris natu prædefuncti,comparatione patrui superstitis. Cùm enim quondam soli fratres superstites admiterentur ad succedendum fratri,tanquam proximiores ei in gradu,nõ verò consobrini ex fratre defuncto , eò quòd vno gradu essent remotiores,de iure authenticorum,ex quadam humanitate & æquitate,concessum fuit,vt ipsi soli , & nõ nepotes vlli ex fratre defuncto,etiam si pater eorum esset etiam defunctus , admitterentur ad hęreditatem, idque non æqualiter cum patruis,& per capita, sed per stipitem,quasi repræsentando , & sustinendo personam patris , ad accipiendam præcisè portionem,quam ipsorum pater, si superstites esset,erat accepturus,inter ipsos æqualiter diuidendam. Vnde nunquam fuit intentum iuris,prępone re illos,aut quęquam illorũ,patruis , proximioribus simpliciter ei in gradu,cui est succedẽdum', & à cuius successione erant antea omnino excluſi, vt si aliquid indiuisum ex bonis defuncti erat præcipuum deuenturum ad vnum dũtaxat proximiorem in gradu,& natu maiorem,in eo prę ferretur consobrinus ex fratre maiori natu defuncto,patruo,simpliciter proximiori in gradu;sed è contrario, is patruus, tanquam proximior simpliciter,

præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præterretur consobrino illi, vt similiter li- A quet intuenti iura authenticorum, quę eá ræpresentationem, minùs amplam, quàm in linea descendentium, introduxerunt. Multò verò minùs est dicendum, defunctis omnibus patruis, fratribus eius, cui est succedendum, consobrinam natu minorẽ, filiam fratris maioris, præponendam esse consobrino maiori natu, fratris, aut sororis, minoris defũctæ. Ratio autem est, quoniam, iuxta veriorem sententiam, quæ in iure videtur esse expressa, in consobrinis solùm habet locum repręsentatio ad succedendum patruo, quando est illis succedendum cum alijs patruis, aut amitis: secus autem quando, defunctis cęteris patruis, & amitis, ipsi soli succedunt patruo, vt disp. 626. dictum est, copiosiusque disp. 164. est ostensum: quarè, cum in re proposita succedatur patruo Henrico Regi; defunctis priùs cæteris omnibus fratribus, & sororibus illius; consequens profectò est, vt, esto admitteremus regnum esse hęreditatem, consobrinus natu maior, qualis est noster Rex Philippus, pręponendus sit consobrinæ Dominæ Catharinæ, natu minori: tum quia est masculus, & masculus in eodem C gradu prefertur fœminę, etiam seniori, præsertim in successione in regno, tum etiam quia est maior natu.

Prędicta confirmatur ex eo, quòd mortuo Rege Apuliæ, cùm nepos illius Rex Vngariæ, ex Carolo Marcello primogenito prędefuncto, regnum sibi deberi contenderet: è contra verò Robertus filius secundò genitus eiusdem Regis Apuliæ, sibi deberi, tanquam proximiori in gradu patri vltimo possessori, affirmaret; Bonifacius Roberto regnum adiudicauit. Bart. in authentica post fratres. C. de legit. hæred. eam ratione reddit, quòd regnum illud esset feudatarium Ecclesiæ, ac proinde deriuaretur ex concessione dominica. Meritò autẽ ratio illius reprehenditur ab Emmanuele Acosta vbi supra. n. 50. & Aluaro Valas. q. 50. citata, & à plerisque alijs. Cùm enim in feudo locus sit repræsentationi, vt disp. 626. ostensum est, vtique, regnum illud esse feudatarium, non impedire, sed adiuuare debebat, vt deueniret potiùs ad nepotẽ, patris prędefuncti personam repræsentando, quàm ad patruum. Legitima profectò ratio, cur, patruo, & non nepoti, stando in iure communi, meritò fuerit adiudicatum, est. Quoniam cùm regnum, & aliæ dignitates, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similes, indiuisæ ad vnum tantùm deuoluãtur: & repræsentatio de iure communi non faciat patruum deterioris conditionis, quã nepotẽ, vt dictum, ostensumque est; vtique, quãuis regnum Ducatum, Marchionatum aut Comitatum, esse feudum adiuuare debebat, vt nepos ex primogenito, repræsentando patrem, de illo participaret cum patruo; deferri tamen debere, propter dignitatem annexam, vni tantùm, excludit omnino nepotem, idque, esto admitteremus, regnum iure hæreditario deferri: quod tamen est falsum, siue tale regnum sit feudũ, B siue non, vt disp. 626. ostensum est. Quando enim feudum est Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, quãuis alioquin nepos cum patruo, & consobrinus ex fratre, similiter cum patruo, admitti debebat ad successionem in illo; quia tamen defertur indiuisum ad vnum tantùm, præfertur proximior simpliciter in gradu, nihil impediente, quòd in feudis, etiam ex pacto & prouidentia: locus sit repræsentationi, vt disp. 626. dictum est.

His accedit, in ijs regnis (in quibus Castellę ius non viget, quod ad regnum vocat lineam primogenitorum, eamque omnino cæteris prefert, etiam si desit in ea masculus, solaque fœmina existat, vt disp. 626. explanatum est) eos, qui propter repręsentationem arbitrantur nepotem ex primogenito præferendum esse patruo, difficilè admodùm admittere, neptem præponendam esse patruo, multiq; id negant: & Acosta, qui vbi supra. n. 63. multũ propendet, in regno potius, quã in maioratibus ex bonis patrimonialibus, esse præferendam, ægrè id defendere, falsoque inniti fundamento, quod disp. 626. copiosè à nobis fuit impugnatum. Quòd si neptis in linea descendẽtium non sit præferenda patruo, esto ad- D mitteretur regnum iure hæreditario deferri, locumque esse in eo repræsentationi: eò quòd, si ea neptis esset filia primogenita vltimi possessoris, excluderetur à suo fratre minori natu, multoque maiori cum ratione, quando est neptis ex primogenito, excludi debeat ab eodem patruo, vtique in linea transuersali, multò magis excludi debet consobrina, ex fratre seniori prædefuncto, à patruo, esto admitteremus regnũ esse hęreditatem, iureque hæreditario deferri, & in eo esse locum repræsentationi. Et eadem, imò maiori ratione, (eò quòd cesset repræsentatio in solis consobrinis, desunctis omnibus fratribus & sororibus eius,

eius, cui est succedendum) idem est dicendum de consobrina ex fratre maiori, comparatione consobrini ex iuniori fratre, aut ex sorore, maximè quando consobrinus maior est ætate, quàm ea consobrina, quòd ea consobrina pręferenda non sit tali consobrino. A

Dices. Quid ergo tandem dicendum censes in successione in corona regni Lusitani? Affirmabisne, sublata omni omnino repræsentatione, etiam virtute, vniuersim proximiorem in gradu vltimo possessori, B qui superstes fuerit tempore mortis illius, non solùm in linea collaterali, sed etiam in linea descendentium, succedere illi in regno, hoc duntaxat obseruato, quòd ex ijs, qui fuerint in eodem proximiori gradu, ẽ per masculus, licèt minor natu, prę feratur fœminæ? Hincne consequenter dices, si quando Ioannes tertius mortuus fuit, superstes fuisset aliquis ex filijs ex se genitis, prę ferendum eum fuisse Sebastiano principi, filio primogeniti antea defũcti? Quòd si ita sit dicendu in regni successione, quis quæso Regum filiam suam nuptui tradat primogenito eius Regis, qui alios filios habuerit? cùm facilè euenire possit, vt primogenitus ex illa, regno priuetur, mortuo patre ante auũ, regni possessorẽ? His accedit (referente Acosta vbi supra. n. 56. ex Iacobo à Saa in tractatu de primogenitura) Ioãnem primum Lusitaniæ Regem, mentalisque legis autorem, testamento suo pronunciasse, regnum ad nepotem suum Dominũ Alfonsum ex Eduardo primogenito pertinere, in euentu, quòd Eduardus ante ipsum Ioannem primum è vita discederet, excluso patruo Domino Petro, filio secundo genito ex eodem Ioanne primo: addidisseq;, vt in æternum in regni successione idem modus seruaretur, vt scilicet nepos, ex primogenito defuncto, succederet in regno, excluso patruo. Quanuis autem Gama decis. 174. n. 14. relata ex aliorum assertione hac historia, ad probandum in maioratibus de bonis coronæ regni, nepotem patruo esse pręferendum, primò dicat; negatur talia verba inserta fuisse in eo testamento: cõtinuò tamẽ subiungit: quòd si ille talia verba protulisset, soli Regi id conuenire diceremus ex Baldo &c. Et ad quoddam aliud aduocatorum argumentum pro eadem sententia, Alfonsum videlicet quintum, quando matrimonium contraxit cum Eleonora, quę à Lusitanis *excellẽte senhora*, à Castellanis verò *la Beltraneja*, vulgo nũcupata est, C declarasse, si Ioãnes, eius primogenitus ex priori vxore, ante ipsum obiret, nepotem ex illo succedere debere in regno, nõ verò filium huius secundę vxoris: ad hoc, inquã, argumentum respondet Gama, iam dictũ esse, diuersum esse in Rege, qui specialiter potuit hanc declarationem facere. Accedit prætereà, referente Acosta ibidem. n. 55. eam opinionem, vt nepos, ex filio primogenito antea defuncto, præferatur patruo, multum inualuisse in regnis Galliæ, & Anglię, vt eam crescentem semper, ac inualescentem, seruare potiùs debeamus, Baldo autore.

Sanè, attento iure communi, quod extra hæreditatem, repræsentationem non admittit, ac proinde in regno eam non admittit, eò quòd in illo, non iure hæreditario, sed sanguinis ex pactóue & prouidẽtia succedatur, vt disp. 629. luce clariùs ostensum est: itemque attento, quòd neque in hæreditate ius commune eam admittit ad præferendum nepotem, aut consobrinum, patruo, atque adeò, vt id, quod indiuisum ad vnum tantùm, vltimo possessori proximiorem, est deuenturum, vt sunt Regnum, Ducatus, & his similia, esto esset hęreditas, deueniat potius ad nepotem, aut consobrinum, quàm ad patruum, proximiorem simpliciter in gradu vltimo possessori; sed solùm ius commune eam admittit in hęreditate diuidua, vt de illa participet nepos, aut consobrinus, cum patruo, non omnino æqualiter, sed patruus per capita, nepotes verò, aut consobrini, solùm per stipitem, modo supra explicato: attento prætereà, de iure Lusitano, nullam aliam repræsentationem, quàm, quæ de iure communi est sancita, comperiri statutã; imo verò in maioratibus regiæ coronæ apertè esse expressum, nullam esse repręsentationem, sed D patruum nepoti, & consobrino, præferri: itéque attẽto, idem colligi ex ordinationibus Lusitanis circa maioratus de bonis patrimonialibus: attento etiam hoc, & præcedente, vsu circa maioratus de bonis regiæ coronæ, & de bonis patrimonialibus, in eo regno recepto, communi doctorum sententia comprobato, vt hęc omnia duabus disputationibus prędictis ostensa sunt; cùm tamen in vnoquoque regno maioratus cęteri instar regni soleant instituí, eoque modo in eis succedatur, quo in regno quando institutor aliud non expressit, aut lege publica diuersa sancita non sunt de regno, & de alijs maioratibus: denique attento,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tento, rempublicam Lusitanam, postquàm A
regnum esse cœpit, tanquam rempublicam
à Castellana omnino distinctam se gessisse, suas peculiares leges ac iura statuendo, in eisque potiùs communi iuri, quàm Castellano, se conformando, & vbi ius, aut consuetudo Lusitana non esset, ad solum commune ius recurrendo, ex illoque iudicando, ac dirimendo controuersias: sanè, inquam, his omnibus attentis, si morte Ioannis III. aut quocunque alio tempore, id euenisset, adeò inextricabilis penè quæstio otiretur, num nepos patruo in regni successione esset præponendus, an è contra, patruus nepoti (maximè cùm ostensum apertè sit, caput, vnde Acosta & Aluar. Valas. rentarunt, nepotem patruo esse præferendum, quia videlicet regnum est hereditas, nullius omnino esse momenti) vt mirandum non esset, quàmplurimos sententiam in patrui fauorem esse laturos, nihil omnino impediente, quòd Ioānes primus, & Alfonsus quintus, contrarium in suis testamentis pronunciassent. Neque enim ad Reges spectat de regni successione disponere: sed ad rempublicam totam in principio creationis regni, aut posteà, dubio aliquo orto, id attinet. Quod si ex iure absq; dubio constat, ad quem regnum attineat, C
vtique testamentum Regis, imò & respublica, non possunt ab eo auferre regnum, pronunciando, ad alium spectare, aut id de nouo statuendo, vt hæc omnia latiùs disp. 627. explanata, ostensaque sunt.

7 Ex hoc verò alio capite, quod Acosta vbi supra numero vltimo tangit, videtur in linea descendentium, nō solum nepos, sed & neptis, & in defectum nepotis, & neptis, pronepos, & proneptis præferri in successione regni Lusitani, patruo filio secundò genito vltimi possessoris regni. Et quanuis res non careat difficultate aliqua, propterea, quæ proximè dicta sunt; simpliciter tamen credo id esse verum: nec dubito, in euentu proposito Sebastianum, aut quencunque alium, obtenturum fuisse regnum excluso patruo. Cùm enim Lusitanum regnum in hunc modum ex Castellano regno sit deriuatum, quòd ob suppetias allatas, & res benegestas aduersus Mauros, quōdam Rex Castellæ extero cuidam tradidisset filiam vxorem, eamque Lusitaniæ partem, quæ ex Mauris erat recuperata, in dotem cum illa sub titulo Comitatus, ei dedisset, sua industria posteà Lusitani, pugnando aduersus Mauros, oppidaque multa de potestate eorum eripiendo, multum auxerunt Comitatum illum, donec Alfonsus Henricus, Comes antea Lusitaniæ, Rex à suis est acclamatus. Quia itaq; tunc, nullis de noto latis legibus circa id regnum, & circa successionem in illo, Rex fuit acclamatus, vtique creatus videtur quoad successionem deinceps in eo nouo regno, instar vltimi præcipui regni, a quo, modo explicato, nouum regnum deriuatum fuit: aut (quod idem est) iuxta consuetudinem regnorum Hispaniarum à tempore Pelagij, quam lex. 2. titu. 15. part. 2. exprimit: quo fit, vt de successione in regno Lusitaniæ, B
censendum sit, iuxta consuetudinem lege. 2. citata expressam, quæ nepotem ex primogenito præfert patruo, & neptem in defectum nepotis, & pronepotē, aut proneptem, in defectum nepotis, & neptis, præfert patruo magno, vt disp. 626. copiosè explanatum est. Si mauis dic (& in idem recidit) Regnum illud perseuerasse quoad successionem, & quoad alia, quæ expressè mutata non sunt, quale erat antea, dum erat Comitatus Castellæ: in Comitatibus autem, & in reliquis maioratibus, instar Castellani, & Legionis regni, succedebatur tūc, vt disp. 626. & alijs sæpe in præcedentibus dictū, ostensumque est. Ad hoc verò attendentes Ioannes primus, & Alfonsus quintus, quod supra relatum est, meritò in suis testamentis pronunciarunt, ad tollendam difficultatem, quę, vel ex iure solo communi, vel ex lege mentali, vel, ex consuetudine & iure circa maioratus de bonis patrimonialibus eiusdem regni, oriri facile poterāt circa successionem in ipsamet regni corona. Hoc idem postulabat bonum & pax regni, & vt primogeniti, in eo regno successores, tempestiue competentes vxores ducere possent dignitati futuri Regis. Et hæc consuetudo est, quæ iure optimo plus inoleuit in Gallia, Anglia, & in alijs regnis, vt supra relatum est.

Interrogabis. Quid de linea collaterali circa successionem in eadem corona regni Lusitani censes esse dicendum? Respondeo. Nullam in ea omnino admittendam esse repræsentationem: sed proximiorem consanguineum in gradu vltimo illius possessori, succedere in eo, præferendo maiorem natu eiusdem gradus, minori, & masculum fœminæ: quare, cùm Regi Henrico vltimo Lusitani regni possessori, soli fuerint proximiores in gradu, Rex Philippus, & Domina Catharina, Rexque Philippus maior fuerit natu, ac masculus; Domina verò Catharina minor natu, ac fœmina esset; proculdubiò Rex Philippus in eo regno successit, iureq; optimo illud obtinuit. De Domino verò Antonio non est cur loquamur: cùm illegitimè fuerit natus, & minor fuerit ætate, quàm Rex Philippus. Quòd in linea collaterali nulla omnino sit admittenda repræsentatio ad succedendum in eo regno, constat. Quoniam neq; de iure communi, neq; de iure Lusitano, locum habet, vt ostensum est. Neq; in successione in vicino regno Castellę, neque in maioratibus eius regni ante legem Tauri statutis, locum habet, vt constat ex. l. 2. titu. 15. part. 2. & copiosè, clariusque luce disp. 627. ostensum est: nullum verò aliud caput supererat, vnde cum colore aliquo dici poterat, repręsentationem in linea collaterali esse admittendam, quoad successionem in corona regni Lusitani, quàm si in vicino regno Castellæ, aut in antiquis eius regni maioratibus, locum haberet ea repręsentatio, vt paragrapho precedente dictū est. Quòd si quis cum Molina contendat, repræsentationem in linea collaterali, quæ lege. 40. Tauri sancita est quoad maioratus Castellæ, locum habere in successione coronæ Castellæ, & in maioratibus antiquis eius regni; eaque ratione admittendam esse in successione in corona regni Lusitani; is in primis attendat, decisionē illius legis, nunquam admissam esse in Lusitania, sed contrarium lege fuisse statutum, consuetudineque esse semper seruatum. Deinde attendat, nos disp. 627. luce clariùs ostendisse, eam Molinę opinionem falsam esse. Postremò aduertat, si repræsentatio ea lege introducta, locum in successione in corona Lusitana haberet, tunc morte Sebastiani Regis, regnum illud non pertinuisse ad Henricum (qui tamen sinè vlla controuersia illud obtinuit) sed attinuisse ad Ducem Parmensem, qui hodie viuit, tāquam ad nepotē Eduardi ex filia primogenita: si enim Eduardus tempore mortis Sebastiani superstes esset, vtiq; regnum obtineret, excluso Henrico, tanquam fratre iuniore, & exclusa Imperatrice, tāquam fœmina: iuxta eam verò legem Tauri, repręsentatio locum habet in linea tota collaterali, sesęq; extendit, etiā ad nepotes, & pronepotes descendentes ex ea linea, vt disp. 627. comprobatum est. Item, si ea repræsentatio in successione coronæ regni Lusitani locum haberet, regnum illud per mortem Henrici

7

8

105

A non pertineret ad Dominam Catharinam, filiam natu minorem Eduardi, sed ad Ducem Parmensem, nepotem Eduardi, ex filia maiori natu: quandoquidem ex lege Tauri repræsentatio se extendit, non solùm ad filios fratrum, sed etiam ad nepotes, vt ex eadem lege, & ex dictis disp. 627. satis liquet. Quofit, vt Domina Catharina séper à successione in eo regno excludatur.

SVMMARIVM.

B 1 *In successione in corona regni Castellæ & Lusitaniæ, patruus vltimi possessoris excludit consobrinum & consobrinam eiusdem vltimi possessoris.*

2 *In maioratibus huius Castellæ regni, siue sint de bonis coronæ regni, siue de bonis patrimonialibus, consobrinus vltimi possessoris, & filius ex illo, & in defectum sobolis ex consobrino, & consobrina, & soboles illius, excludunt patruum eiusdem vltimi possessoris.*

3 *In maioratibus Lusitanis de bonis patrimonialibus, patruus vltimi possessoris, excludit consobrinos eiusdem vltimi possessoris. In maioratibus verò de bonis coronæ regni, locum non habet quæstio: quia non succedunt collaterales*
C *vltimo possessori.*

4 *In bonis emphyteuticis, hoc est, quoad dominium vtile iure emphyteutico possessis, esto deriuata sint à corona regni, & esto regni corona dominium habeat directum, locum non habet lex mentalis Lusitana, sed perinde in eis succeditur, atque in alijs bonis emphyteuticis.*

5 *In emphyteusibus Lusitanis, siue deriuatæ sint à corona regni, siue non, si ad vnum indiuisæ deuenire debeant, qualiter succedatur, & quis cui præferatur.*

Examen quorundā dubiorum in maiorem eorum lucem, quæ hactens de
D *successione in regno, & in alijs maioratibus, dicta sunt. Disp. 633.*

IN complementum eorū, quę à disp. 626. dicta sunt, nonulla superfūt dubia examinanda. Primūm est. Si vltimus regni, aut alterius maioratus, possessor sinè liberis, de scendentibūsve, & sinè fratribus, discedat, habens consobrinum ex fratre prædefuncto, & patruum, vter eorum in regno, aut in alio maioratu, succedat; consobrinúsne vltimi possessoris, an patruus eiusdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem vltimi posſesſoris, qui patruus erit magnus comparatione talis consobrini vltimi posſesſoris? Acosta in quęstione de patruo & nepote part. 3. n.33. &. 34. hoc dubium excitat, agens de succesſione in regno. Respondetq;, quãuis vterque sit in tertio gradu comparatione vltimi posſesſoris; & patruus vltimi posſesſoris ætate excedat cõsobrinum; in succesſione tamẽ in regno, consobrinũ præponendũ esse patruo. Ducitur, quoniã in regno, eò q̃ in illo iure hereditario succedatur, loc⁹ est repręsentationi in linea collaterali, cõparatione ascẽdẽtiũ, ita scilicet, vt cõsobrinus vltimi posſesſoris, repræsentet patrẽ suũ defunctũ, viq; eius repræsentationis, ascẽdat ad secundum gradum: quare, quia in ascendentibus, comparatione descendentium, non est locus repræsentationi, vt etiam ille patruus repræsentet filium suum, fratrem vltimi posſesſoris; consequens est, vt consobrinus ille excludat patruum vltimi posſesſoris. Atque hac eadem ratione diximus nos supra disp. 164. cum communi doctorum sententia, consobrinum illum in hæreditatibus, succedendo ab inteſtato eidẽ patruo, excludere omnino ab hereditate illius, patruum illum patrui suĩ; eò quod, per repræsentationem, proximior esset vno gradu ei, de cuius hereditate agitur, quàm esset patruus eiusdem defuncti, in cuius hereditate succeditur. Idem addit Acosta. n. 35. esse dicendum, de consobrina, filia fratris Regis vltimi posſesſoris, comparatione patrui eiusdem Regis: quoniam fœmina, neq; in regno Lusitaniæ, neq; in regno Castellę, neque regulariter in alijs regnis (præter regnum Galliæ, in quo ob legem Salicam fœminæ in regno non succedunt) excluditur omnino à succesſione in regno; tametsi masculus eiusdem gradus, ei præponatur: quarè, cùm consobrina illa, repręsentando patrem suum, Regis fratrem, proximior sit Regi vno gradu, quàm sit patruus eiusdem Regis; consequens est, vt, tanquam eo modo ei proximior, excludat patruum Regis, masculum, maioremq; ętate, à succesſione regni. In maioratibus autẽ Lusitanis de bonis patrimonialibus (addit Acosta ibidẽ. n. 39. quoniam locus non est repræsentationi, vt disp. 631. ostensum est) non solùm patruus vltimi posſesſoris talis maioratus, excludet consobrinã eiusdem posſesſoris maioratus; eò quòd, licẽt sit in eodem gradu cum illa, superat tamen illam sexu & ætate; sed etiam excludet consobrinum eiusdem posſesſoris, ob solum excesſũ ætatis. In maioratibus verò de bonis coronę eius regni, quia nõ succedũt collaterales vltimo posſesſori, sed soli descendentes masculi ex linea masculina, vt disp. 630. dictum est, locum non habet dubium propositum.

Ad dubium verò propositum ex nostra sententia dicendũ est. In corona regni Castellę, & Lusitaniæ, patruũ vltimi regni posſesſoris, præferri in succesſione consobrinæ, & consobrino, eiusdem posſesſoris: eò quòd neutro in loco sit repræsentationi locus in linea collaterali ad succedẽdũ in corona regni, vt disputationibus præcedentibus, & disp. 627. sufficiẽter est probatum: & patruus ætate superet consobrinũ; consobrinã verò, etiã sexu. Quod verò attinet ad maioratus, dicendũ est. In hoc Castellæ regno, siue maioratus sit de bonis coronæ regni, siue de bonis patrimonialibus, consobrinũ, &, in illius defectũ, consobrinam, &, in horum defectum, etiam nepotem, aut neptem, ex fratre vltimi posſesſoris, excludere patruũ eiusdẽ vltimi posſesſoris, propter repręsentationem amplam in linea collaterali, lege 40. Tauri introductam circa vtroq; moioratus: vt hęc omnia constant aperte ex dictis disp. 627. In Lusitania verò patruus vltimi posſesſoris maioratus de bonis patrimonialibus excludit consobrinũ, & consobrinam, eiusdem vltimi posſesſoris, vt rectè Acosta dicebat; idq;, propterea quòd in eis maioratibus locum non habeat repręsentatio, vt disp. 631. dictũ est & patruus consobrinã vltimi posſesſoris sexu, & ætate excedat; consobrinũ verò sola ętate. In maioratibus autẽ Lusitanis de bonis coronæ regni, iam dictũ est, locũ non esse dubio proposito. Quòd si subiecti non essent legi mentali, idem de illis esset dicendum, quod de maioratibus ex bonis patrimonialibus est dictum.

Cùm, vt constat ex dictis in calce disputationis præcedentis, & disp. 626. tam in succesſione in corona regni Castellæ, quã in succesſione in corona regni Lusitani, nepos, ex primogenito prædefuncto vltimi Regis posſesſoris, excludat patruũ, & amitam, filios eiusdem Regis, & longè magis excludat nepotes ex eodem patruo, & amita, esto natu sint maiores, quàm ipse nepos ex primogenito; idq; propterea quòd in vtroque regno ad coronam regni immediatè post primogenitum, vocetur soboles ipsius, excluſis patruis, totaque ipsorum

ipsorum sobole, interim dum aliquis de sobole primogeniti est superstes. Cùm hæc, inquam, ita sint, dubium secundum est, num idem dicendum sit de maioratibus Lusitanis de bonis patrimonialibus, & emphyteusibus Lusitanis, tum de bonis priuatis, tum etiam de bonis coronæ regni.

Quo loco obserua. Aliud esse loqui, de dominio directo bonorum coronæ regni Lusitani: aliud verò de emphyteusi, dominióve vtili emphyteutarum de bonis coronæ regni, siue dominium directũ pertineat ad coronã regni, siue deriuatum sit ex corona regni, & possideatur ab aliquo titulo maioratus iuxta legẽ mẽtalẽ. Quãdo enim dominium aliquod directũ deriuatũ est ex corona regni Lusitani, siue coniũctũ, consolidatumq;, habeat vtile, siue non, sed ad alium titulo emphyteusis pertineat, in illo dominio directo habet locum lex mẽtalis. Et hoc est, quod habetur lib. 2. ord. titu. 17. §. 5. In dominio verò vtili ac emphyteutico bonorum regię coronæ, siue tales res datæ sint in emphyteusim ab ipso Rege, corũve ministris, siue ritè datæ sint ab aliquo alio eorundem bonorum posſesſore, & siue dominiũ directum ad ipsam coronã pertineat, eiq; sit incorporatum, siue ab ea sit diuisum, ad aliquemq; priuatum sit derivatum, in tali vtili ac emphyteutico dominio, locum non habet lex mentalis; sed deuenire id emphyteuticum dominiũ potest ad fœminã, soboleq; illius masculinã, ac fœmeninam; contractusq; circa eiusmodi emphyteuses facti, legibus aliarum emphyteusium subiacent, eodemq; modo in eis emphyteusibus succeditur, quo in emphyteusibus de bonis priuatis. Atque hoc est, quod disponitur, & habetur eodem titu. 17. §. 6. & lib. 4. titu. 62. §. penult.

5 Hoc ita constituto, ad secũdum dubium est dicendum. Non idem esse dicendum in maioratibus Lusitanis de bonis patrimonialibus, & in emphyteusibus Lusitanis, tã de bonis coronæ regni, quam de bonis priuatis, quando in modum maioratus ad vnũ tantum, quem vltimus posſesſor nominauerit, deueniunt, vt ex parte constat ex dictis disp. 631. Etenim, cùm in his omnibus locum nõ habeat repręsentatio, vtriq;, esto masculus eiusdem gradus in eis omnibus præferatur fœminę, etiamsi illa maior sit ętate, vt constat ex l. 12. titu. 15. part. 6. legum extrauag. & ex lib. 4. ord. titu. 92. §. E *finalmente*, iuncto. §. penult. & disp. 631. dictum est; nihilominus patruus, & etiam amita tanquam proximiores in gradu vltimo posſesſori, præferuntur nepoti ex primogenito defuncto, vt ex eisdem iuribus liquet, & disputatione citata dictum est. Item, extinctis omnibus filijs vltimi posſesſoris, nepos masculus maior natu, qui repertus fuerit, esto sit ex filio minori, aut etiam ex filia, etiam iuniori, præfertur cæteris nepotibus, etiam si ex filio primogenito sint procreati, vt bene Acosta vbi supra. n. 43. consentanee ad Barr. & ad plerosque alios, quos citat, asseuerat. Cessante enim repręsentatione, masculus maior natu in vnoquoque gradu, præfertur cęteris: & in defectum masculorum, fœmina eius gradus maior natu, præfertur cęteris. Neque refert (vt benè Acosta cum alijs subiungit) si nepos maior natu, filius sit fœminæ, vt præferatur cęteris. Licèt enim, quando fœmina omnino excluditur à succesſione in maioratu aliquo, aut in re alia, masculus ex eadem fœmina à succesſione in tali re excludatur; eò quòd succesſio per medium incapax omnino non posſit facere saltum in aliquem inde vlteriùs procreatum; qua ratione, quia in maioratu de bonis coronę regni Lusitani non potest succedere fœmina, neque etiam succedere potest masculus ex ea procreatus, vt Lusitanę ordinationes lib. 2. titu. 17. §. 11. definiunt, reddendo rationem paulò antea à nobis redditam, idque hisce verbis; *Que poys a filha, de que tal ledimo varam descendco, nam podia auer a dita terra, a sua incapacidade faz o seu descendente nam a poder auer, e segundo leys Emperiaes a dita terra nam pode fazer salto ao dito seu descendente varam.* Licèt, inquam, hæc ita sint, nihilominùs quando fœmina incapax rei illius non est, quia omnino à re illa non excluditur, sed solùm ei præfertur masculus eiusdem gradus, etiam si minor natu sit, vt euenit in rebus, de quibus disputamus, tunc qualitas ipsius non impedit masculinam ipsius prolem, quæcam qualitatem non habet, quando locus non est repræsentationi; sed masculus proximior simpliciter in gradu, maiore ne natu, præfertur cæteris, siue ex filio maiori, siue ex minori, aut etiam ex filia sit genitus.

Acosta vbi supra n. 46. circa ordinationem Lusitanam lib. 4. titu. 62. §. antepenultimo, quæ de eiusmodi emphyteusi, quoad succesſionem ascendentium descendẽtibus, sic disponit. *E todo esto que dito auemos nos filhos, e netos, y fam da linha descendente;*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dẽte, auera lugar, ese guardara, nos da linha ascen A
dente, conuem a saber, pae, mai, auoos; nam auen-
do hi nenhus da linha descendente. Circa hanc,
inquam, ordinationem Acosta rectè, iuxta
hactenus dicta, ait, dictumque à nobis est
disp. 489. si vltimus eiusmodi emphyteu-
sis possessor, nemine ad illam nominato,
moriatur sinè descendentibus, & sinè pa-
tre ac matre, superstitibus auo paterno, &
auo materno, eum auum ex his succedere
in ea emphyteusi, qui fuerit maior natu. Cũ
enim sint pares in gradu, neq; locus sit re- B
præsentationi, maximè, quia in ascenden-
tibus comparatione descendentiũ vniuer-
sim locũ non habet repræsentatio; vtique
præfertur maior ętate, neq; impedit eũ es-
se ex parte patris: quia licèt pater vltimi
possessoris præferatur matri, & auus auiæ;
eò quòd inter æquales in gradu semper mas
culus, licèt minor ętate, præferatur fœmi-
næ; mater autem, quia proximior in gradu,
præferetur auo paterno: inter auos autem
paternum & maternum, cùm locus non sit
repræsentationi, & pares sint sexu & gra-
du, vtiq; præferetur, qui ętatis prærogatiua
alterum excelluerit; neq; id impedit, eum,
qui maior est ætate, esse auum maternum:
quoniam qualitas ex parte matris, quæ ip-
sam in successione in ea emphyteusi post-
ponit patri, non transit in auum mater-
num, neque ibi est vllum impedimentum.

SVMMARIVM.

1 EXEMPLA propositæ quæstionis pro-
ponuntur.
2 Ad maioratum immediatè vocatus, si cõceptus
iam sit tẽpore delationis maioratus, is succedit.
3 Quibus argumentis suadeatur, maioratum nõ
esse in pendenti, sed irreuocabiliter pertinere
ad eum, qui tempore delationis, inter existen-
tes, est immediatiùs vocatus.
4 Quibus argumentis pars contraria suadeatur.
5 Maioratus quando censendus sit esse in pen-
denti, ac suspendi, quando non item.
6 Argumenta pro vtraque parte soluuntur.
7 Dominium & possessionem esse in suspenso,
nullum est absurdum.

Maioratus essène possit in pendenti, aut nõ, sed ab vltimo possessore tran seat irreuocabiliter ad proximè vo catũ ex existentibus, etiam si posteà nascatur alius proximiùs vocatus.

Disp. 634.

EXEMPLVM est, si ma- 1
ioratus institutor vocetali
quẽ ad eũ, si ex filia, aut ex
filiabus, masculi filij nõ exi
stãt. Si enim cueniat, quòd
tempore mortis vltimi pos
sessoris, aut amissionis eius maioratus alia
de causa, filia, aut filiæ, existant, sed sinè li-
beris masculis, ac proinde succedat voca-
tus ille sub ea conditione negatiua; casuq;
posteà eueniat, vt filia cõcipiat, & pariat fi-
lium masculũ, qui, si tẽpore mortis illius vltĩ
mi possessoris, aut delationis eius maiora-
tus, extitisset, præferendus, iuxta formã il-
lius institutionis, erat illi alteri, sit nihilomi
nùs posteà præferendus; quasi mortuo vl-
timo possessore, aut alia de causa delato
eo maioratu, quòd vocatus sub ea cõditio-
ne succedere debeat in eo maioratu, aut fi-
lius, qui posteà fortè ex filia nascetur, pen-
dens sit ex eò, quòd in futurũ conditio illa
negatiua impleatur, aut nõ impleatur, atq;
adeò interim, dum spes est filiorũ ex filia,
successio in eo maioratu sit in pẽdenti ab
euentu conditionis contingentis ad vtrum
libet, quoad personã, quę succedere in eo
C debet. Aliud exẽplũ est, si maioratus sit re-
lictus sub conditione, aut modo, ita vt pos-
sessor, qui id fuerit trãsgressus, eum maio-
ratum amittat, transeatq; ad vlteriùs ad eũ
vocatũ, iuxta ea, quæ disp. 611. & sequenti-
bus, dicta sunt, eueniatq;, vt tẽpore trans-
gressionis, vnus ex tunc existẽtibus immè-
diatè sit vocatus, & posteà concipiatur ac
nascatur aliquis, immediatiùs post illũ vl-
mũ possessorẽ vocatus. Vt si vltimus ille
possessor tempore transgressionis, atque
amissionis maioratus carebat filijs, ideoq;
successit in eo maioratu ipsius frater: & po-
steà natus est ei filius, qui præferendus erat
D illi patruo, fratri patris sui, vtrum talis pa-
truus irreuocabiliter possideat eũ maiora-
tũ, sibi, & suis descẽdentibus: an verò, na-
to posteà eo filio illi alteri vltimo posses-
sori, ad eum deuoluatur, patruusque eo
spolietur.

Obseruat optimè Molina lib. 3. de pri-
mog. c. 10. n. 1. Hanc quæstionẽ non exci-
tari de eis immediatiùs vocatis, qui tẽpore
mortis vltimi possessoris, aut delati maio-
ratus, erant iam concepti, licèt nondùm
essent nati: qui enim concepti iam erant,
pro natis, ad effectum vt ad eos maiora-
tus spectet, cæteriq; posteriùs vocatis
præferantur, reputantur: filij quippe status
attenditur, vel penes tempus conceptio-
nis,

nis, vel penes tempus natiuitatis, prout me-
liùs ei fuerit, vt, quoad libertatem, dictum,
ostensumq; est in calce disp. 33. &, vt legi-
timus reputetur, ac sit, disp. 172. in prin. Et,
præter iura ibi citata, rem propositam pro-
bant. l. qui in vtero. ff. de statu hominũ, cui-
us verba sunt. *Qui in vtero est, perinde, ac si in
rebus humanis esset, custoditur, quoties de cõmo-
dis ipsius partus quæritur.* &. l. cũ inter. C. de
fideicõmiss. libert. & affirmat cõmu. docto
rũ sententia, quã Molina. n. 1. citato refert.

Quòd maioratus in prædictis, & alijs si-
milibus euẽtibus, nõ sit in pendẽti, sed sta-
tim irreuocabiliter ei acquiratur, qui tẽpo-
re mortis vltimi possessoris, aut delationis
eius maioratus, compertus fuerit immedia
tiùs vocatus, ex actu existẽtibus tunc in re
rum natura, aut iã cõceptis, suaderi potest.

Primũ arg. Primò, quia in maioratibus frequenter
succeditur ex vltima volũtate institutoris,
& semper ex dispositione personę iam de-
functæ: dispositiones verò morientiũ, esse
non possunt in suspenso tẽpore cessionis
earum, vt constat ex. l. vlt. in fine. ff. com-
munia prædior. cuius verba sunt. *Neq; enim,
sicut viuentium, ita & defunctorum, actus in spen
di receptum est.*

Secũdum. Secundò, quoniam si maioratus posset
eo modo esse in pendenti, sequeretur, do-
minium bonorum maioratus esse etiam eo
tempore in pendenti, seu in aere, ita vt eo
tempore nullus esset eorum bonorum do
minus: dominium autem esse non potest in
pendenti, sed continuò ad vnũ, aut ad aliũ,
pertinere debet, præsertim bonorum ma-
ioratuum huius Castellæ regni, quorũ non
solùm dominium, sed etiam possessio ciui
lis, & naturalis, ex dispositione legis. 45.
Tauri, transit continuò ab vltimo posses-
sore in proximum successorem, ita vt neq;
Tertium. per momentum temporis vacet.

Tertiò, quoniam in maioratus successio
ne, attendi non debet proximitas eorũ, qui
nec nati, nec concepti sunt, tempore dela-
tę successionis; neq; hi, qui ex postfacto na
ti & cõcepti fuerint, excludere eos debẽt,
qui semel successerint, vt probat. l. 1. §. si
quis proximior. ff. vnde cognat. cuius ver-
ba sunt. *Si quis proximior cognatus nasci spere-
tur* (quia scilicet in vtero gestatur) *in ea cõdi
tione est, vt duci debeat obstare eũ sequentib⁹* (id est
remotioribꝰ) *sed vbi natus nõ est* (id est, si non
nascatur) *admittimus eũ, qui post ventrẽ proxi-
mus videbatur. Sed hoc ita demũ erit accipiẽdũ, si
hic, qui in vtero esse dicitur, viuo eo, de cuius bono
nã successione agitur, fuerit eõceptus.* Nã, si post

A *mortẽ, neq; obstabit eijs, neq; ipse admittetur:
quia non fuerit proximior cog atus ei, quo viuo,
nondùm animal fuerit.* Vbi vides, conceptum
aliquem esse post delatam hæreditatem,
qui, si antea conceptus fuisset, tanquã pro-
ximior, succederet, atq; excluderet cæte-
ros, non sufficere, vt succedat, eosq; exclu
dat. Idem probant. l. vlt. §. quandiu. ff. vn-
de legitimi. l. 1. §. sciendum, &. l. Titius. ff.
de suis & legit. hæredib. l. si quis filio exhę
redato. §. 1. ff. de iniusto rupt. &. §. cùm au-
tem, vers. planè, inst. de hęredit. quæ ab in-
testato defer.

B Quartò, quoniam in maioratus succes- *Quartum.*
sione, proximitas, habilitas, seu capacitas
successoris, attẽdi debet tempore mortis
vltimi possessoris, aut delatę successionis,
sicut & in legatis, & in hæreditatibus. l. si
cognatis. ff. de reb. dub. l. interuenit. ff. de
leg. præstand. ergo, qui tempore delatio-
nis maioratus, proximior nõ fuerit vltimo
possessori, eò quòd nondùm sit concep-
tus, perpetuò manet ab eo exclusus. Idem
est, si tunc habilis non sit.

Quintò, quoniam in cõditionibus, satis *Quintum.*
est impletas esse tempore delati legati, hę-
reditatis, aut alterius successionis, quic-
C quid posteà mutetur, & eueniat, concinit.
l. si quis hęredẽ. C. de inst. & substi. &, præ-
ter Baldũ à Molina vbi supra. n. 8 citatum,
lege alia, quæ lib. 1. c. 6. n. 16. addit: quarè,
cum in euẽtibus, de quibus loquimur, nul-
lus alius proximior successor vltimo posses
sori existat, atq; in eo, qui tunc existit, den-
tur cõditiones omnes ab institutore ad suc
cedendum in eo maioratu statutæ, sanè is
irreuocabiliter succedet, quicquid posteà
eueniat, concipiaturq; ac nascatur alius vl-
timo possessori præcedenti proximior.

Sextò, quoniã admisso ad maioratus suc- *Sextum.*
D cessionem eo, qui tempore mortis, aut de-
lationis maioratus, inuenitur proximior vl
timo possessori, linea ex ipso deriuata, præ
fertur cęteris lineis, quæ eo ipso excluſæ
censentur, quòd is, ex causa tunc existẽte,
admissus est, esto ea causa, ob quã tunc ip-
se est admissus, & cęteri sunt excluſi, non
perseueret, argumento. c. 1. §. quin etiam,
in titulo. Episcopum vel Abbatem. Vbi ha
betur, si feudum alicui sit concessum, sibi,
& descẽdẽtibus eius, masculis & fœminis,
excludaturq; filia ob filium, illa, semel ex-
clusa, nunquam deinceps admittitur, etiam
si ille moriatur, careatq; descendẽtibus, vt
ex eo textu colligũt & affirmãt multi, quos
Molina lib. 1. de primog. c. 6. n. 22. refert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septimum. Septimò, quoniam eo ipso, quòd succes- A
sio maioratus huius regni in proximiorem
est semel ingressa, non potest ad alium, etiá
proximiorem illi alteri vltimo possessori,
transire, donec is, qui illum obtinuit, & om
nes, qui ex ipso profluxerint, deficiant, vt
disp. 626. & alijs sequẽtibus, ostẽsum fuit.

Octauum. Octauò, quia actus semel profectus, ac
consummatus, non vitiatur, etiam si deue-
niat ad casum, à quo incipere non potuit. l.
pluribus. §. & si placeat, iuncto summario
ibi. ff. de verb. oblig. l. ve pomum. §. 1. ff. de
seruit. regul. factũ legitimè, de reg. iur. lib.
6. quarè, si is, qui proximior erat vltimo B
possessori tempore delati maioratus, ad eũ
admissus est, vtiq; ex eo, quòd postea con-
cipiatur ac nascatur alius proximior, non
debet semel admissus, ipsiusq; soboles, ab
eo maioratu excludi, vt superueniens pro-
ximior admittatur.

Confir. Confirmatur, quoniam, quando ius ali-
cui quæsitum est ex existentia causę, is non
erit eo iure priuandus, esto causa postea de
ficiat. l. non potuit. §. sed si post mortem.
ff. de bonor. poss. contr. tabul.

Nonum. Nonò, quoniam non potest discedere
quis ex parte testatus, & ex parte intesta- C
tus, nisi sit miles, vt disp. 156. ostẽsum est:
si autem dominium maioratus aliquo tem-
pore esset in pendenti, maioratus institu-
tor pro eo tempore esset intestatus: ne igi-
tur in id absurdum incidamus, dicendum
est, proximiorem vltimo possessori, reper-
tum tempore delati maioratus, succedere
in eo irreuocabiliter, esto posteà concipia-
tur & nascatur alius proximior eidem vl-
timo possessori.

Pars cõtra ria. Pars tamen contraria, quòd scilicet eius
modi successiones, sint in pendenti, con- D
ceptoq; ac nato eo, qui proximiùs vocatur,
is à principio censeatur successisse, & ex-
cludat omnino alterũ, qui, in huius defec-
tum, vocabatur, sequentibus argumentis
suadetur.

Primum arg. Primò, quoniã sequens vocatur sub con
ditione, in defectum proximioris, hoc est,
si vocatus proximiùs non exiliat, vt in exẽ-
plo illo in principio huius disputationis
proposito, si filię masculos filios nó habue
rint, succedat Petrus: quarè, vt ita sub ea
conditione vocatus, succedat in eo maiora
tu necesse est, purificetur, impleaturúe, ea
conditio; atq; adeò necesse est, vt expecte-
tur, donec vel filiæ sinè filijs masculis mo-
riantur, vel impossibile iudicetur, eas natu
raliter posse habere filios: vocatus quippe
sub conditione negatiua, quæ à sola ipsius
potestate non dependet, admittendus non
est ad id, ad quod ita vocatur, nisi prius con
stet, contrariam affirmatiuam conditioné
impleri non posse. l. quicquid astringen-
dæ. §. vlt. & l. ita stipulatus (115.) § sed &
si. ff. de verb. oblig. l. pecuniam. ff. si certũ
petat. &. l. hoc genus, iuncta glosa ibi. ff.
de condit. & demonst. Vnde rectè dixit
Baldus. l. mutianæ. ff. eod. titu. conditio-
nes negatiuas non impleri, nisi per reduc-
tionem contrarię affirmationis ad impos-
sibile; id quod apertè colligitur ex. l. hoc
genus, citata, consentitque authentica cui
relictum. C. de indict. vid. tol.

Secundum. Secundò, quia interim dum est spes, sub
stitutionem in persona primi substituti lo-
cum habituram, locum non habet cætero-
rum substitutio, qui in illius defectum vo-
cati sunt, vt ex se liquet, & ex. l. si mater. §.
vlt. ff. de vulg. atque ex alijs iuribus.

Tertium. Tertiò, quoniam in legato familię relic-
to, in quo iuxta gradus prærogatiuam suc-
ceditur, nó solum censentur substituti, qui
tempore mortis testantis, aut delati lega-
ti familię, reperiuntur de familia, sed etiam
nasciturí. l. peto. §. fratre, iuncta glosa ibi,
verb. ex familia. ff. de leg. 2. iuxta quem tex
tum, & glossam, dixit ibi Baldus, quòd si
tempore mortis testantis, aut delati legati
familiæ, sit vnus tantùm proximior in gra-
du, & speretur alius in eodem gradu, licèt
admittatur ad totum legatum, qui tunc fue
rit proximior in gradu, tenetur tamen iux-
ta eum textum, cautionem præstare, quòd
partem restituet pari in gradu, si nascatur.

Quartum. Quartò, quoniam, quando maioratus in
stitutor vocat ad eum, filium maiorem na-
tu talis fœminæ, si illa filios habuerit, si ve-
rò filios non habuerit, vocat Titium, sanè
eam conditionem non restringit ad tem-
pus mortis vltimi possessoris, sed absolutè,
absq; aliqua restrictione, eam profert: in
quo euentu, satis est, quocunq; tempore
eam filios habere, siue tempore delati ma-
ioratus, siue post, vt conditio impleta cen-
seatur ad effectũ, vt filius eius mulieris, suc
cedat in maioratu, excluso Titio, & vt de-
fecisse censeatur ad effectum, vt Titius ab
eo maioratu excludatur. Ita probat. l. hæc
conditio, in prin. ff. de condit. & demonst.
illis verbis, *vt qui sic testatus fuerit, impleri so
lummodò conditionem voluerit, nec fati* (id est
multum) *exegerit, quando.* Probat etiam. l. si
quis heredem. C. de instit. & substit. illis ver
bis, *Sancimus, quocunque tempore impleta fue-*

*ta fuerit conditio, siue viuo eo, siue mortis tem-
pore, siue post mortem conditionem videri esse im
pletam.* Probat item. l. in substitutione. ff.
de vulg. illis verbis; *quandocunque erit*, & pro
bant alia iura.

Quintum. Quintò, quoniam sæpe, ex circunstan-
tijs concurrentibus, præsumendum erit,
voluntatem institutoris maioratus esse, vt
in eo succedat proximius vocatus, qui po-
stea conceptus & natus est, quàm qui pro-
ximior vltimo possessori existens reperie-
tur, tempore delati ex illo maioratus: po- B
test verò substitui & vocari, etiá qui post
mortem præcedentis nascetur. l. substitui.
ff. de vulg. standumque est præsumptę in-
stitutoris voluntati, eique, quod æquitas
plus postulat. l. ex facto. ff. de vulgari. l. no
sinè. C. de bon. quæ liber. Quibus adde,
quòd quanuis discedenti ab intestato repu
tetur proximior, qui tempore mortis illius
talis fuerit, vt ei succedat, saltem quia erat
iam conceptus; quando tamen disposuit,
is censetur proximior, qui, post omnes te
stamento vocatos, reperitur talis, etiási có
cept⁹ & natus sit post mortẽ. illi⁹, vt habe-
tur. §. proxim⁹. inst. de legit. agnat. succes.

Sextum. Sextò, quoniam iura, quæ fiat ut, eum, C
qui tempore mortis testatoris, aut vltimi
possessoris, nec natus, nec conceptus est,
non posse succedere, intelligenda sunt,
quando dispositio erat pura: secus, quando
erat conditionalis: in hac enim dispositio-
ne, non tempus mortis, sed purificatæ, im-
pleteúe conditionis, attendi debet. l. cum
qui post. ff. de cond. & demonst. l. interue-
nit. ff. de legat. præst. &. l. cùm pater. § hę-
reditatem. ff. de leg. 2.

Res hæc controuersa est, doctoresque
pro vtraq; parte habet, quos Molina lib. 3.
de primog. c. 10. n. 15. &. 25. refert. Ipse ve
ro. n. 38. priorem sententiam in succes sio- D
ne in maioratibus Hispanis, etiam si anni-
uersaria, seu capellæ, feuda, aut emphyteu-
ses in modũ maioratus, sint, vniuersim am-
plectitur; maximè quando maioratus mor-
te vltimi possessoris defertur: in quo euen
tu. n. 44. ait, ita frequenter receptum esse
in praxi. Ducitur, quoniam Hispanorũ pri
mogeniorum natura ea est, vt illorum suc
cessio, nec ad momẽtum, vacare possit, sed
statim, mortuo vltimo possessore, in sequẽ
tẽ, qui eo tẽpore proximior inuenitur, tran
sire debeat, ita vt maioratus semper possef
soremque dominũ, verũ & legitimũ habeat,
vt. l. 45. Tauri, accõmodatè ad horũ maio-
ratuũ naturã, statuitur. Vnde ait, quãuis in A
alijs dispositionibus, conditiones negatiuę
non censeantur purificatæ ac impletę, do-
nec constet, contrariũ esse ià impossibile;
in Hispanorũ tamen primogeniorũ succes
sione illas pro impletis habendas esse, si tẽ
pore mortis vltimi possessoris contrarium
non sit impleti m: quoniam ex eorundem
Hispanorum primogeniorum natura, om-
nes referuntur soli m ad tẽpus mortis vlti
mi possessoris, delationisve maioratus: &
quando conditionibus negatiuis certũ tẽ-
pus formaliter, aut virtute, est adiectum, so
lum illud est spectandum, vt, in defectum
contrarij euentus vsq; ad id tempus, sit lo
cus eo ipso substituto. l. quicquid astrin-
gendę §. si stipulatus. ff. de verb oblig. &. l.
si pecunium. §. vlt. ff de statu lib.

Ego, licet idem credam esse dicendũ in
maioratibus, in quibus conditio non appo *Quæstionis.*
nitur; quando tamen conditio apponitur, §.
quæ a iquis vocatur sub conditione negati-
ua, verbi gratia, vt succedat aliquis, si talis
fœmina aut fœminę, filios non habuerint,
nõ puto id ita vniuersim esse dicendũ, sed
attendendũ esse ad forma talis dispositio-
nis, & ad circunstantias occurrẽtes. Etqui-
dem, si non cõperiatur, mentẽ institutoris
fuisse, vt cõditio illa locũ habeat solũ vsq;
ad initãs mortis vltimi alicuius possessoris,
aut delati maioratus ex illo, crediderim, sus
pendi successionẽ, quousq; ex illis nascan
tur filij, aut intelligatur, impossibile esse na
turaliter eas filios habere, vt intelligatur,
quis in eo maioratu succedat. Si enim insti-
tutor dixit, si talis fœmina sinè filijs ex hac
vita discedat, succedat Petrus, alioquin suc
cedat filius maior ex illa, vtiq;. si fœmina
illa superstes sit, sine filijs quidẽ, cæterum
cum spe filiorũ tempore mortis vltimi pos
sessoris, & maiori cũ ratione tẽpore delati D
maioratus ex illo, quacũq; alia ex causa, nó
succedet Petrus, sed in suspenso erit maio
ratus, quousq; illa filiũ habeat, aut moriatur
sine filio, vel alia ratione impossibile sit eã
filium habere, saltem capacem successio-
nis; si enim ea mulier religionem profitea-
tur, eo ipso incapax erit filij, qui in maiora-
tu succedere possit. Si verò institutor di-
cat, post talem ad eum maioratum voca-
tum, succedat filius maior talis fœminæ, si
illum habuerit, alioquin succedat Petrus,
tũc vtiq; coarctasse intelligitur cõditionẽ
ad punctũ delatæ successionis, ex tali pos-
sessore, maximè ne successio sit in suspen-
so, & ita regulariter est præsumendum,
atque adeò regulariter vera est opinio

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa Molinæ:nihilominùs, quando contra- A
rium significant & persuadent verba insti-
tutoris,vt in exemplo proposito,vtiq; con
trarium erit dicendum. Neque id pugnat
cum natura maioratuum Hispanorum, qui
bus non repugnat ad tempus esse in suspen
so, præsertim quando id ita voluit, ac sta-
tuit,institutor.Lex autem.45. Tauri intel-
ligenda est, si in rerum natura iam existat
vocatus, neq; vocatus sit sub conditione
aliqua pendente in futuro tempore dela-
tionis maioratus.

Quando delatio maioratus ex eo proue- B
nit,quòd vltimus possessor trãsgressus est
conditionem,seu potiùs modum, ex cuius
trangressione maioratus institutor statuit,
vt eo ipso possessor illũ amitteret,& trãsi-
ret ad vlterius ad eũ vocatũ, disputat Moli
na à.n.44.citato,nũ,si post transgressionẽ
alius proximiùs vocatus nascatur, sit hic
præferẽdus illi, qui proximior erat tẽpore
trãsgressionis modi, aut commissi delicti.
Vt,si possessor maioratus tẽpore trãsgres
sionis modi nõ habebat filiã, & postea na-
tus sit filius;aut carebat filijs, & postea na-
tus est ei filius; an talis filius præferendus
sit filiæ,aut collaterali, proximiori tẽpore
trãgressionis modi. Atq; arbitror,quæstio
nem hanc magna ex parte ex ijs esse diri-
mendam,quæ disp.87.&. 96.à nobis dicta
sunt. Et quidẽ,si in pœnã sit id statutum,vt
regulariter censendũ est in pœnã esse statu
tũ,eo modo,quo collegis priuatio collegia
turę ob aliqua delicta,aut ob trãsgressionẽ
aliquarũ legum, & scholasticis priuatio iu-
ris suffragij ad cathedrã, statuitur; tunc in
hunc modũ est distinguendũ. Quoniam,si
solum dicitur, vt si id cõmiserit, priuetur
maioratu,aut propter tale factum eo priue
tur,neq; addatur,sit ipso iure,aut ipso fac-
to,eo priuatus, tunc, cùm vltimus posses- D
sor,nec dominium eius maioratus,nec pos
sessionem, amittat ante latam sententiam,
eò quòd pœna illo modo statuta nõ debea
tur ante latam sententiam,vtiq;,si nunquã
fuerit lata sententia, nunquã possessor eius
maioratus,illum amittet:si verò aliquando
feratur, & spolietur maioratu, pertinebit
ad eum,qui, in puncto latæ sententiæ fue-
rit proximior vltimo possessori,esto alius
fuerit proximior tempore trangressionis
modi,aut delicti commissi & esto,qui tem
pore delicti commissi erat proximior, litẽ
intentaret eamq; prosequutus fuisset vs-
q; ad sententiam.Si verò pœna illa fuit sta-
tuta ipso iure, aut ipso facto, additumque
fuit, vt continuò sinẽ sententia maioratus,
aut dominiũ illius transiret ad vlteriùs vo-
catum; tũc vtiq; pertinet maioratus ille ad
eum,qui proximior erat tempore trãsgres-
sionis modi,esto posteà,ante sentẽtiam la-
tam, & spoliationem maioratus factã quo-
ad tenutam,& actualem apprehensionem,
nascatur alius proximior vltimo possessori.
Imò credo, tunc possessorem maioratus
teneri in conscientiæ,& exteriori foro,re-
linquere maioratum,& fructus illius, pro-
ximo tunc successori, nulla expectata sen-
tentia,quoniam institutor id ita statuere po
tuit, sufficienterq; eis verbis expressit, eã
esse suam mentem & voluntatem,iuxta ea,
quæ disp.96.citata.dicta sunt.Si verò pœ-
na illa priuationis ipso facto, aut ipso iure,
fuit statuta,neq; additum fuit, vt dominiũ
continuò transiret in proximè vocatum,
nulla expectata sententia ,aut aliud simile,
vnde intelligatur, mentem institutoris fu-
se,vt ante sententiam maneat illo priuatus;
tunc non tenetur eum relinquere, eoq; se
spoliare, penamq; exequi ante latam sen-
tentiam, iuxta ea, quę disputationibus ci-
tatis dicta sunt: sed tutò eum retinet, ac
C possidet,quousque sentẽtia feratur: quòd
si nunquam sententia feratur, eum tutò re
tinet,temporeque mortis suę,illum trans-
mittit ad tunc proximè vocatum,esto pro-
ximè vocatus,non extiterit tempore trans
gressionis modi,delicti que commissi,iux-
ta ea , quæ disputationibus citatis dicta
sunt,iunctis ijs,quę diximus disp.95.

Dubium autem est, si in hoc euentu sen
tentia feratur, num succedat, qui proxi-
mior erat tempore delicti commissi; an ve
rò, qui proximior fuerit tempore latę sen-
tentię.Et quidem,si ad ius strictum atten-
damus,videtur dicendum,succedere eum,
qui proximior erat tempore delicti comis-
si.Quoniã iuxta ea quæ disp.95. dicta sunt,
sententia in eo euẽtu retrotrahitur ad tem-
pus commissi delicti,ab eoque puncto ma
ioratus, & fructus ex illo percepti, perti-
nent ad proximè vocatũ:atq; iuxta ea,quæ
ibi dicta sunt,proximè tunc vocatus, cõpa
uit ius in re in tali maioratu, & in fructi-
bus illius,vt de fisco comparatione bono-
rum illius, cui ipso iure ob delictum con-
fiscantur,dictũ ibidẽ est:ex eo verò, quòd
tempore latæ sententiæ natus est alius
proximior , spoliari non potest ille prior
iure in re semel comparato : maximè quia
pronunciatio sententiæ non videtur es-
se aliud , quàm declaratio iuris ita alteri
quęsiti

quæsiti à tempore ita commissi delicti ob A
id delictum , atque adiudicatio & collatio
eorum bonorum illi , ob ius ab eo tem-
pore illi quæsitum: quæ locum habere non
videntur comparatione alterius posteriùs
comcepti ac nati. Atque hæc certè magna
vim habere videntur, vt maioratus ad
iudicari debeat in hoc euentu proximiori
tempore delicti, vltimo possessori.Molina
vbi supra,cum alijs,quos citat,contrarium
affirmat,etiam quando dictum est , quòd
statim eo ipso, facta modi transgressione,
aut commisso delicto,dominium transeat B
in vlteriùs vocatum.Sed certè non probo
eorum sententiam.

Supereſt,vt percurramus argumẽta pro
vtraque parte proposita , vt intelligatur,
Ad primũ argu. pro priori parte. quantam vim habeant,aut non. Ad primũ
ergo priori loco propositum pro opinio-
ne,quã ex parte amplectimur, cõcessa ma-
iori,negandа est minor:institutio enim he
redis,legatum,aut aliæ dispositiones vlti-
mæ,factæ sub vera conditione pendente
in futurum,in suspenso sunt, quousque in
telligatur, in quam partem conditio enę-
niat,vt disp.206.& aliàs sæpe, dictum est.
Ad legem verò vlt.in fine.ff. de commun. C
præd. prætermissis alijs solutionibus, quas
Molina.c.10.citato.à.n.26.refert , legitimа
responsio est.Quòd lex illa loquitur,
quando ad eandem perfectam & integram
dispositionem comparatione vnius nume-
ro obiecti, necessarius est consensus , dis-
positioue partialis multorum,vt, ad conce
dendam seruitutem in eodem prędio mul-
tis communi, necessaria est concessio sin-
gulorum , habentium partiale dominium
eius prædij,alioquin concessio non valet,
nec seruitus in eo prædio resultat. Ea autẽ
lege statuitur,cp, si tres, verbi gratiã, pos-
sideant idem numero prædium pro indiui-
so,& vnus concedat seruitutem in illo , & D
illo superstite, nec reuocante concessio-
nem,concedat similiter eam alius, duę istę
partiales concessiones interim dum non re
uocantur,nec illi moriuntur, sunt in pen-
dẽti ex eo, quòd reliquus tertius eam con
cedat,ita vt si accedat concessio tertij, an-
tequàm illi reuocent cõcessiones suas,ma-
net integrè & perfectè ea seruitus in eo
prædio concessa.Quando autem ali quis in
vltima voluntate eam concedit, nisi simul
adsint concessiones cæterorum, siue per
vltimam voluntatem,siue concessione in-
ter viuos, quando dies legati illius,seu con
cessionis illius per vltimam voluntatem ce
dit,tunc,esto posteà ex interuallo accedat, A
non valet concessio illa per vltimam vo-
luntatem; quia voluntates morientium nõ
possunt esse illo modo in pendenti,vt , si
ex interuallo accedant concessiones alio-
rum, validæ sint:sed si,quando cedunt, nõ
adsunt aliæ partiales requisitæ , inualidæ
prorsus redduntur.Excipe,nisi testator ex
presserit , quod quandocunque aliorum
concessio accesserit , valeat sua adhibita
per eam vltimam voluntatem:nam tunc vo
luntati testantis,eo modo expressæ, est stã
dum,vt Molina vbi supra,cum alijs , rectè B
ait.Ecce de quibus voluntatibus mori-
entium sit in ea lege sermo,& de qua suspen-
sione.

Ad secundum dicẽdum est,nullum esse 7
absurdum,si dominium maioratus sit etiã *Ad secun-*
aliquando in pendenti:id enim potest sta- *d.m.*
tuere maioratus institutor,si voluerit , ap-
ponendo conditionẽ, quæ verè suspendat
successionem,vt dictum est; tametsi,quan
do sufficienter id non exprimit, non sit id
censendum.Sicut enim,relinquendo hære
ditatem sub conditione, dominium rerum
hereditariarum est in suspenso,neque id ali-
quod est absurdum , ita , in re proposita, C
nullum esset absurdum , quòd dominium
rerum maioratus , ex expressa voluntate
institutoris,esset tempore aliquo in pendẽ
ti.Imò Molina & cęteri doctores contra-
riæ opinionis,negare non possunt,dominiũ
bonorum rerum maioratus esse posse in pẽ
denti. Si enim conceptus sit proximior vo
catus,& nondum animatus anima rationa-
li,vtique,saltem eo tempore, quo embrio
rationali anima caret, post mortem vltimi
possessoris nullus est dominus earum re-
rum,sed erit is,qui conceptus est , quando
fuerit animatus anima rationali , & depen-
D denter ex eo,quòd ea animetur.Finge præ
terea,post mortem naturalem alicuius vlti
mi possessoris,vocari filium fœminæ ali-
cuius,si eum habuerit,alioquin vocari Pe-
trum , atque vltimum possessorem profi-
teri religionem Diui Francisci. Vtique, si
spes sit , eam mulierem filium habituram
ante mortem naturalem talis religiosi,do-
minium maioratus illius toto illo tempore
erit in pendenti:quia ad nullum eorum vo
catorum pertinebit tunc: eò quòd vocati
sint sub conditione , & conditio pendeat:
neque item pertinebit ad ita professum,
aut ad monasterium:quia incapacia sunt ta
lis dominij.Lege quæ dilput.186.in simili
euentu a nobis dicta sunt. Dispositionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem legis. 45. Tauri iam dictum est, intelligendam esse regulariter: quia regulariter proximè vocatus existit simpliciter in rerum natura tempore delati maioratus, neque vocari consueuit sub conditione, tempore delati iam maioratus, pendente adhuc in futurum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum est, id esse verum & confirmare sententiam, quam amplectimur, quando dispositio est pura, aut succeditur ab intestato, in quo euentu loquũtur, veraque sunt, iura illa omnia citata, ita statuentia. Secus autem rem habere, si aliud exprimat testator, aut instituror maioratus, qui apponat conditioné, quæ verè pendeat in futurum, etiam post mortem vltimi possessoris, sub qua aliquis proximius vocet, qui post mortem vltimi possessoris nascetur.

Ad quartũ Ad quartum similiter dicendum est, id esse verum, & confirmare sententiam, quã amplectimur, quando dispositio est pura: secus verò quando manifestè apposita fuit conditio, quæ perspicuè pendeat adhuc in futurum, tempore mortis vltimi possessoris: in eo quippe euentu nondum est delata successio; atque penes id tempus attenditur proximitas, habilitas, seu capacitas, successoris, iuxta eademmet iura, quæ in eo argumento citantur.

Ad quintũ Ad quintum dicendum est, id quidem verum esse, & similiter confirmare sententiam quam amplectimur. Cæterùm, quando ab institutore maioratus apposita fuit conditio circa vocationem ad illum, quæ perspicuè non sit impleta tempore mortis vltimi possessoris, aut tempore amissionis, qua is vltimus possessor maioratum amittat, sed perspicuè pendeat adhuc in futurũ, non censebitur tunc delatus simpliciter alicui in particulari, quoúsque ea conditio in alteram partem determinetur, atq; pro eo puncto temporis erit spectandum, quis proximus ad eum maioratum vocetur, atque adeò, cui in particulari ex præscripto institutoris deferatur.

Ad sextũ Ad sextum dicendum est, id esse verum & confirmare sententiam, quam sequimur, quando aliquis simpliciter, & absolutè admittitur, quia videlicet, absque aliqua conditione pendẽte adhuc in futurum, maioratus adeũ spectat: quãdo autẽ nõ spectaret ad eum, nisi sub conditione, post mortem vltimi possessoris pendente adhuc in futurum, tunc ille, neque simpliciter succedit, quia nondum simpliciter delatus alicui in particulari est talis maioratus, antequàm conditio in alteram partem determinetur, vt sæpe dictũ est illi tradendus maioratus, sed costituendus est neq; est curator & administrator eorũ bonorũ, quibus illa ei tradat, ad quem, purificata conditione, cõpertum fuerit maioratum pertinere.

Ad septimum. Ad septimum similiter dicendum est, id verum esse, & confirmare nostram sententiam, quando successio simpliciter & absolutè est ingressa ad aliquem: non verò, quãdo ad aliquem spectat sub conditione pendente adhuc in futurum.

Ad octauũ & ad confir. Eodem modo dicendum est ad octauũ, & ad confirmationem: est enim in eis sermo de delatione maioratus alicui in particulari, ac consummata, ac de iure tali delatione perfectè quæsito. Non verò quando delatio, & ius, adhuc pendent à purificatione conditionis pendentis in futurũ.

Ad nonum Ad nonum, concessa maiori, negada est minor, in euentu, in quo maioratus institutor vocasset aliquem ad eum sub conditione perspicuè pendente in futurum post mortem vltimi possessoris. Licèt enim interim dum conditio penderet, dominium eorum bonorum ad nullum determinatũ in particulari pertineret; purificata tamen postea conditione, retrotraheretur successio ad punctum mortis vltimi possessoris, iurisque fictione, ab eo puncto censeretur is fuisse dominus eius maioratus: quarè sicut, qui instituit hæredem sub conditione pendente in futurum, non censetur discedere pro parte temporis intestatus; quia, purificata conditione retrotrahitur successio ad tẽpus mortis testatoris: ita in re proposita, maioratus institutor non censetur discedere pro parte temporis intestatus.

Ad argumenta partis Ad argumenta verò partis contrariæ dicendum est. Ea quidem concludere, quando perspicuè maioratus institutor, sub cõditione pendente in futurum post, mortẽ vltimi possessoris, vocaret eum, qui post eam mortem proximior, saltem quoad vocationem ad eum maioratum esset futurus: secus autem, quando non vocaret sub conditione, quæ post mortem vltimi possessoris, aut post amissionem, qua ex alio capite maioratum amitteret, penderet in futurũ, vt dictum est, regulariter non vocare sub tali conditione. Quarè ea argumenta nihil concludunt, contra opinionem, quam nos amplectimur.

Ad primũ Vnde ad primum negandum est, sequés proximè vltimo possessori tempore mortis illius, vocari sub cõditione, si alius proximior posteà non existat: non enim sub tali conditione, sed absolutè ac simpliciter censetur vocatus, nisi institutor maioratus aliud perspicuè expresserit.

Ad secundum. Vnde cessat, quod in secundo argumento adducitur. Neque enim est spes, quòd alius proximior, esto posteà nascatur, succedat: cùm absolutè proximus vltimo possessori tempore mortis illius sit vocatus.

Ad tertiũ. Ad tertium concesso toto, neganda est consequentia, quę inde intenditur inferri. In legato enim illo familiæ relicto, omnes, qui progressu temporis fuerint de familia, censentur vocati, secundùm gradus prærogatiuam, vt inter omnes, qui fuerint in proximiori gradu, æqualiter diuidatur, vt disp. 577. & aliàs sæpe dictum est: ad maioratum verò vnus tantùm absolutè, & simpliciter vocatur, qui vltimo possessori fuerit proximior, quando ille fuerit mortuus, aut quando ex illo delatus fuerit maioratus ex alia causa, nisi institutor maioratus aliud exp̃resserit, vt dictum est.

Ad quartũ Ad quartum dicendum est, explicatum iam esse, quando ea conditio censenda sit apposita tanquam pendens adhuc in futurum post mortem vltimi possessoris, atque adeò quando vim habeat id argumentum: explicatum item esse, quando non ita censenda sit apposita, neque, in re proposita successionis in maioratu, habeat locum id argumentum.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum est, nunquam id esse præsumendum in successione in maioratu Hispano, nisi id maioratus institutor sufficienter exprimat, vt explanatum est. Quod verò vlteriùs in eodem argumento subiungitur, nullam vim habet in successione in maioratu Hispano, vt succedat, qui post vltimum possessorem nondum fuerit proximior, quia nondum sit conceptus, nisi institutor, sub conditione pendente in futurum post mortem eiusdem vltimi possessoris, eum apertè vocet, vt dictum est.

Ad sextũ. Ad sextum concedendum est, ea iura non habere locum, quando dispositio est cõditionalis; cæterum id, in re proposita, intelligendum est de conditionali dispositione, quæ pendeat in futurum tempore mortis vltimi possessoris: non est tamen præsumenda talis, nisi id sufficienter exprimat maioratus institutor, vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 FEVDO *deuoluto ad proprietarium, fructus rei feudalis, ad quem pertineãt. Et quatenus id seruandum. n. 9.*
2 *Vsufructu finito, qui fructus rei vsufructuariæ pertineant ad proprietariũ: & qui ad vsufructuarium, hæredẽ ve ipsius.*
3 *Fideicommissi fructus ad fideicommissarium pertinent à puncto traditæ hæreditatis, vel quo, grauatus eam tradere, in mora est illam tradendi.*
4 *Rei emphyteuticæ fructus, emphyteusi finita & consolidata cum proprietate, quousque ad proprietarium pertineant. Deuoluta verò emphyteusi ad alium emphyteutam, quousque ad nouum emphyteutam attineant.*
5 *Venditæ rei fructus ad quem pertineant.*
6 *Fructus dotis, dissoluto matrimonio, quousque ad maritum, hæredẽsve mariti, & quousque ad vxorem, hæredẽsve vxoris, attineant.*
7 *Beneficiorum fructus quousque ad antecessorem, hæredesue illius, & quousque ad successorem in illo spectent.*
8 *Pensionis fructus tempore, quo vacauit, quousque ad pensionarium, hæredẽsve ipsius, pertineant, & quousque ad beneficiarum.*
9 *De fructibus feudi, quod. n. 1. fuit dictũ, quatenus seruandum.*
10 *Fructus maioratus pro rata anni diuiduntur inter successorem & prædecessorem, hæredẽsve illius, nec res habet vt in fideicommisso.*
11 *Annus vnde computãdus ad diuisionem eiusmodi fructuum. Consonantius autem est, quòd computetur à die nãtiuitatis Domini quoad omnes fructus. Idemq; habet locum in corona regni, & fructibus illius. Si fructus de biennio in biennium, aut de triennio in triennium colliguntur, pro rata eius temporis elapsi, pertinent ad antecessorem.*
12 *De pœnis fiscalibus, quæ inter fructus maioratus, aut iurisdictionis, computantur, variæ sententiæ, num ad antecessorem, vel ad successorem in ea iurisdictione pertineant, aut quo modo inter vtrumque sint diuidendæ. Et quid censendũ, quando titulo fideicommissi ea iurisdictio ad aliquem deuenit. Quid quando titulo emptionis. Quid quando vsufructus consolidatus est cum proprietate. Quid item quando alius succedit in regno, aut in quouis alio maioratu, vel in Episcopatu, etiam sede vacante. Quid præterea de maioratu vxoris, aut de alia illius iurisdictione, datis marito in dotem, dissoluto q; matrimonio*

Universidad de Deusto
Biblioteca

trimonio. Et quid denique de maioratu vxoris A
aut mariti, quo ad bona superlucrata in his
Castellæ & Lusitaniæ regnis.

Fructus bonorum maioratus pendentes tempore, quo ad successorem defertur, verum integri ad nouum successorem pertineant, an verò cum prædecessore, seu cum successoribus in bonis illius sint diuidendi. Disp. 635.

EXPLICATO, quis in maioratu succedat, explicandum restat, num fructus rerum maioratus pertineant ad antecessorem possessorem, hæredesve, seu successores in bonis illius; an verò ad nouum successorem; vel potiùs sint diuidendi inter nouum & antiquum possessorem, & qualiter diuisio fieri debeat. Et cũ de hac re nihil de iure communi, Castellæ, aut Lusitaniæ, sit sancitum circa bona maioratus in particulari, ait Molina lib. 3. de primog. c. 11. ex his, quæ circa alia sunt sancita, rem hanc esse definiendam.

3 In feudis. c. 1. §. hic consequenter, in titulo, hic finitur lex, statuitur, si feudum vacet proprietario, & vasallus moriatur, post finitum mensem Augusti, ante Kalendas Martias, omnes fructus feudi anni illius pertinere ad vasallum defunctum, & ad hæredes illius; & nihil eorum ad proprietarium: si verò vasallus moriatur a Kalendis Martij vsque ad finitum Augustum, fructus omnes feudi pertinere ad dominũ directum, & nihil eorum attinere ad vasallum defunctum, hæredesque ipsius.

2 Vsufructuarius, cùm dominus non sit fructuum, nisi postquàm illos perceperit, aut ali' nomine ipsius, saltem à solo per se, vel per alium nomine ipsius, eos separando, sed dominium eorum, dum pendent, separatique nomine vsufructuarij non sunt, pertineat ad dominium prædij, & vsufructuarius solum habeat ius ad illos percipiẽdos, & efficiendos suos, interimdum viuit, morteque ipsius finiatur vsufructus. vtiq; si moriatur, fructus, quos vsque ad mortẽ suã perceperit & separauerit ex prædio, ad ipsum spectant, & ad hæredes ipsius: qui autem pendentes manserint, etiam si maturi sint, & apti vt colligantur, aut vt antea colligerentur, & qui decíderint, nec, separati, nec collecti ab vsufructuario, pertinent ad proprietarium: quo fit, vt fructus eius pra dij non diuidantur inter proprietarium & hæredes vsufructuarij, pro rata temporis anni, in qua is vsufructus ad vsufructuarium pertiniuit, vt disp. 7. dictũ est, & constat ex. 6 is verò, inst. de rerum diuis. ex. l. defuncta, in prin. ff. de vsufruct. ex. l. si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsufruct. amitt. ex. l. in singulos, in fine. ff. de annuis leg. & consentit communis doctorum sententia. B

Hæres grauatus restituere hæreditatem (idem intellige de quocunque fideicommissario grauato restituere alteri fideicommissum) à puncto, quo fideicommissario tradit hæreditatem, aut in mora est eam illi tradendi, fructus omnes hæreditatis pertinent ad fideicommissarium, etiam si per maiorem partem anni pertinuerit hæreditas ad grauatum eam restituere, quia non antea dies fideicommissi cesit. Ita habetur. l. Herennius. 1. ff. de vsuris, cuius verba sunt. *Fructus, qui, post acquisitum ex causa fideicommissi dominium, ex terra percipiuntur: ad fideicommissarium pertinere, licet maior pars anni ante diem fideicommissi cedentem præterijsse dicatur*; probatumque à nobis est disp. 187. Vbi etiam explanatum est, quousque hæres grauatus teneatur, aut non teneatur computare in quartam Trebellian cam fructus antea ex hæreditate perceptos, & ad se pertinentes. C

De emphyteuta dicendum est, eo ipso, 4 quòd finitur, & reuertitur ad proprietariũ, fructus omnes rei emphyteuticę pendentes, minimeque ab emphyteuta antea perceptos, pertinere ad dominum directum, vt de vsufructuaria re, finito vsufructu, dicD tum est; id quod copiosè probat Caldas de renouat. emphy. q. 10. à n. 1. & affirmat cõmunis doctorum sententia, quam fusè refert, consentitq; Molina lib. 3. de primog. c. 11. n. 7. Qui rectè addit, pertinere etiam eos fructus, nondum ab anteriori emphyteuta defuncto perceptos, ad sequentem emphyteutam, quando morte emphyteutæ non finitur emphyteusis, sed transit ad vlterius ad eam vocatum: quod intelligo, quando transit præcipua, in eaq; ex pacto & prouidentia succeditur: alioquin, etiam quoad fructuum pendentium æstimationem, diuidenda est inter hæredes. Porrò in euentibus, in quibus dictum est, fructus pẽdentes nondũq; ab anteriori emphyteuta perceptos,

perceptos, spectare ad proprietarium, aut A
ad sequentem emphyteutam, intelligendũ est, persolutis sumptibus factis in eis ad eũ statum perducẽdis, & valore laboris & industriæ circa eos appositæ: quod enim supereſt, detractis ita sumptibus, intelligitur nomine fructuũ, vt sæpe in hoc tractatu dictum est. Quod similiter intelligendũ est de fructibus rei vsufructuariæ finito vsufructu, & de fructibus cæterarum rerũ, de quibus loquimur.

5 Fructus rei venditæ pendentes tempore perfecti contractus emptionis, modo disp. 398. explicato, ad emptorẽ pertinent, vt copiosè eadem disputatione est traditum. Quando autem contractus resoluitur post semel celebratum, ad quem fructus medio tempore percepti spectent, disp. 377. est explanatum, & disp. 376. ad quem pertineant ex contractu conditionali medio tempore, quo conditio fuit pendens. B

6 De iure communi, dissoluto matrimonio, fructus dotis eius anni, in quo dissoluitur, computando illum à puncto, in quo matrimonium fuit celebratum, & tradita fuit dos, diuiduntur inter vxorem & hæredes mariti, aut inter maritum & hæredes vxoris, pro rata eius partis anni vltimi, in qua perseueranit id matrimonium, ad reliquam partem eiusdem anni, ita vt in eadẽ proportione maritus, aut hæredes mariti, recipiant portionem omnium fructuũ dotis totius eius anni, deductis expẽsis, ad portionem, quàm recipiat vxor, aut hæredes vxoris, quam proportionẽ habet pars eius anni, in qua perseuerauit matrimonium, ad reliquam, in qua fuit iam dissolutum. Ita habetur. l. diuortium. ff. soluto matrimonio, & alijs iuribus, quæ disp. 432. citauimus. Lege etiam, quæ disp. 442. dicta à nobis sunt. Cùm enim fructus dotis de iure communi traderentur marito pro oneri- D
bus matrimonij sustinendis, meritò fuit sãcitum, vt pro rata temporis vltimi anni, in qua sustinuit onera matrimonij, reciperet partem omnium fructuum eius anni, & reliqua pars attineret ad vxorem, aut ad hæredes vxoris.

7 Quod ad fructus beneficiorum attinet, supposita illa consuetudine huius regni, ac Lusitaniæ, & Galliæ, vt de reditibus suorum beneficiorum Ecclesiastici, qui prælati non sint, testentur, & vt consanguinei ipsorum perinde eis ab intestato succedant in eiusmodi bonis, atque in alijs eorundem beneficiariorũ bonis, de qua disp. 148. dictum est, dubium est, qualiter fructus beneficij eius anni, in quo beneficiarius moritur, aut relinquit, vel amittit beneficium, diuidendi sint inter ipsum, hæredesve, ipsius, & inter nouum in beneficio successorem. Communior multò sententia est, beneficiarium comparari vsufructuario, ac proinde fructus ex beneficio perceptos, vsque ad tempus suæ mortis, vel, in quo ex alia causa incipit ad ipsum non attinere, spectare ad ipsum, hæredesve ipsius: reliquos verò fructus eiusdem anni pertinere ad successorẽ. Ita glos. c si propter. verb. primi anni, de rescript. lib. 6. & glosa. c. præsenti, verb. reseruare, de off. ord. lib. 6. & glos. vlt. l. 1. C. de annonis ciuilib. lib. 1. & doctores, quos citat Couar. 1. var. res. c. 15. n. 12. & refert ac sequitur Gigas de pẽs. q. 53. n. 1. Vnde iuxta hanc sententiam erit dicendum, si beneficium, quoad fructus fuit locatum pro certo pretio, siue anticipata, siue postposita, solutione talis pretij, tunc, si beneficiarius post collectos omnes fructus beneficij eius anni moriatur, integrum pretium eius locationis, ad ipsum, hæredesve ipsius, pertinere, & nihil ad successorem in eo beneficio, siue solutum iã C
esset defuncto pretium, siue non, sed vel totum esset adhuc à cõductore soluendũ, vel pars restaret soluenda, iuxta. l. defuncta. in prin. ff. de vsufruct. Si verò beneficiarius moriatur, nullis adhuc fructibus eius beneficij perceptis, tunc, sicut nihil eorũ fructuum ad ipsum, hæredesve ipsius, spectaret, sed omnes pertinerent ad successorem in beneficio: ita totum pretium locationis (si illi successor stare vellet) attineret ad successorem, esto solutio eius pretij, aut partis illius, facta esset anticipata de functo: de bonis enim illius esset reddẽda. Si autem beneficiarius moriatur, collecta D
iam parte fructuum beneficij eius anni, tũc iuxta proportionem valoris eius partis collectæ ad partem non collectam diuidendum esset pretium locationis inter ipsum & successorem. Vt enim ex. l. defuncta citata constat, & copiosè à nobis disp. 368. explanatum est, semper pensio, pretiumve, fructuum sequitur fructus ipsos, ita vt ad eum pertineat tota, ad quem fructus pertinent integri, aut eo modo inter aliquos sit diuidenda, quo inter eos diuidendi sunt fructus.

Hac tamen opinione nõ obstante, mihi probatur opinio Couar. n. 12. citato. Auẽdanij resp. 5. n. 1. & Molinæ. c. 11. citato. n.

4. quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam ex parte asseruit Albericus, & quidam alij, quos Couar. refert, sequi atte tarunt. Nempe ad beneficiarium defunctum, heredesve illius. spectare parte fructuũ, pretijve locationis beneficij, pro rata temporis anni in quo desijt illud habere, computando annum à natiuitate Domini, ad natiuitatem, vt in Hispanijs computatur consentanee ad ius canonicum infra citandum. Ratio autem est. Tum quia beneficiarius suo modo est dominus beneficij, & nõ vsufructuarius: tametsi in eo vsufructuario comparetur, quòd dispositio de illo in tempus post suam mortem, non spectet ad ipsum, sed ipso defuncto, vacet, prouisioque illius spectet ad alium. Tum præcipue quoniam fructus, reditúsve beneficij, dantur propter officium & administrationem, & sustinenda onera officij, ipsiusque beneficij, & in congruam sustentationem beneficiarij: quare pro rata tẽporis, in quo predecessor officium habuit, oneraq; sustinuit, & sustentari ex illo debuit, pertinẽt fructus illius ad ipsum: nõ secus atque iuxta. l. diuortio. ff. soluto matr. & alia iura, fructus dotis, qui marito dantur ad matrimonij onera sustentanda, spectant vltimo anno ad maritum, pro rata partis eius anni, in qua onera matrimonij sustinuit. Atque hæc sententia in nostro hoc Conchensi Episcopatu recepta est, fructus enim beneficij diuiduntur inter anteces sorem, & successorem, pro rata partis anni, computati à natiuitate Domini, quo antecessor, beneficium obtinuit; & eodem modo credo receptam esse in reliquis Hispaniarum Episcopatibus; Molinaque vbi supra testatur, se vidisse illam receptam frequentissimè in forensibus controuersijs, eodemque modo ait solitos esse diuidi fructus commendarum sancti Iacobi, Calatrauę, & Alcantarę, iuxta constitutiones ordinum earum militarium. A B C D

8 Quod ad eos attinet, qui pensiones in beneficijs Ecclesiasticis habẽt, multi, quos Couar. vbi supra. n. 13. refert, & Gigas de pensionib. q. 49. &. 53. refert ac sequitur, comparandos eos existimant vsufructuarijs, eò quòd ipsorum pensio, cum eorundem vita finiatur, & consolidetur cum beneficio: non secus atque vsusfructus cum vita vsufructuarij finitur, & consolidatur cum proprietate. Vnde. n. 53. citato infert Gigas, iuxta. l. defuncta. ff. de vsufructu, dicendum esse. Si integri fructus beneficij eius anni sint iam collecti, tempore, quo pẽsionarius moritur, etiam si nondùm aduenerit tempus, in quo pensio erat illi soluẽda, soluendam esse hæredibus illius integram pensionem. Si verò nihil fructuũ eius anni sit collectum, quando ille moritur, etiam si tempus solutionis pensionis aduenerit, imò esto esset iam ei soluta, nihil illius ei deberi, aut hęredibus illius, sed teneri illos de bonis defuncti, restituere quod acceperat. Si autem pars fructuũ eius anni erat collecta, & pars restabat colligenda, ad illum, hæredesve illius, pertinere solum partem pensionis proportionatam fructibus collectis.

Dicendum tamen est cum Couar. ibidẽ consentanee ad Auendannium & ad Molinam, quod de alijs beneficijs dictum est. Soluendam videlicet pro rata partis anni, quam vixit, computati à natiuitate Domini. Quoniam licèt pensionarius, quoad illud, quod Gigas commemorat, similis vsufructuario sit, simpliciter tamẽ non est vsufructuarius. neque hac in parte admetiendus est legibus, quę de vsufructuario latæ sunt. Etenim pensio, non in fructibus beneficij est collocata, sed in beneficio ipso; neque soluenda est pars fructuum, sed certa pecuniæ quantitas, regulariter loquendo. Præterea pensio in alimenta pensionario est assignata: eaque de causa pro rata tẽporis, quo vixerit, est ei ad eadem alimenta soluenda. Atque ita in Hispanijs est consuetudine receptum, vt pro rata partis vltimi anni, quà vixit, ei, hęredibúsve ipsius, soluatur.

His ita explicatis, vt ad maioratus deueniamus. In primis, quod de feudis est sancitum, minimè censent esse accommodum maioratibus Couar. vbi supra. n. 14. Molina. c. 11. citato. n. 10. & plerij; alij. Id quippe peculiariter in feudis, minimeque consentaneè cum recta ratione, & cum iure, cõmuni, fuit à collectoribus feudorum sancitum, neque est ad alia accommodandũ. Imò verò, vt plurimi, quos Couar. ibidem refert ac sequitur, affirmant, neque in feudis est id seruandum, nisi vbi consuetudine fuerit receptum: sed potiùs, quòd fructus percepti vsque ad mortem feudatarij, ad ipsum, hęredesve ipsius, pertineant: qui vero percepti non fuerint, attineãt ad proprietarium, vt de vsufructuario, atque emphyteuta dictum est: vnde textus ipse, vbi id in feudis est sancitum, subiungit: quosdam hoc alio modo faciendum esse affirmare. Prætereà id solum habet locum, quà do 9

do feudum ad proprietarium reuertitur: quando enim deuoluitur ad alium feudatarium, succedentem iuxta inuestituram, & iura feudorum in eo feudo, id locum non habet, sed vel, quod de vsufructuario dictum est, vel potiùs, vt Couar. in calce. n. 14. citati, & quidam, quos Acosta in. q. de patruo & nepote, part. 3. n. 13. refert, nec reprobat, & quos Molina vbi supra. n. 11. refert ac sequitur, affirmant, quòd fructus vltimi anni diuidantur inter defũctum & successorem, pro rata partis eius anni, quã defunctus vixit. Cùm enim feudum propter seruitium conferatur, atque in alimenta, æquitas postulat, vt in vltimo anno defunctus, hęredesve ipsius, pro rata temporis, quo seruiuit, fructus feudi percipiat. Et eodem modo æquitas, propter eandem rationem, postularet, vt fructus inter feudatarium, & proprietarium, diuiderentur, quando feudum ad proprietarium deuolueretur. A B C D

10 Quod ad fructus tempore mortis vltimi maioratus possessoris, aut tempore delationis maioratus ex quacunque alia causa, attinet, Hispani doctores in duas partes diuisi sunt. Quidam arbitrãtur, fructus perceptos vsque ad punctum delationis maioratus, attinere ad antecessorem; reliquos verò, nondùm perceptos, ad successorem: sicut quãdo finitur vsusfructus, seu potiùs sicut quando finitur fideicommissum transit in fideicommissarium, vt supra dictum est, iuxta. l. Heronnius. 1. ff. de vsuris, & alia iura: etenim maioratus, successioque in illo, multum fideicommisso est similis, vt disp. 577. & aliàs sæpe, dictum est. Sentẽtiam hãc amplectuntur Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 74. Acosta in. q. de patruo & nepote, part. 3. à. n. 13. & Gama decis. 318. n. 6. & fusiùs decis. 350. referuntque Gama & Acosta ita senatum Lusitanum iudicasse; & Molina vbi supra. n. 11. refert, eodem, modo etiam in hoc Castellę regno fuisse aliquando iudicatum: Couar. vero. n. 14. citato, Molina. n. 11. citato, & Auendannius respondo. 5. citato, potiùs censent, fructus maioratus diuidendos vltimo anno esse inter antecessorem, & successorem, pro rata partis eius anni, in qua antecessor maioratum obtinuit. Ratio autem est, quoniam antecessor maioratus possessor verè fuit dominus rerum maioratus, tam quoad vtile, quàm quoad directum dominium, toto tẽpore, quo maioratum obtinuit. Et quoniã maioratus datus, institutusque fuit, vt ex fructibus, reditibúsve illius, possessor illius sustentaretur, splendoremque familiæ ea sustẽtatione, & fructibus, conseruaret toto tempore, quo illum possideret, sustineretque onera hęc & alia ipsius maioratus: quarè æquitas, institutioque ipsa postulat, vt pro rata temporis, quo maioratum quis obtinuerit, fructus percipiat: eo modo, quo de iure communi maritus pro rata temporis, quo sustinet matrimonij onera, percipit fructus ex dote vxoris. Atque hæc sententia mihi probatur, iuxta quam Couar. & Molina referunt iudicatum fuisse in Granatensi prætorio: eamque receptam in praxi video in hac ciuitate Conchensi, eodemque modo receptam eam arbitror in cęteris huius regni locis. Recipi etiam in Lusitania deberet, tanquã rationi & æquitati magis consentanea. Neque est eadem ratio de hærede grauato, respectu fideicommissarij: nam fideicommissum in gratiam fideicommissarij videtur relictum à puncto, à quo iniungitur, vt ei restituatur; vnde percipere debet omnes omnino fructus ex fideicommisso à puncto, quo fideicommissum ei cedit: præsertim, cùm hæres grauatus, ex dispositione iuris, tanquam suum proprium commodum, detrahat quartam Trebellianicã: maioratus verò æqualiter relinquitur omnibus successoribus ad effectum, ad quem in familia est institutus: vnde æqualiter successores fructibus & emolumentis illius pro rata temporis, in quo vnusquisque eorum dominus ac possessor illius fuerit, debent percipere.

Dubium vero est, à quo die annus, in quo antecessor maioratus possessor mortuus est, aut ex alia causa maioratus est ad successorem delatus, sit numerandus, vt pro rata partis eius anni, in qua antecessor illũ possedit, ad ipsum, aut ad hæredes ipsius, attineat æqualis pars proportionalis fructuũ maioratus eius anni. Molina vbi supra. n. 18. relatis alijs opinionibus, ait, si res maioratus locatæ sint, annum computari, quoad res ita locatas, à puncto anni, quo incepit is locationis contractus. Si verò res locatę non sint, aut quoad eam partem rerũ maioratus, quę locatę non fuerint, distinguit. Si enim, inquit, res eius qualitatis sint, vt earum fructus; vel pensiones, toto fermè anno indifferenter percipiantur, annus erit cõputandus à die natiuitatis Domini. Quia annus simpliciter sumptus, iuxta stylum Romanæ Curię, sic semper computãdus est ex extrauag. 1. §. nos de omnipotẽtis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis, & ex extrauag. quę admodę. de pœnit. & remiſ. inter cõmunes, cõſtat, & affirmãt glos. vlt. in extraueg. 1. de cẽſib. inter communes & deciſio rotę. 50. in nouis, atq; in hoc regno Caſtellæ Ioãnes eius nominis primus, referẽte Greg. Lop. l. 54. tit. 18. p. 3. glo. 3. præcepit ab eodẽ die annũ cõputari, & idem in Luſitania ſtatuit Ioãnes etiã primus, vt habetur. 4. lib. ord. titu. 51. Obſerua tamen, in literis apoſtolicis annum à die incarnationis ſolere ſupputari. Lege verò circa variam anni ſupputationem Couar. 1. var. reſ. c. 12. n. 1. Si verò, ait Molina res maioratus eius qualitatis ſint, vt earum fructus certo anni tempore percipiantur, tunc ex eo tempore, quo percipi ſolent, aut quo veteres eiuſmodi fructus percepti, ſunt, ſolet computari ſequẽs annus. Vnde, ſi reditus ſint tritici, aut ordei, annus incipit à feſto aſſũptionis Beatæ Virginis, hoc eſt, à decima quinta die Auguſti. Si verò ſint vini, incipit à feſto ſancti Michaelis mẽſis Septẽbris. Si autem ſint ex fructibus pecudũ, aut armẽtorũ, incipit à die S. Petri mẽſis Iunij. Quòd ſi ſint ex oleo, incipit à prima die Ianuarij. Atq; ſcio, iuxta hãc Molinæ opinionẽ factã fuiſſe diuiſionẽ fructuũ quorundã maioratuũ inter anteceſſores & ſucceſſores in hac ciuitate Cõchẽſi. Sed certe hæc varietas annorum comparatione diuerſorum fructuum eiuſdem maioratus, non eſt ſatis rationi conſentanea, neque æqualis comparatione anterioris & poſterioris poſſeſſoris in maioratu; intraductaque videtur in fauorem anteceſſoris defuncti, vt reſtituere non teneatur partẽ fructuum integrè perceptorum, & nihilominus habeat partem in fructibus, qui nõdum fuerint percepti: tametſi, quia nouus ſucceſſor ſimiliter eſt futurus anteceſſor comparatione alterius, qui morte ipſius ſequetur in eodem maioratu, æqualis ea ratione ſit omnibus ſucceſſoribus. Rationabiliorẽ verò diuiſionẽ exiſtimarẽ, ſi annus, quoad omnes vniuerſim fructus, ſupputaretur à natiuitate Dñi præcedẽte in ſequentẽ natiuitatẽ, & diuiderẽtur inter anteceſſorẽ, & ſucceſſorẽ, pro rata partis eius anni, qua is maioratus ad vnumquemq; eorum pertinuit, vt in beneficijs Eccleſiaſticis ſit. Illud eſt obſeruãdũ, ſi fructus eius ſint cõditionis, vt non ſingulis annis, ſed de biennio in biennio aut alio lõgiori tẽpore colligãtur, tunc eiuſmodi fructus diuidendos eſſe inter anteceſſorem, & ſucceſſorem, pro rata partis totius eius temporis, inqua

A anteceſſor maioratum obtinuit. Illud etiã eſt obſeruandum, quæ dicta ſunt, ſimiliter habere locum in diuiſione fructuum coronæ regni inter anteceſſorem, & ſucceſſorem, in regno cui regnum maioratus ſit, & in eo ſuccedatur iure ſanguinis, & non iure hereditario, vt diſp. 626. aduerſus Emanuelẽ Acoſta, & Altar. Valaſ. oſtẽſũ eſt.

Dubium eſt, ad quem ſpectent pœnæ fiſ 12
cales, quando delictum commiſſum eſt tẽ
pore anteceſſoris, & condemnatio, aut exe
quutio pœnæ facta eſt tempore poſterio-
B ris. Molina vbi ſupra. n. 19. refert multo-
rum ſententiam, qui affirmant, quando de
lictum commiſſum eſt tempore anteceſſo
ris, pœnam ad anteceſſorem ſpectare, etiã
ſi ſententia feratur, aut fiat exequutio, tem
pore poſterioris. Ratio eorum eſt, quoniã
eo ipſo, quòd delictum fuit commiſſum,
fiſcus comparauit ius ad pœnam fiſcalem
ex eo delicto, ac proinde ſpectat ad eum,
qui dominus erat tunc maioratus, cuius eſt
ille fiſcus, & cuius, ratione dominij iuriſdic
tionis, ſunt veluti fructus pœnæ illæ fiſca-
les. Et idem dicendum eſt de Epiſcopo, ad
cuius cameram tunc ſpectabant pœnæ fiſca
cales ex eo delicto, quando ſede vacante,
C aut tẽpore ſucceſſoris, lata eſt ſententia cõ
demnatoria, aut facta eſt exequutio pœnæ.

Deinde. n. 20. refert multorum aliorum ſententiã, qui affirmant, ſi pœna ipſo iure fuit incurſa ob delictum tempore anteceſſoris commiſſum, ad anteceſſorem ſpectare eam pœnam, eſto ſententia feratur, aut exequutio fiat, tẽpore ſucceſſoris. Ratio eorum eſt, quoniam, quando pœna ipſo iure eſt ſtatuta, ſtatim, commiſſo delicto, comparat fiſcus ius in re comparatione illius, ac proinde pertinet ad eum, cuius tunc erat fiſcus. Si verò pœna nõ erat ipſo iure ſtatuta, tunc, eſto delictum commiſſum fuerit tempore anteceſſoris, non
D ſpectat ad eum, niſi tempore illius lata ſit ſententia. Ratio autem eorum eſt, quoniã pœna ita ſtatuta, non debetur ante latam ſententiam, neque ante ſententiam eſt ius ad illam, ac proinde non habet rationem fructus maioratus, aut iuriſdictionis, iam percepti, ſed ſolùm veluti ſeminati terrę mandati. Si autem tempore anteceſſoris lata fuit ſententia, tũc, eſto exequutio fiat tempore ſucceſſoris, pertinet pœna ad anteceſſorẽ: eò quòd per ſententiam comparauerit ius in re, atque perfectum, comparatione talis pœnæ. Baldus relatus a Molina vbi ſupra. n. 23. voluit, ſi concluſum fuit in

cauſa

cauſa tempore anteceſſoris, eſtò ſententia feratur tempore ſucceſſoris, ſpectare pœnam ad anteceſſorem. Subiungit verò Molina, dubitari poſſe de veritate huius dicti Baldi. Quòd ſi ſententia lata fuit tẽpore anteceſſoris, eſtò ab ea ſit appellatum, & confirmata ſit ſententia tempore ſucceſſoris, pœna ſpectat ad anteceſſorem, vt Boerius, Carolus Molinæus, & Alexander, à Molina ibidem. n. 14. relati, affirmant. Subiũgit verò Molina, id hodie deciſum eſſe lege rẽgia lata in comitijs Pinciani anni. 1548. c. 86. tametſi ea lex appoſita non ſit in noua collectione legum: ea quippe lege ſancitũ fuit, quando pœna, aut pars pœnæ, applicatur iudici, qui ſententiam tulit, deberi eam pœnam iudici, qui in prima inſtantia ſentẽtiam tulit, eſtò ab ea ſit appellatum, & confirmetur poſteà per iudicem ſuperiorem.

Molina vbi ſupra. n. 25. addit, ſequentia verba. Quamuis hæc omnia in vſufructuario, ſeu in emptore, vel donatario, fructuũ iuriſdictionis, vera ſint; in caſu tamen, de quo agimus, dubia mihi videntur. Imò pro cui dubio exiſtimamus, quòd ſi in eo anno, quo vltimus maioratus poſſeſſor mortuus fuit, cauſa deciſa fuerit, pœna fiſcalis prorata inter hæredes vltimi maioratus poſſeſſoris, & ſequentem ſucceſſorem diuidẽda ſit. Cùm enim pœnæ fiſcales fructus iuriſdictionis eſſe dicantur; conſequens eſt, vt idem, quod in alijs fructibus paulò ante reſoluimus, ſit dicendum. Ideoq; cauti eſſe debent vltimi maioratus poſſeſſoris hæredes, vt infra annũ lites eiuſmodi decidi curarent: ſi enim poſt annum decidantur, nihil ſibi ex pœnis fiſcalibus adijciendum erit; niſi malitioſe harum litium deciſio poſt annũ laptum retardata fuerit: id nanq;, quod in fraudem hæredum factum fuit, eis nullo pacto nocere poterit. Quę omnia in pœnis, quæ non ipſo iure irrogãtur, intelligenda ſunt. Si enim pœna fiſcalis ipſo iure incurſa fuerit, inter hæredes vltimi maioratus poſſeſſoris, & eiuſdem ſucceſſorẽ, prorata diuidi debet, etiam ſi poſt annum ſententia declaratoria proferatur; dummodò vltimo anno delictũ comiſſum fuerit: cum enim pœna ipſo iure incurratur, nõ eſt cõſiderandum tempus condemnationis, ſed tempus delicti, prout paulò ante oſtenſum eſt. Ex quibus decidi poterit, quid dicendum ſit, quando ſententia tempore vltimi maioratus poſſeſſoris lata fuit, & tempore ſequentis ſucceſſoris exequutioni mandata. Si enim vltimo anno ſententia lata fuit,

A pœna fiſcalis inter vltimi poſſeſſoris maioratus hæredes, & ſequentem ſucceſſorem, diuidenda erit, non habita exequutionis ratione. Non enim in his exequutio, ſed condemnatio conſideratur, vt ſuperius oſtenſũ eſt. Quę omnia, retẽta ea opinione, quòd ſcilicet fructus vltimi anni inter hæredes vltimi maioratus poſſeſſoris, & ſequentem ſucceſſorem, diuidendi ſint, quam ſuperius tanquam probabiliorem elegimus, veri eſſe videntur. Hæc Molina de verbo ad verbum.

Ego autem, inhærẽdo his eiſdem princi
B pijs, iuxta hactenus dicta tota hac diſputatione, longè aliter hæc definienda cenſeo. Quod vt intelligatur, obſeruo. Eo ipſo, quòd delictum eſt commiſſũ, pro quo pœnã fiſco applicata, eſt impoſita, ſi pœna ipſo iure, aut ipſo facto, non ſit impoſita, cõparare fiſcum, non quidem ius in re, ſed ius ad rem, comparatione eius pœnæ; ac proinde pœnam illam habere iam tunc rationem fructus fiſci, ſeu dominij iuriſdictionis, non quidem iam percepti, ſed quaſi ſeminati, ac terræ mandati, vt dicebant autores ſecundæ ſententiæ ſupra relatę; in quo autores primæ & ſecundæ ſententiæ conueniunt, neque ab eis Molina hac in parte diſſidet. Ratione enim eius iuris ad rem à fiſco comparati ad eam pœnam, ea pœna eſt iam veluti fructus fiſci, non perceptus, neq; ad maturitatem perductus, ſed quaſi ſeminatus, ac terræ mandatus, ſiſcoq; illo imperfecto modo ſibi debitus, & quaſi annexus, & adhærens. Obſeruo deinde, ſiue pœna fiſcalis ſit ipſo iure ſtatuta, ſiue no, nondum habere rationem fructus percepti, ſed
C percipiendi, dependenter ex eo, quod ſententia condemnatoria feratur, & exequutioni ea ſententia mandetur: ante ſententiam enim exequutioni mandatã, pœna fiſcalis non habet rationem fructus ex fiſco
D & iuriſdictione percepti, ſed adhuc percipiendi: imò ante ſententiam exequutioni mandatã, nõ comparat fiſcus, aut princeps ratione fiſci, ac iuriſdictionis tẽporalis, dominiũ eius pœnæ, ſed ſolum ius ad illã, aut in illa, perfectius, aut minus perfectum, licitęq; delia quens eã retinet, vt ſuam adhuc, etiam poſt latam ſententiam, interim dãno exigitur, & ſententia exequutioni non mandatur, vt diſp. 86. & diſp. 95. dictũ eſt; poteſtq; illam præſcribere aduerſus fiſcum: cum ſcientia, quòd ita debeatur, & quòd lata ſit ſententia condemnatoria, vt eiſdem diſputatichibus dictum, oſtenſum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que est. Quarè, vsque ad exequutionem sententiæ, pœna fiscalis non habet rationẽ fructus ex iurisdictione percepti, sed pendentis, maturi tamẽ, & apti omnino ad collectionem, si lata sit iam vltima sententia condemnatoria, solaque desit exequutio; vel magis, aut minus, elongati à maturitate & perceptione ante latam sententiã, prout solùm fiscus acquisierit ius ad rem comparatione talis pœnæ, vel ius in re, & prout plùs, aut minùs, distet sententia condemnatoria.

His ita constitutis, vt rem latiùs definiamus, dicendum est. Si agamus de hærede grauato restituere dominium iurisdictionis comparatione fideicomissarij, de emptore, aut vsufructuario (qui non sit maritus comparatione dotis vxoris) eiusdem dominij iurisdictionis, tunc à puncto cessionis fideicommissi, emptionis celebratæ, ac finiti vsus fructus, pœnas omnes fiscales ob delictũ anteà commissũ, quę mandatę non fuerint exequutioni, pertinere ad fideicõmissarium, ad emptorem, atq; ad dominum directũ, & non ad vsufructuariũ, tanquam fructus ex iurisdictione adhuc pendentes, minimeq; perceptos: quos omnes attinere ad fideicommissariũ, ad emptorem perfecta venditione, & ad dominũ directũ finito vsufructu, in principio huius disputationis est comprobatũ. Quod verò attinet ad possessorẽ maioratus, cõparatione successoris, ad Episcopum, comparatione successoris, aut in hoc regno comparatione cameræ Apostolicę tẽpore sedis vacantis, & ad maritũ vsufructuarium tẽpore constantis matrimonij, comparatione maioratus vxoris, aut alterius illius iurisdictionis, dicẽdũ est. Si delictum commissum sit post festũ natiuitatis Domini eius anni, in quo iurisdictio deuoluitur ad aliũ, aut in marito post vltimũ annum matrimonij à die, quo supra dictum est, supputari debere, atq; intra eundem annum feratur sententia, & pœna exequutioni mandetur, tũc eam pœnam annumerandã esse cum reliquis fructibus eius integri anni eius maioratus, Episcopatus, aut dotis vxoris, atq; omnes eos fructus diuidendos esse inter antecessorem, & successorem, aut inter maritum, vel hæredes mariti, & vxorem, vel hęredes vxoris, pro rata partis eius anni, in quo antecessor obtinuit maioratum, vel Episcopatum, aut in quo perseuerauit matrimonium, iuxta ea quæ supra dicta sunt. Si verò delictum fuit commissum ante eum annum, sed exequutio pœnæ fiscalis facta fuit in eo anno, vel post eum annum, vel delictum commissum fuit in eo anno ante mortem antecessoris, vel ante matrimonium dissolutum, & pœna mandata est exequutioni post eum annum, tunc de eiusmodi pœna fiscali idem dicendum est, quod de alijs fructibus maioratus, Episcopatus, aut dotis, qui non percipiuntur singulis annis, sed longiori tempore: atq; iuxta proportionem tempotis, à commisso delicto, in quo antecessor obtinuit maioratum, vel Episcopatum, aut perseuerauit matrimonium, ad reliquum tempus, vsq; ad eam pœnam mandatam exequutioni, perceptúmve fructum eius pœnę fiscalis, diuidi ea pœna debet inter antecessorẽ, & successorem, aut inter maritum, vel hæredes mariti, & vxorem, vel hæredes vxoris. Atq; eo modo diuidi, dissoluto matrimonio, debet pœna fiscalis maioratus, tam mariti, quàm vxoris, in hoc Castellæ regno, & in Lusitania, ad effectum, vt pars pœnę proportionalis, quæ respondet tempori constantis matrimonij, pertineat ad bona superlucrata, diuidenda inter virum & vxorem. Lex verò in comitijs Pincianis lata, quam supra ex Molina retulimus, nihil cũ nostra sententia hactenus explicata pugnat: illa enim non loquitur de pœna fiscali, sed de pœna, aut parte pœnæ, applicata iudici ferenti sententiam condemnatoriam de crimine: quæ sanè meritò applicatur iudici, qui in prima instantia sententiam tulit, esto ab illa sit appellatum, & posteà approbata sit per iudicem, aut iudices superiores. Hæc sunt, quæ ex natura rei, de iurisq; rigore, mihi dicenda videntur. Si verò alicubi contrarium sit receptum, expendendum erit, num id in eo loco consuetudo sit prescripta, cui sit standum.

SVMMARIVM.

1 MAIORATV *delato, continuò transit ipso iure absque alia apprehensione dominium, & possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, rerum omnium maioratus ad immediatè ad eum vocatum, esto alius possessionem apprehenderit.*

2 *Qui ita comparat possessionem ciuilem de naturalem, non potest autoritate propria expellere aliũ à tenuta & insistentia in rebus maioratus. Si item tẽpore antecessoris alius acquisierat possessionem rerum aliquarum maioratus, quam prædecessor amiserat, possessio earum rerum non transit in successorem.*

3 *Possessio, quam ita comparat maioratus successor, non est ficta, sed vera, habetq; effectus omnes possessionis.*

4 *Possessio, etiam iurium incorporalium, transit in immediatè vocatum, etiam in ventrem, hoc est, in illum dum est in vtero matris: & transit eiusdem rationis cum ea, quæ erat in prædecessorẽ, sed alia numero.*

5 *Prædicta omnia habent locum, etiam si maioratus ex peculiari Regis facultate instituti nõ sint, & etiam si sint capellæ, anniuersaria, & alia in maioratuum modum instituta.*

6 *Maioratibus Lusitanis prædicta non competunt.*

Dominium, & possessio, tã ciuilis, quàm naturalis, delato maioratu, iure Castellæ ad sequentem successorem ipso iure, absque vllo prorsus actu, transit. Disp 635.

1 HOC quoq; ad successionem in maioratu spectat: eaque de causa est hoc loco explanandum. Vt in calce disputationis. 3. & disputationis. 12. dictum est, de iure huius regni l. 45. Tauri, quæ est. l. 8. titu. 7. lib. 5. nouę collect. est sancitum, vt, mortuo vltimo maioratus possessore (idem intelligendum est, delato maioratu ex quacunque alia causa, cum sit parratio) continuò, absq; vllo actu, vi dispositionis eius legis, ipso iure transeat possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, rerum omnium eius maioratus, in immediatum, iuxta eius maioratus institutionem, successorem, estò alius in vita antecessoris apprehenderit earum rerum possessionem, aut antecessor eam illi tradiderit. Cum autem, existente in aliquo legitimo titulo ad dominium rei alicuius comparandum, continuò, atq; is possessionem eius rei acquirit, comparet etiam eiusdem rei dominium; vtiq; ex eadem lege constat, non solùm transire in sequentem successorem ipso iure possessionem ciuilem, & naturalem, sed etiam dominium. Verba legis. 45. hęc sunt. *Las casas, que las cosas, que son de mayorazgo, agora sean villas, o fortalezas, o de otra qualquier calidad que sean, muerto el tenedor del mayorazgo, luego, sin otro acto de apprehension de possessiõ, se* A *trasspasse la possession ciuil, y natural, en el siguiente en grado, que segun la disposicion del mayorazgo, deuiere suceder en el, aunque aya otro tomado la possession dellas en vida del tenedor del mayorazgo, o el muerto, o el dicho tenedor, le aya dado la possession dellas.*

Quidam arbitrantur legem hanc, quod attinet ad dominij translationem statim, mortuo vltimo maioratus possessore, habuisse ortũ ex l. quoties. C. de donat. quæ sub modo, quasi ex ea lege colligatur, si aliquid alicui donatũ sit sub modo, vt post tempus aliquod deueniat ad alium, statim, transacto eo tempore dominiũ illius, absq; aliqua traditione, transire ipso iure in eum alium. Nos verò contrarium ostendimus disp. 3. citata, & fusius disp. 265. Potiùs verò ex parte videtur habuisse originem ex. l. 7. titu. 4. part. 5. qua in hoc regno sancitum est, in eo euentu, tum dominium rei illius, tum etiã possessionẽ, transire in aliũ ipso iure, absq; aliqua traditione, vt vtraq; disputatione, cũ Roderico Xuarez, C. reg. Lopez, & Molina dictum, ostensumque à nobis est. Lex verò hæc nostra Tauri id vniuersim in successione in maioratibus C statuit, etiam si vltima voluntate, aut quonis alio modo sint instituti statuitq; id, nõ solùm de dominio, & possessione ciuili, sed etiam de possessione naturali: præterea id statuit, etiam si possessio in morte, aut in vita, vltimi possessoris, in alium esset translata: quarè longè amplior est hæc nostra lex quoad maioratus, quàm lex illa. 7. quo ad eam donationem sub eo modo.

Lex. 45. Tauri, statuta multa Galliæ, & Italiæ, imitata videtur, de quibus disp. 3. &. 12. dictum est, quæ, vnà cum rerum hæreditariarum dominio, etiam possessionẽ in D hæredem absq; aliquo actu vero, vel ficto, ipso iure eo ipso transmittunt, quod hæreditatem adit. Cęterum, vt cum Tiraquello Molina lib. 3. de primog. c. 12. n. 14. ait, possessio illa solum est ciuilis, non verò naturalis: vi autem legis. 45. Tauri etiã possessio naturalis rerum maioratus transfertur, vt perspicuè ex ea constat. Præterea, statuta illa Galliæ, & Italiæ (excepto quodam Mediolanensi, quod nulla pronũciat possessionẽ, quã post mortẽ eius, cui iure hereditario est succedendũ, tertius aliquis ante hæreditatem aditam occupauerit) nõ transferunt in hæredem possessionem rei hæreditariæ ab alio occupatam ante mortẽ, vel post mortem eius, cui est succedẽdum, vt, cum eodem Tiraquello & alijs, Molina

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi supra.n.7.affirmat:lex verò.45.Tauri, A
posſeſsionem rerum maioratus, ſiue ante
mortem vltimi poſſeſſoris,ſiue poſt,& ſiue
autoritate eiuſdem vltimi poſſeſſoris, ſiue
ſine illa, ab alio occupatam, transfert ipſo
iure in legitimum in eo maioratu ſucceſſo-
rem,vt ex eadem lege liquet.

Obſeruat tamen ibi n. 12. Molina cum
2 Baldo, Tiraquello, Greg. Lopez. l.7.titu.
4.part.5.verb. *poſſeſſion*,& cum alijs, quos
citat,etiáſi lex.45.Tauri poſſeſsioné ciuilé
& naturalé trásferat in legitimũ ſucceſsoré,
eſtò ab alio ſit accepta; eũ tamé legitimum
ſucceſſorem,non póſſe ſua propria autori-
tate expellere ab ea tentione tertiũ illũ,qui
poſſeſsionem rei,aut rerũ,maioratus habet
occupatam;ſed teneri adire iudicé,& pro-
ponere interdictum, de quo diſputatio-
ne ſequenti erit ſermo,occupatamq; habé-
tem poſſeſsioné citare,iudiciſq; autoritate
eum expellere:non quidé à poſſeſsione ci-
uili,aut naturali;cùm neutram is tertius ha
beat,ſed vtraq;,vi legis.45. Tauri, transla-
ta ſit in ipſum legitimũ ſucceſsorẽ; neq; eſſe
poſſint ſimulin vtroq;ſubiecto;eò quòd
non poſſint duo ſimul eandẽ rem in ſolidũ
poſſidere eodẽ modo:ſed à nuda tentione,
& inſiſtentia in rebus illis: quæ tentio, & C
inſiſtentia, cùm poſſeſsio non ſit, habere
non poteſt effectus poſſeſsionis, de quibus
diſp.16.dictum à nobis eſt: quarè præſcri-
bere eam rem, aut res, non poterit ea ten-
tione,neq; lucrari fructus earum,neq; po-
terit alium poſſeſsionis effectũ habere ex
ijs, quos diſputatione citata explicauimus.
Ita Molina vbi ſupra.n.18.& Ant. Gom.l.
45.Tauri.n.117.

Item obſeruat bene Molina vbi ſupra
n.17.cum Tiraquello, quando vltimus ma-
ioratus poſſeſſor,tempore mortis,non ha-
bebat poſſeſsionem rei, aut rerum aliqua-
rum,maioratus,vel ciuilem,vel naturalem,
ſed illa erat apud alium,non quidem tradi-
ta illi ab vltimo maioratus poſſeſsore, ſed
aliunde, tunc eam poſſeſsionem, quæ illo
modo erat apud alium tempore mortis vl-
timi poſſeſſoris,non tranſire in nouum ſuc
ceſsorem,ſed manere apud eum, qui illam
habebat: neque enim lex. 45. Tauri inten-
dit, aut poteſt, ſpoliare hunc tertium ea
ſua poſſeſsione rei, aut rerum, maioratus:
ſed de eiuſmodi poſſeſsione perinde eſt
cenſendum, ac ſi non eſſet poſſeſsio rei
maioratus.

3 Poſſeſsio ciuilis,vel naturalis,quę abſq;
vllo actu vero, vel ficto,ipſo iure transfer-
tur,aut acquiritur,vi huius,aut cuiuſuis al-
terius legis, vel ſtatuti, eſt vera & propria
poſſeſsio, & non ficta, quicquid aliquando
dixerit Baldus in contrarium, habetq; ef-
fectus veræ ac propriæ poſſeſsionis. Etc-
nim poſſeſsio ius quoddam eſt,quod vi le
gis poteſt concedi: & quanuis regulariter,
ſtandoq; in ſolo gentiũ iure, apprehenſio-
ne acquiratur; attamen pendet multum ex
diſpoſitione iuris humani, qualiter acqui-
ratur: quarè ſicut ius humanum ſtatuere
potuit actus fictos, quibus poſſeſsio com-
pararetur,de quibus diſp.13.dictum eſt:ita
B ſtatuere poteſt,vt interdum,vi legis,qua id
ſtatuit,acquiratur ipſo iure abſq; vllo pror
ſus actu.Ita doctores,quos referunt ac ſe-
quuntur Molina vbi ſupra. n.19. & Ant.
Gom.l. 45. Tauri. n. 11. Gutier. de pract.
qq.lib.2.9.87.à.n.7.& probat aperte.c.có
tingit de dolo & contũ. vbi actor,in euétu
illius capitis,elapſo anno, vi eiuſdem capi-
tis, ipſo iure verus poſſeſſor conſtituitur:
ſic enim habent verba illius; *verus conſti-
tuatur,elapſo anno,poſſeſſor.*

Cùm poſſeſsio ciuilis & naturalis rerum 4
maioratus,tranſeat,mortuo priori poſſeſ-
ſore,ipſo iure,vi legis. 45. Tauri, in proxi-
mè ad eum maioratum vocatum, conſtat,
C nec momentum dari poſt mortem vltimi
poſſeſſoris; in quo proximè ad eum voca-
tus non obtineat eam poſſeſsionem ciui-
lem, & naturalem, vt ex ſe eſt ſatis perſpi-
cuum,& affirmat Molina vbi ſupra cũ alijs,
quos citat.Eſſe verò eiuſmodi poſſeſsionẽ
ciuilem & naturalem,quæ tranſit in proxi-
mè vocatum,diſtinctam numero ab ea,quę
erat in prædeceſsore eiuſdem maioratus
poſſeſſore,tametſi eiuſdem rationis & ſpe-
cieicum illa, ſi ille tempore mortis erat in
D poſſeſsione rerum maioratus,ex ſe eſt no-
tiſsimum: alioquin poſſeſsio eadem nume
ro tranſiret de ſubiecto in ſubiectũ; quod
lex humana non poteſt efficere: idq; affir-
mant Molina vbi ſupra.n.22.& Ant.Gom.
l.45. Tauri.n. 114. Tranſit verò in proxi-
mè vocatum, non ſolùm poſſeſsio rerum
corporearum maioratus, ſed etiam iurium
incorporalium eiuſdem maioratus, quæ
quaſi poſſeſsio à multis appellatur,vt diſp.
2.3. &. 12. dictum eſt, poteſtque appel-
lari poſſeſsio latè,vt ibidem dictũ etiá eſt.
Quòd autem ea quoque poſſeſsio in eum
tranſeat, & ex ſe ſatis liquet, & affirmant
Molina vbi ſupra. n.23. & alij, quos re-
fert. Quia verò poſſeſsio, de qua le-
ge. 45. Tauri eſt ſermo, ipſo iure tran-
ſit in

ſit in proximè ad maioratum vocatũ, abſ- A
que vllo ipſius,vel alterius, actu, cõſequẽs
eſt, vt trãſeat in infantem, & in quoſcunq;
alios vſum rationis non habentes,vel igno
rantes, modò proximè ad maioratum ſint
vocati. Ita doctores, quos Molina vbi ſu-
pra.n.24.& Ant.Gom.l. 45. Tauri.n.112.
referunt ac ſequuntur.Qua etiam ratione,
vt ibidem Molina ſubiungit, tranſit etiam
in ventrem, hoc eſt, in matrem prægnan-
tem,ratione fœtus,quando fœtus, ſi in lu-
cem edatur, proximè vocatus eſt, iuxta.l.
1.& ſequentes, & ea quæ ibi doctores no-
tant.ff.de ventre in poſſ.mitt.

5 Dubium eſt,vtrum lex.45.Tauri,quoad B
trãſlationẽ ipſo iure poſſeſsionis ciuilis &
naturalis bonorũ maioratus in proximè ad
eum maioratũ vocatum,intelligẽda ſit ſolũ
de maioratibus regia facultate inſtitutis;
an verò etiam de cæteris maioratibus, qui
propria autoritate, iuxta legum præſcrip-
tum ac facultatem,inſtituũtur.Ant.Gom.
l.45.Tauri.n.116.&.l.40.n.55. pauciſque
alij, quos Molina lib. 1. de primog. c.1.n.
26.& Gutier.lib.2.qq.pract.q.86.referũt,
cenſent,intelligendam eſſe de ſolis maiora
tibus regia facultate inſtitutis. Ducuntur, C
quoniam hi ſoli nomine maioratuũ in hoc
regno intelliguntur.Contraria tamen ſen-
tentia eſt proculdubiò affirmanda, nempe
etiam de reliquis maioratibus, & anniuer-
ſarijs,ſeu capellis, ſimilibuſq; rebꝰ, quę in
modum maioratus inſtituuntur,eſſe intel-
ligendam.Ita affirmant Rodericus Xuarez
alleg.19.verſ.ſed omnia iſta,Couar.3.var.
reſ.c.5.n.6.Padilla in Rub.C.de fidicom-
miſ. n. 9. Molina. lib.1. de primog. c.1.n.
25.&.26.& lib.3.c.13.n.62.Gutier.q.86.
citata, iuncta. q. 85. antecedente, & alij, D
quos Molina & Gutier. citant. Ratio au-
tem eſt, quoniam lex. 45. Tauri de rebus
maioratuũ indiſtinctè & vniuerſim loqui-
tur:nomine aũt maioratuũ in hoc Caſtellę
regno etiá illi intelligũtur,qui nó ex pecu-
liari facultate Regis inſtituũtur: qui enim
extra legũ præſcriptũ ex priuata autoritate
inſtituuntur, vtique ex regia facultate, ta-
metſi non particulari, ſed omnibus com-
muni,inſtituuntur: facultas quippe legis,
facultas eſt Regis, qui eam legem tulit, vt
bene Molina.n.25.citato ait. Et quod no-
mine maioratus,etiam illi in hoc regno in-
telligantur, qui ſinè peculiari Regis facul-
tate inſtituuntur,conſtat aperte. ex.l. 44.
Tauri, quæ ſic habet. *El que hiziere mayo-
razgo, dan que ſea con autoridad nueſtra, &c.*

A Cùm enim hæc lex dicat,etiam ſi autorita-
te noſtra fiat, manifeſtè ſupponit, & affir-
mat,eum,qui ſinè ea particulari autoritate
fit, eſſe in hoc regno, & dici maioratum.
Item lex.8. (quę eſt. 45. Tauri) & duæ ſe-
quentes,titu.7.lib.5.nouæ collect.de qui-
bus diſputatione ſequenti erit ſermo, de
eiſdem maioratibus loquuntur,vt eſt per-
ſpicuum:lex verò.10.ſic habet. *Mandamos,
que en los pleytos y negocios ſobre bienes de ma-
yorazgo y vinculados, que conforme ala ley paſ-
ſada &c.* Vbi vides,pro eiſdẽ reputare bona
maioratuum,& bona vinculata, quocunq;
B modo vinculata ſint. Deniq; nomine,ma-
ioratuum, in hoc regno intelligi etiá eos,
qui ſinè peculiari Regis facultate inſtituti
ſunt, facilè conſtat ex dictis diſp. 576. &.
577. atque ex ceteris ſequentibus in toto
hoc de maioratibus tractatu.

In Luſitania,neq; dominium,neq; poſ- 6
ſeſsio ciuilis,aut naturalis tranſit ipſo iure,
mortuo vltimo poſſeſſore, in proximè ad
maioratum vocatum,ſed indiget apprehen
ſione per actum verum,aut fictum.Emma-
nuel Acoſta in.q. de patruo & nepote part.
3.n.15.excipit maioratus eius regni de bo
nis coronę regni, in quibus contendit ex
verbis quibuſdam legis mentalis tranſire
ipſo iure dominium in proximè vocatum;
non verò poſſeſsionem. Ipſum legito.

SVMMARIVM.

1 QVOD *ſummarium remedium in hoc
regno concedatur, & intrà quantum
tempus, aduerſus tenentem occupata
bona maioratus, ei, qui prætendit, ipſum eſſe
legitimum in eis bonis ſucceſſorẽ,vt ille alius
tenuta eorum bonorum ſpolietur. Neq; poſſeſ-
contenditur,niſi de proprietate.*

2 *Maioratus qui ſe prætendit eſſe legitimum
ſucceſſorem, aduerſus tenentem bona maiora-
tus,eamq; tenutam ei denegantem,vt intenta-
re poſſit remedia poſſeſſoria adipiſcendæ, re-
tinendæ,ac recuperandæ poſſeſsionis.*

3 *Succeſſor in maioratu,qui actualem poſſeſsio-
nem acceperat, ſi ab alio deijciatur intuitu,
quòd deiector ſit legitimus ſucceſſor, deiecto
intrà ſex menſes competit ſummarium reme-
dium in ſupremo regio ſenatu retinendæ poſ-
ſeſsionis, ſi ſolùm ſit perturbatus, & adhuc
ciuilem retineat poſſeſsionem, ex recuperan-
de, ſi fuit omnino deiectus. Quòd ſi non eo in-
tuitu fuit deiectus,non competit ei id ſumma-
rium remedium, ſed agit ſolùm coram iudici-
bus ordinarijs.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Remedium summarium possessorium, de quo est sermo, admixtam habet causam proprietatis, neq; ei conceditur, qui non ostenderit, se esse legitimum successorem.

5 Idcirco aduersus illud admittuntur exceptiones circa proprietatẽ, modò intrà tempus eius remedij probentur.

6 Appellari à sententia circa possessionem non potest de iure communi secus de iure Castellæ, habétq; ea appellatio effectum suspensiuum. Quando in possessione admittitur causa proprietatis, habet de iure communi locum appellatio, etiam quo ad effectum suspensiuum. Remedium verò circa tenutam maioratus, admittit supplicationem, quo ad effectum deuolutiuum, & non quo ad suspensiuum.

7 Testes examinati circa causam tenutæ maioratus, an iterum examinandi postea sint in causa proprietatis.

8 Sententia circa possessionem non parit exceptionem rei iudicatæ circa proprietatem. Et quid quando inuoluitur causa proprietatis solum incidenter. Et lata circa tenutam maioratus, eam non parit.

9 Res liberæ præsumuntur, & non feudi, aut maioratus, & ideò, qui contendit ad se deuolui tanquam liberas, & non ad alium tanquam feudi, aut maioratus, mitti in possessionẽ debet, ni si contrarium incontinenti probetur.

10 Maioratus vltimo possessori si fœmina proximior in gradu sit, & cesset repræsentatio, aliuq; contendat, maioratum ad se pertinere, quia illa excluditur, adiudicanda est fœminæ tenuta, nisi alius incontinenti probet eam excludi.

11 In possessionem maioratus est venter mittẽdus, quotiescunque, si ex eo masculus nascatur, is succedit, cũ cautione præstita à matre, quòd si masculus non nascetur, restituet fructus, præter ventris alimenta, successori.

12 Carbonianum edictum quod sit, quòd ve priuilegiũ contineat comparatione impuberis, etiã dum in ventre matris est inclusus, latè explanatur.

13 Carbonianum edictum locum non habet in maioratibus huius regni. Et quando causa status in tempus pubertatis differenda.

De remedio possessorio, quod maioratus successori ex l. 45. Tauri solet concedi pro consequenda actuali tenuta rerum maioratus. Disp. 637.

A HIC locos supponimus, que disp. 16. de remedijs possessorijs dicta à nobis sunt. Quod verò ad rem præsentem attinet; quanuis, vt disputatione precedente dictum est, mortuo vltimo maioratus possessore, aut ex quacũq; alia causa delata ex illo maioratu, possessio, tam ciuilis, quam naturalis, rerum maioratus, transeat ipso iure, vi legis. 45. Tauri, in legitimum in eo maioratu successorem; quia tamen sæpe euenit, vt B alius, qui iniustè prætendit se esse eiusdem maioratus legitimum successorem, in detentione bonorum illius persistat, eamque armis ac violentia defendat; necessarium fuit de oportuno remedio vero ac legitimo in eo maioratu successori, prouidere, cuius virtute, etiam tenutam, breuiter ac summarie consequeretur, rixæque, tumultus, seditiones, ac cædes, quę ex eiusmodi contentionibus oriri solent, euitarentur. Hac de causa, ad exequutionem & declarationem legis. 45. Tauri, Carolus. V. incomitijs anno. 1543. Madritij celebratis, pragmaticam edidit, quę est. l. 9. titu. 7. lib. C 5. nouæ collect. eaque statuit, vt, mortuo maioratus possessore, si aliquis, tanquam legitimus in eo maioratu successor, possessionem illius vsurpauerit, & alius posteà superueniat, qui dicat, se esse legitimum in eo maioratu successorem, ac proinde ad ipsum, vi legis. 45. Tauri, transisse dominium & possessionem ciuilem ac naturalem eius maioratus, teneatur hic, intrà sex menses ab ea possessione ab alio occupata, adire regium supremum senatum, & petere, vt ille alius à tenuta eijciatur, ac sibi, tanquam legitimo successori, tradatur: alioquin, si intrà eos sex menses id nõ D petat, alius defenditur in possessione: solumque hic poterit de proprietate eius maioratus contendere cũ illo in eo regio prætorio, ad quod ea causa spectabit. Quando verò, intrà prædictos sex menses, hic supremũ regiũ senatũ adit, citato aduersario, aliquando cõceditur iudex, qui sũmarie de ea re cognoscat, causãq; instruat, præcepto ei imposito, vt statim, ac de causa cognoscere cœperit, præscribat vtriq; litigantiũ spatiũ quinquaginta dierũ, intrà q̃ dicãt, probẽt, ac præsentẽt corã ipso, quę voluerint, neq; vlla ratione is termin⁹ prorogari valeat, & vt, cõcluso sũmarie negotio intrà id tẽpus, illud deferat ad supremũ regiũ senatum, in quo videat, nullaq; admissa alia probatione, sententia

sententia à senatu feratur, quis, tanquam legitimus in eo maioratu successor, tenere eum debeat: & vt, quanuis ab ea sententia supplicetur, mandetur nihilominùs continuò, absque vllo obstaculo, exequutioni. Mandata tamen sententia exequutioni, admittitur supplicatio, & præscribitur litigantibus terminus solùm quadraginta dierum, qui nulla ratione possit etiam prolongari, intrà quem probent, & præsentent, quæ voluerint: eo verò transacto, iterum profertur sententia. Quod si posterior hęc sententia confirmet præcedentem, negotium remittitur statim ad prætorium, ad quod attinebat, vt in eo ex professo, minimeque summarie, litigetur de possessione & de proprietate. Si verò prior sententia reuocetur, hęc secunda sententia mandatur continuò exequutioni, eiq; maioratus tenuta restituitur, qui vi prioris sententiæ fuerat ab ea spoliatus: causaque similiter remittitur continuò ad prætorium, ad quod attinet, examinanda similiter denuo quoad possessionem & proprietatem. Quando autem supremum regium senatum iudicat nec esse non esse mittere iudicem, qui causam examinet, ac præparet, senatus ipse constituit similiter litigantibus primum terminum quinquaginta dierum, in quo probẽt, & præsentent ipsi senatui, quę voluerint: & posteà in gradu supplicationis præscribit secũdum quadraginta dierum, eodemque modo profertur, & mandatur exequutioni, prima sententia, & posteà secunda, si à prima exequutioni mãdata, fit supplicatũ

Lex. 9. citata Caroli quinti, sic habet. Mãdamos, que quando alguno, o algunos, ocurrieren a nuestro consejo, sobre pleytos y causas de mayorazgos, o sobre el remedio de la ley passada (43. Tauri) pareciendo a los del nuestro consejo, que es caso, en que se deue dar juez, le den, y en la comision, que llenare, le manden, que en començando a entender en el negocio, assigne termino de cincuenta q̃ dias alas partes, por todos los terminos y plazos: el qual no se pueda prorogar, ni alargar, por ninguna manera, ni causa: dentro del qual los oyga: y las partes ante el digan, y aleguen, y prueuen los mayorazgos, y otros titulos y escrituras y probanças, que quisieren. Y hecho y cõcluso el negocio dentro de los cincuẽta dias, sin otra mas cõclusiõ, ni prorogaciõ para lo determinar, se traya ante los del nuestro cõsejo, y traydo se vea y determine luego, sin que aya, ni dẽ lugar a otra elegaciõ ni probãça, y la sentẽcia, q̃ en ello dierẽ, se execute sin embargo de qualquier suplicaciõ, q̃ dellas se interpũsiere. Y executada, se reciba la supplica

A cion, y se den otros. 40. dias: y no se pueda prorogar ni alargar: dẽtro de los quales presentẽ y prueuẽ las partes, lo q̃ quisieren, y vieren que les cõuiene, para q̃ en el dicho grado de suppliacaciõ se vea y determine lo que fuere justicia. Y si la sentẽcia fuere cõfirmatoria, se remita el negocio al Presidẽte y oydores de la nuestra audiencia, que hagan en el justicia. Y en caso que la sentencia, que fuere dada por los del nuestro consejo en el dicho grado de supplicacion fuere reuocatoria, que la sentencia de reuista sea llenada a pura y deuida execuciõ: y en cuyo fauor se diere, sea puesto en la tenencia delos B bienes del tal mayorazgo, sin embargo, que la sentencia de reuista aya sido executada, y no quede otro remedio, ni recurso alguno; y el pleyto se remita ala dicha nuestra audiẽcia en possession y propriedad, donde las partes sigan su justicia. Y la misma forma, y orden suso dicha, mandamos que se tẽga y guarde, quando alos de nuestro cõsejo pareciere que se deue conocer del tal negocio en el cõsejo, y no embiar juez para que en el se dẽ los dichos cinquẽta dias de termino, sin que se pueda prorogar mas, dẽtro del qual las partes digan y aleguen y prueuẽ y presentẽ, lo que quisierẽ: y luego se vea el dicho pleyto, y la sentẽcia, que dierẽ, se execute, y executada, si alguna de las partes suplicare, se guarde y cũpla la ordẽ susodicha. Y declaramos C que lo que ansi fuere sentẽciado en nuestro cõsejo, y executado, sea auido solamente por tenencia de bienes. Y en caso que algun posseedor de mayorazgo falleciere, y el q̃ prẽtende ser llamado a el tal mayorazgo, tomo la possessiõ del, y estuuiere en ella por medio año, y passado el dicho tiẽpo, otro viniere a el nuestro consejo pidiendola por virtud de la dicha ley de Toro, mandamos, que en tal caso no se de juez, ni se conozca del en el nuestro consejo: sino que se remita ala dicha nuestra audiencia.

Posteà verò Rex noster Philippus secũdus anno. 1560. tulit legẽ. 10. titu. 7. citati lib. 5. nouæ collect. qua statuit, vt prædicta D omnia eodẽ modo seruarẽtur, hoc solo excepto. Quòd prædicta prima & secũda sentẽtia suprem⁹ regij senatus, intelligeretur, nõ solùm quoad tenutã, sed etiã quoad possessionẽ, & remissio causæ ad alia prætoria, fieret solùm, vt examinaretur, quoad solã proprietatẽ, & non quoad possessionẽ, nisi in consequentiã proprietatis. Lex illa. 10. sic habet. Mandamos, que en los pleytos y negocios sobre bienes de mayorazgo, y bienes vinculados, en que conforme ala ley passada se conoce en el nuestro consejo, que determinados los tales negocios en vista, y grado de reuista, en el nuestro cõsejo, la remission se haga alas nuestras audiencias, tan solamente quanto ala propriedad, y no ansi mismo quanto ala possession, como hasta aqui se ha

Universidad de Deusto
Biblioteca

se ha hecho: de manera que la sentencia, y determinacion del consejo, sea, y se entienda ser en posseſsion: y que sobre lo assi sentenciado no aya, ni pueda auer, otro pleyto, y juycio de posseſsion: guardandose en todo lo demas todo lo contenido en la dicha ley. Lo qual se entienda y guarde en todos los negocios que al presente penden, y de aqui adelante pendieren en el nuestro consejo: excepto en aquellos que al tiempo de la data, y publicacion desta ley, estuuieren ya vistos en el nuestro consejo; que en aquellos no se guarde ni entienda esta ley y declaracion. A

2 Circa hæc est obseruandum, quòd, cùm legitimus in maioratu succeſsor, mortuo vltimo poſſeſſore, vi legis. 45. Tauri, ipſo iure verè conſequatur poſſeſsionem ciuilem & naturalem rerum maioratus, ſolet ex eadem lege Tauri, aduerſus res eas tenentem, intentare interdictum adipiſcendi eam tenutam, actualémve tentionem & apprehenſionem earum rerum, qua caret, & quę eſt apud illum alium, eam petendo, vt ſibi tradatur, & alius de ea ejiciatur. Cùm enim eiuſmodi tenuta & apprehenſio earum rerum, quaſi perfectio & complementum ſit naturalis poſſeſsionis earundem rerum, vtiq; ſicut interdictum adipiſcendæ competit comparatione poſſeſsionis ciuilis, &, obtenta poſſeſsione ciuili, competit comparatione poſſeſsionis naturalis, vt ſatis ex ſe eſt perſpicuum, & Tiraquellus, ac alij, quos Molina lib. 3. de primog. c. 13. n. 2. refert ac ſequitur, affirmant, exéplo adhibito in hæredibus, qui ex ſtatutis Gallię, & Italię, comparant ipſo iure poſſeſsionẽ rerũ hæreditariarum eo ipſo, quòd hæredi tatem adeunt, & competit eis interdictum adipiſcendæ comparatione poſſeſsionis naturalis, quam nondùm habent: ita ei, qui habet poſſeſsionem ciuilem & naturalem rei alicuius, aut rerum aliquarum, ſi careat earum tentione & apprehenſione, competit ei remediũ adipiſcendę poſſeſsionis quoad eam tentionem, tanquam quoad complementum & vltimam perfectionem integrę omnino ac perfectæ poſſeſsionis nturalis earundem rerum. Sic ei, qui poſſeſsionem ciuilem & naturalem rei alicuius comparauit per clauſulam conſtituti, qua prior legitimus eiuſdem rei poſſeſſor, ac tentor, ſe conſtituit nomine illius eam poſsidere, iuxta ea quæ diſp. 13. dicta ſunt, competit interdictũ adipiſcendæ tentionis atq; apprehenſionis realis eiuſdem rei, quam ille alius adhuc retinet, nec vult tradere, vt cum Tiraquello affirmat Molina vbi ſupra. n. 4. Idę B

verò habet locum in re propoſita, cùm ſit eadem prorſus ratio, vt idem Molina ibidem rectè aſſeuerat. C

Addit ibidem Molina. n. 6. cum pleriſq; alijs, quos citat, eum, qui prætendit ſe eſſe legitimum in maioratu ſucceſsorem, nõ ſolùm poſſe intentare interdictũ adipiſcendę poſſeſsionis comparatione tenutę, qua caret, ſed etiam poſſe ſeorſim intentare, aut etiam ſimul accumulare, remedium retinẽdæ poſſeſsionis, quatenus, qui tenutá atq; realem occupationem rerum maioratus ei denegat, ſibiq; retinet, eo ipſo quodammodò eum perturbat in poſſeſsione naturali & ciuili, quam ipſo iure, morte vltimi eius maioratus poſſeſsoris, comparauit: quin addit, poſſe ſimul acumulare interdictum recuperandæ poſſeſsionis, quatenus comparatione rei alicuius, aut rerum aliquarũ, eiuſdem maioratus, poterit fortaſſe eſſe deturbatus, ac ſpoliatus, vel à poſſeſsione naturali, vel etiam à ciuili; vtileque interdum eſſe ait, omnia accumulare, maximè addendo clauſulam, quatenus ſibi neceſsarium fuerit, ſicq; ait ſæpe vidiſſe actorem, qui ſe legitimum ſucceſsorem in maioratu aliquo prætendit, petere, vt ei actualis tenuta ac poſſeſsio bonorum maioratus conferatur, ipſum tuendo ac defendendo, & reintegrando in ea, quatenus ſibi vtile ac neceſsarium fuerit. Ipſum legito.

3 Dubium eſt, ſi aliquis, vi legis. 45. Tauri, mortuo vltimo maioratus poſſeſsore, tanquam legitimus in eo ſucceſsor, poſſeſsionem actualem illius apprehendat, &, poſt illam ita apprehenſam, ab alio deijciatur ab ea poſſeſsione, num competat ita deiecto remedium ſummarium in eo regio Senatu ex eadem lege. 45. Tauri paulò antea explicatum, an non: ſed contendere debeat de recuperanda, aut retinenda, eadem poſſeſsione, via ordinaria coram alijs competentibus de eadem re iudicibus. Ad hoc dicendum eſt cum Molina vbi ſupra. n. 8. quanuis ei iam non competat remedium adipiſcendę poſſeſsionis; eò quòd, qui ſemel eam obtinuit, tali interdicto poſteà non gaudeat, vt diſp. 16. dictum eſt; ſi tamen ille alius eum à poſſeſsione turbauit, aut deiecit, eo intuitu, quòd ipſe eſſet legitimus in eo maioratu ſucceſſor; & intra ſex menſes, ab ita obtenta ab eo alio poſſeſsione, accedat ad ſupremum regium ſenatum, competere ei remedium illud ſummarium quoad interdicta reſtituẽdę, ſi ſolùm ſit turbatus, neque omnino

deiectus, à poſſeſsione, ſaltẽ ciuili, omnium, aut aliquorum eorum bonorum: atque etiam recuperandæ poſſeſsionis amiſſæ. Ratio autem eſt, quoniam accedit intrà ſpatium ſex menſium lege. 10. relata præſcriptum, vt ei ſubueniatur eo remedio ſummario. Et quoniam perſeuerat finalis ratio, ob quam id remedium intra id tempus conceſsum eſt: nempe, ne ita contendentes, vnus aduerſus alterum, ſe eſſe legitimum eius maioratus ſucceſsorem, & occupantes, aut ſe inuicem eijcientes à poſſeſsione earum rerum, deueniant ad arma, & vt impediantur, cædes, tumultus, ac ſeditiones. Quòd ſi, qui ita occupaſset poſſeſsionem, alterumque ab illa turbaſſet, aut eieciſset, nõ id feciſset eo intuitu, quòd ipſe eſſet legitimus in eo maioratu ſucceſsor, ſed aliquo alio, tunc locum non haberet remedium ſummarium ex. l. 45. Tauri: ſed ejectus contendere deberet via ordinaria coram iudicibus, ad quos alioquin ſpectaret, vt rectè Molina ibidem ſubiungit, ac obſeruat, A B

4 Obſeruat optimè Molina vbi ſupra. n. 9. remedium hoc poſſeſsorium, quod ex. l. 45. Tauri conceditur, eius eſſe qualitatis, & naturę, vt admixtam habeat cauſam proprietatis, neque poſsit illud obtinere, niſi, qui prius oſtenderit, ſe eſſe legitimum in eo maioratu ſucceſsorem. Atque adeò ad ſe pertinere proprietatem. Sunt enim quædam interdicta poſſeſsoria eius naturæ & qualitatis, vt admixtam habeant cauſam proprietatis, de quibus eſt ſermo. l. 2. §. quędam. ff. de interdictis, cuius verba ſunt. *Quędam interdicta rei* (id eſt proprietatis) *proſequutionem continent.* Et paucis interiectis, additur. *Nam proprietatis cauſam continet hoc interdictum.* Idem docetur. l. 3. §. hoc autẽ. ff. de itinere actuque priuato, & vtrobiq;, atque etiam alibi, id communiter tradunt doctores: de horum numero eſt interdictum quorum bonorum, de quo diſp. 16. eſt dictum. Cùm enim competat hæredibus, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ad adipiſcendam poſſeſsionem bonorum, quæ tempore mortis erãt defuncti; ſanè, vt alicui, vi eius interdicti, poſſeſsio bonorũ defuncti cõcedatur, oportet prius doceat, ſe eſſe legitimum eius defuncti hæredem ex teſtamento, aut ab inteſtato, atque adeò eo titulo ad ſe attinere proprietatem eorũ bonorum, quorum poſſeſsionem petit. Id quod manifeſtè habetur. l. 1. C. quorũ bonorum, cuius inter alia, hæc ſunt verba. *Interdicto quorum bonorum, non aliter poſſeſſor conſtitui poteris, quàm ſi te defuncti filium eſſe probaueris.* Hinc Baldus, Tiraquellus, & alij rectè affirmant, quanuis ſtatutis Galliæ, & Italiæ, hæres ipſo iure, hæreditate adita, cõparet poſſeſsionem illius ciuilem; vt tamẽ de vnoquoque in particulari conſtet, eam comparaſſe, & in conſequentiam interdicto quorum bonorum poſſeſsio etiam naturalis ei tradatur, neceſse eſse, eum probare, ſe eſſe legitimum defuncti hæredem ex teſtamento, aut ab inteſtato. Hoc idem in re propoſita ſatis apertè colligitur ex. l. 45. Tauri, quæ poſſeſsionem ciuilem, & naturalem ſtatuit ipſo iure tranſire in eum, *que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo deuiere ſuceder en el*: vt ergo quis vt talis in ea poſſeſsione defendatur, vel ad eam reſtituatur, aut etiam, in conſequentiam eius poſſeſsionis, tenuta, beneficio ac remedio eius legis, ei concedatur, neceſse eſt priùs ex maioratus inſtitutione, aut aliunde, ſufficienter probet, ſe eſſe ſucceſsorem immediatum in eo maioratu: atque ita in praxi eſſe receptum affirmat Molina vbi ſupra in calce. n. 11. C D

5 Hinc rectè Molina vbi ſupra. n. 12. cum pleriſque alijs, quos citat, primò infert. Tã in hoc interdicto, quàm in quocũque alio adipiſcendæ, retinendæ, aut recuperandę poſſeſsionis, quod cauſam proprietatis admiſcet, admittendas eſſe aduerſus eum, qui illud intentat, exceptiones cauſam proprietatis concernentes. Cùm enim eiuſmodi interdictum concedi illi nõ debeat quoad poſſeſsionem, quantumcunque ſit priuilegiatus, niſi is perſpicuè doceat ad ſe attinere proprietatem, vtique quæcunque exceptiones ipſum excludunt à proprietate, impedimento illi ſunt, ne tali interdicto gaudeat. Atque hoc eſt, quod doctores intendunt, dum aiunt, in his interdictis poſſeſſorijs annexam habentibus cauſam proprietatis, quicquid proprietati detrahit, poſſeſsioni etiam detrahere. Conſentit Greg. Lopez. l. 7. titu. 4. part. 5. verb. *poſſeſſio* &. l. 2. titu. 14. part. 6. verb. *luego*. Id verò, quoad preſens interdictum ex. l. 45. Tauri, quæ eſt. l. 8. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. iuncta. l. 9. & 10. ſequentibus, cùm ſummarium ſit, intelligendum eſt, modò exceptiones, concernentes proprietatem, ptobentur in continenti: ſi enim altiorem requirãt indaginem, non impediunt exequutionem huius interdicti, reſeruanturque examinandę, ac probandæ, quando de proprietate

Universidad de Deusto
Biblioteca

egetur: id quippe regulariter seruatur in A quocunque summario iudicio. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. l. si is à quo. ff. vt in possess. legat. l. 3. §. ibidem. ff. ad exibend. glossa. l. 2. verb. quanuis. C. de edito diui Adr. toll. & affirmant Greg. Lopez duobus locis c tatis, & Molina vbi supra. n. 15. Qui recte reprehendit Gregoriũ Lopez, qi atonus subiungit, id saltem habere locum, quando maioratus testamento fuit institutus: neque enim vlla cõgrua red di potest ratio, cur non idem sit dicendum quando contractu fuit institutus. Dicuntur vero huiusmodi exceptiones in continẽti probari, si intrà terminum à iure prescriptum, vt ea instantia ac iudicium summarium siniatur, probentur, vt eum Bart. in extrauag. ad reprimẽdũ verb. sammariè, & cum plerisq; alijs, Molina ibidem. n. 16. affirmar. Qui tã ibi, quam. c. 4. eiusdẽ libri n. 44. rectè ait, in re proposita exceptiones proprietatẽ concernentes, probari in cõtinenti, si probẽtur intrà quinquaginta dies. l. 9. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. traditis, vt contendentes de maioratus possessiono probent, quę voluerint.

6 Molina vbi supra. n. 17. ex eo, quòd in- C ter dictum, de quo loquimur, sit eius natura & qualitatis, vt admisceat causam proprietatis, habere affirmat, quòd quanuis de iure communi regulariter nó possit appellari à sententia lata circa possessionem, vt habetur. l. vnica. C. si de moment. poss. fuerit appell. idque propterea quòd damnum breue illius sententiæ recuperari possit dum litigabitur de proprietate; nihilominus possit appellari, seu supplicari, à sententia lata circa possessionem maioratus, Vt habetur. l. 9. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. Vt enim ex Baldo & Tiraquello refert, quãdo interdictum admixtam habet causam proprietatis, appellari potest, etiam de iure communi, à sententia lata circa possessionem. Dictum verò est, regulariter de iure communi appellari non posse à sententia lata circa possessionem: quoniam in regno Castellę, vt Molina ibidem subiungit, admittitur appellatio à sententia circa possionem, etiam si interdictum admixtam non habeat causam proprietatis: habetque ea appellatio, non solùm effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, ita vt sententia vim non habeat, nec mandari possit exequtioni, tradẽdo possessionem ei, cui per eam sententiam adiudicata sit, interimdũ à iudice superiore non est confirmata. Atque interdictum circa possessionem maioratus, de quo loquimur, deuiat in hoc ab ea consuetudine in hoc regno introducta contra. l. vnicam. C. si de moment. poss. fuerit appell. Quanuis enim interdictum hoc admixtam habeat causam proprietatis, supplicatio tamen à sententia iuxta illud circa possessionem lata, non habet effectum suspensiuum, sed solùm deuolutiuum: sententia quippe exequutioni mandatur, nihil impediente supplicatione, vt. l. 9. citata sancitum est.

Molina vbi supra. n. 20. cum alijs, quos 7
citat. ait. Quanuis testes adhibiti in summario iudicio possessionis, fidem posteà non faciant in petitorio, seu in causa proprietatis, sed sint iterum examinandi, argumento. c. veniens de testib. l. penult. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata (quod posteà cum Butriaca & Alex. limitare videtur, nisi testes, parte citata, plenè sint examinati) in re tamen proposita, testes examinatos in lite summaria circa possessionem maioratus, fidem posteà facere in causa proprietatis, neque esse iterum examinandos. Tũ quia causa hęc possessionis simul admisceet causam proprietatis. Tum etiam quoniam testes exactè, citataque parte, hac in causa examinantur. Addit tamen, se aliquà do vidisse, in causa amplissimi cuiusdam maioratus, testes super possessionem ac tenutam semel examinatos, ex consilio doctissimorum aduocatorum, fuisse iterũ in causa proprietatis examinatos: quod, subiungit, ad maiorem cautelam fuisse factum.

Numero. 22. idem Molina cum Bart. & 8
Iaf. addit, qnanuis sententia circa possessionem, etiam si sit vltima, aut ab ea non sit appellatum, regulariter non pariat exceptionem rei iudicatæ circa proprietatem, sed D integrum sit ita victo circa possessionem, intentare litem, quoad proprietatem; nihilominus, quando causa possessionis adiúctam habet causam proprietatis, parere exceptionem rei iudicatæ, non secus, ac si circa proprietatem fuisset lata. Tametsi nó imeriiò Alexander, à Molina ibidem relatus, id limitandum censeat, quãdo de proprietaet principaliter tractatur simul cum possessione; non verò quando solùm incidenter tractatur de proprietate. Ac, quicquid sit de alijs casibus, meritò Molina ibidem subiungit, in re propolita, sententiam circa possessionem, non parere exceptionem rei iudicatæ circa proprietatem: cum aperte lege. 9. & 10. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. sancitum sit, vt ea sententia solùm intelligatur de possessione, integrumque relinquat contendere de proprietate: imò causa proprietatis non spectat ad supremũ Regium senatum, in quo remedium summarium circa possessionem maioratus agitur, atque omnino definitur, sed ad alia pretoria, vt eisdem iuribus statuitur.

9 Capite. 1. §. inter filiam, si de feudo defuncti content. meritò sancitur, si, mortuo parente, relicta vnica filia, contentio inter eam filiam, & remotiores masculos agnatos, circa prædium aliquod defuncti oriatur; agnatis asserentibus, illud esse feudale, B ac proinde ipsos, & non filiam, in eo succedere; contra verò, filia asserente, esse allodiale, seu liberum, ac proinde ad se, tanquã ad hæredem patris, attinere; filiam mittendam, tuendamque esse in possessione eius prædij, tractandamq; esse causam proprietatis: quoniam res præsumuntur libere, nisi contrarium probetur: & cõsentit communis doctorum sententia, quam Molina lib. 3. de primog. c. 4. n. 41. refert ac sequitur. Qui iure optimo. n. 42. cum alijs, quos refert, subiungit, idem esse, si soror succedat fratri, & remotiores cognati similem controuersiam moueant circa prædiũ aliquod defuncti. Rectè tamen cum alijs, quos refert, addit, si remotiores agnati incontinenti probent, id prædium esse feudale, denegandam esse possessionem eius prædij tali fœminæ, & tradendam esse agnatis remotioribus defuncto.

10 Hinc oritur dubium, si defuncto vltimo maioratus possessore, filia, aut alia fœmina, sit illi proximior in gradu, & agnatus masculus remotior in gradu contendat, eum maioratum ad se pertinere; eò quòd ex illius institutione fœmina excludatur existente masculo, num fœmina propinquior sit mittenda in possessionem, seu in tenutam illius, vt posteà de proprietate contrendatur. Respondetque bene Molina. c. 4. citato. n. 44. & c. 13. n. 23. non esse mittendam in possessionem, seu in tenutam, sed examinandam esse causam possessionis permixtim cum proprietate intrà quinquaginta illos dies. l. 9. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. prescriptos: ferendamque esse sententiam circa tenutam ac possessionem in supremo regio senatu, vt lege illa, & 10. sequẽti statuitur. Si enim intra id tempus remotior agnatus, ex instrumẽto institutionis maioratus, aut aliunde, perspicuè valuerit probare, fœminam ab eo maioratu excluſſi, tunc, iuxta earum legum dispositionem, dicetur in continenti id probasse, ac proinde ipse, & non fœmina propinquior, admittetur ad possessionem eius maioratus. Quòd si intrà id tempus nõ potuerit id perspicuè probare, cùm præsumptio sit pro fœmina propinquiore, eò quòd ex. l. 40. Tauri, & ex. l. 2. titu. 15. part. 2. ea excludat masculum remotiorem in gradu, nisi contrarium statuerit maioratus institutor, vtique tunc ea fœmina mittẽda erit in possessionem eius maioratus.

Dubium deinde est, si maioratus institu- 11
tio excludat omnino fœminas, num, si possessor maioratus sinè liberis masculis decedat, cæterum relicta vxore prægnante, venter mittẽdus sit in possessionem, propter spem, & verisimilitudinem, quòd filius nascetur: an non, sed proximior masculus in gradu, qui iam est superstes, sit in possessionem mittendus. Auendanius responsione. 28. censet, facta diligenti inquisitione, an prægnãs sit, & adhibitis posteà custodia, & cautelis, de quibus. l. 1. §. de inspiciẽdo. ff. de ventre inspiciendo, & l. 17. titu. 6. part. 6. neque ventrem, neque, proximioré C masculum, esse in possessionem mittẽdos, sed constituendum esse curatorem bonis maioratus, interimque seruandum esse maioratum velut in secresto, quousque exitus ventris intelligatur: idque propter incertitudinem, an partus, vel proximior alius, succedet in eo maioratu: interimque sustẽtandum esse mulierem de bonis maioratus, & quoad ea præcisè alimenta, ventrem mittendum esse in possessionem, esto ea mulier aliunde habeat vnde se sustentare possit, iuxt. l. 1. §. mulier. l. curator, &. l. cùm veter. ff. de vẽtre in poss. mitt. Pelaez verò de maioratib. part. 5. q. 2. affirmat ventré D esse in possessionem mittendũ, præstita tamen cautione, per mulierem, quòd si filiũ masculum non pepererit, restituet omnes fructus legitimo alteri successori. Argumẽto. l. 1. C. de Carbon. edir. &. l. 1. ff. eodem titu. Exceptis tamen alimentis, quibus alita fuerit, dum ventris euentus expectatur: nam hos soluere non tenetur, nisi se finxisset prægnantem, vt constat. ff. de ventr. in poss. mitt. iuribus citatis. Contrarium tamẽ affirmat hic autor, si vltimus maioratus possessor, relinquat filiam, quæ à maioratu non excludatur, nisi ob masculum eiusdẽ gradus, & relinquat vxorem prægnantem: asseuerat enim, tunc eam filiam mittendam esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse in maioratus possessionem, donec vxor illa grauida pariat filium: quoniam, si filiā pariet, ea excludetur ab illa altera filia eiusdem vltimi possessoris maioratus, vt pote seniori. Gutier. vero de pract. qq. lib. 2. q. 87. ambitratur in vtroque euentu, ventrem in possessionem maioratus esse mittendū, præstita cautione supradicta, & satis consentaneè ad hanc sententiam sequūtur Molina lib. 3. de primog. c. 12. n. 24. vt disputatione præcedente relatum est, & Greg. Lopez. l. 3. titu. 23. part. 4. glossa. 1. Atque hęc sententia mihi probatur: quoniam fœtus ad effectum, vt in possessionem mittatur eorum bonorum, in quibus succederet, si nascatur, & ad cætera, quę ad ipsius commodum spectant, reputatur ac si esset iam natus. l. qui in vtero. ff. de statu hominum, &. l. 3. titu. 23. part. 4. eaque de causa, interim dum est dubium, an nascetur, vel an nascetur eius sexus, vt succedat, venter in possessionem mittitur, vt constat ex. l. 1. §. sed & si incertum. §. quare, &. §. vlt. ff. de ventr. in poss. mitti.

Illud est obseruandum, cum possessio ex. l. 45. Tauri. tam ciuilis, quam naturalis, non transeat, mortuo vltimo maioratus possessore, nisi in legitimum immediatum succesorem; atq. possessorium remedium ex ea. l. admixtam habeat causam proprietatis, vtique aduersus petentem tenutam ac possessionem maioratus, admitti debet exceptie, quòd sit spurius, aut aliter illegitimus, & quæcunque alia, quæ eum offendant in capacem illius; modò, vt dictum est, probētur intrà tempus. l. 9. titu. 7. lib. 5. nouę collectionis, ad opponendum, & probandum præscriptum. Ita Molina lib. 3. de primog. c. 13. n. 24. & consentiunt plerique alij, quos citat, resque ex se est satis perspicua.

Dubium verò est, siis, cui spurium, aut aliter illegitimum esse, obijcitur, impubes sit, aut in matris ventre ac huc lateat, mittēdus sit in possessionem maioratus, præstita satisdatione, aut, ea non præstita, mittendus sit simul cum aduersario in possessionem maioratus, & nihilominùs differēda sit causa illa status personæ, seu illegitimitatis, in tempus, quo pubes fuerit, iuxta priuilegium Carboniani edicti.

82 Vt quid circa hoc dubium dicendum sit intelligatur, obseruandum est. Carbonianum edictum, seu beneficium ac priuilegiū à Carbone prætore fuisse introductum, eaque de causa Carbonianum fuisse nuncupatum. Id edictum continet, si pater, aut auus paternus, prætereat impuberem, ita vt, ratione prætentionis contra tabulas possessio in hæreditate illius ei competat, & dū hæreditatem, illiusque possessionem petit, illi obijciatur, non esse filium illius, aut nō esse legitimum, vel esse mancipium, eaque de causa ab hæreditate, illiusque possessione esse repellandum; continet, inquam vt iudex procedet tunc summariè ad cognitionem eius obiectionis, seu exceptionis, causeve status illius, an scilicet non sit eius filius, vel sit illegitimus, aut seruus. & quidē, si adhibita illa summaria & breui cognitione, certò & absque vllo dubio comperiat, rem ita habere, vt illi obijcitur, repellat eū ab hæreditate, & ab illius possessione, eamque tradat alijs legitimis hęredibus: si verò rem quouis modo dubiam reperiat, mittat in possessionem impuberem, aut ventrem, hoc est, matrem ratione fœtus, & differat causam status in tempus, quo ille ad pubertatem deueniet; præstita cautione per impuberem, aut eius matrem, quod si posteà id probetur, quòd illi obijcitur, restituet hæreditatem cum fructibus, exceptis solis alimentis necessarijs talis impuberis, aut ventris: nisi mater se finxisset prægnante: nam tunc etiam alimenta restituere tenetur, vt supra dictum est. Quòd si cautionē non præstet, aduersarius, simul cum impubere, aut cum ventre, mittitur in possessionem eorum bonorum vsque ad tempus pubertatis talis impuberis. Atque hoc appellatur Carbonianum edictum.

Antequàm autem reliqua, quæ ad hoc Carbonianum edictum spectant, addamus, explanemus vnde hæc constent, atq; comprobentur. Quòd hoc edictum, seu beneficium, competat impuberi a patre, aut ab auo paterno, præterito, cui ea ratione competit contra tabulas, id est, contra testamētum, bonorum possessio, constat ex. l. 1. §. non tantum, iuncto vers. & generaliter, ex l. 3. in prin. ff. de Carboniano edicto. Adde etiam legem. 2. titu. 14. part. 6. quæ etiam exprimit, hoc edictum tantùm competere, quoad hæreditatem patris, aut aui paterni.

Quòd autem hoc edictum competat, si ei obijciatur qua ratio de statu, quoad aliquid eorum, quę commemorata sunt, constat ex. l. 1. in prin. §. si quis non. §. sed & si quis. l. 3. §. si quis haberet, & per totū titulū, ff. de Carbon. edict. Cōpetit verò hoc edictum, quando seruitus obijcitur patri, aut adulterium matri, vt causa eius status differatur

ratur in tempus pubertatis filij, si id redundat in impedimentum, quominus filius eorum impubes, consequatur hæreditatem patris, aut aui paterni, vt quia tali impuberi obijcitur esse mancipium, aut spurium, vel non esse filium, aut nepotem talis aui, vt constat ex. §. sed & siquis, citato, & ex. l. Titia. ff. eod. titu. Secus autem si non redundet in tale impedimentum filij, vt habetur eadem. l. Titia: tunc enim continuò causa status examinatur.

Quòd autem iudex tunc procedere debeat summariè ad cognitionem exceptionis status, habetur. l. 1. in prin. ff. de Carb. edict. l. 7. titu. 22. part. 3. & aliàs sępe. Quòd verò, si comperiat, quod excipitur, & opponitur, certò & absque vllo dubio esse verū, repellere debeat impuberē ab hęreditate & possessione illius, habetur. l. 3. §. causę. ff. de Carb. edicto, vbi additur, in qualicunque, dubio mittendum esse impuberem in possessionem, & differendam esse causam in tempus pubertatis, & idem habetur. l. 2. C. eod. titu. &. l. 7. citata. Expendere tamen debet iudex ex circuntantijs concurrentibus, an plus expediat impuberi, differri causam status in tempus pubertatis; an verò tunc ventilari, quia facilè expedietur in fauorem impuberis: & quia tunc facilius probabitur, quàm posteà: & quia, probata tunc causa status, nō erit illi necesse tradere cautionem, quam fortè non poterit præstare, atque ita aduersarius, ob eam cautionem non præstitam, non mittetur simul cum impuberein possessionem eorum bonorū, euitabuntur que alia damna, quæ inde poterunt oriri. Quòd si comperiret expedire, vt tunc causa status examinetur, differenda nō est, sed cōtinuò est examinanda; aliquin differenda erit. Ita habetur. l. 3. §. duæ autē. ff. de Carb. edict. &. l. 7. titu. 22. part. 3. item causa status differri potest in tempus pubertatis, si impubes solùm contendat mitti in possessionem eorum bonorū: si verò contēdat, sibi etiam adiudicari tūc proprietatē omnū, aut aliquorū, bonorum differri nō potest quęstio statu, sed statim debet integrè & perfectè examinari ac definiri. Ita habetur. l. 3. §. missum. ff. de Carb. edict. &. l. 2. titu. 14. part. 6.

Quod verò vēter, seu mater ratione fœtus, mitti similiter debeat in possessionem, ac proinde gaudeat Carboniano, perinde atque impubes iam natus, ex se, & ex dictis supra, satis est perspicuū, & habetur. l. cū mater. ff. de Carb. edict. &. l. 7. tit. 22. p. 3.

Quòd verò impubes, aut mater, præstare debeant prædictam cautionem, alioquin aduersarius simul cum impubere, aut cum ventre, mittetur in possessionem eorum bonorum vsque ad pubertatem, habetur l. 1. C. de Carbon. edict. &. l. 1. §. 1. ff. eod. tit. & alias sępe. Quando impubes non cauit, eaque de causa aduersarius est missus simul in possessionē eorum bonorum, quo vsque curator bonis tradi debeat, vt exequatur circa illa, quę necessaria sunt, habetur. l. sed etsi is. §. 1. &. §. vlt. ff. de Carb. edict. Quando aduersarius simul est cohęres cum impubere, cui status causam obijcit, tunc, estò impubes caueat, simul tamen cum eo mittitur aduersarius in possessionem eorum bonorum. Ita habetur. l. sed & si is, in prin. ff. de Carb. edict. Id tamen intelligo, nisi aduersarius partem suam accepisset, in qua est indubitatus hæres, & de reliqua parte impuberis contenderet: nam tunc, data satisdatione ab impubere pro ea parte, de qua sola est contentio, mittēdus non esset aduersarius simul in possessionem illius. Quando impubes non satisdedit, eaque de causa simul cum eo missus est aduersarius in possessionem hæreditatis, tunc, adueniente pubertate, nisi, qui fuerat impubes, satisdet postquàm fuerit requisitus, ipsoque non satisdante, satisdet aduersarius, amittit, qui fuerat impubes, possessionem & traditur integra aduersario: eaq; de causa, qui fuerat impubes, desinit esse reus, & deinceps contendere debet de proprietate, non vt reus, sed vt actor. Ita habetur. l. de bonis. §. vlt. ff. de Carb. edict.

Impubes, interimdum est in possessione hæreditatis, atque etiam venter, ali debent de eis bonis, siue caverint, siue non, & estò posteà vincantur, restituere non tenētur ea alimenta, sed solùm reliquum hæreditatis cum fructibus. Et præstari inde debent impuberi, etiam sumptus præceptoris, & reliqui, qui ad cōpetentia ipsius alimēta, attenta qualitate personę, & circunstantijs concurrentibus, fuerint necessaria. Ita habetur. l. sed & si. §. an autem vescendi, &. l. de bonis. §. non solum alimenta. ff. de Carb edict. l. 7. titu. 22. part. 3. &. l. 2. titu. 14. part. 6. Aduersarius verò, qui simul cum impubere missus sit in possionem, ali non debet de eis bonis, ob quę impuberi controuersiam mouet status. l. de bonis. §. qui pupillo. ff. de Carb. edict.

Non solum filius impubes, si à patre, aut ab auo paterno, sit præteritus, gaudet Carbonia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

boniano edicto, sed etiam si eis succedat ab intestato, excludique ab eorum hæreditate ab aliquo velit, mota aduersus eum cõtrouersia de statu gaudet similiter eodem edicto, lecumque habent omnia, quæ hactenus explicata sunt. Ita habetur. l. 1. §. si quis filium. l. 3. in prin. & l. de bonis. §. huic autem. ff. de Carb. edict. consentiunt. l. 7. titu. 22. part. 3. & l. 2. titu. 14. part. 6.

Ex hæredatus verò à patre, aut abauo paterno, non gaudet Carboniano edicto. l. 1. §. si quis non, in fine, &. §. Pomponius. ff. de Carb. edict. Excipitur, nisi pater addat hanc causam, quia cõceptus est ex adulterio, idque non constet esse verum: quia in eo euentu nõ censetur ex hæredasse illũ, si sit filius suus legitimus, ac proinde illi succedet, quasi non scripsisset tale testamẽtum, atque adeò ab intestato, mittique proinde debet in possessionem, modo supra explicato, & differri debet causa status in tempus pubertatis, si ita expediat tali impuberi. Idem est, si pater dixerit, quisquis se filium meum nominauerit, exhæres esto, & non constet, eum, qui se nominat filium illius, talem non esse. Vtrunque habetur. l. 1. §. idem ait. ff. de Carb. edict. Item, si exhæredatus, dicat, & probet, testamentũ, quo est exhæredatus, esse nullum, tunc, quia succedet patri, aut auo ab intestato, si aliquis ei obijciat, non esse filiũ eius, cui succedere intendit, gaudet Carboniano edicto. Ita habetur. l. si impubes. §. interdum. ff. de Carb. edict.

In hærede instituto ex testamento, etiã si impubes sit, locum non habet Carbonianum edictum, quanuis illi obijciatur, non esse filium eius, qui ipsum instituit: aut alia quæstio status. Ratio autem est, quoniam eo ipso, quòd est institutus, & id constat ex testamento, cuius nullum vitium in continenti probatur, competit illi bonorum possessio secundum tabulas, mittique proinde debet à iudice absolutè, nullaque cautione præstita, in possessionem hæreditates, bonorúmve, quę constiteret tempore mortis fuisse defuncti. Ita habetur. l. 1. §. Pomponius. l. 3. §. quãuis scripto, &. l. cum sine. ff. de Carb. edict. l. 2. C. de edicto Diui Adria. tollend. & l. 2. tit. 14. part. 6. Quòd si tunc impuberi causa status obijciatur, quę si probaretur, excludaretur is impubes ab ea hæreditate. vtique tunc, si liquidò, & absque omni dubio, incontinenti aduersus eum probetur, omnino erit statim impubes excludendus ab ea hæreditate, ac proinde locum non habebit Carbonianũ edictum: si verò non statim liquidò probetur, sed maiori egeat indagine, impubes mittitur absolutè in possessionem hæreditatis, nulla omnino præstita cautione, atq; adeò locum non habet Carbonianum edictum quoad primam sui partem: quæstio verò status reseruatur in tempus pubertatis, nisi aliud plus expediat ipsi impuberi: ea verò reseruatio non est ex Carboniano edicto, sed ex constitutionibus sapientum, vt iura vocant, quibus statutum est, vt, si quæstio status aduersus impuberem moueatur, ea reseruetur in tempus pubertatis, si ita impuberi expediat, estò locum non habeat Carbonianum edictũ. Ita habetur expressè l. 3. §. quãuis scripto, &. l. de bonis, in prin. iuncta glos. ibi. ff. de Carb. edict. Atq; hac ratione, quanuis Carbonianũ edictũ, vt ex hactenus dictis patet, solum habeat locum in hæreditatibus, idque quando succeditur ab intestato, aut filius est præteritus, nõ verò in legatis, aut fideicommissis; attamẽ. l. 3. in fine principij. ff. de Carb. edict. habetur, si alicui impuberi legatum, aut fideicõ missum, relinquatur, vt filio, & aduersus eum controuersia de statu moueatur, vt excludatur à tali legato, aut fideicommisso, eam controuersiam seruandum esse in tempus pubertatis, si ita impuberi sit expediẽs; idque ex regula illa generali ex constitutionibus sapientum, non verò ex Carboniano edicto.

In eo tamẽ euentu, posthumus institutus à patre, gaudebit Carboniano edicto, si postquã fuerit natus, à legitimis alioquin hæredibus, negetur filius testatoris, dicaturque fuisse suppositus, cum vxor prægnans non esset, aut aborsum fecisset: tũc enim, si, facta summaria inquisitione, res comperiatur dubia, talis impubes ex Carboniano edicto, & mitteretur in possessionem bonorum, præstita cautione, & reseruabitur causa status in tempus pubertatis. Ita habetur. l. 1. §. Pomponius, &. l. 3. in prin. ff. de Carb. edict. Reddit verò egregiam rationem glosa. §. Pomponius citato, cur potiùs in posthumo hærede instituto, locum id habeat in eo euentu, & non in impubere iam nato, qui hæres instituitur. Quoniam de eo, qui iam erat natus, cõstat eum fuisse, quem testator instituit: de posthumo verò, de quo coniecturæ sunt fuisse suppositũ, nõ cõstat esse eũ, quem testator instituit: quia institutus est sub tacita conditione, si nascetur ex sua vxore, ac proinde

de non constat fuisse institutum. Quarè, si verè constaret, posthumum institutum, natum esse ex ea vxore, sed obijceretur fuisse conceptum ex adulterio cum alio viro, locum non haberet Carbonianum edictũ; sed si, facta inquisitione, res comperiretur dubia, ille simpliciter, & sinè cautione, mitteretur in possessionem bonorum defuncti, & quæstio de statu ex regula generali reseruaretur in tempus pubertatis.

Dubium est, si filius impubes prætereatut à matre, contendatque testamentum esse nullum quoad hæredum institutionẽ, aut esse annullandum, ipsumque succedere debere tali matri, causaq; status illi obijciatur, vtrum gaudeat Carboniano edicto: sicut in simili euentu gauderet, si à patre fuisset præteritus. Item, si matri, auię, auo materno, fratri, aut cuiuis alteri agnato, succedat ab intestato, eique obijciatur causa status, qua ab ea hæreditate repellatur, nũ similiter gaudeat Carboniano edicto. Lex de bonis, in prin. ff. de Carb. edict. satis perspicuè affirmat, locum non habere, vt, iuxta Carbonianum edictum, mitti debeat in possessionem eorum bonorum, præstita cautione, si in ea non sit, aliique debeat de eis bonis. Subiungit verò, causam status differendam esse ex generali sapientum constitutione in tempus pubertatis, si ita impuberi expediat. Ratio autem est, quoniã edictum, ac beneficium illud, solùm conceditur impuberibus quoad hæreditatem patris, aut aui paterni, non verò quoad hæreditatem aliorum. Qua etiam ratione, si impubes succedere velit in hæreditatem liberti, tãquam filius patroni defuncti, & ei obijciatur, non fuisse filium illius, ac proinde ei non deberi, non gaudet in eo euentu Carboniano edicto: quia non agitur de hæreditate patris sui, sed de hæreditate liberti à patre suo defuncto. Ita habetur. l. si impubes. §. si pupillus, &. l. cùm sinè, in fine. ff. de Carb. edicto. Atque in hoc posteriori iure additur, idem esse de iure sepulchrorum, eò ip hæreditas nõ fit. Greg. autẽ Lopez. l. 2. titu. 14. part. 6. verb. *de su padre*, sequutus Iasonem, satis debili fundamento voluit, Carbonianum edictum competere impuberi, etiam comparatione matris, finistraq; interpretatione conatur exponere. §. si pupillus, citatum: meritoque Molina lib. 3. de primog. c. 13. n. 34. eũ impugnat, arbitraturque Carbonianum edictum locum non habere quoad hæreditatem maternam. Ait verò, idcirco iurisconsultum concessisse hoc edictum impuberi quoad hæreditatẽ tantùm patris, & aui paterni: quoniam pater tenetur alere filium, & non mater, nisi indefectum patris: & idem est de iure communi de auo paterno in defectum patris, sub cuius potestate de eodem iure est nepos, vt disp. 168. &. 228. in quinto effectu patrię potestatis, dictum est: quarè quia in hæreditate patris defuncti, debentur filio alimenta, & non ita in hæreditate matris, concessit ius ciuile edictum illud impuberi comparatione hæreditatis patris, & aui paterni, non verò cõparatione hæreditatis matris. Addit Molina, rationes alias potuisse per mouere ad id iurisconsultũ. Ac sanè ratio, quę precedẽtem coadiuuat, est. Quoniam pater vsufructuarius est in bonis filij familias, & similiter auus paternus de iure cõmuni; non verò mater: id circoq; priuilegium illud ea etiã ratione videtur impuberi concessum comparatione hæreditatis patris, & aui paterni, non verò comparatione hæreditatis matris. Quia verò de iure huius regni, & Lusitaniæ, nepos non est in potestate aui paterni, neque auus paternus est vsufructuarius in bonis illius, materque, vt disp. 228. citata ostẽdimus, tenetur de iure horum duorum regnorum alere filium in defectum patris, & non auus paternus; sed æquè, in defectum patris ac matris, tenentur aui paterni & materni nepotem alere; dicerem sanè Carbonianum edictum, de iure horum regnorum competere impuberi solum comparatione patris, nó verò etiã comparatione aui paterni. Illud denique obserua, sicut quando filius institutus est hæres à patre, neque est necessarium, neque habet locum Carbonianum edictum, estò ei obijciatur quæstio status: quia mitti rur in possessionem absolutam eius hæreditatis, nulla præstita cautione, & causa status reseruatur in tempus pubertatis ex cõstitutione sapientum generali, vt supra dictum, ostensumque est: ita si instituatur a matre, aut à quouis alio cõsanguineo, vel etiã extraneo, idem prorsus est dicendum: atque. l. 2. titu. 14. part. 6. in hoc solo euentu, vniuersimque comparatione omnium instituentium hęredes, loquitur: tametsi adhibeat exemplum, quando ad causam status deuenit, in patre, & auo paterno: quorum comparatione duntaxat habent locũ, quæ de edicto Carboniano de iure communi disposita sunt, quorum aliqua ibi subiungit, vt quòd impubes interim ali debeat de ea hæreditate, & quòd solum mitta

tur in possessionem, neque proprietas illi adiudicetur. Hæc quòd attinet ad rem de Carboniano edicto, quę exactius hoc loco à nobis explanata ac definita est, quàm fuerit supra disp. 246. Atque haud suo an eam omnino colluerit ac explicauerit Molina vbi supra. à. n. 28.

His ita constitutis, vt ad dubium, cuius occasione dicta sunt, veniamus. Quidam, quos Molina vbi supra. n. 26. refert, affirmant Carbonianum edictum locum habere in maioratibus Hispanis, de eorum numero est Greg. Lopez. l. 2. titu. 14. part. 6. glossa vltima; tametsi in fine eius glossę subiungat, habere locum in maioratibus, qui deferuntur iure institutionis ex testamento, non vero in alijs: & videtur intelligere, etiam in institutis eo modo à matre, iuxta ea, quæ circa Carbonianum edictum eum arbitrari cum Iasone, supra est relatum. Et Padilla. l. eam quam. C. de fideicommiss. ait, se in causa grauissima accepisse, vsu esse receptum, vt in Hispanis maioratibus locum habeat Carbonianum edictum. Id verò quidam confirmant, quoniam Carbonianum edictum locum habet in feudis, vt Baldus, & alij, quos Molina vbi supra. n. 27. refert, censent. Molina vbi supra. n. 32. annuit, in maioratibus à patre & ab auo paterno, institutis, non ex contractu, sed ex testamento, neque aliter, quàm iure institutionis heredis, locum habere Carbonianum edictum. Et posteà. à. n. 36. ait, in maioratibus à matre, aut ab alio, quàm à patre, vel ab auo paterno, institutis, etiã si testamẽto iure institutionis hæredis creati sint, locum non habere Carbonianum edictum; tametsi, quando quæstio status impuberi obijceretur ad illum excludendum a maioratu, illa differenda esset ad tempus pubertatis illius: nõ tamen impubes ille mittendus esset in possessionem talis maioratus ex Carboniano edicto. Ea verò de causa admonet, vt, quando timeretur, eam quæstionem obijciendam esse impuberi, quò excluderetur a maioratu, curarent, qui illius curam gerunt, vt apprehenderet prius possessionem, quam quæstio obijceretur, vt delata quæstione in tempus pubertatis, conseruaretur, ac defenderetur, in ea maioratus possessione semel acquisita.

13 Iuxta ea, quę de Carboniano edicto dicta à nobis sunt, dicendum arbitror, nunquam in maioratibus Hispanis habere locum, vt quis ex Carboniano edicto mittatur in possessionem alicuius eorum. Ratio autem est, quoniam Carbonianum edictũ nunquam habet locum, nisi in hæreditate patris, aut (de iure communi) aui paterni, de iure verò Castellę, & Lusitano, locum non habet in hęreditate aui paterni, vt dictum est: maioratus autem Hispanus, si demas, quando titulo hęredis est institutus, & tunc precisè comparatione eius, in quo est institutus, non verò comparatione cæterorum, qui vlteriùs ad eum vocantur, nõ habet rationem hæreditatis, neq; in eo succeditur iure hęreditario, sed sanguinis, vt disp. 617. dictum est: quarè, si demas, eum solum euentum, in maioratibus Hispanis non potest habere locum Carbonianum, edictum, possessióve ex Carboniano edicto. Quòd verò neque in illo euentu locum habeat, etiamsi talis maioratus sit eo modo institutus à patre, probatur. Quoniam Carbonianum edictum locum non habet in hærede instituto, sed solum in hærede ab intestato, aut prętcrito, quibus quęstio status obijcitur, vt ab hæreditate excludantur, vt supra dictum est: ergo in euentu, de quo agimus, locum non habet Carbonianum edictum: sed siue maioratus eo modo esset institutus à patre, siue à matre, siue à quocunque alio, iisque, in quò hæredis titulo est institutus, excludi ab illo intenderetur obiecta illi causa status, neque ea causa in continenti aduersus eum perspicuè, ita vt nullum superesset dubium, probaretur, mittendus absolutè, & absque vlla cautione, esset in possessionem eius hæreditatis ac maioratus, exactioúsque examen eius causę status remittendum esset in tempus pubertatis. Porrò in reliquis, qui ad maioratum vocantur post eum, in quo maioratus est institutus, quocunque modo is maioratus fuerit à principio institutus, si aliquis eorum sit impubes, & ei causa status, obijciatur, qua excludi à successione in eo maioratu intenderetur, tunc, nisi illa in continenti, hoc est, intrà quinquaginta dies ad id lege. 9. tit. 7. lib. 5. nouę collect. statutis, ita perspicuè probetur, vt nullum super sit omnino dubiũ rem ita habere, mittẽdus similiter est impubes absolutè, & absq; vlla prestita cautione, in possessionem eius maioratus, non ex edicto Carboniano, sed vi institutionis maioratus, qua perspicuè is impubes vocatur, secluſa causa status: causa verò status differenda est in tempus pubertatis. Quando verò, prętcr causam status, aliquid aliud intercueniret, vnde dubiũ esset, an is impubes, vel potius alius, succedere

dere deberet in eo maioratu, tunc res summariè est examinanda in supremo regio senatu, modo. l. 9. & 10. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. præscripto, & in principio huius disputationis explicato, ferendaq; est in eo senatu sententia, quis eorum mittendus sit in tenutam & possessionem eius maioratus: nisi elapsi fuissent sex menses à pacifica possessione in eo maioratu: nam tunc ad ueritus eum, qui ita possedisset, non conceditur remedium, de quo. l. 9. &. 10. citatis, sed defendendus est ille in possessione eius maioratus, solumq; potest contendi aduersus illum de proprietate, idq; via ordinaria, vt ijsdem regijs præscribitur.

SVMMARIVM.

1 POSSESSIO *ciuilis & naturalis maioratus non transit ipso iure mortuo institutore in successorem, sicut transit deinceps mortuo quocunq; possessore in proximum successorem. Neque remedium summarium circa tenutam, habet locum, quando immediatè succeditur instituenti. Tametsi quando timerentur mala, posset regius supremus senatus eodem modo procedere circa tenutam.*

2 *Possessio ciuilis & naturalis maioratus, si certum sit quis in eo succedat, certo etiam in eum transit: si verò sit dubiũ, dubium quoque est an transierit. Et quia circa tenutam faciendum, si liquidari non possit, ad quem pertineat.*

3 *Possessio maioratus vt censeatur certò ipso iure transijsse, & vt tenuta adiudicetur, quale instrumentum ostendi debeat, aut quæ alia ratione id sufficienter constare sit censendum.*

4 *Possessio bonorum maioratus est censenda trãsijsse in successorem, locumq; habere remediũ tenutæ, estò tertius id possideat titulo, qui originẽ non habeat ab institutore, aut de quo aliunde non constet sufficienter fuisse ad legitimam alienationem bonorum maioratus. Quando autem titulus originem ab institutore habuit, aut aliunde constat fuisse legitimum, aut dubium est, num institutor eam vendiderit in maioratu comprehenderit, neutrum habet locum.*

5 *Tenutæ remedium non habet locum, si post interpretatum libellum ineptum intrà semestre computatum à puncto delatæ successionis maioratus, estò antea esset accepta possessio, post semestre intentetur aliud aptum ex alia causa: secus si ex eadem. Citatio tamẽ aduersarij necessaria non est intrà semestre.*

6 *Tertius superueniens post sex menses elapsos, intentata per alios intrà illos actione, si ad euitandum alterum litigantium accedat, repelli*

A *non debet. Secus si suam ius proprium intentare de nouo velit.*

7 *Aduersus lapsum eius semestris non datur restitutio in integrum minoribus & alijs, vt remedium ita summarium intentare possint.*

8 *Remedium idem tenutæ intentari potest intrà semestre, estò intentata iam fuerit via ordinaria causa possessionis, aut proprietatis, in alio tribunali.*

9 *Verum post legem. 10. latam circa tenutæ remedium, concedatur minori restitutio in integrum aduersus probationem omissam intrà tempus ad probandum concessum. Et verum admittenda sit testium reprobatio in eo remedio, & impugnatio scripturarum, perenda; sit restitutio fructuum, faciendaq; sit condemnatio, aut absolutio circa eos soluendos.*

10 *Possessorium remedium, quod interim nuncupatur, quatenus contendum, aut non contendum, intentato remedio tenutæ summario.*

11 *Maioratus bona si in diuersis districtis sita sint, causa eius maioratus tractari debet in prætorio, in quo maior pars est collocata. Nisi titulus esset in vno, eiq; esset annexa maior pars, quæ esset in alio: nam tunc in prætorio districti, in quo esset titulus, tractari deberet.*

Nonnulla dubia circa præcedentia examinantur. Disp. 638.

NONNVLLA dubia examinanda superfunt circa dicta præcedente disputatione. Primũ est, vtrum dispositio legis. 45. Tauri, quòd mortuo maioratus possessore, possessio eius maioratus ciuilis & naturalis transeat ipso iure in proximè vocatum, itemque remediũ possessorium ex ea lege statutũ. l. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. nouę collect. locum habeant, etiam in eo, qui immediatè accipit maioratum ab ipso institutore, eo defuncto; an verò solùm habeãt locum in successoribus vlterioribus. Ant. Com. l. 45. Tauri. n. 117. locum habere arbitratur, etiam in eo, qui immediatè succedit ipsimet maioratus institutori. Quoniam videtur esse eadem ratio: idq; propter quod dispositio illa emanauit, nempe, vt meliùs maioratus conseruarentur, locum etiam habet in successione ipsimet institu-

S tori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tori: potestq, mortuo maioratus institutore, oriri controuersia, quis in eo maioratu debeat succedere, quam similiter expediat sumariè in supremo regio senatu exped ri. Contrariá tamé sententiá meritò ampiecti tur Molina lib. 3. de primog. c. 13. n. 40. nempe, nó habere locú in eo, qui maioratus institutori succedit, sed in reliquis: quemadmodùm lex. 7. titu. 4. part. 5. quæ statuit, vt si quis donet aliquid alicui sub modo, vt post certú tépus illud restituat alteri, accedente eo tépore ipso iure transeat, quoad dominiú & possessionẽ, in illú alium (cuius instar condita fuit lex. 45. circa maioratus) non habet locú in primo donatario, qui réimmediatè accipit à donante, etiamsi donatio esset facta in tépus quo donans morere tur; sed solum habet locú in cæteris donatarijs sub illo modo post primú, qui réillá accipere debét ab anterioribus donatarijs. Id constat ex ipsamet lege. 45. Tauri, quatenus dixit, *muerto el tenedor del mayorazgo, luego sin otro acto, &c.* non enim dixit, *muerto el instituidor del mayorazgo*, sed *muerto el tenedor*. Et addidit, *se traspasse la possession civil y natural en el siguiente en grado*: quæ verba denotant, aliú succesisse, cui sit hic sequés in gradu: institutor enim gradú non facit successionis. Item idem cónstat ex illis verbis eiusdé legis. *Aunque otro aya tomado la possession de los en vida del tenedor del mayorazgo, o el muerto, o el dicho tenedor, le aya dado la possessió dellos.* Quæ verba apertè ostendunt, antecedentia intelligi non posse de maioratus institutore. Si enim ea verba ad maioratus etiam institutorem referentur, disponeret rem satis absurdá, atq; à recta ratione, & à principijs iuris, alienam, nẽpe transferri in proximè vocatú ad maioratú possessioné, etiá eorú bonorú, quę maioratus institutor tépore mortis suæ nó possideret, imò quorú possessioné ipse dú viueret alteri tradidisset; cuius contrariú habet rei ipsius veritas, & disp. 636. est ostensú. Concinit in re proposita Acosta in. q. de patruo & nepote part. 3. n. 15. quoad trãslationẽ dominij maioratuú bonorú coronæ regni ex lege mẽtali. Neq; verú est, esse eandé rationé in successore maioratus institutori, vt proximè est explanatú. Præsertim cũ maioratus institutor regulariter possit, interim dú viuit, reuocare maioratú, & disponere de rebus illius, vt libuerit: neq; eadé curae esse debuerit legislatoribus de immediata institutori successione, circa quá ad ipsũ prouidere spectabat: sed de tepore post mortẽ illius, quádo, ipso iã defuncto, quidá ex ipsius præscripto alijs succedut, vt maioratus melius tũc cõseruaretur atq; munori cũ tumultu, rixis, & perturbationibus, in eo succederetur. Neq;, si militaret eadé ratio in successione primo institutori, lex illa, quæ à iure cõmuni est exorbitãs, extẽdenda esset ad primã successionẽ, præsertim cũ id nó sonet, sed cõtrariũ. Admonet tamé Molina vbi supra. n. 42. si aliquãdo in prima successione amplissimi maioratus difficultas oriretur, quis in eo succedere deberet, meritoq; timeretur inde oriri posse graues rixas & seditiones, posse supremũ regiũ senatũ aduocare ad se causã, vt, iuxta modũ præscriptũ. l. 9. & 10. titu. 7. lib. 5. nouę collect. pronunciaretur, quis in tenutã ac possessionem eius maioratus esset mittendus; nó quidé, quòd in eũ transijsset ipso iure possessio ciuilis & naturalis ex præscripto legis. 45. Tauri, aut quòd dispositio legis. 9 & 10. titu. 7. citato sese extenderet ad eum euentum, sed quòd id postularet regimen reipublicæ, paxque & trãquilitas regni, ac populorum.

Secundũ dubiũ est, vtrũ ex l. 45. Tauri possessio ciuilis & naturalis trãseat ipso iure solum in expressim vocatũ ad maioratus successionẽ ipsamet maioratus institutione, an verò etiá in eũ, qui ex cóiecturis cénsetur vocatus. Dicendum autẽ est, si cóiecturæ sint tales, quæ persuadeãt, eũ esse vocatũ, vereq; esse successorẽ immediatũ in eo maioratu, tunc in eũ censendũ esse ipso iure transijsse vtranq; possessionẽ, idq; tanta firmitate & certitudine, quanta firmum, certumq; fuerit, eũ esse immediatũ successorem: atque id comprehendunt verba illa legis. 45. Tauri, *que conforme ala disposicion del mayorazgo deuiere de succeder en el*: si verò id nó sit firmum & certũ, sed ambiguũ, eadé sanè est ambiguitas, an verè in eum ipso iure transierit vtraq; illa possessio. Atque iuxta hoc intelligendi, accipiendiq; sunt, Couar. 3. var. resol. c. 5. n. 6. in prin. Molina vbi supra. n. 43. & doctores, quos Molina citat. Obserua tamen, dispositionẽ legis. 9. & 10. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. locum habere etiá dum est ambiguum, quis immediatè succedat in maioratu. Si tamen intrà tempus eis iuribus præscriptum, vt summarie cognoscatur de ea causa, sententiaque proferatur circa tenutam ac possessionem, liquidari non possit, quis ad eum maioratum verisimiliter vocetur, neuter in tenutam, ac possessionem vi sententiæ mittetur; sed vel iubebuntur eodem modo

modo se habere circa possessionem, vt antea se habebant, sinè vllo præiudicio iuris alterius, etiam quoad tenutam & possessionẽ, vel iubebitur, maioratum esse in sequestro, & eos contendere simul de proprietate & possessione iudicio ordinario, minimeq; summario, quousq; res liquidetur. Quòd si liquidari nó potuerit, sed res semper dubia permanserit, iubebuntur transigere circa illam, vel iudicum ac Regis auctoritate, maioratus inter eos, pro dubij qualitate, diuidetur: eò quòd in eo euentu neutrius eorum sit melior conditio, tanquam ab initio bona fide, ac pacificè, eum maioratum possidentis, sed æqua sit vtriusque conditio, quoad humanam prudentumq; existimationem.

3 Quemadmodùm, quando quis mittitur in possessionem hæreditatis defuncti ex eo, quòd hęres ab eo institutus est, necesse est, vt ostendat testamentum ipsum absq; vllo vitio, vnde id cóstet, vt habetur. l. 2. C. de edicto Diui Adrian. toll. & ex. l. 2. titu. 14. part. 6. dictumq; est disp. 246. aut certè necesse est, ostendat exemplar ex originali ipso transumptum de iudicis mãdato cum citatione partis, alioquin transumptum, sinè citatione partis, & iudicis mandato, non sufficit, vt constat ex authentica si quis in aliquo. C. de ed end. & ex. c. 1. de fide instr. iunctis glosis vtrobiq;, & affirmant doctores, quos referunt ac sequuntur Greg. Lopez. l. 2. citata verb. *carta de testamento*, & Molina vbi supra. n. 44. ita in re proposita, vt ex. l. 45. Tauri censeatur, mortuo vltimo maioratus possessore, transijsse ipso iure possessio ciuilis & naturalis in aliquem, tanquam in eum, *que conforme ala disposicion del mayorazgo deuiere succeder en el*, vt eadem. l. 45. Tauri habetur, atq; adeò, vt alterius vi eiusdem legis à supremo regio senatu mittatur in tenutam ac possessionem eius maioratus, iuxta. l. 9. & 10. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. necesse est, vt ostẽdatur ipsum originale institutionis maioratus, vnde id constet, aut transumptum ex illo factum de iudicis mandato, ac citata parte. Ita Molina. n. 44. citato. Qui tamen subiungit, se vidisse in supremo regio Castellę senatu, prælli tam fuisse tenutam, bonorúmve cuiusdam maioratus possessionem, cuidam ex quodá exemplari primogenij antiquissimo, quod penes vltimũ maioratus possessorẽ fuit inuentum, fueratq; semper habitũ tanquam vera maioratus scriptura, & cui multa alia veritatis adminicula afsistebant. Quando enim multi, vi talis scripturę, & institutionis in ea cõtentę, successerunt in eo maioratu, neq; cõstat de originali, neq; vnquã de eo transumpto, & modo succedẽdi, fuit dubiũ, aut controuersia, vtriq;, prudentis arbitrio, persuasio id sufficientissima est, quòd ita res habeat, idq; transumptum de iudicis mandato citataq; parte fuerit quondã de originali extractũ, aut quòd adeò notũ fuerit quondã ijs, qui ius ad eum maioratũ prætendere poterunt, ita habuisse originale, quod ipsũ consueluerunt, vt necesse nó fuerit ipsos citari, vt id transumptũ ex originali deduceretur. Item, quando nullum extat originale, nec transumptum, institutionis alicuius maioratus, & à tempore, de cuius initio non extat memoria, absque dubio habita ea bona semper fuerunt, vt maioratus, & in eis, vt in maioratum, fuit semper successum, vel iuxta ordinem. l. 2. titu. 15. part. 2. & l. 40. Tauri præscriptum, vt regulariter in eo euentu succederetur, vel alio, de quo legitima præscriptione ac consuetudine constet, tunc id satis erit, vt, mortuo vltimo maioratus successore, ipso iure ex. l. 45. Tauri censeatur possessio ciuilis & naturalis transijsse in proximum, iuxta eũ ordinem, ad talem maioratum vocatũ, & vt tenuta & possessio illius aduersus reclamantem, à supremo regio senatu, iuxta dispositionem legis. 9. & 10. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. ei tradatur. Ita Molina vbi supra. n. 50. aduersus quosdam, quos citat.

Tertium dubium est, vtrum, quòd ex lege. 45. Tauri, mortuo vltimo maioratus possessore, transeat ipso iure possessio ciuilis & naturalis rerũ maioratus in proximè vocatũ, etiá si tertius aliquis esset in possessione earum rerũ, solùm habeat locũ, quando tertius ille possidebat sinè titulo, an verò etiam quando cum titulo res aliquas maioratus possidebat, vt titulo emptionis, donationis, aut alio simili. Lex quippe. 45. Tauri, licèt exprimat, transire possessiones illas, etiam si tertius aliquis esset in possessione, quã vel ipse occupasset, vel vltimus maioratus possessor ei tradidisset; non tamen exprimit, id habere locum, etiam si cũ titulo esset in ea possessione: & cùm sit correctoria iuris communis, non videtur extendenda ad hoc secundũ; sed solùm videtur intelligenda quoad primum, quod sonat, & in quo potest habere locũ. Similiter consequenter est dubiũ, nũ remediũ. l. 9. & 10 titu. 7 lib. 5 nouæ collecti. habeat locũ, etiá aduersus hũc cũ titulo possidẽtem

Universidad de Deusto
Biblioteca

res aliquas maioratus. Molina vbi supra à. A
n. 52. mouet hoc dubiũ. Et placet, cum eo
n[illegible] dicamus. Quòd si titulus originẽ nõ
traxit ab ipso maioratus institutore, sed ab
aliquo vlteriori possessore, sola sua autori-
tate, & ab'q causa legitima, vt quia dona-
uit, vendidit, aut alio modo alienauit res ali
quas maioratus; tunc, cùm talis titulus sit
eo ipso apertè nullus, habendus est pro nõ
titulo, consentiuntq; Baldus & alij, quos
citat; atq; adeò aduersus ita possidentem,
habet locum dispositio legis. 45. Tauri, &
remediũ ex lege. 9. &. 10. citatis: præsertim
cùm id remedium possessorium admixtam B
habeat causam, seu examen, proprietatis. Si
verò titulus talis alienationis ab ipsomet
maioratus institutore habuit ortũ, vel alie-
natio ex debitis illius fuit facta, vel interue
niente regia facultate, tunc dicendum est,
earũ rerum possessionem, non transire ip-
so iure in proximè vocatum ad maioratum,
mortuo vltimo maioratus possessore, neq;
contra talem possessoré habere locum re-
mediũ ex. l. 9. &. 10. titu. 7. lib. 5. nouę col-
lect. sed id negotium via ordinaria apud iu
dices ordinarios, & apud prętoria alia, à su-
premo regio prætorio, esse expediendum. C
Idemq; eit dicendum, quando dubitatur,
an res aliqua comprehensa fuerit ab insti-
tutore in maioratu, vel non. Hæc enim om
nia extra iudicium summarium sunt, altio-
riq; egent indagine.

5 Cum in calce legis. 9. titu. 7. lib. 5. nouæ
collect. habeatur, quòd, vt remedium legis
illius, & sequentis, concedatur ei, qui con-
tendit, se esse legitimum immediatũ succes
sorem in maioratu aliquo, aduersus eũ, qui,
tanquam legitimus in eo successor, occupa
tã habet possessionẽ, seu tenutam, eiusdem
maioratus, necesse est, vt ille accedat ad id
petendum in supremo regio senatu intrà
sex mẽses à puncto, quo hic alius eo modo
occupauit possessionẽ illã ac tenutã; alio-
quin, si, elapso eo semestri, accedat, reme-
diũ illud ei nõ cõcedatur. Cùm hęc, inquã,
ita sint, quartũ dubiũ est, si hic accedat qui
dẽ intrà id semestre, sed proponat ineptũ
libellum & actionẽ: posteà verò, elapso eo
semestri, proponat aptũ libellũ & actionẽ
ex alia causa ac radice, vtrũ audiendus sit,
quoad hũc secundũ libellũ & actionẽ; vel
non, sed repellẽdus sit ac remittẽdus, vt via
ordinaria petat eũ maioratũ corã alijs iudi-
cibus, atq; in alio prætorio. Dicendũ autẽ
est, cũ Molina vbi supra. n. 56. si secũda cau
sa omnino distincta sit a prima, repellendũ
esse: eò quòd ea causa, post elapsum semes-
tre, intẽtetur ac proponatur in supremo re
gio senatu, & primę, tanquã ineptæ, haben
da nõ sit ratio, quin potius, tanquã nõ pro-
posita, sit habẽda. Satisq; consentanee ad
hoc loquũtur glossa. l. si pater verb. status.
C. de statu defunctorum, glossa in authenti
ca offeratur verb. pro nihilo. C. de litis con
test. quas sequuntur doctores, quos Mo-
lina vbi supra citat.

Quintum dubium est, si, in eodem euen-
tu, aptam quidem actionem intrà semestre
illud in supremo regio senatu proposuit,
attamen intrà idem semestre nõ citauit ad-
uersarium, illam ei intimari faciens, vtrũ sit
repellendus ab eo sũmario remedio. Quòd
sit repellendus, suadere videtur doctrina
Baldi. l. vlt. iuncta glossa ibi, verb. exordiũ.
C. de temporib. & reparationib. appell. vbi
ait, existente statuto, quòd testamentum
non insinuatum, pos t insinuari, nisi prius
fuerit petita illius cassatio, si circa cassatio-
nem propositus sit libellus, nec parti sit in-
timatus, pose testamentum insinuari: quia
libellus non intimatus, perinde reputetur,
ac si non sit propositus. Iuxta quam doc-
trinam ait etiam Angelus, si sit statutum,
quòd à sententia debeat intrà decem dies
appellari, & intrà alios viginti dies, qui ap-
pellauit, prosequi debeat appellationem,
atq; hic intrà eos viginti dies proponat li-
bellum ad prosequutionem appellationis,
neq; illum intrà eos dies intimari faciat ad
uersario, non satisfecit illi statuto. His ta-
mẽ non obstantibus, Molina vbi supra. n.
58. & Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 89. cen-
sent, eum, qui intrà semestre aptam actionẽ
proposuit in supremo regio senatu, esto D
post semestre citet aduersarium, causam-
que illi intimet, reppellendum non esse ab
eo remedio. Ratio est, quoniam lex. 9. ci-
tata, vt is non repellatur ab eo remedio,
non exigit, vt causam incipiat, aut eam
prosequatur, intrà id semestre, sed solum,
vt illam proponat in supremo regio sena-
tu: sic enim habet. *Y pasado el dicho tiem-
po otro viniere a el nuestro consejo pidiendola,
mandamos, que en tal caso no se de juez, ni se co-
nozca, &c.* quarè satis est accedere intrà id
tempus ad regium senatum, eamque in eo
petere. Idquòd confirmat Molina ex doc
trina Baldi. l. 1. C. quando libell. prin. n. 3.
vbi ait, quòd aut statutum nihil aliud exi-
git, quàm libelli productionem, & tunc
non sit necessaria citatio, sed sufficiat
sola libelli ablatio; aut requirit aliquem
proces-

processum, &, tunc necessaria sit citatio,
quæ initium est cuiuslibet processus: cuius
dictũ sequitur Felinus. c. illud de prescrip.
n. 11. Subiungit verò Molina, se vidisse ita
fuisse pronunciatum in quodam euentu.
Gutierrius vbi supra redarguit hanc confir
mationem Molinæ: quoniam, inquit, cùm
lex. 9. citata præscribendo partibus spatium
quinquaginta dierum, intrà quod probent
& prætendant, quæ voluerint, sanè ex doc-
trina illa Baldi contrarium potius erat di- B
cendum. Frivola tamen est hæc redargu-
tio. Lex enim illa, vt hic non reppellatur à
remedio illo, & vt ei concedatur processus
ille summarius, non exigit processum ip-
sũ, sed solum exigit, vt is accedat ad regiũ
senatum, & offerat libellum intrà id seme-
stre.

Sextum est, si maioratus possessor tra-
dat in vita sua possessionẽ illius alicui, tan-
quã legitimo post se successori in eo maio-
ratu, vtrum, si labantur sex mensesa puncto,
quo hic ita occupare ac possidere cœpit
eum maioratum, in quibus alius, qui prętẽ-
dit se esse legitimum successorem, non ac-
cedat ad supremum regium senatum ad pe
tendum remedium. l. 9. &. 10. titu. 7. lib. 5.
nouæ collect. statutum, & nihilominùs ac-
cedat intrà sex menses post mortẽ vltimi
possessoris, sit audiendus, subueniendumq;
illi sit eo remedio, an non. Dicendum verò
est cum Molina vbi supra. n. 59. cũ Padilla.
l. post mortem. n. 23. & cũ Gutier. de pract.
qq lib. 2. q. 90. subueniendum esse illi. Quo-
niam hic non est legitimus successor in eo
maioratu, interim dum ille alius vltimus
possessor illius vixit, neq; proinde ius ha-
bet toto illo tempore ad petendam tenu-
tam & possessionem illius, neq; item in ip-
sum, ante mortem vltimi possessoris, tran-
fiuit, vi legis. 45. Tauri. possessio eiusdem
maioratus ciuilis & naturalis, vt vi earum
petere posset tenutam, ac petere posset re-
tentionem, aut recuperationem, eandem
possessionum: quare semestre illud com-
putandum est a tempore, quo, post mor-
tem vltimi possessoris, alius, tanquam legi-
timus in illo successor, occupare illum cœ-
perit. Id quod apertè statuit. l. 9. supius
citata, dum habet. *Y en caso, que algun possee-
dor de mayorazgo falleciere, y el que pretende
ser llamado a el tal mayorazgo, como la posse sion
del (illo scilicet iam defuncto) y el vuiere en
ella por medio año, y passado aquel dicho tiempo,
&c.* Vbi vides, semestre illud supputan-
dum

A dum esse à possessione occupata post mor
tem vltimi possessoris, & non antea. Ad-
monet tamẽ bene Molina vbi supra, si pos
sessor vltimus maioratus aliter, quam per
mortem, amitteret maioratum, tunc semes
tre illud supputandum esse à puncto occu
patæ possessionis per eum, qui intenderet,
se esse legitimum successorem, postquam
vltimus possessor ea de causa in vita sua
amitteret maioratũ; tunc enim pro mortuo
est habendus talis vltimus possessor ad ef-
fectum, vt succedatur illi in maioratu, argu B
mento legis Gallus. §. & quid si tantum. ff.
& delib. & posth. illis verbis, *vt ad similem
diem mortis eadem esse videatur abeundi finis*, &
legis si necem. §. si deportatus. ff. de bon.
libert.

Septimum est, si remedium ex. l. 9. &. 10. 6
ſæpius citatis, intrà prædictos sex menses
sit inter aliquos initiatum, &, elapsis iam
eis sex mẽsibus, supereniat tertius aliquis,
qui se opponat eidem litis, vtrum sit admit-
tendus, vna cum reliquis, an verò sit repel-
lendus. Molina in fine. peris, in additioni-
bus ad. c. 13. lib. 3. n. 17. respondet. Si hic
tertius superueniat ad coadiuuandum vnũ C
ex iam antea litigantibus, admittendum es-
se: eò quòd tendatur prosequi litem in eo
statu, in quo eam inuenit, neque sit nouus
distinctus actor, sed coadiuuans vnum ex
iam antea litigantibus. Si verò le opponat
ad excludendos cæteros, iuſq; suum pro-
prium contra eos prosequendum, admit-
tendum non esse. Estque hoc secundum
satis perspicuum ex. l. 9. &. 10. citatis. Hoc
verò secundum censet Molina limitan-
dum, nili hic tertius oppositionem propo-
nat ante initium quinquaginta dierum, qui
in prima instantia. l. 9. tribi præscribuntur
ad probationes faciendas, aut initio eo un D
dem dierum. Talem tamen exiſtimo hanc
Molinæ limitationem: id enim in præiu-
dicium litigantium cederet, cum elapsis
illis sex mensibus, non habeat hic ius ad
causam tenutæ & possessionis eius maio-
ratus remedio summario, de quo agimus;
sed solum ad causam proprietatis via ordi-
naria: neque, quod vnus intrà sex menses
legitimè in suum commodum intentaue-
rit summarium remedium possessorium
earum legum, tribuit huic tertio ius, vt,
post elapsos sex menses, contra præscrip-
tum earum legum, ipse eam in suum pro-
prium commodum idem intentet, aut pra-
sequatur. Neque video iura, vnde Molina
id possit probare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio. Octauum est, vtrum, elapso semestri illo legis.9.citatę, minoribus, ignorantibus, & absentibus, competat remedium restitutionis in integrum aduersus eum tẽporis lapsum, vt nihilominùs remedium possessorium ex lege.9.&.10.citatis, eis concedatur.

Argum. primum. Pars affirmãs fuaderi potest. Primò, quoniã licèt minori denegetur restitutio in integrum quoad exceptionem declinatoriã fori, aut dilatoriam, si non sit maximi præiudicij, vt affirmant Inn. & alij, quos referunt ac sequũtur Couar. de pract. qq. c. 26. n. 4. vers. 5. Molina. c. 13. citato. n. 60. &. 61. & Gutier. de pract. qq. lib. 1. q. 52. n. 4. & lib. 2. q. 91. n. 1. quando tamen sunt notabilis præiudicij, cõceditur minori, & alijs, qui eodem priuilegio gaudent, restitutio in integrũ, vt doctores, quos Molina & Gutier. vbi supra referunt ac sequuntur, asseuerãt: in re autẽ proposita, maximi præiudicij est minoribus, ignorãtibus, & absẽtibus, quòd per lapsum semestris careant remedio summario possessorio legis. 9. &. 10. titu. 7. citati; non solùm, quòd vtilissimum ipsis sit agere ita summariè, & in supremo regio senatu, aduersus ita tenentem occupatũ maioratũ, sed etiã, q agere non possint deinceps de possessione, sed de sola proprietate, maneantq; priuati lõgo tẽpore possessione, ac proinde fructibus maioratus, quibus sumptus efficere possent in lite, subeantq; rationẽ actorũ, & non reorũ, quoad causã proprietatis; quæ omnia maxima profectò sunt detrimenta: est ergo illis concedenda restitutio in integrum quoad id remedium aduersus lapsum eius semestris.

Secũdò. Secũdò, quoniã licèt, stãdo in sola lege. 9. citata, non esset tantũ præiudiciũ minoribus, ignorãtibus, & absentibus, nõ cõcedi eis restitutionem in integrũ aduersus lapsũ semestris, quoad remedium possessorium eius legis; eò q solùm esset quoad tenutã, nõ verò quoad possessionẽ; agereq; proinde viaordinaria posteà possent de possessione & proprietate, qua de causa, tẽpore eius legis, restitutio illa eis non concedebatur; postquàm tamen lege. 10. sequenti sancitũ fuit, vt remediũ illud esset circa tenutã ac possessionẽ, nec post illud liceret via ordinaria agere, nisi circa solam proprietatem, sanè maximũ præiudicium est minoribus, ignorantibus, & absentibus, non concedi eis restitutionem in integrum quoad id remedium aduersus lapsum semestris: quarè, cùm lege. 10. expressum non sit, vt eis denegetur, & sanctiones, quæ aliquid statuunt, nisi contrarium exprimant, non impediant concedi minoribus restitutionem in integrum circa ea, quæ statuunt, si quando ex omissione aliqua se inueniant notabiliter læsos; consequens profectò est, vt, in re proposita, concedi eis restitutio debeat.

Contrariũ est potiùs dicendũ cũ Molina. n. 60. &. 61. citatis, & cũ Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 91. videturq; receptũ in praxi. Neq; enim est credẽdũ, leges illas. 9. &. 10. intendisse ita remediũ possessoriũ statuere ac introducere, vt possessores pacificè suorũ maioratuum, post multũ tẽporis, sex, decẽ, aut pluriũ annorum, possent circa tenutam ac possessionem eorum inquietari remedio illo summario, & deturbari à suapossessione breui illa causę cognitione: eaq; de causa statuisse videntur, vt, post semestre talis possessionis, locum nõ haberet id summariũ remediũ. Quo loco obserua, ex eo, quòd in eo euentu, nõ concedatur hoc remediũ, non reddi eos deterioris cõditionis, tã quoad causã possessionis, quàm quoad causam proprietatis, qui prętendunt se esse legitimos maioratus successores, quàm frid remedium non esset introductũ, neq; impediri, quin litẽ intentent quoad possessionem, aut proprietatẽ, prout ius alioquin ad eam intentandam habuerint, etiam ex. l. 45. Tauri. Aliud quippe est loqui, post intentatum id remedium intrà semestre, de quo loquimur, & latam vltimam sententiã in supremo regio senatu eo summario remedio, virtute cuius sententiæ vni litigantium traditur tenuta ac possessio eius maioratus, & in hoc euentu statuitur. l. 10. vt victus, contendere deinceps non possit coram iudicibus ordinarijs de possessione, sed solũ de proprietate: & aliud est loqui, quãdo, ob lapsũ semestris, nõ cõceditur id summariũ remediũ: tũc enim non denegatur ei, cui id remediũ nõ conceditur, intentare litẽ via ordinaria circa possessionẽ, aut proprietatẽ, prout ius habuerit: tametsi, cũ alius tãto tẽpore fuerit in pacifica tenuta ac possessione eius maioratus, hic cẽseatur de iectus à possessione ciuili & naturali, quã ex l. 45. Tauri, tãquã legitimus in eo maioratu successor, poterat prętẽdere, seperq; partes actoris, & nõ rei agere debeat, siue cõrẽdat de possessione, q efficere non poterit, nisi permiscẽdo causã proprietatis, estẽdẽdoq; se esse legitimũ ad eũ maioratũ vocatũ, & nõ illũ aliũ; siue cõtẽdat de proprietate, & in consequẽtiã proprietatis de possessione.

Molina & Gutier. suam sententiã confirmant

mant ex eo, q. l. 8. titu. 11. lib. 5. nouæ collect. aduersus lapsum temporis ad retractũ concessi, nõ detur minoribus restitutio in integrũ, vt disp. 370. dictũ etiã est, idemq; dicendũ fuisse innuunt cũ Tiraquello, stando in solo iure communi: eadẽ verò est ratio de lapsu semestris, de quo agimus. Cęterùm in de potiùs educitur argumentum in cõtrariũ: vt enim diximus disp. 370. & colligitur ex. c. conquestus, de integr. rest. nisi ea lege. 8. expressum fuisset, vt minoribus non concederetur restitutio in integrũ ad uersus lapsum tẽporis ad retractum concessi; vtiq; concedenda illis fuisset restitutio in integrum aduersus eum temporis lapsum: quarè, cùm eadẽ sit ratio in lapsu semestris, de quo nunc agimus, & in lapsu temporis ad retractum concessi; & lege. 9. ac. 10. non sit expressum, vt aduersus lapsum semestris non concedatur minoribus restitutio in integrum, quemadmodùm lege illa. 8. fuit expressũ, vt nõ cõcederetur aduersus lapsum temporis concessi ad retractũ; consequẽs est, vt cõcedenda eis sit restitutio aduersus lapsum semestris. Dicendũ tamẽ est, quòd sicut per Epicheiam asserimus non concedendã esse restitutionem aduersus lapsum semestris, eò quòd præsumendũ nõ sit legislatores voluisse, vt possessores maioratuũ, post lapsũ tanti tẽporis pacificæ eorũ possessionis, inquietarẽtur & deturbarẽtur ab ea possessione eo sũmario remedio: ita præsumendum est, quòd si dum condiderunt eas leges. 9. &. 10. eis occurrisset explicare, quòd aduersus lapsum eius semestris, non concederetur restitutio in integrum, id expressissent, sicut expresserũt circa lapsum temporis retractus, cùm sit eadẽ ratio.

Ad primũ arg. Ad primum verò argumentũ in contrarium, concessa maiori, ad minorẽ dicẽdum est, non aliud illinc inde sequi detrimẽtum, quàm quòd de possessione nõ possint agere remedio summario, sed via ordinaria. Etenim, quanuis intentent remedium summarium intrà semestre aduersus habentẽ occupatam tenutam ac possessionem maioratus, subire debent rationem actoris, & alter rei, carereq; debent tenuta maioratus, & fructibus, quousq; possessio maioratus eo remedio summario ipsis adiudicetur: quanuis item intrà semestre non intentent remediũ summariũ, sed ab eo sint excluși lege. 9. &. 10. citatis, agere tamẽ possũt via ordinaria ad possessionẽ, eo modo, quo agerẽt remedio sũmario, tametsi maiori cũ indagine simul quoad proprietatẽ, q aliquando vtiliùs ipsis esse poterit. Cùm autẽ lex. 9. &. 10. citatæ, quę remediũ illud summariũ concesserũt ac introduxerũt, nunquã illud cõcesserint, nisi intẽtaretur intrà semestre illud, etiã si minores, ignorates, aut absentes sint, qui illud intẽtare poterãt, vt recta ratio postulabat nõ cõcedi, legesq; ipsę sonãt, & per Epicheiã est credendũ fuisse statutũ, sanè, quòd post semestre illud minoribus, ignorãtibus, & absentibus, nõ cõcedatur restitutio in integrũ aduersus lapsũ eius temporis, neq; vlla ut eis iniuria, neq; proprię id habet rationem detrimenti, eorum comparatione: sicut neq; iniuria illis fit, aut vllum est proprię detrimentũ, quòd eis nõ concedatur restitutio in integrũ aduersus lapsum tẽporis cõcessi ad retractũ.

Ad secundum. Ad secundũ dicendũ est, iam esse olim sum, cos, quibus, ob lapsum semestris, non cõceditur remediũ illud summariũ, posse via ordinaria intentare actionem circa possessionẽ & proprietatem; sicut tempore legis. 9. ante latam legem. 10. poterant similiter eodem modo agere: quod autem lege. 10. sancitum fuit, solum est, quòd, qui remedio summario egissent, si lata esset aduersus eos vlt ma sententia circa tenutam & possessionem eo remedio summario, non possent deinceps contendere nisi circa solã proprietatẽ via ordinaria: quarè eis, quibus, ob lapsum semestre, denegatur remediũ summariũ, non maius detrimentum sequitur lata lege. 10. quàm si ea lex lata non fuisset, sed essemus adhuc in tempore solius legis. 9. Quo fit, vt sicut ante legem de cimam restitutio in integrũ minoribus, ignorantibus & absentibus, non cõcedebatur aduersus lapsum semestris, neq; modò sit eis concedenda. Ad argumentum ergo in forma, negandũ est maior. Et, quoad minorem, dicendum est, id verum esse, quando per Epicheiam non intelligitur contraria fuisse mẽtem legislatoris, vt in re proposita intelligitur, & omnes consitentur, quod attinet ad solam legem. 9. citatam: decima quippe nihil circa re proposita loquitur, aut innouauit, vt ex ipsa patet.

Cõtrouertit Molina in additionibus in fine operis. n. 16. circa caput. 13. lib. 3. dubiũ quoddã, quod in hoc nostro ordine dubiorum, quæ hac disputatione examinamus, est nouum. Nempe, vtrum si is, qui se existimat legitimũ successorẽ in maioratu alicuius, litẽ circa eũ intentauit via ordinaria coràm iudicibus ordinarijs, possit, si nõdum sit elapsum semestre, in quo aduersarius sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

in tenuta & possessione eius maioratus, eã litem suspendere, & intentare iudicium ac remedium summarium legis. 9. &. 10. quæ sæpius citatæ sunt, in supremo regio senatu. Et quanuis rem ipse disputet pro vtraque parte, eamq; cogitandã reliquerit, quã do casus occurrerit, maximè propter lites motas, aut quę ea de re, circa lites iam motas, poterant excitari; sanè propendeo, id iure fieri posse. Id quippe non est transire de petitorio ad possessorium, seu de causa proprietatis ad causam possessionis, in eodem tribunali; sed, cum adhuc pateat ei via summaria in supremo senatu, eò quòd semestre nó sit elapsũ, est vti suo iure lege. 9. &. 10. citatis sibi concesso, intẽtando in eo iudicium summarium, quod simul cum causa tenutæ, & possessionis, admixtam habet causam proprietatis. Idem autor lib. 3. c. 13. n. 61. ex citauerat dubium, num scilicet, estò maiori, quod proximè dictũ est, esset denegandum; minori tamen, per restitutionem in integrum, esset concedendum. Atque respondet affirmanter, si ita longè melius atq; vtilius esset tali minori: secus verò, si aliqua de causa vtilius, aut certè æquè, aut ferè æquè, vtile esset prosequi viam ordinariam: quoniam, cùm tunc, ex omissione remedij illius summarij, non esset notabiliter læsus, locum non haberet restitutio in integrum, quæ non, nisi notabiliter læsis, conceditur.

9 Decimum dubium est, vtrum, si minor intrà semestre intentauit remedium possessorium legis. 9. &. 10. quæ citatæ sunt, aut aduersùs eum fuit idem remedium intentatũ, & omisit probationẽ aliquã intrà quinquaginta dies eisdem iuribus ad probandũ in eo iudicio summario præscriptis, restituatur in integrum post lapsum eorũ quinquaginta dierum, ad eam probationem adhibendam. Molina. c. 13. citato. n. 63. & Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 88. consentaneè ad Couar. de pract. qq. c. 17. n. 4. vers. sextum, & ad alios doctores, quos citant, asseuerant, stãdo in sola lege. 9. citata, quando in hoc iudicio summario solùm agebatur de tenuta maioratus, & post illud absolutum causa possessionis & proprietatis remittebatur ad alia prętoria, locũ non fuisse restitutioni illi in integrum: sicq; testatur Molina tempore illius legis. 9. antelatam legem. 10. se nunquam vidisse concessam talem restitutionem in integrum, quin potiùs, cùm semel fuisset petita, denegatam eam fuisse.

Tota autem difficultas est, post latam legem. 10. qua, qui, hoc remedio summario intentato, vincitur, excluditur omnino à possessione, neq; deinceps agere potest, ni si via ordinaria, de sola proprietate. Cùm enim id maximum sit detrimentum, certè omissio rei cuiuscunq;, quæ ad victoriã conducere poterat in eo iudicio sũmario, notabilis læsio est, ac proinde aduersus eam restitui minor debet. Id quod ex eo potest confirmari, quoniam in remedijs possessorijs adipiscendę, retinendę, vel recuperandę, possessionis, minor restituitur aduersus probationẽ omissam, vt affirmat glossa vlt. l. vnica. C. si de moment. poss. fuer. appel. quam sequuntur doctores cõmuniter, quos referunt ac sequũtur Couar. vers. sextum citato, & Molina, ac Gutier. vbi supra.

Contrarium, quòd scilicet, etiam post legem. 10. concedenda non sit ea restitutio in integrum, suadere videtur, quòd eadem lege. 10. habetur; *guardandose en lo demas* (prętereà, quòd sententia eiusiudicij summarij intelligatur, non solum quo ad tenutam, sed etiam quoad possessionem, & deinceps in alijs prætorijs agi possit solùm de proprietate) *Todo lo contenido en la dicha ley* (nona scilicet antecedente) cùm ergo tempore legis. 9. nec concederetur, nec concedenda esset, ea restitutio in integrum, vt dictũ est, & latis apertè innuitur eadem lege. 9. illis verbis; *el qual (termino* scilicet *de cinquenta dias) no se pueda prorrogar, ni alargar, por ninguna manera ni causa.* Et infra, *sin otra mas prorrogacion ni conclusion para lo determinar.* Et rursus, *sin que aya, ni den lugar, a otra alegacion ni probança*; consequens est, vt neq; post legem decimam, & ea, quę in illa sancita sunt, debeat ea restitutio concedi.

Ad hoc tamẽ responderi posset, quãuis post legem. 10. eadẽ forma seruari debeat, quę lege. 9. sancita est; quia tamen lege. 10. de nouo est constitutũ, vt in eo summario iudicio definiatur omnino, nõ solùm causa tenutæ, sed etiam possessionis, ita vt deinceps agi nõ possit, nisi de sola proprietate; consequens per Epicheiã est censendũ, relictam fuisse restitutionem in integrum, quę locum habet in remedijs omnibus possessorijs, seu in causis, in quibus agitur integrè de sola possessione, maximè cùm remedium summarium, de quo loquimur, habeat admixtam causam proprietatis: quarè stylus iure optimo tempore solius legis. 9. introductus, ac perpetuò seruatus, vt scilicet

scilicet in iudicio summario de sola tenuta, non concederetur restitutio in integrum aduersùs probationem omissam, nõ est censendus perseuerare tẽporelegis. 10. in iudicio summario de tota causa possessionis, sed potiùs est censendus omnino mutatus, prout res ipsa postulat, de qua in eo iudicio summario tempore legis. 10. agitur. Item responderi ad illa eadem posset, legem. 9. verbis expressis non derogare restitutionem in integrum: ex generalibus autem verbis, quibus aliquid statuitur, non censetur sublatum remedium restitutionis in integrum, si res, de qua agitur, illud alioquin postulat; neq; in lege ita generali comprehensæ censentur personæ, quæ quoad id alioquin habent priuilegium nisi de illis expressa mentio fiat. l. decurionibus. C. de silicenciarijs lib. 12. Atque, nihil impedientibus verbis relatis ex lege. 9. locum esse restitutioni in integrum, si res, de qua agitur, illam exigat, confirmat. c. coram, de in integr. rest. Vbi cum Toletanæ & Bracharensi Ecclesijs, contendentibus de Hispaniarum primatu, assignatus fuisset terminus quidã peremptorius, Bracharensis Ecclesia restituitur in integrum aduersùs illum elapsum.

Molina vbi supra. n. 65. adeò dubiam rẽ hanc arbitratur, propter rationes in vtranque partem allatas, vt ad eius decisionem regiam declarationem necessariam esse dicat; eaque de causa subiungat, quando casus contigerit, ea de re esse deliberandum. Idem. n. 66. censet circa dubium illud, an in hoc remedio & iudicio summario post legem. 10. citatam, admittenda sit testium reprobatio. Licèt enim in iudicio summario & exequutiuo, quando non agitur de possessione concedenda, aut auferenda, non admittatur testium reprobatio, vt cũ Couar. c. 17. citato. n. 4. vers. septimo, & Capycio, affirmat, idq; ita in re proposita seruaretur tempore solius legis. 9. citatæ, quãdo solùm agebatur eo remedio summario de tenuta maioratus; post legem tamen decimam citatam, cùm agatur de integra possessione, videtur admittẽda testium reprobatio, vt admitti debet ac consueuit in interdictis possessorijs, iuxta Bart. in extrauag. ad reprimendum, verb. 4. summariè, & alios, quos idẽ Molina ibidẽ, & Couar. n. 4. citato vers. quòd si ageretur, referunt ac sequuntur. Quia tamen lex. 10. resistere videtur eo modo, quo circa præcedens dubiũ explicatum est, idem dicendum censet Molina circa hoc, & circa præcedens dubium. Idem quoque dicendum censet. à. n. 67. circa hoc aliud dubium, an in hoc eodem iudicio summario post legem. 10. citatam locũ habeat publicatio. Quanuis enim tempore legis. 9. quando agebatur de sola tenuta, non fieret publicatio; tametsi partibus semper daretur copia probationum sinè publicatione; quia tamẽ in iudicijs possessorijs, etiam summarijs, quando de plena possessione agitur, publicatio est necessaria, iuxta Bart. in extrauag. ad reprimẽdũ verb. figura, & alios, quos Molina citat: idque ita vsu receptum refert; idem quoque dicendum esset post legem. 10. in iudicio summario, de quo agimus, nisi similiter ea dem lex, modo explicato, resistere videretur. Idem. n. 68. ait dicendum esse circa dubium, an post legem. 10. citatam, in hoc iudicio admittenda sit impugnatio, seu contradictio, scripturarum. Quanuis enim in iudicio de sola tenuta non admitteretur tẽpore solius legis. 9. neq; in quolibet alio iudicio summario circa possessionẽ non integram, nisi esset aliqua falsitatis suspicio, quę breuissimè examinari posset, vt cum Couar. n. 4. citato vers. nono, & cum Masuero, & Capicio ait: in remedijs tamẽ possessorijs, in quibus de plena possessione agitur, nulli dubium est, esse admittendam impugnationem, seu reprobationem, scripturarum, vitia circa illas excipiendo, seu objiciendo: atque idem efficiendum esse circa hoc remedium summarium circa integram possessionem maioratus post legẽ. 10. nisi modo explicato, eadem lex resisteret. Atque ex hactenus dictis subiungit Molina, n. 69. decidẽdam esse quæstionem, num in hoc remedio summario post legẽ. 10. citatã admittenda sit petitio fructuum maioratus, faciendaque sit cõdemnatio, vt soluantur, vel absolutio ab eorum solutione, si ei adiudicetur possessio maioratus, qui illum tenebat, eosque percepit. Quanuis enim tempore solius legis. 9. quando solùm agebatur de tenuta maioratus, & non de possessione, nunquam condemnatio fructuum facta fuerit, etiam si multorum fuerit petita post legem tamen. 10. cùm in hoc remedio summario agatur de possessione integra adiudicanda, vtique, in consequentiam illius, condemnatio fructuum est facienda, si possessio illi adiudicetur, qui maioratum non tenebat. Etenim ea condemnatio in interdictis possessorijs fieri debet, quando de plena possessione agitur, vt cum alijs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos subiungit,ait;plurium autem,aut pau A
ciorum,pro qualitate interdicti. Quanuis autem hoc ita persuadere videatur hæc ratio,resistit tamen,modo explicato, remq; dubiam facit,lex. 10. citata.

Gutierrius.q.88.citata censet, etiá post lege. 10.citatam,neque restitutione illa in integrum,neque reliqua,quæ commemorata sunt,habere locum:de condemnatione verò ad fructus non loquitur. Nó verò alio fundamento ducitur,quàm quòd id sonare videatur lex.10.citata ex his, quę supra expensa sunt, resistatque proinde his omnibus. Cæterum licèt Molina in eandé partem propendere modo aliquo videatur, certè res non caret difficultate maxima. B

20 Vt vndecimũ dubium intelligatur,ac expediatur,obseruandum est. Interdum iudices,ad pacem conseruandam,& rixas vitandas,inter eos,qui contendunt de aliqua re, & eorum vterque contendit,se esse in possessione actuali eius rei, solere summariè agnoscere,examinare, & definire per sententiam interloquutoriam, à qua non admittitur appellatio,aut supplicatio, præsertim in supremis tribunalibus, eò quòd modici admodùm sit præiudicij, quis eorum potius censendus sit esse in possessio C
ne eius rei,tuerique proinde in ea debeat, interim dum lis principalis pendet, idque sinè vllo præiudicio iuris alterius partis, tá circa proprietatem,quàm etiam circa possessionem,de qua agitur,nó summarie,sed exactè in principali iudicio,quod pendet. Atq; remediũ hoc possessoriũ,& interloquutoria hæc sentẽtia,quę nó est de possessione simpliciter , sed quis pro possessore sit habẽdus,& tuendus,interim dũ exactiùs res examinatur ac definitur, etiá circa possessionem,appellari cósueuit,interim,Hispanè *entre tato*, dúscilicet lis principalis pẽ D
det & res simpliciter ac omnino definitur: de quo remedio fusè Couar. de pract.qq.c. 17.citato,& nos fortè tractatu. 5.dicemus. Hoc ita constituto, dubium vndecimum est,vtrum hoc interdictum summarium, quod locum habet,etiam interim dum causa possessionis examinatur,habeat locum, etiam quando summariè, iuxta legem. 10. citatam,agitur de tenuta ac possessione integrà maioratus. Molina vbi supra.à.n.71. ait,locum non habere:quoniam iudicium, quo iuxta legem.10.agitur de possessione, est summarium,& dum pendet vnum iudicium summarium circa possessionem, neq

debet,nec potest,intentari aliud iudicium summarium circa eandem possessionem. Hoc tamen limitat, nisi verisimiliter timeatur,partes ad arma interim deuenturas, aut aliud scandalum timeatur:tunc enim senatores supremi regij senatus impedire debent id malum,hue prouidendo ac pronũciando,vt interim is sit in possessione,quẽ ex probationibus,aut aliunde intelligitur fuisse in possessione tempore litis motæ; vel sequestrãdo maioratum pro eo tempore,si non constet,quis tempore litis motę fuerit in possessione. Itaque resolutio est, licèt ratiõ vtendum sit vno ex ijs duobus remedijs summarijs, interim dum pendet alterum;quia tamen vnum est breuius , ac magis summarium,quàm alterum, nullam esse repugnantiam,quòd aliquando,ad occurrendum alicui malo non leui, sit vtius breuioris,interim dũ pendet minùs breue.

Vltimum dubium est,cùm terminato re 18
medio summario, siue quondam iuxta legem.9.citatam,quoad solam tenutam,siue hodie post legem. 10.etiam quoad possessionem,causa remittenda sit ad alia prætoria,si eueniat , vt pars eius maioratus sit in districto Granatensis prætorij, & pars alia in districto Pinciano,ad quod eorum prætoriorum sit tunc causa remittenda. Respondet bene Molina vbi supra.n. 73. cum Tiraquello, & alijs , remittendam esse ad prætorium,in quo maior pars eius maioratus fuerit sita,iuxta.l.si fideicommissum in prin.ff.de iudicijs,&.l.qui ita. §. vlt. ff. ad Trebell.Si tamen caput maioratus esset in vno districto,& reliqua eius maioratus ei capiti essent annexa,tunc licèt maior pars esset in alio districto,causa remittẽda esset ad prætorium , in cuius districto esset caput, vt Molina, cum Tiraquello, & alijs, subiungit. Secus verò quando capiti , aut oppido tituli,reliqua non essent annexa,vt ait Tiraquellus. Tametsi addat Molina,causam Comitatus de *Bucndia* , à regio senatu remissam fuisse ad prætorium Granatense, in cuius districto erat caput eius Comitatus,nihil impediẽte,quòd maior pars eiusdem maioratus sita esset in districto Pancia ni prætorij. Addit verò, iudices fortè ex alijs causis fuisse ad id permotos, ideoque id exemplum non facilè esse ad alia trahendum.

SVMMARIVM.

REGVLARITER *viuente maioratus possessore , non admittetur lis, quis illi succedere debeat.*

2 *Actio*

2 *Actio aduersus diffamatem, seu iactantem aliquid, quousque competat ante motam litem circa id, quod iactat ac diffamat. Et num agi eo modo possit,etiam coram iudice actoris.* A

An viuente maioratus possessore , is, qui post eius mortem successionẽ præ tendit,possit intentare actionem , vt declaretur verus,post mortem illius successor. Disp.639.

VLTIMO loco , quoad rem hanc totã de succ
essione in maioratibus B
quod propositũ est ,erit examinãdũ. Adeòverò id controuersum fuisse refert Molina lib.3.de primog.c.14.vt cõtrarię ea de re in huius regni prætorijs latę fuerint sententię.

Arg. primum. Pars,quæ affirmat,suaderi potest.Primò ex.l.1.C.de fideicommiss.vbi definitur, legatarium agere posse pro legatis annuis, non solùm sibi iam debitis,sed etiam, quæ debebuntur,& quorũ dies nondum cesserit,sed erunt in futurum præstanda. C

Secundum Secundò,ex.l.1.C.de sentẽtia,quæ sinè certa quantitate profertur,vbi habetur, valere sententiam de vsuris nondùm debitis, sed quæ debebuntur toto tẽpore, quo certa pecunia in posterum non soluetur : quo fit,vt exerceri iudicium possit circa ius de futuro.

Tertium. Tertiò,ex.l.lege Aquilia si deletum. ff. ad legem Aquil.vbi,ob deletum à debitore chirographum,in quo debitum sub conditione continebatur,permittitur credito ri ius conditionale,ante aduentum conditionis,in iudicium proponere.

Quartum Quartò,ex.l.si rẽ alienã.1.§.vlt.ff.de pig. act.& ex.l.si mandauero tibi. 1. ff.mandat. ex quibus iuribus colligitur , si intentetur iudicium circa ius,quod nondùm est,& iudicio adhuc pẽdẽte, ius efficiatur presens, iamque existens,ex causa præterita, aliquo alio superueniente , posse pronunciari, essęque validam sententiam:vnde vlterius colligitur,esse validum iudicium circa ius de futuro inchoatum:neque enim proferri validè posset sententia circa actionem nullam, & quę admitti non potuit.

Quintum Quintò,ex.l.si finita. §.eleganter. ff.de damno infecto, vbi habetur , cautionem, non solùm pro damno preterito , sed etiá pro futuro,si eueniat , resarciendo, posse peti,deberiqué concedi.

Sextò,ex.l.si contendat.ff. de fideiius. *Sextum* Vbi habetur, reum posse intẽtare actionẽ, vt pronuncietur sibi competere exceptionem,qua se in posterum defendat,si fortè actio aduersus ipsum intentetur, quam ea exceptione possit excludere: cùm autem, antequàm actio intẽtetur,nemo possit exceptione vti,eò quòd exceptio sit actionis exclusio,vt habetur.l.2.ff.de except. consequens est,vt actio, & iudicium illud, sit circa ius de futuro.

Septimò,ex.l.si duo patroni,in prin. ff. *Septimũ.* B
de iureiur.& ex.l. vti frui.§.vtrum.ff.si vsu fruct.pet.ex quibus constat,eum , cui ius aliquod competit,petere posse,vt declaretur sibi competere:vnde Bart.§. vtrum citato,iuxta eum textum,dixit, quanuis Conies possideat Comitatum , posse petere, vt declaretur,sibi competere: quarè eadẽ ratione videtur successor in maioratu posse petere,vt,antequàm is,cui succedere debet,moriatur,pronuncietur, ipsum esse legitimum successorem illi , pronunciando ipsum iam habere ius ad illi tunc succedẽdum.

Octauò,id maximè locum habebit,si vel *Octauum.* C
maioratus possessor,vel alius,qui prætendat se esse successorem possessori, aliquid dicant,quo detrahant iuri eius,qui prętendat,se esse legitimum successorem , & quo quasi infamia iuri ipsius irrogetur : tunc enim hic contendere poterit in iudicio cũ illis,vt cogantur desinere id iactare, perpetuumque silentium eis imponatur,pronuncietur,que,ipsum habere ius,legitimumque esse in eo maioratu successorem post illum obtinentem,aut aduersarij cõtrarium probent,iuxta.l.diffamari.C.de ingenuis & manumissis.

Sententiam hanc amplectuntur Roderi D
cus Xuarez Allegat. 4. Simanchas de primog.Hisp.l.1.c.28.& ex parte Couar. 1. var.resol.c.18.n.8. Qui in edictione Cæsaraugustana, quasi eis annuens , refert Aries Pinellum,Ant.Gom.& Molinam,post eũ, edictionem,contrarium affirmasse.Et iuxta eandem sententiam ait Molina vbi supra.n.9.se vidisse pluries iam fuisse sententiam apud suprema huius regni tribunalia.

Contrariam sententiam amplectuntur idem Rodericus Xuarez allegat.3.qui allegat.4.subiungit, iuxta eam fuisse pronunciatum in Pinciano prætorio, Aries Pinel. l.1.C.de bon.mater. part. 3. num. 78. qui

ait

Universidad de Deusto
Biblioteca

ait, in causa magni momenti fuisse ita pronunciatum in Lusitania. Ant. Gom. l. 40. Tanri. n. 79. Padilla. l. 1. C. de fideicommiss. n. 31. Molina lib. 3. de primog. c. 14. n. 10. & c. 17. qui refert multos alios pro eadem sententia, maximè in fideicomissis. Subiungit tamen. n. 31. quasdam limitationes, de quibus infra erit sermo, iuxta quas loquuti videntur Couar. n. 8. citato, & Rodericus Xuarez allegat. 4. atque Greg. Lopez. l. 1, titu. 2. glos. vlt. part. 3.

Hæc sententia confirmatur. Primò, quoniam iudicium fundari non debet in petitione, qua admissa, iudicium ex eo, quod posteà euenict, potest reddi innane & frustratorium; saltem iudices non tenetur de ea re cognoscere, neque debent, & multò minùs tenetur aduersarius respondere, nisi adhuc de præsenti aliquid sibi aduersum & contrarium, ratione cuius circa futurum præiudicium aliquod ac detrimentum potest actori euenire, nisi tunc iudicium, etiã circa futurum intentet ratione eius, quod de præsenti obuenit; vt quando de præsenti detetur ab aduersario chirographũ, quo aliquid in futurum sub conditione debebatur; atque hanc limitationem apertè adhibet lex. 1. titu. 2. part. 3. in fine, & satis apertè eadem lex innuit reliquum, quod proximè asserimus, idque, quod probare intendimus, nempe, actorem intentare nõ posse iudicium, nisi circa rem præteritam, aut præsentem, non verò circa futuram, cuius habet spem, aut ius in spe, quod fructrari potest, excepto casu limitationis propositæ. Id verò totum, excepta limitatione adhibita, habetur. l. non quemadmodum. ff. de iudicijs, ex qua lex. 1. titu. 2. part. 3. desumpta est, &. l. Atteius. 6. in hoc iudicio. ff. de aqua pluuia arcenda. Item, quòd iudex nõ teneatur admittere iudicio, quod, modo explicato, fructrari potest. Cõfirmatur ex. l. litigatores. §. vlt. ff. de recept. arbitris. Vbi habetur, si partes cõpromittant in arbitrũ, apposita pœna ei, qui nõ parueritsententiæ, quæ pœna promittatur sub cõditione pendente in futurum, vt si natis ex Asia venerit, arbitrum non esse cogendum proferre sententiam, antequam purificata sit conditio, nauisque ex Asia venerit. ne, si conditio nõ impleatur, iudiciũ ex eo sit inefficax, quòd damnatus cogi non possit pœna illa stare sententiæ. Verba illius textus hæc sunt, *Arbitrum non prius cogendum sententiam dicere, quam conditio extiterit* (sub qua scilicet pœna promissa sit) *nesit inefficax sententia, deficiente conditione.* Concinit. l. 26. tit. 4. part. 3. quæ iuxta legem litigatores citatam, statuit, arbitrum non esse cogendum ferre sententiam, nisi compromittentes in illo se obligassent sub aliqua pœna stare latæ sententiæ: nam alioquin non tenerentur stare sententiæ, *E assi* (ait lex illa) *el trabajo, que ouiesse passado en oyendolas* (partes scilicet cõpromittẽtes) *tornarseles ya en escarnio, y en verguença.* Quod si iudicium admitteretur, viuente adhuc vltimo maioratus possessore, quo pronunciaretur, quis è duobus, eo iudicio contendentibus, succedere deberet in eo maiuratu post mortem talis possessoris, sanè id iudicium, post multas contẽtiones, odij occasiones, expensas, atque alia mala, facile reddi posset innane & frustratorium, mortuo eo, qui pronunciaretur legitimus successor, ante talẽ possessorem, vel nato alio legitimo successore: quo sit, vt tale iudicium admittendum non sit, tanquam noxium bonoque reipublicæ aduersum: maximè cùm, mortuo vltimo possessore, intrà breue tempus, remedio possessorio, de quo duabus precedentibus disputationibus dictum est, in regio supremo senatu, octa ea contentione, pronunciãdum, sit, quis mitti in possessionem eius maioratus, tanquam legitimus in eo succedser, debeat: id quod tempus, qui in vita vltimi possessoris contendere vellent, parare potiùs deberent breues, summarias, atque efficaces probationes, quibus vni eorum, qui potiores illas paratas habuerit, adiudicetur possessio, ac defendatur & protegatur in illa. Satis quippe est, rem publicam ex causis de præterito, & de præsenti, fixis iam & inuariabilibus, litibus vexari innumeris; neque expedit admitti etiam lites super iure de re futura adhuc incerta, an, post mortẽ vltimi possessoris, litiganti competere debeat, vnde multa mala, sæpe sine vllo emolumento, oriri possunt, vt experientia, sinè vllo emolumento, fuisse non rarò subsequuta, satis testatur. Quarè longè alienum à Christiana, beneque instituta republica, esse debet, tales causas admittere.

Secundò idem probatur, quoniam tractus futuri temporis, idve, quod in futurum euenire potest, non spectat ad iudicis officium. vt habetur. l. 1. §. 1. ff. de viuris, cuius verba sunt. *Quid enim pertinet ad officium iudicis futuri temporis tractus.*

Tertiò idem probatur ex. l. si ita scriptũ. §. 1. ff. de leg. 2. ibi. *Nec pertinet ad nos antequam dies veniat.*

Quartò

Quartò, quoniam proximitas in successione in maioratu attendi debet tempore, quo maioratus successio defertur: cũ ergo ante mortem vltimi possessoris ea proximitas sciri non possit, cùm interim, dum possessor viuit, possit facilè variari; consequens est, vt contentio de successione in maioratu, quis cui sit præponendus, audiri non debeat ante mortem vltimi possessoris.

Quintò, quoniam si is, qui prætendit, se esse proximum successorem in maioratu post mortem vltimi possessoris, timet, ne testes, quos ad id probandum adhibere intendit, moriantur, discedant, aut obliuiscantur, poterit eos facere examinari ad perpetuam rei memoriam, vt ad iudicium summarium ex. l. 9. &. 10. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. tempore mortis vltimi possessoris paratas habeat probationes. Prætereà intentare iudicium ordinarium viuente vltimo possessore, vt declaretur tunc, quis post illius mortẽ succedere debeat in maioratu, poterit præiudicio nõ modico esse ei, qui illud intentat, ne, si vltimus possessor moriatur ea lite adhuc pẽdente, non concedatur ei, illo mortuo, iudicium summarium, sed prosequi cogatur cœptum illud aliud ordinarium iudicium: id quod Molina vbi supra. n. 16. testatur cuidam euenisse, nõ sinè magno suo detrimẽto: quo fit, vt expediẽs non sit, eiusmodi iudicium intentari, viuẽte vltimo possessore, neque id admitti debeat: nisi in euentu exceptionis in primo argumento, quo hoc ipsum cõfirmamus, ex, l. 1. titu. 2. part. 3. relatæ, cui consentiunt, alia iura,

Ad primũ arg. Ad primum ergo argumentum in contrarium dicendum est, in ea lege esse sermonem de iure iam comparato ex testamẽto defuncti ad annua alimenta in eo testamento ei a testatore relicta, de quo ibi est sermo: licet enim in testamento minùs solemni esset id annuũ legatum ei relictum; quia tamẽ hæres illud soluerat per aliquot annos, eaque solutione fuerat profectus, eam vere fuisse voluntatem testatoris, censetur confirmatum id legatum, nec posse hæredem illud iam non soluere, iuxta ea, quæ copiosè à nobis disp. 81. hac de re dicta sunt: atque hic textus confirmat etiam doctrinam, quam ibi stabiliuimus de testamentis minus solemnibus, quando constat eam verè fuisse mentem ac voluntatem testatoris. Quia ergo in ea lege id legatum annuum, in testamento minus solemni relictum, pronunciatur validum eo ipso, quòd tãto tempore hæres illud soluit, ac proinde pronunciatur legatarium comparasse ve rum ius ad illud, definitur, legatarium, non solùm posse petere ab hærede, si quæ annua alimenta in præteritum non soluerat, sed etiam tempore futuro, quę ipsi debebũtur, quasi hęres, dum legatarius vixerit, non possit ei illa denegare. Hoc verò nihil ad rem de iure nõdum integrè ad aliquid futurum acquisitum, sed quod pendet à morte alterius, qui superuiuere poterit ei, qui illud obtendit, & ab alijs euentibus, qui illud poterunt impedire, vt interim, dum ille alius viuit, neque est perfectè acquisitum, non possit circa illud is, qui illud obtendit, agere, vt pronuncietur sibi competere post mortem illius alterius, seque proinde esse verum immediatum in ea re successorem illi.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, ibi esse sermonem, quando quis primum condemnatus est soluere certam pecuniæ quantitatẽ; & posteà, cùm esset in mora eam quantitatem soluendi, damnatus erat, si intrà certum alium terminum eam non soluere, vt soluere deinceps certas vsuras. Id autem ius est iam perfectè quæsitum eo ipso, quòd ea sententia iustè est lata. Præterea id quasi in pœnam illi statuitur, quam in futurum incurrat, si non soluat: quod nihil ad rem, de qua agimus, vt scilicet possit quis contendere in iudicio, vt pronuncietur, sibi cõpetere ius, vt alteri, adhuc viuenti, succedat in maioratu, post mortem illius.

Ad tertiũ Ad tertium dicendum est, aduersarium, debitoremve sub conditione, iniuriam iam actu existentẽ fecisse illi, qui sub illa cõditione creditor erat, per quam iniuriam deterius reddidit illud talis creditoris ius in futurum: eaque de causa concedi illi agere, tum aduersus id delictum & iniuriam, tum etiam, vt testibus probetur id debitum sub conditione, & in consequentiam debitor condemnetur illud in futurum soluere, vt tenebatur, si conditio, sub qua id debebatur, eueniat. Atque hunc euentum, & alios similes, continet exceptio supra relata, quã lex. 1. titu. 2. part. 3. adhibet regulæ, quòd agi non possit de iure in futurum, quod ad huc ex euentibus pẽdet: quarè nihil id pugnat cum re, de qua disputamus. Hac eadem ratione, si maioratus possessor destruat, aut alienet res maioratus, quasi vinculo maioratus non sint subiectæ, vel cãcellet, aut rũpat, instrumentũ institutionis maioratus,

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel aliquid aliud faciat, quod præiudicetiuri A
succesſoris in futurũ, poterit aduerſus id
agere ſucceſſor, taquàm legitimus, poſt eũ
poſſeſſorem, ſucceſſor, vt in nullo iuri ip-
ſius in futurum præiudicetur. Quòd ſi ni-
hil id ad ipſum attinere ei obijciatur, pote-
rit contendere, & probare, ſe eſſe legiti-
mum ſucceſſorem. Ita Molina. c. 14. cita-
to. n. vlt.

Ad quar-tum. Ad quartum, prætermiſſis alijs ſolutio-
nibus, dicendum eſt, probare, ſi ſimiliter
ex maioratus inſtitutione iudicium inten-
tetur, & admittatur, viuente adhuc maiora
tus poſſeſſore, quo contendatur, quis poſt
mortem illius ſit legitimus in eo maioratu
ſucceſſor, & pendente iudicio, ſequatur
mors poſſeſſoris, proferaturque ſententia
in eo iudicio, quis ſit legitimus ſucceſſor,
validam eſſe eam ſententiam; quod nullus
diffitetur. Non tamen id argumentum pro
bare, admittendum eſſe tale iudicium inte-
rim dum vltimus maioratus poſſeſſor vi-
uit, quod tamen erat probandum.

Ad quintũ Ad quintum dicendum eſt, cùm is, qui
domum habet, quæ ruinam minatur, vnde
alijs damnum poteſt prouenire, teneatur
periculum iam præſens euitare, mirum nõ
eſſe, ſi cogatur cauere, quod ſoluet dam-
num, ſi quòd ſequetur ex eo, quòd pericu-
lum iam præſens non velit euitare, confi-
ſus, quòd id damnum non ſequetur: loco
enim periculi præſentis, quod vitare iam
tenetur, cautio illa, etiam præſens, ſi illud
non vitare eligat, ab eo exigitur, vt vicini
indemnes ſeruentur. Neque inde ſumitur
argumentum, quod poſsit quis in rẽtare iu-
dicium, vt declaretur, ipſum habere ius ad
id, quod ſibi in futurum poteſt competere.

Ad ſextũ. Ad ſextum dicendum eſt, aliud eſſe ius
ad excipiadum aduerſus aliquam actionẽ, D
eamque excludendum, ſi intetetur; aliud
verò eſſe excipere actu, actionemque exci-
piendo excludere. Illud primũ eſſe poteſt
ante actionem, meritoque poterit quis, tã-
quam iam præſens, & perfectè compartum
velle illud probare, intentando actionem,
qua illud probet, dum iam illud habet, ſi
ſic periculum, quòd in futurum, dum actio
aduerſus ipſum intentabitur, nõ facile, aut
non tam facile, illud probabit. Ad argumẽ
tum ergo in forma, conceſſa maiori, & mi-
nori, negada eſt conſequẽtia: diuerſa enim
ſunt, ius ad excipiendum, & exceptio ipſa,
ſeu actu excipere, quod eſſe nõ poteſt, niſi
intẽtata prius actione ab aduerſario. Nihil
ergo contra noſtram ſententiam ex eo ar-
gumento colligitur.

Ad ſeptimum. Ad ſeptimum, conceſſo antecedente, cõ
ceſſo item eo, quod circa illud dicitur, eò
quòd in eo antecedente ſit ſermo de iure
iam pleno, & perfecte acquiſito, neganda
eſt conſequentia: eò quòd ius illud ſit ad
huc imperfectum, pendenſque, cum mini-
mum, à morte vltimi poſſeſſoris ante eum,
qui id ius, ad illi proximè ſuccedendum, ſe
habere contendit.

Ad octauum. Quod ad octauum argumentum attinet; quidam arbitrantur, diſpoſitionem legis B
diffamari, ſolum habere locum, quando dif
famatio eſt circa id, quod ad ſtatũ, qualita-
temve perſonę diffamatę, attinet; vt quia,
ingenuus, affirmatur libertus, de quo ſolo
caſu eſt ſermo in illa lege; aut perſona libe-
ra, affirmatur mancipium; vel legitimè na-
tus, dicitur illegitimus; aut, qui honeſto lo-
co eſt natus, aſſeritur labem aliquam circa
genus ſuum habere; & in ſimilibus euenti-
bus. Atque, cum lex diffamari in Luſitania
multò latiùs intelligeretur, ac practicare-
tur, ſãcitum. l. 3. titu. 1. part. 3. legum extra-
uag. fuit, vt in poſterum in eo regno, neque C
intelligeretur, neque praticaretur, de diffa
matione circa bona externa & cauſas ciui-
les, ſed ſolum de diffamatione circa ſtatũ,
& qualitatem perſonæ. Meritò tamen cõ-
muniter intelligitur, etiam de diffamatio-
ne circa bona externa; quod non negat lex
Luſitana citata, ſi de lege ipſa in ſe ſit ſer-
mo, ſitãdoque in ſolo iure communi, prout
etiam in eo regno intelligebatur, & practi-
cabatur, ante eam legem tertium. ſicque in
telligendam eſſe probat copioſè, ac bene,
Molina vbi ſupra. à. n. 23. & conſentit Co-
uar. 1. var. rel. c. 18. Cæterum intelligenda
eſt ea lex de diffamatione circa ius perfec-
tè acquiſitum, quale habet ingenuus, qui al D
ſeritur libertus, de quo in ea lege eſt ſermo;
non vero de iure ſolùm in ſpe adhuc, & de
pendenter ex eo, quòd, qui illud habet, nõ
moriatur ante vltimũ poſſeſſorẽ, & ex alijs
euentibus: eſto enim alius aſſerat, ſe eſſe le
gitimum ſucceſſorem, idque iactet, admit-
ti non debet circa hoc iudicium, niſi mora
tuo prius vltimo poſſeſſore, aut niſi, qui id
iactaret, aliquam aliam iniuriam efficeret,
qua præiudicium pararet iuri illi ita in ſpe,
vt dictum eſt. Ad argumentum ergo negan
dum eſt antecedens: lex quippe diffamari,
nõ loquitur, niſi de diffamatione circa ius
iam perfectè quæſitum, quale non eſt ſuc-
ceſſoris in maioratu, interim dum alius eſt do-

dominus, & poſſeſſor illius legitimus.

Dubium verò eſt, in euentibus, in qui-
bus ex. l. diffamari, poteſt agi aduerſus diſ-
famanté modo explicato, an ſit neceſſe age
re coram iudice diffamantis, qui in eo iudi-
cio rationem rei ſubire videtur: an verò agi
etiam poſsit coram iudice diffamati, coram
quo diffamas intentare deberet actionem,
ſi prætenderet, verum eſſe, quod diffamat
ac dicit, eaque de re agere vellet: tunc enim
diffamatus rationem ſubiret rei, ac pro-
de corã iudice ipſius ea cauſa eſſet peragẽ-
da. Simile dubium eſt in caſu ſexti argu-
menti, ſi quis agere vellet ex. l. ſi contẽdat, B
vt pronunciaretur ſibi competere except-
ionem aduerſus actionem, quę contra ip-
ſum poſſet intentari, an teneretur intenta-
re id iudicium coram iudice iui aduerſarij,
qui in eo iudicio rei videtur ſubire rationẽ;
an verò poſsit illud intentare coram ſuo
proprio iudice, coram quo aduerſarius in-
tẽtare deberet actionem, quam ipſe exclu-
dere intendit exceptione, ad quam oppo-
nendam probare intendit, ſe iam habere ius.
Quanuis autem quidam contendant, iudi-
cium ex. l. diffamari, & ex lege ſi contẽdat,
intentari ſolùm poſſe coram iudice diffa- C
mantis, aut alterius, aduerſus quem proba-
ri intenderetur competere ius ad excipien
dum; eò quòd illi in eis iudicijs rationem
reorum videantur habere, actorque ſequi
teneatur forum rei; contraria tamen ſenté
tia eſt communis, quam Couar. c. 18. citato
à. n. 4. refert, nempe, intentari etiam poſſe
coram iudice diffamati, aut eius, qui ius ad
excipiendum habet. Etenim id nõ eſt aliud
quam ſi diffamans arbitretur verum eſſe,
quod diffamat, id intentet coram eo iudice
competente, alioquin ſilentium ei ab eo iu
dice imponatur: & conſtituere, ſe habere
verum ius ad excipiendum coram eo iudi-
ce, coram quo aduerſarius opponere debe D
ret actionẽ, quam ea exceptione debet ex-
cludere. Atque hæc communis ſententia
mihi placet: quę quoad iudicia ex lege diff
famari, ſtatuta eſt. l. 2. titu. 1. part. 3. legum
extrauagantium in Luſitania.

SVMMARIVM.

a DEBITA *Maioratus inſtitutoris ex vniuerſa hæreditate, etiam ſi legata aliqua ſimul relinquat, tenentur non ſolùm primus ſucceſſor, ſed etiam ſequentes, ſi primus id non præſtitit, ſoluere, etiam ſi neceſſe ea id ſit alienare liquida de vinculo.*

A 2 *Idem ſi maioratus teſtamento inſtituatur de omnibus inſtitutoris bonis, aut de vna, vel pa-*
trimonio. Quam idem in effectu eſt, ſi maioratus inſtituatur contractu.

3 *Maioratus ſit ex quota hereditatis, vt ex media, tertia, quarta, aut alia ſimili hæreditatis parte ſit inſtitutus, ſiue hæreditariculo, ſiue legatarij, ſiue etiã contractu, ſimiliter ſucceſſores in eo maioratu tenentur, nõ quidẽ ad omnia debita inſtitutoris, ſed ad ſimilem partem proportionalem eorum debitorum.*

4 *Maioratus ſi ex quota bonorum, aut patrimonij, ſit inſtitutus, ſucceſſores in illo ad nulla inſtituteri debita tenentur. Si tamen plus in maioratum acceperũt, quam deducto toto ære alieno ad eam quotam attinebat, de reliquo hæredes, vt inde ſoluant debita. Idem ſi ex rebus certis maioratus ſit inſtitutus. Semper etiam actio realis, quæ competebat aduerſus bona, ex quibus maioratus eſt inſtitutus, competit ratione earum aduerſus ſucceſſores.*

5 *Maioratus ſi inſtitutus irreuocabiliter ſit ex certis bonis, ſucceſſores non tenentur ad debita inſtitutoris, poſt eam inſtitutionem contracta.*

6 *Creditoribus num actio in hoc regno & in Luſitania detur aduerſus ſucceſſores in maioratu inſtituto ex quota bonorum, aut ex re certa, an verò ſolùm aduerſus hæredes eius inſtitutoris.*

Succeſſor in maioratu an ad debita inſtitutoris teneatur. Diſp. 640.

HACTENVS de natura & creatione maioratus Hiſpani, deq; ſucceſsione in illo, dictum eſt, tum ad explicandos aſſi
quas, quæ res ipſę, de qui
bus diſſerebamus, quaſi poſtulare videbantur, cum eiſque erant cõ
nexa. Nunc quędam alia circa eoſdem maiorarus erunt explananda, vt affectus & cõ
nexa cum ipſorum natura, intelligantur, ſic
que exacta de illis cognitio habeatur. Atque primo loco id, quod propoſitum eſt. Dicendum verò erit, primò in hac diſputa
tione de debitis inſtitutoris maioratus, & in ſequenti de debitis anteceſſoris poſ-
ſeſſoris, qui maioratus inſtitutor nõ fuit.

Quod ergo ad rem propoſitam attinet, I
quando maioratus inſtitutor illud inſtituit
ex omnibus hæreditate, eſtò aliqua de ſuis
bonis legauerit, notiſsimum eſt, ſucceſſo-

rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem in eo maioratu, teneri ad omnia debita institutoris defuncti: est enim hæres vniuersalis, seu in solidum, comparatione talis institutoris, illiq; iure hæreditario succedit, vt disp. 617. ostensum est, ac proinde in illud transeunt actiones omnes defuncti, tam activæ, quæ defuncto competebant, quàm passiuæ, quæ aduersus illum poterant intentari, atque adeo tenetur ad omnia debita, & onera defuncti, & ad legata ex ipsiusmet defuncti bonis, iuxta ea, quæ disp. 155. copiosè explicata sunt, consentitque communis doctorum sententia, quam Molina lib. 1. de primog. c. 10. à. n. 1. refert ac sequitur. Quo loco obserua, nõplura bona censenda esse tunc relinqui vinculata ab institutore eius maioratus, quàm quæ superfuerint, persolutis omnib' legatis, & debitis omnibus defuncti, extractis sumptibus necessarijs, vt impensę funeris, inuentarij, & alijs similibus: quæ omnia persoluenda erunt ex bonis mobilibus: quãdo verò hęc non fuerint satis, distrahenda sunt bona immobilia, quantum sit satis ad omnia ea persoluendæ etiam si defunctus præceperit ea non alienari: quoniam id præceptum vim solùm habet, quoad alienationem voluntariam: secus verò quoad necessariam, vt habetur l. pater filium in prin. ff. de leg. 3. l. filius familias. §. diui. 2. verl. quod si liberis. ff. de leg. 1. l. cùm fidei hæredis. ff. de fideicommiss. l. libertatib. l. peto. §. prędium. ff. de leg. 2. & l. alienationes. ff. familiæ hercis.

Non solùm autem primus, qui ita institutori hæreditario iure succedit in maioratu, tenetur ex bonis institutoris soluere debita institutoris, sed etiã quicunq; alius, qui in eo maioratu vlteriùs successerit, si debita aliqua eiusdem institutoris compareant, aut nondùm soluta fuerint à prędecessore, tenetur similiter ea soluere de bonis institutoris, etiã si opus sit ad id vendere aliqua de vinculo maioratus. Ratio autem est, quoniã sequentes successores in maioratu illo, post primum, rationem habent fideicommissariorum vniuersalium comparatione institutoris, eaque de causa, eo ipso, quòd maioratus ad eorum vnunquemque trãsit, vnà cum illo, transeunt etiam actiones, tam actiuæ institutoris, vt si quę bona, aut iura, compareant ad eum pertinuisse, ea recuperent, & vniant tali maioratui, quam etiam passiuæ, vt soluant de bonis institutoris, si quæ debita illius, aut legata, de nouo comparuerint, aut antea soluta non fuerint, vt disp. 186. ex multis iuribus copiosè ostendimus, consentitque communis doctorum sententia, & in repropositа affirmat Molina. c. 10. citato. n. 1.

Quæ hactenus dicta sunt, intelligẽda similiter sunt, si quis testamento maioratum instituat de vniuersis suis bonis, aut de vniuerso suo patrimonio: licèt enim nomine, bonorum, extra testamentum, intelligantur bona defuncti, deducto ære alieno. l. subsignatum. §. bona. l. bonorum. 1. l. propriè. ff. de verb. sign. & l. mulier bona. ff. de iure dot. ac proinde in eum, ad quem ita bona omnia alicuius pertinent, non transeãt de rigore iuris actiones passiuæ illius; quando tamen omnia bona ex testamento, aut vniuersum patrimonium, vel aliud, quod idem sonet, alicui relinquuntur, id cẽsetur hæredis in solidum institutio, iuxta ea, quę disp. 155. §. his ita, à nobis explicata sũt: præterea cẽsetur fideicommissum vniuersale, si hæres vlteriùs grauetur, id alteri restituere, ac proinde actiuæ, & passiuæ actiones defuncti, transeunt in ita institutum, & in substitutum fideicommissarium, non secus ac si hæreditas, quę æs alienum cõprehendit, defunctumque repręsentat, esset eidem relicta. Ita præter ea, quæ disputatione citata dicta sunt, probant. l. nam quod. §. vlt. iuncta lege sequenti, &. l. cogi, in prin. ff. ad Trebell. &. l. 3. in prin. ff. de bonor. possi. & alia iura, quę glossa ibi verb. plerunque, citat, & affirmant Bart. & communis doctorum sententia, quam Molina. c. 10. citato. n. 5. refert ac sequitur. Quando autem quis extra testamentum contractu, etiam reuocabili, instituerit maioratũ de omnibus suis bonis (quòd rarò euenit) tunc, cùm nomine, omnium bonorum illius, solùm intelligantur, quæ, deducto ære alieno, ad ipsum spectant, vt ex iuribus supra citatis, & communi doctorum sententia, cõstat; tunc vtique, de iuris rigore, non transirent in possessorem huius maioratus actiones passiuę defuncti: tametsi, in effectu, aduersus eum vtique transirent. Cùm enim tunc non daretur hæres, qui personam defuncti repręsentaret, aduersus quem transirent, & qui rursus ab hoc exigeret, si quid de ære alieno nõ integrè ex hęreditate defuncti extracto, retineret, vltra bona propria defuncti, vtiq; creditores ipsi agere immediatè aduersus hunc possẽt, vt, quod insuper haberet, restitueret: aut petere possent, vt hęreditati defuncti illius ab intestato, curator daretur, qui ex ea hęreditate, personam defuncti

ti repręsentãte, aduersus quã passiuę actiones defuncti, iuxta ea quę disp. 155. dicta sũt, trãsissẽt, solueret æs totũ alienũ, &, quod superesset, eo integrè soluto, traderet, tanquã bona defuncti, vocato ad maioratũ, cautione ab eo vocato præstita, vt, si amplius debere defunctũ postea probaretur, id etiã ex eisdem bonis persolueret. Atq; hoc est, quod Molina. n. 5. citato cũ alijs, quos refert, vult, ac intẽdit. Quo loco obserua, in euẽtu, de quo disputamus, nõ priùs esse tradẽdã possessionẽ actualẽ bonorũ defuncti ei, in quo eo modo institutus esset maioratus omniũ bonorũ, quàm se astringeret ad soluẽdũ totũ æs alienũ, si quod in futurum cõperiretur defũctũ debere: atq; tũc, vi eius pacti & obligationis, trãsirẽt aduersus eum actiones omnes passiuę defuncti. Obserua itẽ, hodie in hoc regno, etiã si nõ ita succesSor in maioratu se astrinxisset ad debita defũcti inde soluẽda, cõcederetur creditoribus actio immediata aduersus illũ, vt inde debita defũcti solueret, iuxta ea quę subiũ gemus statim, dũ sermo erit de maioratu instituto de parte, aut quota, bonorũ defuncti. Deniq; obserua, nõ solũ, quãdo alicui testamẽto relinquuntur omnia bona, nomine, omniũ bonorũ, cõprehẽditur, etiã æs alienũ, sicut in hęreditate, ac proinde trãseunt in eũ actiones actiuæ & passiuæ defũcti, vt dictũ est: sed etiã, quãdo princeps deportato restituit omnia sua bona, aut alicui alteri simili, cẽsetur reponere illũ in statu, quo ad sua bona, in quo erat, antequàm illa amitteret, ac proinde nomine, omnium bonorũ, comprehenduntur iura & actiones, regrediũturq; proinde ad illũ actiones actiuę & passiuæ, quę, si id delictũ nõ cõmissiSset, ei, & aduersus cum, cõpeterent. Ita habetur. l. princeps bona. ff. de verb. sign. & affirmant ibi Bart. & communis doctorum sententia.

3 Si maioratus sit testamẽto institutus ex quota hæreditatis, putà ex dimidia hæreditate, ex duabus tertijs, ex vna tertia, ex quarta, aut ex alia hæreditatis quota, tunc transeũt actiones actiuæ & passiuæ defuncti in primum successorẽ in eo maioratu, tanquã inverũ hæredẽ vniuersalẽ defuncti; nõ tamẽ in solidum, sicut neque hæres est in solidum defuncto, sed pro rata portionis hæreditatis, ex qua institutus est maioratus, iuxta ea, quę disp. 155. dicta, ostensaq; sunt, atq; in re proposita affirmat Molina vbi supra. n. 6. cum cõmuni doctorum sententia. Eodemq; modo transibunt pro eadem rata in reliquos successores in eodem maioratu, tãquam in fideicomissarios vniuersales comparatione primi institutoris, si quæ debita eiusdẽ institutoris comparuerint, aut nondum fuerint soluta, iuxta ea quæ disp. 186. dicta sunt. Eodem verò modo, si maioratus sit institutus ex quota hæreditatis, nõ titulo hæredis, sed titulo, & nomine legati (potest enim legatũ relinqui ex quota hæreditatis, vt ex iuribus citatis cõstat) trãseunt similiter actiones actiuæ & passiuæ institutoris, pro rata eiusdẽ portionis hęreditatis, in primum, & in consequenter vocatos ad eum maioratum, nõ quidẽ quasi verè sint hęredes, & fideicommissarij vniuersales, cum sint legatarius, & fideicõmissarij particulares, neq; in eo euẽtu vim habeãt cętera, quæ ex senatusconsulto Trebelliano circa fideicõmissarios vniuersales sancita sunt, vt apertè vtrunq; constat ex. l. mulier. §. vltim. ff. ad Trebell. & asseuerat ibi glossa vltim. sed quoniam, cùm id legatum ex quota hęreditatis, & non ex quota bonorum, relictum fuerit, & in quota hæreditatis actiones activæ, & æs alienum, onusque ad id soluendum nomine & loco defuncti, contineantur, eo ipso, quòd id legatum est relictum, siue ex testamento, siue ex codicillo, censetur testator actiones activas, & passivas, pro rata transtulisse, suo nomine, ac loco, in legatarium, & in fideicõmissarios particulares, ad quos id legatũ deriuari statuit, vt apertè habetur. l. si quis seruũ. §. vlt. ff. de leg. 2. & ibi affirmat communis doctorũ sententia, cõsentitq; glossa vltima citata, in fine: & quamuis nullã ratione reddat textus ille, quarè in tale legatariũ trãseat actiones actiuę & passiuæ defuncti pro rata sanè ea est, quã nos reddidimus, quę verè fuit ratio fundamentalis eius textus, nẽpe quoniã, cùm nomine, portionis hæreditatis, cõprehendatur etiã proportionalis pars, tũ æris alieni defuncti, onerisq; illud soluẽdi, tũ etiã actionũ activarũ, vtiq; eo ipso, quòd legatũ quotæ hæreditatis relinquitur, cẽsetur, expręscripto defuncti, trãsfundi, vnà cũ æquali quota bonorũ, quota etiã proportionalis actionũ activarũ, & æris alieni onerisq; illud soluẽdi loco ac nomine defuncti. Atque, quoad hoc præcisè, eiusmodi legatarius habetur tanquam hæres, quòd scilicet ad eum perinde, atque ad hæredem, transeunt actiones activæ, & passiuæ defuncti: sicq; accipienda sunt, quæ cum Anto. Gom. & Molina hac de re diximus disp. 204. in principio. Hinc dico, quanuis hæres institui non possit, nisi testamento; si tamen maioratus instituatur contractu ex tota hæreditate, aut contractu, vel codicillo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex quota hereditatis, tũc, quãuis ita vocat' ad maioratũ, nõ sit hæres, sed potiùs donatarius, aut legatarius, eius sũmæ, ex qua ita maioratus instituit; in eũ tamẽ trãsibũt actiones actiuę, & passiuę, defũcti, ex præscripto & institutione defũcti, perinde ac si hæres similiter esset institutus: & nõ videt attẽdisse Molina vbi supra. n. 7. arbitratus, actiones actiuas, & passiuas, defũcti trãsire in aliũ non posse, nisi in verũ hẽredẽ: cuius cõtrarium persuadent, tum ratio à nobis reddita, tum etiam lex si quis seruum. §. vlt. ff. de leg. 2. & consentit. l. mulier. §. vlt. iuncta glossa vlt. ibi, in fine. ff. ad Trebell. A

4 Quãdo maioratus ex quota bonorũ fuit institutus, tũc in vocatũ ad eũ maioratũ, neq; actiones actiuę, neq; passiuę institutoris trãseũt; sed illæ cõpetũt hæredib' & aduersus hæredes, institutoris pro rata portionis hereditariæ, in qua vnusquisq; eorũ fuit institutus: vacatus verò ad eũ maioratũ, accipit, deducto toto ære alieno, eã portionẽ bonorũ ex qua maioratus fuit institutus, de manu hæredũ, aut de patrimonio defuncti, quoad id eius portionis, & nõ acceperat ab institutore in vita illius. Hęc cõstãt ex. l. cũ autẽ. ff. de leg. 2. & ex. l. 1. C. si certũ petat, & affirmat cõmunis doctorũ sẽtẽtia, quã Molina vbi supra. n. 8. refert ac sequitur. B C

Quod si, post acceptã eã portionẽ, detegatur plus æris alieni defuncti, vnde intelligatur, plus accepisse vocatũ ad maioratũ, quã ad illã quotã bonorũ institutoris attineret, tũc creditores agunt aduersus hæredes, & nõ aduersus hũc; hęredes verò agũt aduersus hunc condictione indebiti, repetendo, quod plus receperat, plusq; ei per errorem fuit solutum, quam ei quotæ bonorum institutoris maioratus esset debitum.

Multò minùs, si maioratus institutus fuit ex re, aut ex rebus certis, vt ex fũdo, aut domo, vel ex certis prædijs, transeũt actiones actiuæ aut passiuæ, institutoris in succesloré in eo maioratu; sed solũ trãseũt in hæredẽ, aut hęredes, institutoris: actio enim personalis nõ sequitur possessoré rei, aut rerũ, in particulari. l. t. §. hæres precepto, &. l. cogi. §. inde sequitur. ff. ad Trebell. l. quoties. C. de hæredib. inst. & affirmat Molina vbi supra. n. 10. cũ cõmuni doctorũ sẽtẽtia. Ob seruatam tamẽ, si id cõtingeret, quoad æstimationẽ circa legitimas alijs in bonis institutoris debitas, neque facultas interueniret principis, qua eas posset ita minuere; aut pars eius æstimationis necessaria esset ad debita institutoris soluẽda, ita vt saltẽ quarta hæreditatis maneret hæredi, aut hæredib', eiusdẽ institutoris, tũc licèt ad eo modo in D

modo à nobis explicato circa hæc, in quã, quæ à nobis ita, stado in iure cõmuni, explicata & cõprobata sunt, lógã texũt disputationẽ Molina vbi supra. n. 13. & 14. & Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 58. num scilicet lege. 21. Tauri, quæ est l. 5. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. eatenus correcta sint, quasi ea lex cõcedat creditoribus institutoris actiones aduersas successores in eo maioratu, vt pleriq; ex doctoribus Hispanis autumant, eas cõcedere creditoribus meliorantis, aduersùs simili modo melioratũ in tertio & quinto bonorũ: eadẽ verò prorsus est ratio, de eo modo meliorato, & de successore in maioratu instituto ex quota bonorũ, aut ex rebus certis. Nos verò disp. 204. rẽ hãc examinauimus, & cũ Molina (cui Gutierrius cõsentit) ostẽdimus, nõ corrigere ius cõmune; tametsi tutius dixerimus cum Molina esse, vt, propter opinionũ varietatẽ, creditores melioratis, aut instituẽtis maioratũ, actionẽ intentẽt simul aduersus hæredes melioratis, aut instituẽtis maioratũ, & aduersus melioratũ, aut successore in tali maioratu; in quo etiã cõsentit Gutierrius vbi supra. n. 18. Ibidẽ Gutierrius. n. 19. addit, quicquid sit in pũcto iuris, si tamẽ creditores actionẽ intẽtent aduersus melioratũ, aut aduersus successoré in maioratu, vt id soluat, quod re ipsa debet de bonis meliorãtis, aut instituẽtis maioratũ, quod tandem cogetur soluere, si hæredes meliorantis, aut instituentis maioratum, id condicant, vt creditoribus per ipsos soluatur, in praxi sustinendã esse eã actionẽ, & libellũ creditorũ, cogendũq; esse soluere creditoribus, vt circuitus ille vitetur, arguẽto. l. dominus testamẽto, iuncta glossa vltima ibi'. ff. de condict. indebiti, qui textus quotidie ad id allegatur, quòd, causa vitãdi circuitũ, datur ei actio, cum quo nullũ negotiũ est gestũ, si verè id ad eum pertineat, &. l. cum fundus. §. seruũ tuũ imprudens. ff. si certũ petatur; & quoniã in hoc regno iudicandũ est inspecta facti veritate, vt habetur. l. 10. titu. 17. lib. 4. nouæ collect. idemq; sanctum est in Lusitania lib. 3. ord. titu. 49. Doctrina verò hæc Gutier. maximè habebit locũ in hoc Castellæ regno propter dispositionẽ legis. 21. Tauri citatę. Eũ legato. B C

SVMMARIVM.

1 DEBITA *in vtilitatẽ maioratus, aut pro reipublicæ vtilitate ex Regis facultate contracta, obligatis ad illa bonis maioratus, soluenda sunt à successoribus in maioratu, alienarijq; ad ea soluenda poterunt ex eadem regia facultate bona aliqua maioratus.*

2 *Debita contracta pro fructibus ex maioratu percipiendis, non tenentur soluere successores. Si tamen concurrerent vtilitatem maiorem sequentiũ in eodem maioratu, contribuere vnusquisque cogi posset pro rata suæ vtilitatis.*

3 *Maioratus possessor si sumptus in maioratus vtilitatẽ efficiat, ad cõseruationẽ tũ illius nõ necessarios, siue ex regia facultate, siue nõ, quousq; successores ad ea debita tenẽantur, & quousq; nõ. Nec pro eis bona maioratus obligari possunt.*

4 *Maioratus possessor obligare potest bona maioratus pro debitis factis ad necessariam illorũ conseruationem, aut ad longe maius commodum maioratus, ad eaq; tenentur successores in maioratu ex bonis eiusdem maioratus.*

5 *Hi verũ habet, teneturq; successores ad debita creditoribus, ex dote vxori cõparationedotis & bonorũ paraphernaliũ, nihil impediente. l. 46. Tauri. Quin & pro necessaria reparatione, aut cõfectione alicuius maioratus, mutuo fœneretur pecunia, quæ eorum cõcederetur, tacitè hypothecatũ prædo debitoid ædificiũ eo ipso maneret.*

6 *Debita quæ antecessor in maioratu non pro necessitate, neque vtilitate maioratus contraxit, soluere non tenetur successor in maioratu de bonis maioratus. Neque alter ad illa tenetur, quàm si hæres illius extiterit, idq; pro rata portionis, in qua hæres extiterit.*

7 *Rex quousque debita sui prædecessoris in regno soluere teneatur.*

8 *Maioratus successor in Lusitania quousq; quædam antecessoris sui debita soluere teneatur.*

Successor in maioratu, an teneatur soluere debita prædecessoris in illo qui eius maioratus institutor non fuit.

Disp 641.

D QVOD attinet ad debita prædecessoris in maioratu, qui institutor eius non fuit, distinguẽdũ est. Quoniam, aut ea debita cõtracta sunt cõtẽplatione maioratus, pro eius cõseruatione ac vtilitate, aut aliter fũt cõtracta, pro vtilitate, arbitrio prædecessoris 1

Quando cõtẽplatione maioratus pro illius cõseruatione ac vtilitate, cõtracta fũt, tunc, si interuenit regia facultas ad ea debita cõtrahenda, aut ad bona maioratus pro illis hypothecãda, vtiq; onus ea soluendi, trãsit ad successores in maioratu: poterũtq; aliqua bona maioratus ad id vẽdi, aut aliter alienari, vt satisfiat eis debitis, quãdo cõmodior alius modus eis satisfaciendi nõ occurrerit. Ita Molina lib. 1. de primog. c. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

n. 15. Sic vidimus annis præteritis, cũ Rex seruitiũ à possessoribus maioratuũ pro reipublicæ indigẽtia exigeret; & quidã possessor cuiusdã maioratus, grauatus esset multo ære alieno; facultatẽ illi Regẽ cõcessisse, vt annuũ censũ redimibilẽ certæ quãtis super bona maioratus venderet, vnde pecuniã ad id seruitiũ necessariã cõpararet: cum autẽ hic paulò post mortuus esset sinè liberis, & germanus frater succederet in maioratu illo, onere illo census ex regia facultate ea de causa grauato; vtiq; tã ipse, quàm reliqui successores in eo maioratu, tenẽtur ex reditibus eius maioratus soluere annuũ illũ cẽsum, quousq; liberalitate alicuius iporũ redimatur, aut diuẽdatur pars maioratus, vnde id onus redimatur, atq; auferatur.

Quando autẽ debita sinè regia facultate cõtracta sunt maioratus cõtẽplatione, pro illius cõseruatione ac vtilitate, iterũ est distinguẽdũ. Quoniã, aut ea debita cõtracta sunt ex causis ad maioratus perpetuã cõseruationem necessarijs, ita scilicet, quòd, nisi fierẽt illę expensæ, res maioratus perirent, aut valde redderentur deteriores: aut contracta sunt ex causis ad perpetuã maioratus conseruationẽ & vtilitatẽ voluntarijs, quia scilicet sinè illis res maioratus pẽseuerarent quidem sinè notabili detrimento, attamen expensæ illę vtiliores in perpetuũ res maioratus reddiderunt: vel deniq; debita illa contracta sunt ex causis, quæ ad fructuũ collectionẽ attinebãt, vel ad impẽsam, quã maioratus possessor facere tenebatur.

2 In hoc tertio euẽtu, successor in maioratu, non tenetur soluere eiusmodi debita, neque anteccessor potuit pro illis obligare bona maioratus: quoniã solutio earũ expẽsarũ, ad possessorẽ tunc maioratus expectabat ex reditibus maioratus; eò quòd ex debito sno, aut pro sua solùm vtilitate, eas fecerit: quare hæres illius tenetur ea debita soluere, iuxta vires hæreditatis talis tunc possessoris maioratus: nó verò successor in maioratu, nisi hæres simul sit talis anteccessoris: atq; tunc tenebitur, quatenus hæres illius, de alijs eiusdẽ prædecessoris bonis; non verò quatenus successor in maioratu, neq, de bonis maioratus, aut de reditibus maioratus, qui à puncto mortis prędecessoris, ad ipsũ spectãt. Hęc ex se sũt nota, eaq; affirmat Molina. c. 10. citato. n. 18. 23. §. si verò, &. n. 24. & in calce. n. 27. & cõfirmantur ex. c. ex præsentiũ, de pig. vbi, cũ sacerdos quidã defũctus bona quędam mobilia suę Ecclesię in pignus tradidisset pro debito cõtracto, nõ ex Ecclesiæ, sed ex sua necessitate, præcipitur, vt hęres illius soluat debitũ, & res illæ reddãtur Ecclesiæ: quæ pignoris ratione, eò quòd nõ esset sacerdotis illius, sed Ecclesię, neq; pro Ecclesiæ necessitate fuerint obligatæ, subire nõ potuerũt, neq; Ecclesia, aut successor in illa, ad solutionẽ talis debiti teneatur, eò quòd pro Ecclesię illius necessitate, aut vtilitate, nõ sit cõtractũ. Rectè verò Molina vbi supra subiũgit, si debita illa essent contracta pro expensis factis in rebus maioratus, ex quibus vtilitas redundaret in successores, quia scilicet propter illas fructus perciperẽt vberiores, tũc, pro rata vtilitatis, quam suo tẽpore perciperet, cõtribuere teneretur ad eas expensas, seu ad ea debita, ita vt, quod contribueret, ineremẽtum vtilitatis, quam perciperet, non excederet, neq; contribueret plus, quàm pro rata vtilitatis suæ, ad ratam vtilitatis anteccessoris, ac sequentium in maioratu, estò incrementum vtilitatis esset, longè maius.

3 In secũdo verò euẽtu, quãdo scilicet debita essẽt cõtracta ex causis ad maiorat' perpetuã cõseruationẽ, ac vtilitatẽ, non quidẽ necessarijs, sed volũtarijs, dicendũ est. Si facultate regia essẽt cõtracta, tũc bona ipsa manere ad eiusmodi debita obligata (Regẽ tñ nõ debere eã cõcedere, nisi euidẽter cõstaret, id esse in maioré multò vtilitatẽ maioratus, quã sit quãtitas eorũ debitorũ, aut nisi bonũ cõmune reipublicę postularet, vt id ita fieret) ac proinde successores in maioratu manere etiã obligatos, & teneri illa soluere eo modo, quo de cẽsu illo, in bonis cuiusdã maiorat' ex regia facultate cõstituto, in principio huius disputationis dictũ est. Ita Molina. n. 27. citato. §. si verò; licèt modũ solutionis non explicet. Si verò sinè tali facultate essẽt cõtracta, tũc maioratus bona nõ manerẽt pro eiusmodi debitis obligata, neq; alienari possẽt ad illa soluẽda, neque proinde ex illis solui possẽt. Vnusquisq; tamẽ successorũ in maioratu, pro ratione maioris vtilitatis, quã ob eos sũptus perciperet, cogi posset aliquid proportionale, prudẽtis arbitrio taxãdũ, de reditibus cõtribuere, modo in calce tertij euẽtus prędecẽtis à nobis explicato. Quòd si quid soluẽdũ superesset, illud tenerent soluere hęredes eius possessoris, qui ea debita cõtraxit, idq; de hęreditate illi', modo in eodẽ tertio euẽtu etiã à nobis explicato: alioquin creditores id amitterẽt. Hęc intẽdere & affirmare videtur Molina. §. si verò citato, iũcto. §. sequenti,

ti, &. n. 18. licèt rẽ nó adeò exactè explicet, & facilè patẽt ex dictis in tertio euẽtu præcedẽte: præter illud, quòd bona maioratus nõ manerent pro eis debitis obligata, neq; ad illa soluẽda possent alienari, aut ex illis solui posset. Quod tamẽ probat Molina. §. si verò citato: quoniam, cũ id cedere facilè posset in destructionẽ maioratus, & in maximũ grauamẽ & detrimentũ successorũ in illo, vtiq; nó est cẽsenda cõcessa illi facultas, vt, obligando bona maioratus, aut reditus, alioquin à successoribus percipiẽdos ex illo, id efficiat, quod vtile iudicat futurũ maioratui, neq; omnino est necessariũ ad eius maioratus cõseruationẽ: sed ex suis solùm bonis, cõdonãdo id maioratui, & successoribus in illo, potest solũ id efficere, si velit, aut certè periculũ totum inse suscipiendo, quòd ea de causa vinculum maioratus nulla ex parte dissoluetur, neq; id continget reditus, alioquin ex eo maioratu à successoribus percipiendos; quòd si ea lege illos noluerit facere, ab eis efficiẽdis disse cõtineat.

4 In primo verò euẽtu, quãdo scilicet debita cõtracta essent ex causis ad maioratus perpetuãconseruationẽ necessarijs, soluenda essent de bonis maioratus, possentq; bona maioratus pro eis debitis obligari, atque ad eorũ solutionẽ tenerentur successores in maioratu, essẽtq; eo modo soluẽda, quo de censu illo ex regia facultate in quo dã maioratu constituto, in principio huius disputationis dictũ est. Ita Molina vbi supra. à. n. 15. &. n. 25. cõmunisq; doctorũ sẽtẽtia, quã refert. Quòd autẽ successores in maioratu tenerẽtur ea soluere de bonis maioratus, prabat. c. 1. de solut. Vbi pronũcia tur, debita à prędecessore in Ecclesię necessitate cõtracta, soluẽda esse à successore de bonis talis Ecclesiæ: eadẽq; est ratio de debitis à prædecessore in maioratu pro necessitate eiusdẽ maioratus cõtractis, quia scilicet, nisi eis sũptibus repararetur, deterior multò redderetur, lõgeq; maius detrimẽtũ illi obueniret, quã sit quãtitas debitorũ ea de causa cõtractorũ: tũc enim negotiũ maioratus gessit vtiliter, ac proinde maioratus ipse, successoresq; in illo, ratione illius, atq; de bonis illius, tenerẽtur ei, & creditoribus ea in parte illius, ad ea debita actione negotiorũ gestorũ. Atq; idẽ dicẽdũ esse arbitror quãdo, licèt causę nõ essẽt necessarię, essẽt tamẽ adeò vtiles, quòd ex eis sũptibus, ac debitis, lõgè plus valoris, & emolumẽti, accreuerit maioratui, quã sint sumptus illi ac debita: tũc enim maioratus ipse, & successores in illo ratione illius, tenerentur illi & creditoribus illius, ad ea debita actione negotiorũ gestorũ. Imò verò similia debita. c. 1. de solut. cẽsentur cõtracta pro necessitate Ecclesiæ & maioratus, hoc est, pro lõgè maiori vtilitate, quã si facta nõ essent: quod enim vtile eo modo est, necessariũ etiã dicitur, sũpto necessario latè, vt cõprehẽdit etiã vtile, vt in procœmio Porphirij, & alias sæpe notatur. Neq; refert, si quis dicat, maioratus bona neq; hypothecari, neq, alio modo alienari posse, ex præcepto institutoris, ex maioratusq; ipsa natura, ac proinde nec obligari posse pro eiusmodi debitis, neq; diuẽdi partẽ eorũ ad ea debita soluẽda. Nã id intelligẽdũ est, ex causa volũtaria: secus autẽ ex causa necessaria, qualis hęc est: in prohibitione enim alienationis excluſa cẽsetur alienatio ex causa necessaria, vt probãt iura, quę in principio disputationis præcedẽtis ad hoc citauimus, & affirmat cõmunis sentẽtia, quã ad rẽ propositã Molina vbi supra. n. 20. refert ac sequitur. Neq; enim credẽdũ est, maioratus institutorẽ, qui res maioratus idcirco alienari prohibuit, vt perpetuò in familia cõseruarẽtur, id etiã voluisse in euẽtu, quòd, si pars non alienaretur, aut, si omnes nõ exponerẽtur periculo alienationis partis eorũ, omnes hypothecæ pro debito aliquo subijciẽdo, omnes, aut lõgè maior earũ pars, omnino periret: id quippe hominis esset prorsus insipiẽtis, & qui contrariũ pręciperet, quã eo suo præcepto intẽderet. Hæc omnia cõfirmantur ex. l. pater filiũ, in prin. ff. de leg. 3. Vbi, cũ pater bona, quæ hypothecæ alteri obligata habebat pro certa pecunię quãtitate, quã illi debebat, in fideicõmissũ filio reliquisset, prohibẽdo illa alienare, aut hypothecæ subijcere, vt in perpetuũ in familia cõseruarẽtur; filiusq; ea hypothecæ alteri subiecisset pro æquali pecuniæ quãtitate, quã mutuo accepit, vt solueret illud debitũ patris, pro quo ea dẽbona pater hypothecę subiecerat: quæritum fuit, an hęc secunda hypotheca valida esset, veinõ, sed esset nulla, vt pote cõtra præscriptum patris. Respondetur verò, validam esse: quia ex causa necessaria ad soluẽdum debitũ patris, neq; aliter ea hypothecę subijciendo, quã à tre essẽt subiecta, sed solùm commutando creditorem, cui hypotecæ essent subiectæ: quo fit, vt longè maiori cum ratione validè pars bonorum maioratus alienetur, aut omnia bona hypothecæ subijciãtur, ad euitandum longè maius eorundẽ bonorũ damnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

num, aut etiam ad commodum eorundem bonorum longè magis augendum.

Molina vbi supra.n.25. quærit, an, iuxta hunc textũ, qui ex regia facultate cõstituisset censũ aliquẽ in bonis maioratus, si illum redemisset, posset absq; noua facultate, æqualẽ alteri cõcedere in eodẽ maioratu, cõmutando tantùm creditorẽ, cui is cẽsus debeatur. Ac respõdet. Si id fiat cõcedẽdo cẽsum secundo, vt ex pecunia redimat primũ, id fieri posse: quoniã solum est cõmutare creditorem eiusdẽ quãtitatis sinè vllo maiori onere, atq; primã obligationem, secunda extinguendo vt in casu textus citati factũ est. Posit quàm autẽ semel extinxisset cẽsum ex sua, aut ex aliena pecunia mutuo accepta, nõ posset sinè noua facultate constituere æqualẽ censũ, nisi is, cui antea debitus erat cẽsus, tẽpore dissolutionis, aut in cõtinenti post dissolutionẽ, cessisset ei actionẽ, quã habebat in bona maioratus: quod virtute est cõcessisse illi eundẽ cẽsum, aut ius cẽsus in eadẽ bona maioratus pro ea pecunia, vt vtrunq; colligitur ex.l. Modestinus.ff.de solut.ex.l.Papinianus.ff.mand.& ex.l.11.titu.12.part. 5. Credo tamẽ in hoc euẽtu bona maioratus manere obligata redẽptori eius cẽsus pro pecunia, qua eũ redemit, idq; negotiorũ gestorũ actione, nisi ex meraliberalitate, cõdonando id maioratui, & successoribus illius, cẽsũ redemisset.

5 Dubiũ est, vtrũ si eiusmodi debita sint cõtracta ad raparãdũ, aut reficiẽdũ, aut de nouo ædificãdũ in domibus maioratuũ, aut ad alia, de quibus est sermo.l. 46. Tauri, quæ est.l.6.titu.7.lib.5.nouæcollect.teneãtur si militer ea soluere successores in maioratib' de bonis ipsorũmet maioratuũ. Ratio autẽ peculiariter dubitandi de eiusmodi debitis est, quoniã eadẽ lege.46. Tauri sancitur, vt valorẽ eiusmodi melioramentorũ, ac sumptuũ, nõ teneãtur soluere successores in maioratu vxori antecessoris, qui illos fecit, aut filijs, vel hæredibus, ac successoribus illius, estò ea decausa minor pars bonorũ superlucratorũ, aut nihil, adueniat vxori illi, & estò filij minorẽ cõsequãtur legitimã, quã alioquin essẽt accepturi. Meritò tamẽ Molina vbi supra.n.16.&.18. Gutier.de pract.qq. lib.2.q.84.& Burgos de Pax iunior de maioratibus.q.7.à.n.42. cẽsent, etiã eiusmodi debita ex causa necessaria esse soluẽda, & pro illis obligari posse bona maioratus. Ratio autẽ est, quoniã lex illa solũ loquitur de vxore & filijs possessoris maioratus, qui eas expensas, ac meliorationes, fecit; eò

A quòd bona illa essẽt ipsiusmet possessoris maioratus propria, neq; ad legitimas filiorũ, aut ad partẽ vxoris spectarẽt, nisi ex hypothesi, q̃ tempore mortis patris, aut mariti, extarẽt, neq; essẽt consũpta: longè verò alia ratio est de creditoribus, qui ad id mutuo dederũt, aut in quorũ damnũ tales sũptus facti sũt, de quibus creditoribus ea lex nõ loquitur, quæ, tanquã exorbitãs, nõ est ad eos extendẽda. Imò credo, estò debita illa ex causa volũtaria essẽt cõtracta, vtili tamẽ maioratui, si nõ superessẽt bona possessoris maioratus, qui ea debita cõtraxit, vnde soluerẽtur, posse creditores petere de bonis maioratus incremẽtũ perpetuũ in eis bonis factũ, vt scilicet de maioratu tantundẽ æstimationis detraheretur in parte aliqua illius, aut vt cẽsus annuus in eo maioratu cõstitueretur soluẽdus creditoribus, vnde id incrementũ eis persolueretur. Hæc eadẽ similiter sunt dicẽda cõparatione vxoris possessoris maioratus, qui tales sũptus fecit, quãdo de dote, aut de bonis paraphernalibus vxoris, eos feciſſet: quoad hęcenim bona vxor rationẽ creditoris habet magis priuilegiati, quã sint cęteri: neq; de vxore, quoad hæc ipsius propria bona, minimè sibi cũ marito cõmunia, loquitur lex.46. Tauri, sed solũ quoad cõmunia lucra sibi cum marito. Illud etiã est obseruãdũ cũ Molina vbi supra.n.19.&.23.& cũ alijs doctoribus citatis, si pecuniamutuo detur ad reficiẽdã, aut reparãdã, domũ maioratus, aut ad aliquid in ea ędificãdũ, vel ad aliud maioratus ædificiũ, neq; plus ad id sit mutuo datum, quãad illud sit necessariũ, sitq; in eo re ipsa expẽsũ, estò ędificiũ nõ sit pro eo debito expressè hypothecatũ, manere tamẽ, nõ

D solũ de iure huius regni, sed etiã de iure cõmuni, pro ea pecunia ac debito tacitè eo ipso hypothecatũ cũ priuilegio prælationis, vtdisp.438.nos latè ostẽdim", nihilimpedie te, quòd id ædificiũ sit bonũ maioratus: modò tamẽ ex causa necessaria sit id expensũ: nõ verò ex volũtaria tãtũ ac vtili: quoniã iã supra dictũ est, ex causa volũtaria nõ posse res maioratus expressè, aut tacitè, subijci hypothecæ à successoribus in maioratu contra naturam rerum maioratus, institutorisq; illius præceptum. Hæc quando debita contracta sunt maioratus contemplatione, ad illius conseruationẽ, ac vtilitatẽ.

Quando verò debita non sunt itacõtracta, sed pro vtilitate, necessitate, aut libito, possessoris maioratus, tunc. si successor in maioratu tali antecedẽti possessori hęres illius

6

ius existat, tenebitur ad debita illius, non debonis, aut fructibus, maioratus, neq; quatenus successor est in maioratu, sed de bonis prædecessoris hæreditarijs, pro rata sortis portionis, in qua hęres illis existit, ac iuxta vires eius portionis, si inuentarium conficiat. Hęc nota sunt ex se, & ex dictis disputatione præcedente, eaq̃ affirmat, cum Peralta, Molina. c. 10.citato.n.28.

6 Quando verò successor in maioratu hęres prædecessori non existit, nõ tenetur ad eiusmodi debita prędecessoris. Ita communis doctorum sententia, quam referũt ac sequuntur Molina vbi supra.n.29. Greg.Lopez. l. 4. titu.15. part. 2. verb. *sus deudas*, & Ant.Gom.l.40. Tauri.n.72. Ratio autẽ est, quoniam in eo maioratu non succedit iure hæreditario, sed sanguinis, neq; illud accipit à prædecessore, sed ab institutore, ex illiusq; præscripto ac ordinatione, vt disp.617.&.626. est comprobatum: quarè bona maioratus libera omnino sunt ab omnibus eiusmodi debitis prædecessoris, & successor in illis liber etiã est, eorũ ratione.

7 Neq; refert, si quis obijciat, lege.4.titu. 15.part.2.dici, Regẽ succedentẽ in regno, teneri soluere debita sui prædecessoris: vnde sequi videtur, successores in reliquis maioratibus, teneri similiter soluere debita suorũ in eisdẽ maioratibus antecessorũ: eò quòd, etiã in regno, iure sanguinis succedatur, & nõ iure hæreditario, vt disputationibus citatis ostẽsum est; valeatq; argumẽtũ à regno ad cæteros maioratus, quãdo in eis peculiariter nõ est aliud dispositũ. Non, inquã, id refert. Primò, quoniã lex illa loquitur, quãdo successor in regno, simul est hæres prædecessori, vt regulariter euenire solet: in quo euẽtu, de bonis liberis, quę ad hæreditatẽ à prędecessore relictã spectant, tenetur ea soluere. Secũdò, quoniã debita antecessoris in regno, regulariter cõtracta sunt in bonũ regni, ad illius congruã, administrationẽ atq; ad subueniendũ necessitatibus regni occurentibus: in quo euẽtu, successor in regno tenetur ea debita soluere: quod nõ ita euenit in debitis antecessorũ in alijs maioratibus. Tertiò, quoniam, si quæ alia supereſſent debita antecessoris in regno, quæ ex duobus capitibus explicatis successor in regno nõ teneretur soluere de rigore iustitiæ, certè teneretur ea soluere ex decẽtia, & munificẽtia Regis: quæ plus in Rege splẽdere debẽt, præsertim ad debita antecessoris soluẽda, qui sibi sãguine valdecõiunctus esse solet, quam in alijs maio-

A ratuũ successoribus: &, post Regem, plus splẽdere debẽt in opulentissimoru maioratuũ successoribus, quàm in alijs, qui nõ in adeò opulẽtis maioratibus succedũt. Propter tria itaq; capita explicata simul sumpta, dictũ est absolutè lege illa.4. teneri successorẽ in regno soluere debita sui prædecessoris: neq; semper, & quoad omnia in ea lege cõmemorata, ad quæ absoluté teneri affirmat, intelligit teneri ex iustitia, sed interdũ, & quoad aliqua, ex sola honestate & de

B centia: commemorat enim etiã teneri facere eleemosynam, & orare pro anima prędecessoris defuncti, & quæda alia, ad quę constat solum teneri ex decentia & honestate morali: atq; id planè significat verba illa in principio legis, *tenudo en por derecho y por bie estança*, hoc est, ex bono & æquo, honestate morali. Reijcienda est ergo sententia Emmanuelis Acosta in.q. de patruo & nepote, part.3.n.9. arbitrantis, successorẽ in regno, id circo de iustitia teneri vniuersim soluere debita sui prędecessoris, cũ tamen alij successores in alijs maioratibus soluere nõ teneantur debita suorũ in eis antecessorum, quòd Rex succedat in regno suo antecessori hæreditario iure; reliqui verò iure sanguinis: cuius contrarium perspicuè nos ostendimus disp. 626.

C

Quidã, quos Molina vbi supra n.32. refert, arbitrati sunt, successorẽ in maioratu, soluere debere debita prędecessoris, si cõtracta sint pro necessaria sustentatione personæ prædecessoris, aut si parua sint, aut ad exonerationẽ animæ antecessoris attineãt; vel si contracta sint ad funus antecessoris. Meritò verò Molina contrarium, etiam in his euentibus, affirmat. Quoniam bona maioratus, ex præscripto institutoris libera omnino eo ipso manent successori, quòd

D antecessor è vita discedit: neq; est cur successor ad ea debita obstrictus ex bonis maioratus maneat.

In Lusitania verò lib. 4.ord. titu.5.§.1. & 2. sancitũ est, vt, si antecessor in maioratu, instituto siue de bonis regiæ coronæ, siue de bonis patrimonialibus, mortuus fuerit, relictis debitis, quæ de alijs bonis liberis ipsius solui non possint, & debita contracta sint ex obsequijs regno, aut Regi factis, aut in sustentãdis ac educãdis filijs, aut debeãtur famulis ob eorum obsequia, vel debeantur ex contractu matrimonij, tunc successor in eo maioratu ex reditibus maioratus teneatur intrà quatuor annos soluere solũ æstimationẽ reditũ duorum

Lus Lusit. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

annorum, à puncto mortis prædeceſſoris, A ſoluendo ſingulis ex illis quatuor annis dimidium reditum vniuſcuiuſq; illorũ duorum priorum annorum, quantum inde ſatis ſit, vt debita integrè ſoluantur. Quòd ſi reditus eorum duorum annorum ſatis non ſint ad ea debita ſoluenda, tunc diuidantur inter creditores pro rata quantitatis, quæ cuiq; debetur, &, quod de fuerit, maneat inſolutum, illudq; creditores amittant.

SVMMARIVM.

1 AVGMENTVM *rebus maioratus quotuplex.*

2 *Augmentum ſiue latens, ſiue patẽs, alluuione adueniens prædijs, quæ iure pleno ſunt maioratus, ad ſucceſſores in maioratu ſpectat. Excipe in Luſitania augmentum patens, quod ius reale eſt.*

3 *Ad maioratum quando ſolùm pertinet proprietas, aut ſolùm pertinet dominium vtile alicuius prædij, quo ſit; incrementum latens, aut patens pertineat, aut non pertineat ad maioratum, tranſeatq; proinde, aut non tranſeat ad ſucceſſores.*

4 *Idem de incremento latenti, aut patenti, eſt dicendum, quando induſtria ac ſumptibus fuit etiam factum, aut quando ſumptus, aut pars eorum, ſolui debeat à ſucceſſoribus, aut de bonis maioratus.*

5 *Maioratui ſi accreſcat vſusfructus, aut dominium vtile, quæ ad alium attinebant, quia finita ſunt & conſolidata cum proprietate, ſine vllo ſumptu anteceſſoris, omnino pertinent ad ſucceſſores in maioratu, nihilq; ea de cauſa ſoluere tenentur.*

Augmentum factum in rebus maioratus, quotuplex. Et num augmentum quaſi naturaliter & caſu tempore vnius rebus maioratus obueniens, ad ſucceſſores pertineat.
Diſp. 642.

1 DICENDVM deinde eſt, num augmentum rebus maioratus obueniẽs, naturam rerum maioratus ſortiatur, an non, ac proinde vtrum ad ſucceſſores in eo maioratu pertineat, vel non. Poteſt verò aliquid rebus maioratus accreſcere, vel quaſi naturaliter & caſu, vt ſunt ea, quæ alluuione, aut ſimili modo rebus maioratus accreſcunt, de quibus diſp. 57. dictum eſt: vel induſtria poſſeſſoris maioratus, ſub quo augmento, etiam illud intellige, quod in rebus maioratus, aut circa illas, poſſeſſori maioratus donatione, aut alio titulo conceſſum eſt, aut etiã præſcriptione comparauit. Porrò augmentum huius poſterioris generis, duplex eſſe poteſt. Quoddã, quod poteſt cõſiſtere ſeparatũ à rebus maioratus; quod extrinſecum augmentum quidam vocant: & aliud quod omnino cedit rebus ipſis maioratus, nec proinde conſiſtere poteſt ſeparatũ ab illis; quod aliqui intrinſecum rebus maioratus appellant. De primo autem genere augmenti, ex his tribus explicatis, dicemus paucis hac diſputatione: de alijs verò duobus dicemus duabus ſequentibus diſputationibus, vt ſermo ſit dilucidior, nec diſputationes tedium longitudine pariant. B

Diſp. 57. citata dictum, oſtenſumq; eſt, 2 incrementum alluuione accreſcens, eſſe duplex: quoddam latens, & aliud patens, & quid vnumquodq; eorum ſit. Ibidẽ oſtenſum etiam eſt, vtrunq; augmentum accreſcere prædio, cui aduenit, pertinereq; proinde ad eum, cuius id prædium eſt pleno iure, hoc eſt quoad dominium vtile & directum; neq; ea de re eſſe vllã controuerſiam: quarè, cùm poſſeſſor maioratus, dominus eſſe ſoleat prædiorum maioratus, tã quoad directum, quàm quoad vtile dominiũ, conſequens eſt, vt ad ipſum vtrunq; augmentũ pertineat: & cùm pertineat ratione ipſiuſmet prædij, cuius eſt dominus, tanquã pars & augmentũ eius prædij, conſequens etiam eſt, vt cum prædio ipſo conſolidetur, naturamq; illius, tanquam eius pars, ad illúdve ſpectans, ſortiatur, ac proinde vt, ſicut prædium ipſum ad vinculum maioratus attinebat; ita quoque incrementum illud ad maioratus vinculum pertineat, atque adeò, vt ſpectet ſimiliter ad ſucceſſores in maioratu. Ita Molina lib. 1. de primog. c. 26. n. 17. In Luſitania autem, quando incrementum patens, ius regale ſit, ac proinde ad coronã regiam ſpectet, & non ad poſſeſſores maioratus, neque ad poſſeſſores prædiorum, quæ vinculo maioratus alligata non ſunt, diſp. 57. citata dictum eſt. C

Diſp. 57. citata, & diſp. 462. diximus, in- 3 crementum, tam latens, quàm patens, finito vſufructu, feudo, aut emphyteuſi, attinere pleno iure ad proprietarium, neque tener

teneri ſoluere aliquid pro illo vſufructuario, vaſſallo, aut emphyteutæ. Itemq;, dum vſusfructus perſeuerat, incrementum patẽs pertinere pleno iure ad proprietariũ: latẽs verò, ſpectare, quoad proprietatem, ad proprietarium, & quoad vſumfructuum, ad vſufructuarium. Dum autem perſeuerat emphyteuſis, dictum eſt, tam incrementũ latens, quàm patens, pertinere ad proprietarium quoad proprietatem: & quoad vſũfructum ad vſufructuarium. Deniq;, quod ad feudum attinet, diximus, de iure communi feudorum, vtrunque incrementum pertinere pleno iure ad proprietarium, & neque quoad vtile dominium ac vſumfructum ſpectare ad feudatarium, etiam dum feudũ perſeuerat. De iure verò huius regni. l. 30. titu. 28. part. 3. ſancitum eſſe, vt dũ feudum perſeuerat, patens incrementum pleno iure pertineat ad proprietarium: latens verò, quoad vtile ſolùm dominium, ſpectet ad vſufructuarium. Molina verò. n. 17. citato, veriorem ſententiam arbitratur, vt, quod de emphyteuſi dictum eſt, locum ſimiliter habeat in feudo. Quanuis autem ea ſententia inſe, ſecluſaq́ue iuris diſpoſitione, æqua ſit; ſuppoſitis tamen feudorũ iuribus, & lege Caſtellæ citata, falſam eam arbitror, tam extra hoc Caſtellæ regnũ, quam in hoc regno. Lege, quæ diſputationibus citatis dicta à nobis ſunt. Ex his intelligitur, quando poſſeſſor maioratus proprietarius eſt rei. cuius alius habet vſufructum, aut dominium vtile emphyteuticum, aut feudale, quouſque incrementum latẽs, aut patens, eius rei, ad ipſum ſpectet. Itemq́ue, quando ipſe maioratus poſſeſſor, eſt emphyteuta, aut feudatarius, alteri quoad bonũ aliquod maioratus, quando ad ipſum ſpectet. A B C

4 Illud admonuerim, quo dicta ſunt de incremento, de quo in hac diſputatione nobis eſt ſermo, locum ſimiliter habere, etiã ſi, appoſita aliqua induſtria poſſeſſoris maioratus, factiſq́ue aliquibus ſumptibus, in fluuio diuertendo, obſtaculaq; ei obijciendo, vt recedat, neque paulatim deſtruat prædium maioratus, ſed potius, ab eo recedendo, illud augeat, tale incrementum, ſiue latens, ſiue patẽs, in medioq́ue fluminis relictum proueniat. Etenim id incrementum, eſtò ea induſtria, & ſumptibus, adiuuetur, vt ſiat ac reſultet ex gentium tamen iure, atque ex iuris ciuilis diſpoſitione, ad ipſamet rei naturam accommodatè, cedit prædio præexiſtenti, tanquam pars, atque incre- D

mentum illius, eandem naturam & qualitatem cum illo habens, vnumq́ue cum illo efficiens: neque aliud ea induſtria, & ſumptibus fit, quàm vt id, quod antea erat, & cũ eo prædio ſuptus aquas continuabatur, appareat, aptumq́ue culturæ, & fructibus ferendis, reddatur, terra aliqua interdum alluuione ei aucta. Poterit quidem aliquãdo, qui eam induſtriam appoſuit, eoſq́ue ſumptus fecit, eſtimationem eorum ſumptuum petere, aut partis eorum, vt de incremento induſtria poſſeſſoris maioratus in eo facto dicemus: incrementum tamen illud veſut pars eſt præexiſtens & latens prædij maioratus, eandem qualitatem & naturam cum illo eo ipſo habens, quod apparet & accreſcit, ac proinde computari debet cum incremento, de quo hac diſputatione nobis eſt ſermo: non verò cum ijs incrementis, de, quibus duabus ſequentibus diſputationibus nobis futurus eſt ſermo.

Si cum proprietate rei maioratus, conſo- 5 lidetur vſusfructus, qui ad alium ſpectabat, aut dominium vtile emphyteutæ, aut feudatarij, vel morte eorum, vel quia alia ratione finitum fuit tempus, pro quo vſusfructus, emphyteuſis, aut feudum, fuerant conceſſa, vel quòd emphyteuta, aut feudatarius, in commiſſum inciderint: ſtunc, quia talis vſusfructus, aut dominium vtile, abſque vllo facto, aut induſtria poſſeſſoris maioratus, ex cauſa præcedente proprietatis vinculo maioratus alligatæ, aduenit, eõſolidatur, vnumq́ue efficitur cum illa; complens integrum dominium eiuſdem rei, ſortitur planè qualitatem proprietatis, cui ita aduenit, & accreſcit, ac proinde manet vinculo maioratus alligatum, pertinetq́ue ad ſucceſſores in maioratu, non ſecus atque, quod alluuione rebus maiorttus abſq; vlla induſtria accreſcit, atque adeò nihil, ratione illius, debent ſucceſſores in maioratu, aut bona ipſa maioratus, anteceſſori, cuius tempore id cum proprietate conſolidatũ eſt. Ita Molina vbi ſupra. n. 18. cum alijs, quos refert, qui rectè ſubiungit, idem dicẽdum eſſe quoad incrementũ valoris, quod temporis progreſſu habent bona ipſa maioratus in ſe, fructuſq́ue ac reditus maioratus. Conſentiunt, quoad vtrunque, quæ diſp. 433. diximus de vſufructu, qui contracta matrimonio conſolidatur cum proprietate capitalis viri, aut vxoris, & doctores, quos ad id citauimus. D

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *rebus quod augmentũ aduenièr perse potẽs subsistere dicatur. Illud ad maioratũ non pertinet, nisi ritè fuerit ei incorporatum ac factum maioratus, quod non præsumitur, ac proinde non pertinet ad successores in maioratu, sed est bonum liberum.*

2 *Maioratus possessor si aliquid præscribat, vt ad maioratum pertinens, maioratui cedit: secus si illud præscribat non vt ad maioratum pertinens.*

3 *Retrahat si possessor maioratus rem aliquem propter communionem illius cum re maioratus, non pertinet ad maioratum, sed est libera, nisi maioratui ritè incorporetur.*

4 *Res quæ tandem consolidanda est cum bono maioratus, si antea acquirat eam sibi, & non maioratui, possessor illius, siue oneroso, siue lucratiuo titulo, quousque libera, & non maioratus, maneat.*

Augmentum perse potens consistere, seu extrinsecum, quod rebus maioratus, possessorit industria, aduenit, an ad maioratum, successoresq; proinde in illo, pertineat. Disp. 643.

1 EXEMPLA sunt, quę dixerunt. 463. §. illud verò, disputando de melioramentis in rebus emphyteucis factis, adhibuimus. Vt si possessor maioratus titulo oneroso, aut lucratiuo, fundum comparet, fundo maioratus coniunctum, eique valde vtile, & ex vtroque vnũ efficiat: eiusmodi enim incrementum industria possessoris maioratus est comparatum in sensu in principio disputationis præcedẽtis explicato, potestque per se consistere diuisum à reliquo fundo maioratus, vt antea erat. Item, si habens oppidum sinè iurisdictione, aut sinè quadã parte illius, vel sinè ijs reditibus, quos *Alcaualas*, vocamus, iurisditionè, aut alcaualas, cõparet titulo oneroso emptionis, aut permittationis, vel lucratiuo principis donatione: tale quippe dominiũ iurisdictionis, aut alcaualarũ, eius oppidi, potest perse cõsistere subiecto separatum à reliquo dominio eiusdẽ oppidi, vt antea erat. Similiter, si habens Marchionatum, aut Comitatum, vel Ducatum, comparet alia oppida oneroso titulo, vel lucratiuo, tale incrementum cõsistere potest perse separatum ab alijs oppidis ac bonis eius Marchionatus, Comitatus, aut Ducatus. Variaque alia adhiberi poterunt similia exempla.

Hoc ita explanato, dicendum est. Eiusmodi incrementa non fortiri rationem maioratus, neque proinde pertinere ad successorem in eo maioratu, sed manere bona libera, diuidenda inter hęredes eius, qui illa comparauit, non secus atque alia eiusdem possessoris maioratus bona libera, possęque possessorem maioratus perinde de eis disponere, atque de alijs suis bonis liberis. Excipe, nisi ex facultate principis, aut alias validè, ab eo, qui ea comparauit, vnita atq; incorporata essent maioratui; quod nõ præsumitur, nisi constet: tunc enim euidens est fortiri vinculum ac qualitatem cæterorum bonorum maioratus, ac proinde deriuari cum illis ad successores in eo maioratu. Vtrunque affirmat Molina, cum communi sententia, quam refert, lib. 1. de primog. c. 26. à n. 3. solumque primum probatione indiget. Ex eo verò satis facile liquet: quoniam eiusmodi bona suam peculiarem ac separatam habent conditionem, indigẽtque separata possessionis apprehẽtione, ac præscriptione, vt hæc omnia expressè habentur. l. qui fundum. §. 1. ff. pro emptore. Id etiam totum, quod probare intendimus, apertè confirmat ac docet. c. 1. §. è contrario, de inuest. de re aliena facta, cuius verba sunt. *Si quid feudo adiectum sit, si quidem tale adiectum sit, quod perse subsistere possit, id est, vt perse censeatur, vt prædium, id non accrescit feudo. Si verò perse non possit subsistere, vt seruitus* (in feudali prædio acquisita: quæ proinde cohæret tali feudali prædio, tanquam ipsi debita, & non domino, cui solutione prędij debetur) *plerisque placet, feudo accrescere: & sicut partem feudi dispondendam* (id est, censendam) *esse.* Eandem doctrinã docent in feudo, & emphyteusi, Iulius Clarus. 4. lib. sententiarum. §. feudum. q. 88. Aluarotus, Carolus Molinęus, & alij, quos Iulius Clarus, & Molina vbi supra, referũt. Habet verò hæc doctrina verum, non solum si, quod aduenit rebus maioratus, sit res perse diuersa, vt nouũ prędium, aut nouum oppidum, sed etiam si sit accessoria rei maioratus, dummodò, in sensu explicato, possit perse subsistere, vt sunt iurisdictio, aut pars iurisdictionis oppidi maioratus, vel Alcaualæ illius, quę de nouo cum parentur, aut aliud simile, vt Iulius Clarus, & Molina vbi supra, Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *sino el hijo mayor* in fine colum. 4. & cõmunis sẽtẽtia, quã referũt, rectè affirmãt. Neq; refert (subiũgit ibidẽ Molina cũ Carolo Molinęo) quod dicitur, adiacẽtia scilicet & accessoria, sequi naturam principalis, argumento. l. si quando. C. de bonis, vacantibus, & similium iurium: quoniam, inquiunt, intelligenda sunt, quando accesoria expressè adiecta fuerunt cum qualitate principalis rei, aut quando is, qui ipsa adiacẽtia rei addidit, de ipsa re disponit, agitur que de interpretatione eius dispositionis, & non alias. Iuxta hanc doctrinam ait Molina ibidem, se vidisse pronunciatum, bombardas, & alia sulphurea instrumenta, quæ maioratus possessor in castro apposuerat maioratus, bona libera esse, diuidẽda inter hęredes possessoris illius maioratus, neq;, spectare ad vinculum maioratus: quoniam inuentum non fuit, eum possessorem illa vinculasse maioratui illi.

2 Si possessor maioratus rem præscribat, tanquam maioratus, tunc res illa maioratui accrescit, & non pertinet ad hæredes talis possessoris, sed transit ad successores in eo maioratu: est enim id incrementum maioratui, quatenus maioratus est, titulo præscriptionis: non secus atque, quod prædijs maioratus alluuione accrescit, incrementum est maioratus, quatenus maioratus est. Si verò illam præscribat, non tanquam rem maioratus, tunc manet bonum liberum, & pertinet ad hæredes possessoris maioratus. Ita cõmunis doctorum sentẽtia, quam Molina vbi supra. n. 7. refert ac sequitur, & consentit Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. part. 2. verb. *sino el hijo maior*, in calce columæ. 4. & colum. 5. resque est satis perspicua, dictumq; est in calce disp. 69.

Quæstio. Dubium est, vtrum, si possessor maioratus iuxta ea, quæ disp. 371 &. 372. dicta sũt, retraxit rem, eò quòd communis esset cum re maioratus, aut retraxit ius emphyteuticum, pro eodem pretio, quo emphyteuta illud vendebat, aut vendidit, eò quòd proprietas ad maioratum attinebat, an res, vel ius emphyteuticum ita retracta, pertineant ad maioratum, transeãtque proinde ad successorem in illo, vel non, sed sint bona libera, ad hæredes possessoris maioratus attinẽtia, si maioratus possessor, dum viueret, illa non incorporauit in maioratu.

Prim. arg. Quod efficiantur bona maioratus, suadere videtur. In primis, quòd titulo maioratus comparata, retractaque sint: neq; enim possessor maioratus potuit illa retrahere, nisi titulo bonorum maioratus: quarè illa videtur comparasse maioratui, affecisseque qualitate bonorum maioratus.

Deinde verò, quoniam acquisitio illa, prouenit ex causa trahente originem ab ipso maioratus institutore, qui rem in emphyteusim tradidit, cámve cõmunem cum alia acquisiuit, ac proinde ea acquisitio censenda est acti esset facta in vita institutoris maioratus: bonorum quippe augmentum post mortẽ testatoris aduenièr, iudicatur, ac si viuo testatore obuenisset, quando pendet ex causa trahente originem a vita testatoris, iuxta. l. in ratione. 1. §. imperator, &. §. sequenti, & apertius. l. serui, qui apud hostes. ff. ad leg. falcid. quarè cùm, si acquisitio illa facta fuisset tẽpore institutoris maioratus, atque ab ipso instituore maioratus, bona illa ad maioratum attinuissent, idem prorsus est dicendum, estò acquirantur eo modo à successore in maioratu. *Secund*

Dicendum tamen est, cum Molina cap. 26. citato. n. 8. non attinere ad bona maioratus, sed attinere ad bona ipsius maioratus possessoris libera. Etenim, quod ita acquiritur à maioratus possessore, consistere per se potest separatum à bonis maioratus, vt erat antea quàm ab eodẽ maioratus possessore compararetur, comparatumque est facto, & pecunia ipsius possessoris maioratus, & non de bonis maioratus: quod autẽ ita acquiritur, non pertinet ad maioratum, sed res libera est, vt ex verbis relatis ex. §. è contrario, de inuest. de re aliena facta, liquet. Quando tamen res esset retracta ex pecunia, quam maioratus institutor reliquisset, vt bona immobilia emerentur, quę incorporarentur maioratui, aut ea lege res retraheretur, vt incorporetur maioratui, vel, postquàm esset retracta, legitimè maioratui incorporaretur, tunc dubium non esset, attinere ad vinculum maioratus. *Decisio.*

Ad primũ arg. Ad primum verò argumentum in contrarium dicendum est, quanuis ex eo bona illa sint comparata, quòd, qui ea retraxit, dominus esset bonorum maioratus, cum quibus illa communionem quandam habebant; non tamen vi solum eorum bonorum ea comparasse, sed beneficio legis retractum concedentis in eo euentu, factoque suo proprio, & sua propria pecunia, neque illa maioratui comparasse, sed sibi, tamersi, quia dominus tunc esset, bonorum maioratus, cum quibus eam communionẽ habebant: quare ius sibi tunc ad retractum competens, fuit quasi fructus & emolumẽtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ex maioratu perceptum; quod vtique ad ipsum, & non ad maioratum, spectat, perinde atque alij fructus & emolumenta ex eodem maioratu ab ipso percepta.

A

Ad secundum.

Ad secundum dicendū est, necessarium non esse, causam illam traxisse originem ab institutore maioratus: ante maioratus enim institutorem potuit id trahere originem. Estò autem admittamus, trasisse originem à maioratus institutore, dicendum tamen est, eam non fuisse causam totam retractus & acquisitionis illius, sed solum fuisse partem causæ & conditionem sine qua non esset locus retractui & acquisitioni illi: simul autem cum ea causa, aut conditione si nè qua non, causas retractus & acquisitionis illius, fuisse, tum legem retractum concedentem, tum etiam factum proprium, pecuniamque propriam possidentis maioratum, quibus res illas sibi, & non maioratui, retraxit, vt dictum, explanatúque est: vnde negandum est, acquisitionem illam perinde censendam esse, ac si facta esset in vita institutoris, & ab ipso institutore, vt id ad maioratum attineret. Ad id verò, quod subiungitur, augmentum scilicet bonorum testatoris, factum post mortem illius, censeri, ac si factum fuisset in vita illius, quàdo pendens fuit ex causa trahente originem à vita testatoris, dicendum est, id verum esse quando causam illam præcisè consequitur, aut præcipue: non verò, quando solùm occasio, & minùs præcipua causa, præcessit in testatoris vita. Si enim quis, postquàm hæreditate sibi obueniente, acquisiuit proprietatem, aut partem fundi pro indiuiso, quæ libera omnino fuit, sua pecunia retrahat dominium vtile aut aliam partem, quá alius vendat, satis perspicuum est, id non cedere bonis defuncti, sed suis propríjs, quāuis, quòd obtinuerit proprietatem, aut partē fundi pro indiuiso, ratione cuius habuit ius retractus, originem duxerit à defuncto eo modo, de quo nunc disputamus.

B

Illud rectè admonet Molina vbi supra, postquàm res à maioratus possessore esset ita retracta sua pecunia, nō teneri eum, vel hęredes illius, tradere illam, vt vniatur maioratui, etiam si successor in maioratu offerat pecuniam, qua retracta fuit, vel maioré rei illius æstimationem: quoniam, postquā ritè ad ipsius dominium libera eo retractu deuenit, non tenetur illam alienare, etiam vt maioratui vniatur. Si tamen id esset emphyteusis, &, quòd finiretur tempus contractus, vel quòd emphyteuta incideret in commissum, consolidaretur cum proprietate, tunc ipso iure vniretur bonis maioratus, ad maioratumq́; deinceps pertineret, tanquam bonum illius. De vsufructu, qui in re, aut in rebus aliquibus maioratus, ad aliquem attinebat, dicendum est. Si à possessore maioratus redimatur, antequàm morte illum possidentis finiretur, aut ante quàm finiretur aliud tempus, pro quo erat concessus, tunc toto tępore, quo apud illū aliū erat perseueraturus, pertinere liberum ad possessorem maioratus, aut ad hæredes illius, nisi ab eo, à quo esset redemptus, incorporatus esset maioratui. Ratio est, quoniam redemptus, potest perse consistere, quin vniatur proprietati maioratus, vt erat, antequàm redimeretur, in persona eius, qui illum tunc possidebat, ac proinde toto eo tempore censetur liberum, minimeq́ue ad maioratum pertinens, nisi à redemptore vniatur maioratui. Mortuo autem eo, qui illum antea possidebat, aut finito quouis alio tempore, pro quo illum possidebat, cū tunc ipso iure, sine vllo facto possessoris maioratus, aut cuiusuisalterius, esset regrediendus ad proprietatem maioratus, & cum ea consolidandus, vt deinceps ad maioratum pertineret, vtique ab eo puncto regreditur ad proprietatem, spectatque ad maioratum, & ad successores in illo. Idem dicendum est, si is, ad quem pertinebat is vsusfructus, antequàm finiatur, renunciet illum in fauorem possessoris maioratus: toto enim tempore, quo apud ipsum perseuerare debebat, pertinet liberum ad possessorem maioratus, & ad hęredes illius: secus autem, si illum renunciasset in fauorem ipsius maioratus, vt continuò consolidaretur cum proprietate: à puncto enim renunciationis, pertineret ad maioratū, & ad successores in illo, tanquam bonum maioratus, vt est notissimum. Hæc Molina vbi supra.n.9.

C

D

Idem, propter eandem rationem, ex eisdemque fundamentis, est dicendum, si census annuus erat collocatus in rebus maioratus, qui alicui, & successoribus illius, solueretur, aut aliquid aliud erat inde soluendum. Si enim onus illud redimatur à possessore maioratus, aut ei ab illo, cui debebatur, condonetur, neque intelligatur condonari maioratui ipsi, vt maioratus deinceps liber maneat ab eo onere, aut redimi, vt similiter maioratus maneat liber, sed condonari possessori, aut sibi ab eo redimi, quod præsumitur ac censetur, nisi contrariū constet; tunc is cēsus, aut onus, debetur ex maioratu à successoribus deinceps in illo, illi, cui fuit cōdonatū, aut à quo fuit redēptū, ipsiusque successoribus: potestque ipse de illo perinde disponere, atque de alijs suis bonis, & idem possunt successores ipsius in eo censu, aut onere, post ipsum. Ita Molina vbi supra.n.10. reliquę ex se, & ex iactis fundamentis, est satis perspicua.

A

menta, cùm perse consistere non possint retinendo eandem naturam, cedūt rei, cui adhærent atque aduenerunt, ac proinde ad dominium eius spectant, cuius est ea res, vt disp. 57. dictum, ostensumque est.

Quod verò ad id attinet, num soluendū aliquid sit ratione eorum possessori maioratus, qui tunc erat, & cuius industria aduenerunt, hæredibúsve illius, dicendum est. Si id seruitus sit realis, prædio maioratus acquisita, siue titulo oneroso emptionis, aut alio simili, siue lucratiuo, vt donationis, comparata sit, nec donata, aut legata sit maioratui, sed possessori illius, neque possessor maioratus eam, siue lucratiuo, siue oneroso titulo comparatam, applicauerit ac donauerit maioratui, deberi tali possessori illius æstimationem illius, quantum æstimabitur tempore, quo ad sequentem successorem transierit, neque teneri deducere de æstimatione illa, si quos veluti fructus, seu emolumenta, ex illa percepit. Si verò gratis data ab aliquo tertio maioratui fuit, vt esset ipsiusmet maioratus, aut à possessore maioratus, quocunque titulo comparata, applicata fuit maioratui, vt esset ipsius maioratus, tunc nihil illi, aut hæredibus illius, ratione illius deberi. Vtrunque affirmat communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra.n.11.12.13.&.14. refert ac sequitur, & satis vtrunque patet ex dictis à nobis disp.462.&.463. citatis. Atque hoc secundum satis ex se est perspicuum. Idem etiam dicendum est, si titulo præscriptionis sit comparata: cùm enim comparetur, vt debita prędio maioratus, vtique tanquām bonum maioratus, eo præscriptionis titulo cōparatur. Primum verò probatum à nobis est, tametsi agendo de emphyteusi, in calce disp.462.& disp.463.cōclus.2.& in calce eius disputationis, vbi diximus, eum, qui dominium, saltē vtile, rei habet, in quo melioramenta fecit, non teneri deducere de valore melioramentorū, fructus, quos ex ea re percepit: eò quòd titulo dominij, saltem vtilis, eius rei, suos illos fecit, interim dum res illa sua perseuerauit. Itemque soluendum huic esse valorem melioramentorum, quantum æstimabuntur tempore, quoad alium transierint, siue id multum sit, siue parum: id quod præcipuè habet locum in possessore maioratus, qui vtile ac directum dominium eorū bonorum habuit eisque melioramentis, tā quam eorum etiam dominus, fruitus est toto tempore, quo maioratus apud ipsum perse-

B

C

D

SVMMARIVM.

1 AVGMENTVM *in rebus maioratus nō potēs perse subsistere, maioratui cedit. Et quādo æstimatio à successoribus sit soluēda, ac quo modo.*

2 *Maioratus possessor si melioramenta ac sūptus in bonis maioratus efficiat, de quibus lege. 46. Tauri est sermo, quid censendum, fusè expenditur, & num æqua ea lex sit.*

Vtrum augmentum intrinsecum, seu ita industria possessoris accedens rebus maioratus, vt non possit per se consistere, pertineat ad maioratum, ad successoresq́; in illo. Disp. 644.

EXEMPLA sunt, vt si ędificium in solo maioratus fiat, aut plantetur vinea, oliuetū, pomarium, aut aliud simile, vel si seruitus aliqua prædo maioratus acquiretur, aut similia in rebus maioratus fiāt, quæ perse, retinentia eandem rationem, nō possint consistere.

1 Atq; in primis dicēdū est, hæc omnia eo ipso cp facta sunt, aut aduenere, cedere maioratui, ac proinde pertinere quoad dominium ad successores in maioratu. Vtrum autem aliquid ratione eorum, solui debeat possessori maioratus, qui tunc erat, aut hęredibus illius, explicabitur statim. Quòd autem cadant maioratui, dominiumque eorum vnà cum rebus ipsis maioratus, pertineat ad successores in eo maioratu, probant.c.1.§ è contrario, vers. si verò de inuest. de re alien. facta.c.1.§. si vassallus, in titu. hic finitur lex, & affirmat communis doctorum sententia, quam Molina lib.1. de primog.c.26.n.11. refert ac sequitur, & nos latius retulimus, sequutique sumus disp.462.&.463 conclus.2. agentes de simili incremēto, seu melioratione in re emphyteutica facto: eiusmodi quippe increper-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perseuerauit. Hæc, quæ de solutione æstimationis talis seruitutis possessori maioratus, aut hęredibus illius facienda, dicta sũt, intelligi debent, stando in iure communi, vimque habent in Lusitania. Vtrum autem contrarium sit dicendum in hoc Castellæ regno propter legem. 46. Tauri, statim explicabitur.

Vnde autem solui debeat hęc æstimatio, vtrum scilicet de bonis proprijs successoris in maioratu, vel de bonis ipsius maioratus, an verò de reditibus maioratus. Dicendum arbitror, iuxta ea quę disp. 641. copiosè dicta sunt, cogendum non esse successorem in maioratu soluere totam eam æstimationem de suis proprijs bonis, aut de reditibus maioratus, qui ad ipsum spectãt. Cùm enim seruitus illa, commoditasque ex illa percipienda, ad successores in maioratu, post ipsum ex præscripto institutoris futuros, similiter pertineat, æquitas nõ patitur, vt ipse solus de suis bonis, de reditibúsve maioratus ad ipsum attinentibus, eam totã æstimationem persoluat. Neque item recta ratio ducet, vt ipse similiter, aut hæredes ipsius, à successore in eo maioratu eandem æstimationem petant & accipiant, atque ita res procedat in infinitum, semper anteriore possessore eam integram petendo, & accipiendo à successore: præsertim cùm ita fieret, vt nunquam antecessores quicquã ob illam perceptam soluerent, sed semper integrum onus reijcerent in successores. Iuxta ea ergo, quę disp. 641. citata dicta sũt vel constituendus esset annuus census in re maioratus perexiguus, cuius capitale æquaret, aut ferè æquaret, eam æstimationem, vt id loco commoditatis, quam ex ea seruitute percipiunt, singuli quotannis soluerent hæredibus possessoris, cui ea æstimatio debebatur: vel aliquid modicum separandum esset de vinculo maioratus pro ea seruitute, si illa commodior multò esset maioratui, quam illud modicum, quod separaretur, & alienaretur ad soluendam eã æstimationem: vel, si neutrum successores in maioratu vellint, permittere debent, vt dominus prędij, quod eam seruitutem debet alteri prędio maioratus, illam redimat soluendo pretium illius, possessori illi, cui ea æstimatio debetur, aut certè possessor ille, hęredesve illius, faciant de illa, quod voluerint, iuxta. c. 1. §. si vassallus. in titu. hic finitur lex, qui sic habet. *Si vassallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipsum sua pecunia meliorauerit, & contigerit postea, vt vassallus sine filio masculo decedat, dominus aut patiatur ædificium auferri, aut soluat pretium meliorationi. Idem dico, si pretio seruitutem fundo acquirat.* Hęc ibi.

Quę de seruitute dicta sunt, quando nõ condonatur maioratui à tertio aliquo, aut à possessore maioratus, vt sit deinceps maioratus, & pertineat gratis ad successores in maioratu, similiter dicenda sunt, stando in iure communi, atque adeò in Lusitania, de ędificijs, & alijs similibus incrementis, seu melioramentis, factis industria possessoris, quę non possunt per se cõsistere, nec condonata maioratui sunt, nempe, esse soluẽda tali possessori, aut hęredibus illius, quãtum æstimabuntur tempore, quo ad sequẽtem in maioratu transierint, non deducendo inde fructus, quos talis possessor ex eis melioramentis, aut ex maioratu percepit, iuxta ea quę paulò ante de seruitute dicta sunt, & copiosius sunt comprobata disp. 463. citata, atque affirmat Molina vbi supra. n. 14. cum alijs, quos refert. Soluenda verò esse, non de bonis proprijs successoris in maioratu, neque de fructibus maioratus, qui ad eũ attinuerint, sed eo modo, quo circa seruitutem explicatum est, idq; propter ea, quæ circa seruitutem dicta sunt. Atque in hoc differt successor in maioratu, à fideicommissario, & a proprietario, cum quo consolidatur emphyteusis, quando finitur sinè culpa emphyteutę, & ab alijs similibus, Cùm enim hi libera recipiant fidei commissum, aut dominium vtile, minimè vel alligata, vt ad alios deriuentur, tenentur ipsi de suis bonis soluere melioramenta in fideicommisso, aut in prædio emphyteutico facta ab antecessore possessore, eò quod in ipsorum commodum cedunt, atque agẽdo simul eorum, & suum negotium, facta sunt, iuxta ea quæ disp. 463. dicta sunt, & quæ de fideicommisso habentur. l. domos. ff. de leg. 1. concinunt etiam. §. certè, inst. derer. diuit. l. si quis sciens, & l. si in area. C. de rei vend. & affirmat cõmunis doctorum sententia, quã Molina. c. 26. citato. n. 14. refert ac sequitur: successor verò in maioratu, quia accipit bona minimè libera, sed subiecta restitutioni vlteriùs ad ea vocatis ex præscripto institutoris, non tenetur de suis bonis soluere ea melioramenta, vt circa emphyteusim paulò ante dictum est: sed eo duntaxat modo sunt soluenda, aut permittenda auferri, quo circa seruitutem est explicatum.

In hoc autem regno lata his de rebus est lex.

lex. 46. Tauri, quæ est. l. 6. titu. 7. lib. 5. nouæ collect. & sic habet. *Todas las fortalezas, que de aqui adelante se hizieren en las ciudades, y villas, y lugares, y heredamientos, de mayorazgo, y todas las cercas de las dichas ciudades, villas y lugares de mayorazgo, assi las que de aqui adelante se hizieren de nueuo como lo que se reparare, o mejorare en ellas, o assi mesmo les edificios, que de aqui adelante se hizieren en las casas de mayorazgo, labrando, o reparando, o reedificando en ellas, sean assi de mayorazgo, como lo son, o fueren, las ciudades, y villas, y lugares, y heredamiẽtos, y casas, donde se labraren. Y mandamos, que, en todo ello suceda el que fuere llamado a el mayorazgo, con los vinculos, y conditiones en el mayorazgo contenidas, sin que sea obligado a dar parte alguna de la estimaciõ, o valor de los dichos edificios, a las mugeres del q̃ lo hizo, ni a sus hijos, ni a sus herederos, ni successores. Pero post esto nos es nuestra intencion, de dar licencia, ni facultad, para que sin nuestra licencia, o de los Reyes, que de nos vinieren, se puedan hazer, o reparar, las dichas cercas, o fortalezas: mas que sobre esto se guarden las leyes de nuestros reynos, como en ellas se contiene.*

Circa hanc verò legẽ multa se offerũt dubia. Primum est. An iusta sit, & æqua. Multi enim eam iniustam, atque iniquam, & abrogandam, arbitrantur, quatenus possessori maioratus permittit insumere in eiusmodi rebus partem bonorũ superlucratorũ vxoris, aut vniuersa bona superlucrata ipsa inuita: & statuit, nihil ei restitui debere à successoribus in maioratu. Si enim partem etiã dotis illius, aut etiam bonorum paraphernalium, insumeret, tunc vtique, cum illa, hęredesque illius, verè sint creditores ad recuperanda ea bona, quę omnino sunt illis debita, & non, vt bona superlucrata, solũ sub conditione, si tempore dissoluti matrimonij supersint minimè comsumpta, vtique illa recuperare possunt vxor, hæredesque illius, de incrementis, seu melioramentis, factis in bonis maioratus, nihil ea lege. 46. Tauri impediente, vt disp. 641. dictum est: neque enim ea lex locum habet comparatione debitorum, quæ à possessore illo maioratus omnino debentur, neque aliunde solui possunt, quàm ex maiori illo valore maioratus ratione eorum melioramentorum, vt disputatione citata dictum est. Itẽ iniustam illam, & abrogandam, arbitrãtur, quatenus possessori maioratus permittit, insumere in illis rebus de legitimis alijs filijs in bonis ipsius debitis, & iubet, successores in eo maioratu, nihil de valore eorum melioramentorum teneri soluere filijs illis. Quod enim attinet ad ascendentes, si is maioratus possessor eos habeat, & careat descẽdẽtibus, cùm nõ adeò sit illis debita portio legitima in bonis ipsius, sicut filijs, nõ adeòiniqua cẽsetur ea lex. Et multò minùs quo ad alios hęredes, ac successores illius, qui de numero ascẽdentiũ ac descẽdẽtiũ nõ sunt. Cùm enim integrũ sit possesso ri illi maioratus, eos sumptus non facere, possitq; ipse pro suo arbitractu eiusmodi hęredes priuare bonis suis, nulla sanèest iniquitas, q̃ lege statuatur, vt, si illos sumptus fecerit, censeantur omnino cõdonati maioratui, nec successores in illo teneantur eis hæredibus, quicquam ratione illorum soluere. Nos rem hanc disp. 433. expendimus, & quanuis, cum Ant. Gom ad eandem legem, & cum Molina. c. 26. citato. n. 14. (quibus consentiunt Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. p. 2. n. 71. Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 81. Burgos de Paz iunior. q. 6. de maioratibus, & alij, quos citant) censuerimus, dãnandam non esse eam legem, quatenus statuit, successores in maioratu nõ teneri soluere, etiam vxori, & liberis possessoris maioratus, eiusmodi expẽsas; eò quod de suis proprijs bonis, aut de reditibus maioratus, non teneantur, vt ostensum est; & difficilè de vinculo maioratus, aut alijs de, solui possint, aut debeant; diximus tamen, subuenire debere vxori & filijs, statuendo, vt possessor maioratus, qui filios haberet, nõ plus posset in eiusmodi rebus expẽdere, quam quintum suorum bonorum, aut etiam simul tertium, si successor in eo maioratu, esset de numero suorum descendentium, & vt totum assumere deberet in suum capitale, & in medietatem bonorum superlucratorum, quę ipsum contingit, vt vxor indẽnis omnino, atque etiam filij, in suis portionibus legitimis, seruarentur. Quòd si descendentibus careret, statui deberet, vt non plus in eiusmodi rebus posset insumere, quàm suum capitale, & medietatem lucrorum, quæ ipsum contingit, eosque omnes sumptus in suam partem sustineret, seruaret que vxorem indemnem quoad suum capitale, & quoad suam medietatem lucrorum. Atque ad hęc ego in cõscientiæ foro astringerem possessorem maioratus, nihil. l. 46. Tauri impediente. Illud tamen est obseruandum, si possessor maioratus moderatũ aliquid insumeret in rebus maioratus meliorendis, pro quantitate suorum bonorũ ac redituum maioratus, quãuis id minueret bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona superlucrata aliqua ex parte, quia nó A
essent tot, ac si illud non esset ita insumptum, quanuis item minueret similiter legitimas filiorum, tunc vtique non teneretur id accipere in partem suam, etiam in suam medietatem bonorum superlucratorum: quoniã id spectat ad sumptus, quos ipsum, pro quantitate suorum bonorum, decent, neque limites sumptuũ egrediuntur, quos similes sui facere potuerunt, ipseque efficere poterat in hastiludio, aut alia simili re, ad recreationem, & splendorem sui status, & conditionis, attinente; ac proinde nó egrediuntur limites sumptuum, qui ad ipsum, tanquam ad dominum suorum bonorum, familiæque totius administratorem, spectant: tales autem sumptus non tenetur sumere in partem suam, etiam quoad medietatem bonorum superlucratorum. Et fortasse. l. 46. Tauri, de eiusmodi sumptibus in meliorandis bonis maioratus factis, solũ loquitur: noluitque, vt, quanuis extarent, attinerent, etiam quoad partem eorum, ad vxorem, aut ad filios, aut vt successores in maioratu, ratione eorum, tenerentur quicquam eis soluere.

Hinc facilius dissoluetur hoc secundum dubium circa eandem legem. Quærunt alii C
qui, num, quanuis successores in maioratu non teneantur soluere vxori, aut liberis aliquid de sumptibus à possessore maioratus factis in eiusmodi melioramentis, nihilominus possessor ipse, qui illos fecit, teneatur, comparatione vxoris, sumere illos in mediate lucrorum, quæ ad ipsum spectat; si verò plus aliquid insumpsit, teneatur id accipere in partem sui capitalis, relinquendo vxori integrum suum capitale, & insuper suam integram medietatem lucrorum: & similiter comparatione filiorum, teneatur id accipere in suum quintũ & tertium, ita vt legitimę alijs filijs, ex legum præscripto omnino debitę, non minuantur. Burgos de Paz iunior. q. 8. de maioratibus, rẽ hanc, quod ad vxorem attinet, fusè in vtranque partem disputat, eamque indecisam, cogitandumque circa illam, relinquit. Gutier. quoq; de pract. qq. lib. 2. q. 84. n. 3. ait, difficilem esse eam quæstionem, illamque disputare in vtranque partem Burgos de Paz indecisamque relinquere. Iuxta proximè dicta, est dicendum. Si sumptus non sint, qui excedant, quos pro quantitate bonorum maioratus, possessorisque illius, posset ipse maioratus possessor, tanquam suorum bonorum, & familiæ administrator, effice-

re, eiusmodi possessorem non teneri sume
re illos, vel in suam medietatem lucrorum,
vel in suum tertium & quintum, vt in calce
dubij præcedentis dictum est. Si verò excedant, quoad excessum tantùm, teneri illos eo modo assumere, vt mihi, cõsentaneè ad
rectam rationem, per Epicheiam, legum interpretem, probabiliter dicẽdum videtur. Successores verò in maioratu, neq; de suis
bonis, neque de melioramẽtis ipsis, aut de
bonis maioratus, teneri incremẽtũ illud solB
uere, nisi excedat tertium & quintum bonorum talis possessoris maioratus, atq; tũc
teneri solùm soluere excessum eius tertij
& quinti, modo circa seruitutem supra explicato, neque esse implẽda alia legata eiusdem possessoris maioratus, vt pote inualida; eò quòd nullum, tempore mortis, habuerit quintum, de quo posset illa relinquere.

Ex dictis quoque dissoluetur tertium dubium circa eandem legẽ. Quærunt enim multi, vtrum lex illa sit solùm intelligenda quando sumptus sunt moderati, attenta qualitate possessoris, redituum maioratus, quantitate filiorum, & attentis cæteris circunstantijs concurrentibus: non verò quãdo sunt excessiui, attentis eisdem circunstãtijs. Et quidem Aries Pinel. n. 71. citato, Burgos de Paz q. 7. de maioratibus. n. 27. Gutier. vbi supra. q. 83. n. 3. & alij, quos citant, intelligendam eam cẽsent solùm, quãdo sumptus sunt illo modo moderati: secus verò quando, prudentis arbitrio, sunt excessiui, & ex illis vtilitas magna resultat successoribus in maioratu: nam tunc tenentur successores in maioratu eos sumptus soluere, ne vxor, & filij, maneant in tanto & tam irrationabili detrimento. Dicendũ verò arbitror, si sumptus, modo in duobus præcedentibus dubijs explanato, excessiui sint, teneri maioratus possessorem, D
qui illos fecit, sumere solùm incrementum in suam medietatem lucrorum, aut in suum capitale, comparatione vxoris, & comparatione filiorum, in suum tertium & quintũ: si verò aliquid plus sit insumptum, id solũ teneri soluere successores in maioratu, modo circa seruitutem, & alias meliorationes factas, explicato.

Quartum dubium est, vtrum, quãuis successores in maioratu non teneantur soluere eos sumptus, de quibus lege. 46. Tauri est fermo, vxori, filijs, aut alijs hæredibus eius possessoris, qui illos fecit, nihilominùs vxor, filij, & alij hæredes, possint tollere sibi

sibi ea melioramenta, si sinè præiudicio ma A
ioratus, quoad statũ, in quo erat antequam ea melioramenta fierent, auferri possint. Molina. c. 26. citato. n. 16. affirmanter respondet, propter iura quædam, quæ id disponunt, & nos disp. 463. citauimus, in alijs euentibus, in quibus successor in re, in qua melioramenta sunt facta, non tenetur ea soluere. Addit tamen, si successor in maioratu velit soluere tali vxori, filijs, aut hæredibus, quantum ea melioramenta valent, extracta ex prædijs maioratus, tunc non posse illos ea extrahere, iuxta iura quæ in calce disp. 463. citauimus, & ea quæ in illis alijs euentibus nos ea de re diximus. Est tamen contrarium procul dubio affirmandum in melioramentis factis in maioratibus, de quibus modò disputamus, nempe vxorem, filios, aut alios eius hæredes, qui illa fecit, non posse ea extrahere. Sitenim lex ipsa. 46. Tauri disponit, quòd eo ipso, quòd sunt facta, maneant vinculo maioratus alligata, & sint prorsus inalienabilia, nullo persoluto pretio æstimationis eorum vxori, filijs, aut alijs habentibus eius, qui illa fecit: hinc enim ea lex habet. *Sean assi de mayorazgo, como lo son, o fueren, las ciudades, y villas, y lugares, y heredamientos, y casas, donde se labraren. Y mandamos, que en todo ello suceda el que fuere llamado al mayorazgo, con los vinculos, y condiciones en el mayorazgo contenidas, sin que sea obligado a dar parte alguna de la estimacion, o valor de los dichos edificios a las mugeres del que los hizo, ni a sus hijos, ni a sus herederos*: non est ergo integrum his, ea semel vinculo maioratus alligata, auferre ex eo, quod æstimatio, aut pars sumptuum, eis non soluatur, vt apertè hæc ipsa lex disponit.

Quintum dubium est, vtrum ea lex intelligenda sit solùm in expensis factis in ijs tantum rebus maioratus, de quibus loquitur, an verò de expensis & melioramentis factis in quibuscunque rebus maioratus, vt in ædificandis molendinis in prædio maioratus, in illis reficiendis, & in alijs similibus, ijs, de quibus lex illa non loquitur. Molina. c. 26. citato. n. 15. arbitratur, vniuersim eam legem esse intelligendã, etiam de melioramentis, quæ non expressit. Ducitur, quoniam ratio, cur lata est, quæ scilicet æquitas non patitur, vt successor de suis bonis, aut de reditibus maioratus ad se attinentibus, ea soluat, vim habet in omnibus vniuersim melioramentis, factis in

rebus maioratus: lex autem extendenda est ad omnia, ad quę se extendit ratio propter quam est lata, eáque omnia censenda est comprehendere: vnde, quę in ea lege fuerunt expressa, in quibus vim haberet, solùm gratia exempli ait fuisse expressa. Atque ita subiungit fuisse aliquando iudicatum in supremo senatu, tametsi itum sit in contrarias sententias, interdumque in contrarium fuerit iudicatum. Contrarium arbitror esse dicendum cum Burgos de Paz. q. 7. citata. n. 15. & cum Gutier. q. 82. citata, & cum alijs, quos citant, qui etiam referunt, ita fuisse sæpe iudicatum. Potiſsimum ducor, quoniam lex illa dura est, atque exorbitans, vt pote quæ, quoad meliora menta actu existentia in rebus ipsis maioratus, denegat vxori partem lucrorum ad ipsam attinentem, & filijs incrementum legitimarum: & quoniam perspicuè ea lex id disponit solùm in eis tantum bonis, quæ exprimit; neque ex serie illius vlla est effigies, quòd illa expresserit solùm gratia exempli. & quòd voluerit eam dispositionem ad alia etiam extendi: lex autem dura & exorbitans, etiam ex pari, aut maiori ratione, extendenda non est ad alia, quæ non exprimit, & de quibus non C
disponit; atque in re proposita constat, eam fuisse rationem, aut eam solam fuisse rationem, quam Molina refert, vnde moti sunt legislatores ad illa in eis rebus ita statuendum: quare circa alia melioramenta, illa in hoc Castellæ regno sunt dicenda, quæ circa seruitutes, & vniuersim circa melioramenta facta in rebus maioratus, supra diximus dicenda esse stando in iure communi.

Sextum dubium est, vtrum lex. 46. Tauri, quoad verba illa; *y aunque mesmo los edificios, que de aqui adelante se hizieren en las casas de mayorazgo, labrando, o reparando, o edificando en ellas*; intelligenda sint solùm de domibus habitationis maioratus; an verò etiam de alijs, quæ pertinent ad maioratum, sed factæ sunt à habitationem colonum, aut in molendino ad habitationem eius, qui curam illius, illiúdve conductum habet, aut quæ factæ sunt ad eas locandum alijs. Burgos de Paz. q. 7. citata. n. 18. ait, circa hanc quæstionem a peritissimis aduocatis itum fuisse in contrarias sententias, eamque indecisam reliquit: fortè ne aduersaretur auo suo, quem refert asseruisse, de omnibus vniuersim domibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad maioratum attinentibus, intelligendam esse eam legem. Atque hanc opinionē amplectitur Gutier. vbi supra. q. 83. Qui refert, Pelaes existimare solum esse intelligendam de domo habitationis maioratus. Equidem censeo, intelligendam eam legē esse, de quibuscunque domibus dicatis ad habitationem maioratus, siue in curia, siue in loco, in quo præcipuè residet, siue in oppido, aut oppidis sui maioratus, siue in saltu, aut in loco alio recreationis: non verò de domibus vinculo maioratus alligatis, quę dicatæ non sunt ipsius habitationi. Lex enim illa, quæ dura & exorbitans est, B strictè sanè est intelligenda, neque alias domus planè sonat, quàm dicatas maioratus habitationi, quæ simplicitier dicuntur *las casas de mayorazgo*.

Ex eisdem verbis legis. 46. Tauri, in precedente dubio relatis, constat, si quis domum, etiam ad habitationem possessorum maioratus, de nouo construat in solo maioratus, non habere locum in illis dispositionem eius legis, quoad eam maioratus meliorationem. Etenim verba illa non cōprehendunt domum de nouo factam, sed C ędificium factum in domo maioratus prędistente, eam augendo, aut reficiendo, vt ex verbis ex ea lege relatis constat. Quin, si domus æquata esset solo, aut exusta omnino, iterumque ædificaretur, in illa non haberet locum lex. 46. Tauri: quoniam, vt copiosè & doctè Burgos de Paz. q. 7. citata à. n. 19. probat, id non est reficere domum præcedentem, neque in ea aliquid ædificare, sed est nouam domum efficere in solo maioratus, in quo alia numero distincta antea erat. Ipsum legito. Placet verò, quod Molina. c. 26. citato in fine. n. 12. ait, videlicet, si seruitus domui maioratus ematur, aut alio titulo acquiratur, vt luminum, vel stillicidij, aut alia similis, in illa habere locum legem. 46. Tauri: quoniam id quasi quippiam additum, atque auctum domui maioratus reputatur.

A *de bonis suis liberis erit in maioratu reficiendum.*

3 *Maioratus possessor quousque arbores cedere possit, ipsique cedant, tam ex sylua arborum non fructiferarum, quàm fructiferarum.*

4 *Maioratus possessor syluam, aut nemus, reducere potest ad culturam, aut è contrario, aliquid cultum in syluam, aut nemus, si id cedat in euidentem vtilitatem maioratus.*

5 *Maioratus possessor quousque capere, interficere, suaque ea ratione efficere possit bona prædiorum maioratus, venando ac piscando.*

6 *Maioratus possessor sua efficit, non solum pensiones ex prædijs emphyteuticis, quæ maioratus sunt quoad proprietatem, sed etiam laudemia.*

7 *Maioratus possessor quantum ius habeat in thesauris, venis metallorum, & similium rerum, quæ in prædijs maioratus reperiuntur.*

8 *Maioratus ex iurisdictione quos fructus percipiat possessor illius.*

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *quacunque ratione instituatur, detrahi ex illo non potest trebellianica, aut falcidia.*

2 *Maioratus possessor ita eo perfui debet, vt culpabiliter læsum, detertoratumve illum non relinquat: alioquin damnum iniustè datum,*

Vtrum ex maioratu Trebellianica, aut falcidia, detrahi possit. Et quousque maioratus possessor emolumenta ex maioratu percipere possit. Disp. 645.

1 DISP. 187. iuncta disputatione. 186. dictum est copiosè de quarta Trebellianica, & disp. 213. de falcidia. Cùm autem vtrobiq; ostensum sit, si testator expressè prohibeat eas quartas deduci, vel fideicommissum, aut legatum, alienari, deduci tunc eas non posse: & in verbo maioratus Hispani comprehendatur ac significetur, vt bona, quæ vinculo maioratus alligantur, perpetuò cōseruentur inalienabilia, atq; ita integra, & vnita transeant ad omnes, qui ab institutore ad eum vocantur; consequens profectò est, vt, estò maioratus testamento instituatur, isque, in quo instituitur, hęres eorum bonorum constituatur, detrahere ab illis, aut à parte eorū, ex qua sola instituitur maio-

maioratus, non possit trebellianicam, aut falcidiam, sed integra deuenire debeāt ad vlteriùs vocatum, vt bene Molina lib. 1. de primog. c. 17. n. 18. & . à. n. 26. docet ac probat. Quarè superfluā hoc loco reputo longam hac de re disputationem, quam eo capite Molina texit.

2 Quod ad secundum, in titulo huius disputationis propositum, attinet, dicendum in genere est. Cùm maioratus possessor dominium, tam vtile, quàm directum, rerum maioratus habeat, cęterùm inalienabile, ob noxiumq;, vt integrum, illæsumq;, vlteriùs ad eundem maioratum vocatis restituatur, vt sæpe dictum est; consequens sanè est, vt ita possessor maioratus eo perfrui, fructusque & emolumenta ex illo percipere possit, vt nihilominùs ea de causa læsus, ac deterioratus, ad successorem non transeat: & vt ex bonis eiusdem liberis refarciri id detrimentum debeat, & persolui damnum, si quod inde successoribus in eo maioratu obuenerit, quia minores fructus, minoraque emolumenta, ea de causa ex illo percipient.

3 Hinc, si in maioratu sit sylua cædua, hoc est, quæ inseruit, vt cędatur, lignaq; inde, tanquam fructus, & emolumenta, extrahantur, quia ex stipitibus, ac radicibus, renascuntur, vt habetur. l. sylua. ff. de verb. sig. Adde tu, vel terra sua sponte ea profert, vel ex seminibus, quæ ex arboribus syluestribus decidunt, nascuntur, aut etiam consuetum est arte & industria, loco excisorum, in ea plantari, vt suo tempore excidantur, & extrahantur. Hinc, inquam, si in maioratu sit talis sylua cędua, potest maioratus possessor cędere ex illa arbores, dummodò non excedat consuetum modum cędendi illas ex ea sylua, & potest illas vendere: hæc enim fructus sunt ex eadem sylua. l. diuortio. §. si fundus. ff. solut. matr. & concinit. l. 27. in prin. titu. 11. part. 4. Non verò debet maioratus possessor adeò restringi, vt vsufructuarius, de quo disp. 7. dictū est, quoq; possit vti rebus, quarū habet vsū fructū: cùm enim possessor maioratus dominus sit rerū maioratus, quoad vtile & directū dominiū, sanè licitū illi est eis frui, fructúsve & emolumenta ex eis percipere, infra dolum, dissipationemque ac detrimentum manifestum carum: debet quippe eis vti, & non abuti in detrimentum successorum in eo maioratu: quarè, vt disp. 619. dictum est, non tantam cautionem exhibere tenetur, quantam vsufructuarius, sed solùm tenetur cauere de dolo, latáve culpa, quæ dolo æquiparatur; imò de consuetudine huius regni, nullam præstat cautionem, nisi quando de dissipatione est suspicio, vt ibidem dictum est. In his consentit Molina lib. 1. de primog. c. 22. à. n. 1. Ex sylua autem non cędua, excidere non potest arbores fructuosas, nisi id vtilius esset syluæ, oliuetum vetustum renouando, amputatione ramorum, relictoque solo stipite, aut excidendo quasdam arbores, & alias vtiliores & magis fructuosas, earum loco inserendo. l. sed si grandes, &. l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de vsufruct. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrim. &. l. 27. titu. 11. part. 4. affirmatque Molina vbi supra cum plerisque alijs, quos citat. Quanuis autem arbores grandes fructiferæ, si vento, aut alio infortunio, sint euulsę, ad fructuarium non pertineant, neque eis vti possit, nisi pro reparatione domus eius sylvæ, cuius habet vsumfructum, vel ad suum vsum, comburendo ex illis, quæ ad alium vsum non spectant; sed eiusmodi arbores ad proprietariū spectant; idemq; sit dicendū de arboribus non fructiferis, similiter euulsis, quas ipse excidere non posset, vt habetur. l. arboribus. ff. de vsufructu: quanuis item, si similes arbores eradicentur in fundo dotali, quas maritus, tanquam fructus ex eo fundo non poterat excidere, non pertineant ad maritum de iure communi, sed pretium earum cedat in augmentum dotis, vt habetur. l. diuortio. §. si fundum, vers. sed si vi. ff. soluto matr. & l. 27. titu. 11. part. 4. nihilominus, si similes arbores eradicentur, aut exiccentur, in prædio maioratus, sanè ad possessorem tunc maioratus pertinent, tanquam ad verum earum dominum, vt bene Molina vbi supra. n. 6. affirmat. Tenebitur tamen alias, loco earum, plantare, si id posluiet natura rei, atque status eius prædij.

4 Vtrum autem possessor maioratus possit nemus, vel syluam, maioratus extirpare, ac cōuertere in pratum, vineam, oliuetum, hortum, noualia, aut in aliud simile, vel rem aliam similem, in aliam commutare. Omnes conueniunt, quando ex ea variatione detrimentum sequeretur maioratui, successoribusque in illo, nefas id esse, tenerique eum maioratus possessorem, ad damna inde sequuta. Quando verò ex ea variatione nullum sequitur detrimētū, sed potiùs emolumentum & commoditas maioratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ioratus,ac successorum in illo. Multi circa A rem emphyteuticam,aut feudalẽ,arbitrantur,nefas esse emphyteutæ, aut vasallo, id efficere sinè facultate proprietarij ; si verò id efficiat, incidere in commissum:eos retulimus disp.457.rem hanc disputando eir ea emphyteusim, de eorumq; numero est Molina lib.1.de primog.c.22.n.7.vt ibi retulimus:qui similiter ibidem arbitratur,nefas etiam esse, possessorem majoratus idem facere in re maioratus. Nos verò disputatione citata, contrarium affirmauimus esse regulariter verum circa emphyteusim, consuetudineq, in Lusitania esse receptũ, idq; propter ea, quæ ibidem à nobis dicta sunt. B Longè verò magis existimamus,idẽ esse dicendum circa bona maioratus, quando id constat fieri in vtilitatẽ euidentem maioratus & successorum, licet fortè aliquis eorũ potiùs optaret, rẽ illam retinere formam, quam antea habebat. Ducor,nó solum quoniam possessor maioratus verè est dominus vtilis & directus earum rerũ,dum illas possidet.ad ipsumq;,independenter à quocunque alio, pertinet administratio & commoditas earum; sed etiam, quoniam ea in re potiùs est attendẽda voluntas institutoris maioratus,quàm successorum in illo:præsumpta autem institutoris voluntas est,vt id fiat C in rebus maioratus,quod cedit in euidentẽ vtilitatẽ earum & successorum , estò id aliquando successorum disp liceat. Adde, si re ipsa ex ea variatione nullum detrimentũ sequitur successoribus,ad nullam restitutionem eis teneri, estò id esset factum contra præsumptam voluntatem eorum , atq; institutoris:transgressio quippe illa voluntatis eorum,attineret quidem ad iniuriam,cui correspondet pœna , si feratur sententia & ea pœna imponatur; non verò haberet rationem damni illati, quod restitutione esset resarciendum.

5 Quoad animalia,quę in nemore maioratus continentur,in lacubus,paludibus,columbarijs , & in similibus maioratus locis, dicendum est . Quanuis mero vsufructuario,non plura ex eiusmodi animalibus capere liceat,suaq; efficere,ac diuendere,quàm ita,vt totidẽ in eis locis maneant,quot erãt quando frui cœpit , vt habetur. l. vsufructuarium venari. §. si in viuarijs. ff. de vsufructu;nihilominùs maioratibus similia loca possidentibus, aliquid plus licet: modò enim notabiliter non reddant illa deteriora , nimium consumendo animalia eorum locorum, venari, & piscari, capereque poterunt, quæ voluerint. Ita Molina vbi supra à.n.8.cũ alijs,quos citat. Lege,quæ de eiusmodi animalibus disp.41. dicta sunt.

Quòd si maioratus prędia aliqua habeat, quorum alij sint emphyteutæ , maioratus verò possessor,sit proprietarius, tunc non solùm pertinent ad eum possessorem pensiones emphyteuticæ , tanquam fructus proprietatis , vt ex se liquet, sed etiam laudemia,quæ soluuntur ex alienatione rei emphyteuticæ : hæc enim reputantur etiam veluti fructus proprietatis . Ita Molina vbi supra.n.12.cum alijs, quos citat.

De thesauris,& venis metallorum,& alia 6
rum similium rerum , repertis in prædijs maioratus, de quibus Molina lib.1. de primog.c. 23. disputat, quousque ad maioratus possessorem attineant, dictum à nobis est disp.54.&.56.

Quod attinet ad fructus,seu emolumen 7
ta, iurisdictionis , quando maioratus iurisdictionem habet. In primis inter eos fructus computantur pœnæ fiscales,si concessione principis ad eum maioratum spectẽ, etiamsi contineant res immobiles, vt bene Molina , cum plerisq; alijs, quos citat,aduersùs quosdam alios asseuerat libr. 1. de primog.c.25.à.n.20. Quomodo autẽ eiusmodi fructus,seu pœnæ , ex delictis commissis tempore antecessoris in maioratu, quando pœna exequutioni est mandata tẽpore successoris , inter vtrunque sint diuidendi,disp.635.explicatum est.

Deinde inter fructus iurisdictionis com 8
putantur,constituere arcium præfectos,iudices, qui loco,& nomine possessoris maioratus, iustitiam administrent , decuriones, tabelliones,& alios ministros publicos. Vt enim cum Inno.& plerisque alijs, quos citat,bene ait Felin.c.cum olim.n. 2. de maiorit. & obed. quos etiam refert ac sequitur Molina.c.25. citato. n. 2. quando quis D habet ius ad aliquid faciendum , vt ad eligendum, præsentandum , conferendum, vel aliud simile , vsus ac exequutio eius iuris,est quasi fructus,qui inde percipitur,& qui per consequens percipitur ex dignitate,præbenda,aut munere, cui id ius est annexum. Sic fructus Episcopatus est , conferre beneficia , eligere , aut similia facere. Fructus autem canonicatus est , ferre suffragium in capitulo , & eligere ad aliqua. Eodemque modo fructus maioratus , habentis iurisdictionem , est , eligere magistratus , ac ministros publicos , ad eandem iurisdictionem exercendam . Quia tamen de

de iusmodi electione,& quando ministri à maioratus possessore constituti existent, dicetur commodius tractatu quinto , illuc vsque res hæc differatur.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *possessor ad quæ onera & sumptus teneatur, aut non teneatur,circa res maioratus.*

2 *Maioratus possessor,hæredes ipsius illius,ex quanta culpa teneantur, aut non teneãtur , ad damna rebus maioratus subsequuta, teneturq; de leui culpa.*

3 *Prælatus , & hæredes illius , tenentur de leui culpa damnorum subsequutorum rebus Episcopatus,aut alterius prælaturæ.*

4 *Fideicommissario tenetur hæres grauatus de culpa leui damnorum fideicommisso subsequutorum, si is hæres grauatus commodũ aliquod ex eis bonis reportauit.*

5 *Maioratus possessor,aut prælatus, vel beneficiarius, si tantundem suis sumptibus meliorauerunt res maioratus, aut Ecclesiæ , quantum damnum culpa ipsorum,saltem leui,in eis fuit sequutum,locus est compensationi.*

6 *Ad quæ onera & vtributa teneatur possessor* C *maioratus ratione rerum eiusdem maioratus.*

7 *Sumptus litis , num maioratus ad possessorem pertineat , ipse de suis bonis tenetur facere. Si verò sit circa destruendum , aut minuendum maioratum , & sint modici , idem possessor tenetur illos facere. Si sint magni, de bonis maioratus , ita vt in successores redundent , sunt faciendi. Et ad quos teneatur vsufructuarius.*

8 *Maioratus possessor an facere teneatur inuentarium bonorum maioratus.*

Ad quæ onera maioratus possessor teneatur. Et num facere teneatur inuentarium de rebus maioratus.
Disp. 646.

1 

ITCENDVM deinde est,ad quæ onera, sumptúsve, maioratus possessor teneatur. Quemadmodum autẽ disp. 456. de emphyteuta dictũ est, teneri eum ad impensas cum re emphyteutica,attineates ad conseruationem, A quoad id fieri possit,eius rei in statu,in quo illam accepit, atq; ad fructuum collectionẽ facereq; eas debere de suo,seu de fructibus,quos ex ea percepit ceq; de causa reficere teneri domum eius hyteuticam , seu quodcunq; aliud emphyteuticum ædificium;non tamen instaurare illud,si vetustate,aut alio infortunio,absq; sua culpa,corruit,aut exustum est,& multò minus tenetur illud diruere,& instaurare si vetustate, aut aliqua alia de causa,absq; sua culpa,ruinam minetur:teneri etiam reficere aggeres, & purgare fossata alueósve agrorum: itemque teneri reficere & purgare puteũ atq;, si lege, statuto, aut consuetudine loci , vel præcepto, teneatur vnusquisq, munire lapidibus viam , pro situ & qualitate domus, quam possidet , aut contribuere ad mundandum locum aliquẽ vico proximum,vel deputatum ad proijciendas sordes eius vici, aut aliud simile, ad ea omnia teneri emphyteutam de suo,& de fructibus rei emphyteuticę , vt ibi iurib us, autoritat- Bartoli, Baldi, atq; aliorum , quos Aluar. Vallas. de iure emphy.q.26.2.n.1. refert ac sequitur,comprobarum est: sic etiam ad easdem expensas tenetur possessor maioratus in bonis,aut ob bona maioratus, ex fructibus & emolumentis, quæ inde percepit. Atq; hoc modo intelligi debent,quæ Molina lib.1.de primog.c. 27. n. 5. &.6. cum alijs, quos citat, docet. Ad hæc enim ferẽ omnia,etiam vsufructuarius tenetur, vt disputatione citata,& disp. 3. dictũ est,& constat ex l. divortio.§.impedia.ff.solut. matr. ex.l.vsufructu legato in fine,& ex lege hac tenus. ff. de vsufructu, & multò magis tenetur maioratus possessor, qui vtile & directum dominium rerum maioratus habet; atq; ratione emolumentorum , quæ inde percipit, tenetur bono earum rerum prospicere,hosque omnes sumptus facere:alioquin tam ipse,quàm hæredes ipsius,tenentur successori in maioratu ad eos sumptus, & ad damna ex eo ipsi,& bonis maioratus, subsequuta , quòd facti non fuerint . Ad alios autem insolitos sumptus , magnique valoris, de quibus eadẽ disputatione. 456. dictum est , si possessor maioratus cogatur contribuere , pro ratione prædiorum maioratus, vt ad aggeres magni valoris conficiendos, quibus vi fluminis obsisteretur, ne eos,& alios agros perderet,arenaq; obrueret,atq; ad meatus faciendos,quibus paludes,& loca inaquosa,exsiccarẽtur,& ad cultũ redigerentur,in maioratus,& aliorũ prædiorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

diorũ vtilitatẽ, tunc non teneretur maiora
tus possessor eos facere de suis proprijs bo-
nis, neq; de fructibus maioratus: sed consli
tui posset cẽsus redimibilis, autoritate pri in
cipis, totius eius summę in bonis maiora-
tus, cuius reditus soluerent possessores ma
ioratus de fructibus maioratus, si tantum,
aut plus, accreuerunt fructus & emolumen
ta quotannis ex bonis maioratus ob eos
sumptus, quantum sunt eiusmodi reditus;
aut diuendi, principis autoritate, deberet
aliquid de bonis maioratus, vnde illi sump
tus integri soluerentur, iuxta ea quæ disp.
641. &. 644. dicta sunt. Idem est dicẽdum,
si opus esset aliqua reficere, quę absq; pos-
sessoris maioratus culpa, vel vetustate cor-
ruerunt, vel minantur ruinam, vel exusta
sunt, magnoque indigent sumptu. Neque
enim hæc tenetur facere possessor maiora-
tus de suis proprijs bonis, neque de fructi-
bus, quos ex maioratu percipit: sed potest
ea reficere, si commodum id omnino sit,
de bonis ipsiusmet maioratus, aliqua ad id,
principis autoritate, diuidẽdo, vel censui
ea subijciendo quoad totam quantitatem
eorum sumptuum, iuxta ea quę disputatio-
nibus citatis dicta sunt, & consentit Molina vbi supra. n. 7.

2 Quando culpa possessoris maioratus, aliquid de bonis maioratus perijt, aut deterius est redditum, distinguendum est. Quoniam, si dolo, aut lata culpa (quæ dolo æquiparatur) illius perijt, aut deterius est redditum, tunc tenentur id instaurare ac soluere, tam ipse, quàm hęredes ipsius, vt omnes consentiunt, argumento. l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebell. quę id disponit de hęrede grauato cõparatione fideicommissarij, si aliquid de fideicommisso dolo, aut lata culpa, talis hæredis pereat, aut deterius sit redditum, & consentit communis doctorum sententia, quam Molina. c. 27. citato. n. 1. &. 4. refert ac sequitur. Quando autẽ aliquid de bonis maioratus perijt, aut deterius est redditum, culpa leui possessoris, Peralta relatus à Molina. n. 4. citato, asseruit, neq; ipsum, neq; hæredes ipsius, teneri illud soluere. Ducitur, quoniam neque hæres grauatus tenetur soluere fideicommissum, quod culpa leui ipsius perijt, aut deterius est redditum, etiam si quartam detrahat, iuxta opinionem Alexãdri: eò quòd sit modicum commodum hæredis, comparatione commodi fideicommissarij, eaq; de causa hæres in solum commodum fideicommissarij censeatur institutus hæres, grauatusq; fideicommissum restituere: vnde, inquit Peralta, cum possessor maioratus, neq; quartam Trebellianicam de rebus maioratus detrahat, non tenetur de leui culpa, sed solùm de dolo & lata culpa, si res maioratus pereat, deteriorve reddita sit. Molina vbi supra. n. 4. &. 6. quod ad hęredem grauatũ attinet comparatione fidei commissarij, consentit, solùm teneri de dolo & lata culpa, non verò de leui; estò quartam legis beneficio detrahat: secus autem, si aliquid iudicio testatoris detrahat. Quod verò attinet ad possessorem maioratus, censet teneri etiam de leui culpa, non verò de leuissima. Atq; in hoc secundo omnes conueniunt. Quòd verò teneatur etiam de leui culpa, probat. Tum quia iudicio institutoris maioratus recipit fructus illius toto tempore vitæ suæ. Tum etiam, quoniam æquè maioratus est institutus in commodum primi ad eum vocati, in quo fuit iusinstitutus, & sequentium; quippe vnusquisque eorum solùm recipiat fructus eius maioratus toto tempore vitę suę, & eum restituat integrum sequenti: fideicommissarius verò, quia accipit fideicommissum liberum, longè maius emolumentũ reportat, quàm hæres grauatus, estò hæres grauatus quartam detrahat, & ideò hæres institutus & grauatus censetur gratia solius fideicommissarij. Quod de maioratus possessore affirmat, teneri scilicet, tam ipsum, quàm hęredes ipsius, etiam de culpa leui maioratui ipsi, & successori in illo, affirmat etiam Molina vbi supra. n. 2. cum alijs, quos citat, de prælato, si bona aliqua Ecclesiæ culpa ipsius pereant, aut deteriora reddita sint: quandoquidem beneficia æquè sint instituta in commodum possessoris, & successorum, æqualeq; omnes ex beneficio commodum reportent. Vnde, inquit, moribus in hoc Castellæ regno esse receptum, vt, mortuo prælato, ad petitionẽ successoris, obtineatur in supremo regiò cõsilio quoddam ordinarium præceptum, vt correctior ciuitatis eius Episcopatus, aut ciuitatis vicinioris ac dignioris, efficiat, vt hæredes Episcopi defuncti, & successor, nominent æstimatores, seu taxatores damnorum, quę culpa prędecessoris fuerint reperta in bonis Episcopatus, & quòd, si duo illi taxatores discordent, corrector nominet tertium, idque, quod duo æstimatores indicauerint, persoluant hæredes defuncti, ac tradant successori, vt bona Episcopatus reficiatur, integraq; perseuerent. Quãuis autẽ idem

idem consuetum non sit fieri in maioratibus; addit tamen Molina, si corã iudicibus ordinarijs petatur à successore in maioratu, similiter concederetur. Ego verò dicendum arbitror, etiam hæredem grauatum, qui commodum quodcunq; ex fideicommisso reportat, siue illud reportet beneficio legis, siue iudicio testatoris, teneri fideicommissario de leui culpa detrimenti talis fideicommissi: quando quidem eo ipso hæres est institutus in suũ, & fideicommissarij, commodum: quando autem dispositio est in commodum duorũ, tenetur vnus alteri de culpa leui, non verò de leuissima; nisi contrarium sit iure dispositum: in re autem proposita tantum abest, vt sit contrarium dispositum, vt hoc ipsum sit expressè in re proposita sancitum, vt apertè cõstat. l. cum res. §. culpa, iuncta glossa ibi, & l. si seruus legatus. §. cum quid. ff. de leg. 1. l. 7. titu. 11. part. 6. & alijs iuribus, quæ disp. 194. §. cum hactenus, nos citauimus; in quibus iuribus cõmodi ex testamento reportet, teneri solùm de dolo, & lata culpa, si legatum, aut fideicommissum pereat, non verò de leui: si verò commodum reportet, teneri etiã de leui, non verò de leuissima: neq; est necesse, vt locum habeat regula illa, alio quin generalis in cõtractibus, & in alijs dispositionibus, quòd commodũ sit æquale, aut quòd nõ reportetur legis beneficio ac dispositione, sed aliũde; neq; est textus, vnde id colligatur. Lex verò similiter. §. sed enim. ff. ad treb. quę ait, hęredẽ grauatũ teneri solùm fideicõmissario de dolo & lata culpa, intelligitur, iuxta glossã ibi, & cõmunẽ doctorũ sententiã, quã sequitur Greg. Lopez. l. 7. citata verb. *por su culpa*, & quam Molina. n. 4. citato refert, quando is hæres nullum commodum ex tali fideicommisso reportat.

Dubium. Dubiũ autẽ est, vtrum, si culpa possessoris maioratus, saltẽ leui, aliquid in bonis maioratus deterioratũ sit, & nihilominùs longè maiores melioratiões fecit in rebus alijs maioratus, detur cõpensatio, ita vt propter maiores meliorationes, non teneatur ad minora detrimenta. Idem dubium est de prælato, cuius culpa aliquod detrimentum subsequutum est in bonis Ecclesiæ, qui tamen longè maiores meliorationes fecit in alijs bonis eiusdem Ecclesiæ. Greg. Lopez in fine glossæ citatæ, remittit ad ea, quæ notantur. l. si negotia. ff. de negot. gest. Molina verò asseuerat, iuxta quandam regulam

A Bart. in eadem lege si negotia, locum non habere compensationem, sed teneri nihilominùs hęredes ad damna subsequuta restituere, fertque, se ita vidisse iudicatum in causa cuiusdam prælati, cuius culpa aliqua bona Ecclesiæ deteriora reddita sunt, & licet multa millia ducatorũ de suo insumpsisset ędificando & meliorando atq; augendo bona Ecclesię, hæredes coacti sunt reficere minora damna, culpa talis prælati, in alijs eiusdem Ecclesiæ bonis subsequuta. Longè verò, inquit, maiori cum ratione idem dicendum est de possessore maioratus, qui, iuxta. l. 46. Tauri, repetere non potest melioramenta in bonis maioratus facta. Idem præterea confirmat Molina ex. l. si quis negotia. ff. de negot. gest. vbi habetur, si negotiorum gestor soluit indebitum, & etiam recuperauit indebitum ei, cuius negocium gessit, locum non esse compensationi.

Contrarium tamen existimo rationi consentaneum, atq; omnino verum. Atq; in primis ex. l. illa, si negotia, in fine, potiùs colligitur, locum habere compẽsationem, quàm non habere, vt legem illam intuenti erit satis perspicuum. Deinde verò longè diuersa ratio est, de eo, qui egit duo negotia alicuius; vnum vtiliter, & alterũ sua culpa inutiliter; & de eo, cuius culpa aliquod damnum subsequutum est in bonis maioratus, aut Ecclesiæ, quę possidebat, aut administrabat, & simul suis proprijs sumptibus & expensis auxit ac meliorauit longè plus eisdem res. Etenim, qui vtiliter gessit vnum eorum negotiorum, rem fecit eius, cuius negotium ita gessit, in commodum, atque etiam in damnum, illius, ita vt, si vtiliter, prudentis arbitrio, negotium illud est aggressus, & damnum aliquod esset sequutũ absq; ipsius culpa, id damnũ totum pertinuisset ad eum, cuius negotiũ gessisset, & insuperei, qui negotium ita gessit, competeret actio negotiorum gestorũ aduersus illum alterum ad sumptus & ad valorem inducti: qua de causa, quando succedit commodum, pertinet totum ad eum, cuius negotium est gestum; neque debet, aut potest, compensare cum eo damnum aliud, quod sua culpa in negotio alio, aut in re alia, quam gesserit, obuenit, sed tenetur integrum illud soluere. Qui verò suis sumptibus auget & meliorat res maioratus, aut Ecclesiæ, eis sumptibus & melioration bus suis proprijs, collatis bonis Ecclesiæ, aut maioratus, verè compen-

Decisio. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

fat ac ſoluit, ſi quod damnum longè minus A
ſua culpa alioqui n eiſdem rebus obuenit:
quare æquitas non patitur, vt ipſe, aut hæ-
redes ipſius, cogantur iterum id damnum
compenſare. Neque lex. 46. Tauri, quæ nõ
vniuerſim de quibuſcunq; meliorамentis
loquitur, vt præcedentibus diſputationi-
bus eſt oſtenſum, negare intendit eiuſmo-
di compenſationem, etiam in melioramen-
tis, de quibus ea lege eſt ſermo: cùm ratio
illius legis non militet in eiuſmo di æquiſ-
ſima compẽſatione, neq; id cedat in vllum
grauamen ſucceſſorum in maioratu. Lex
verò, ſi quis negotia, quam Molina citat, B
nullam profectò vim habet. Cùm enim id,
quod negotiorum geſtor recuperauit, in
debitum ei, cuius negotium geſtum eſt, re-
ſtituendum ſit ei, qui illud ſoluit, ac proin-
de nullum inde emolumentum eueniat ei,
cuius negotium gerere intendit, nulla ſa-
nè æquitas patitur, vt cum eo valore com-
penſet, quod ſua culpa indebitè ſoluit de
bonis eius, cuius negotium agebat.

6 Maioratus poſſeſſor non ſolùm tenetur
ad onera & grauamina ab inſtitutore maio
ratus ſucceſſoribus in eo impoſita, ſed etiã
ad tributa & onera omnia, quę imponun- C
tur, aut debẽtur, ratione rerum maioratus,
ſiue realia ſint rebus ipſis maioratus impo-
ſita, ſiue perſonalia ratione rerum maiora-
tus, & ſiue antea fuerint impoſita, ſiue de
nouo imponentur. Niſi fortè aliquid inſo-
litum & extraordinariũ imponeretur, con-
cernens perpetuam rerum maioratus vtili-
tatem, vt ſupra, & diſp. 456. dictum eſt de
contributione ad aggeres, & meatus, magni
ſumptus, pro vtilitate diuerſorum agro-
rum. Nam túc de bonis maioratus eſſet id
ſoluendum, vel cenſum annuum autorita- D
te principis collocãdo in rebus maioratus,
vel diuẽdendo aliquid de bonis maioratus
eadem principis autoritate, vt ſupra dictũ
eſt. Quòd maioratus poſſeſſor ad ea omnia
onera & tributa teneatur de fructibus ma-
ioratus, ſatis conſtat ex dictis diſp. 456.
vbi idẽ oſtenſum eſt de emphyteuta & feu
datario, ratione dominij vtilis, & de vſu-
fructuario ibi, & diſp. 7. ratione ſolius vſuſ
fructus, idq; de vſufructuario habetur. l.
hactenus. §. modica. l. ſi pendentes. §. ſi ali-
quid cloacarij, &. l. vſufructu relicto. ff. de
vſufruct. l. quęro. ff. de vſufruct. legat. &. l.
neq; ſtipendium. ff. de impenſ. rer. dot. vbi
habetur, maritum, de iure communi vſu-
fructuarium bonorum dotalium vxoris, te
neri ſoluere tributa omnia prædiorum do
talium, neq; poſſe repetere poſteà, quod
ita ſoluerit. Reddit verò rationem textus.
quia onus fructuum hæc omnia impendia ſunt,
eumq́ue proiri de comitantur, qui fructus
prædij, vnde, aut cuius occaſione ſoluun-
tur, percipit. Cùm ergo poſſeſſor maiora-
tus dominus ſit rerũ maioratus, tã quoad
vtile, quàm quoad directum dominium,
fructuſq; earum percipiat, longè maiori cũ
ratione ad ea omnia onera & tributa tene-
bitur ratione dominij & eorundem fruc-
tuum. Imò verò, ſi quæ onera, aut tributa
realia, ſoluta non ſint ex eiſdẽ bonis à præ
deceſſore, tenetur ipſe ea ſoluere ratione
rerum maioratus, quæ in ipſum tranſierũt,
& quę eo onere reali affectę ſunt: ſi verò
ipſe ea ſoluerit, actio ei competit aduerſus
hæredes prædeceſſoris, qui illa ſoluere te-
nebatur, vt ea ipſi ſoluant, vt diſ. 456. cita-
ta circa emphyteutam oſtenſum eſt. Præ-
ter autores ibi citatos, quoad poſſeſſorem
maioratus, hæc affirmant Aries Pinel. l. 1.
C. de bon. mater. part. 2. n. 72. Molina c.
27. citato. n. 8. & communis ſententia, quã
citant.

Si lis aduerſus poſſeſſorem maioratus in 7.
tentetur quoad maioratũ ipſum, aut quoad
aliquid ad maioratum ſpectans, diſtinguit
bene Molina. c. 27. citato. n. 11. cum Aries
Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 2. n. 68. &.
69. Quòd aut lis intentatur quoad commo
dum ipſius maioratus poſſeſſoris dũtaxat,
quia contendit alius ad ſe potiùs pertine-
re, vel quo ad aliquam partem fructuum,
quam aliquis contendat ad ſe attinere, ni-
hil de iure ipſo maioratus in ſe litigando,
neque contendendo illum minuere: aut
lis intentatur aduerſus ipſum maioratum
in ſe, intendendo illum minuere, aut abo-
lere. In primo euentu, cùm non agatur de
detrimento, aut commodo, ipſius maiora-
tus inſe, ſed de commodo ſolo, aut detri-
mẽto, poſſeſſoris, ſumptus omnes litis per
tinent ad ipſum maioratus poſſeſſorem,
etiamſi magni ſint: quoniam iniuſtum eſ-
ſet propter ſolum commodum, aut incom
modum, poſſeſſoris maioratus, ſinè vllo
detrimento ipſius maioratus in ſe, grauare,
aut minuere, bona maioratus, ſumptus
talis litis ſoluendo de bonis ipſis, ſeu de
proprietate maioratus, vt cum alijs, quos
citant, probè notant duo autores citati.
Atq; idẽ rectè affirmat Pinellus, & cõfẽtit
Molina, de vſufructuario, vt ſcilicet, ſi lis
ſimilis aduerſus eũ intẽtetur, quę nihil attí-
neat ad proprietatẽ, ipſum ſolum teneri ſol
uere

uere ſumptus eius litis; nõ verò proprieta- A
rium. Quod limitarem, niſi proprietarius
teneretur vſufructuario de euictione: tunc
enim, quę de euictione circa rem vẽditam,
& de lite aduerſus emptorem, aut poſſeſ-
ſorem, intentata, diſp. 380. dicta ſunt, ſimi-
liter haberent locũ in eo vſufructu, & lite,
quę circa eum vſumfructum, vſufructuario
intenteretur. Adhuc verò perſiſto in diſcri
mine inter vſufructuarios alios, & patrem
familias vſufructuarium in bonis aduenti-
tijs filij familias, à nobis diſp. 7. &. 8. cum
Ant. Gom. & alijs tradito, quod ſcilicet alij
non teneantur ad ſumptus litium proprie-
tatem concernentium: pater verò teneatur B
de fructibus ad ſumptus litis circa proprie
tatem bonorum filij familias, quicquid Pi-
nellus, & Molina, vbi ſupra renuant. Cùm
moderatione tamen, quam Alexander, re-
latus à Pinello. n. 68. citato, adhibet, nem-
pe, quòd ſi ſumptus litis excedant fructus
bonorum filij familias, tunc incrementu in
ſumatur ac ſoluatur de proprietate, ipſa bo
norũ filij familias. In poſteriori vero euen-
tu, quando ſcilicet lis intentatur aduerſus
maioratum in ſe, intendendo illum minue-
re, aut abolere, tunc, ſi expenſæ ſint modi-
cę, quod iudicandum eſt prudentis arbi-
trio, attenta quantitate redituum maiora- C
tus, tenetur eas ſoluere maioratus poſſeſ-
ſor de fructibus maioratus: quoniam etiã
merus vſufructuarius tenetur ad modicos
ſumptus circa bona, quibus fruitur: ſi verò
impenſę litis ſint magnę, ſoluendę ſunt de
proprietate ipſa maioratus, in cuius bonũ,
ac conſeruationem perpetuam ſiunt, vel
principis autoritate collocando cenſum re
dimibilem in bonis ipſis maioratus, vnde
tales impenſæ fiãt, quem ſucceſſores in illo
quotannis de reditibus ſoluant donec li-
beralitate alicuius eorum redimatur, vel ali
quid de bonis maioratus ad eos ſumptus, D
eadem principis autoritate, diuendendo.

8 Vtrum autem poſſeſſor maioratus tenea
tur conficere inuenterium de rebus maio-
ratus, diſp. 219. explanatum eſt.

SVMMARIVM.

MAIORATVS *poſſeſſor alienare non poteſt bona maioratus. Et quibus in lo-
cis explanata ſint multa, quæ ad alienatio
nem, & ad vſumfructum boni maioratus per-
tinent.*

2 *Sẽtentia lata in poſſeſſorem maioratus, quoꝝ
que nocet alijs ſucceſſoribus, exceptionemq;
rei iudicatæ quoad alios ſucceſſores pariat.*

3 Hidalguia alicuius ſi in litem vocetur, ſenten
tiaq; aduerſus illum feratur, quibus noceat,
pariterq; aduerſus illos exceptionem rei iudica
tæ. Et quibus conſanguineis non noceat.

4 Acta in iudicio circa maioratus poſſeſſorem,
valeant ſimiliter quoꝝſque aduerſus ſucceſſo-
res.

5 Maioratus poſſeſſor ſi colludat, aut nimis ne-
gligenter ac culpabiliter perdat cauſam, ſentẽ-
tia circa maioratum aduerſus ipſum lata, quoꝝ
que alijs non noceat.

6 Sequens in maioratu ſucceſſor ſi cum quodam
tertio, & nõ cum maioratus poſſeſſore, de ſuc
ceſſione contendat, ſententia aduerſus eum lata,
alijs non nocet.

*Maioratus quoꝝſque ab inſtitutore diſ
ſolui poſſit. Et num bona illius à
poſſeſſore maioratus propria auto-
ritate alienari valeant, ſaltem per
compromiſſum, aut tranſactionem.
Et num ſententia lata aduerſus poſ
ſeſſorem præiudicet vlteriùs ad eum
maioratum vocatis. Diſp. 647.*

SVPEREST dicamus de diſſolutione maioratus, vel omnino, vel ex parte, deque illius amiſſione. Et quidem quoúſque maiora tus, ſemel inſtitutus, revoca ri, aut diſſolui poſſit, ab inſtitutore ipſo, & per conſequens alienari ea ratione poſ ſint, aut non poſſint, bona ſemel vinculo maioratus alligata, à diſp. 583. copioſe eſt explanatum.

A diſp. 464. explicatum eſt, quæ nomi- 1
ne alienationis intelligãtur. Et à diſp. 476.
præſertim diſp. 479. dictum eſt, quemad-
modum ſucceſſor in maioratu alienare pro
pria autoritate nõ poſſit bona vinculo ma
ioratus alligata, neque concedere alteri,
etiam in tempus vitæ ſuæ, vſumfructum
eorum bonorum, & quando vſufructus
bonorũ maioratus filij familias patri com-
petat, & quando non competat. Diſ-
put. 433. dictum eſt, ſi vxor in dotem de-
dit marito maioratum ad ipſum attinen-
tem, fructus dotis de iure communi ad ma-
ritum pertinere. Et diſp. 431. dictum fue-
rat, quo pacto maioratus mariti, aut vxoris,
in hoc Caſtellę regno, & in Luſitania, eſti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

metur ad quantitatem arrharum, quam vir in vtroque regno promittere vxori poterat. Item disp. 491. ostensum est, successorem in maioratu stare non teneri locationibus de rebus maioratus factis per suum antecessorem.

A disp. 556. egimus de transactione & compromisso. Et disp. 557. ostendimus, transactionē & compromissum, facta à possessore maioratus circa res maioratus, esse nulla, & in quibus euentibus valida sint.

Solum ergo superest dicamus hoc loco de vltimo, quod in titulo huius disputationis est propositum. Vtrum scilicet sententia aduersus possessorem maioratus circa res maioratus lata, præiudicet cęteris, qui ad eum maioratum post illum vocantur, an non, sed intentare iursus litem circa idem possint.

2 Dicendum autem est, si sententia aduersus maioratus possessorem feratur, quòd maioratus ad ipsum nō pertineat, vel quòd eum amittat, aut quod res aliqua vinculo maioratus non sit alligata, præiudicare cęteris ad eum maioratum vocatis, vel qui, eo possessore excluso, ipsi etiam excluduntur, etiam si eiusmodi successores, neque per proclamata sint citati, aut aliter certiores fuerint effecti. Ita communior doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. de pract. qq. c. 13. n. 6. iunctis ijs, quę dixerat. n. 5. antecedente, Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 73. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. n. 43. Greg. Lopez. l. 20. tit. 22. part. 3. verb. *pero casos y ha*, & Molina lib. 4. de primog. c. 8. n. 3. Ratio autem est, quoniam quando lis agitur cum vero & præcipuo cōtradictore, à cuius iure cęterorum ius pendēt, victo eo, cæteri in eo victi censentur, quatenus ius cæterorum à iure illius pendebat; eaq; de causa, est ò nec citati, nec cōscij fuerint, sentētia tamē lata in primum & prę cipuum, nocet, in consequentiam, cæteris, & parit etiam aduersus illos exceptionem rei iudicatę. Neque refert, quòd in re proposita cæteri vlteriùs ad eum maioratū vocati, neque maioratum accipere deberent à possessore tunc illius, sed ab institutore, ex præscriptóve institutoris, neque ius ad illum haberent ab eodem possessorore, sed ab institutore, vt sępe in præcedētibus dictum est, vt in tali possessore cęteri victi omnino ea sententia non censeātur: quoniam licēt ius habeant ab institutore, id vtique habēt, si possessor ita victus, illud haberet, dependenterve ex eo, quòd illud haberet, atque post eum, & per eum possessorem, ex eiusdem institutoris præscripto: quarè, quæ sententia declarat, possessorem ius nō habere, vel quia non erat vocatus ad eum maioratum, vel quia bona illa alligata non fuerunt vinculo primogenij, aut non legitimè, ac validè, vtique in consequentiam, idē declarat quoad cęteros, qui in illo consentiūt excluſi, quive, dependēter à iure illius, obtendere poterāt ius ad eum maioratum. Idem est de ea nobilitate, quam *hidalguia* vocant. Si enim aliquis sit victus, cæteri, qui ex illo originem trahunt, censentur ea sententia victi omnino in illo, paritque proinde ea sententia, etiam aduersus eos, exceptionem rei iudicatæ, vt rectè Molina vbi supra cum Otalora affirmat: quoniam posteri nobilitatem habent ex illo, dependenterque ex eo, quòd ille nobilitatem eam haberet. Frater verò victi, & descendentes ex tali fratre, quoniam non habent eam nobilitatem ex victo illo, sed ex patre illius, contendere adhuc possunt, se eam nobilitatē habere, patremque suum, ac auum, eam habuisse, neq; sententia aduersus fratrē lata, exceptionem rei iudicatæ parit aduersus ipsos. Ac sanè, quando in euentibus propositis non aliud esset argumētum ad probandum, sentētiam latam aduersus præcipuū, ex cuius iure cęterorum ius pendet, parere etiam exceptionem rei iudicatę aduersus successores post illum, etiam minimè citatos, ac ignaros, quàm vtilitas publica, quæ id postulat, vt finis litibus imponatur, id satis esse deberet, vt per Epicheiam intelligeremus eam fuisse mentem legum latorum, argumento l. singulis. ff. de excep. rei iud. In re autem proposita, nō solùm ratio reddita id omnino persuadet, sed probat. l. 1. §. quanuis, vers. denunciare. & vers. denunciari. ff. de ventr. inspici. In vtroque enim versiculo habetur, rectam prægnantem à marito defuncto, denunciare id debere omnibus, qui hęreditatem mariti immediatè sperant, si illa prægnans non sit, vt custodiam, si velint, adhibeant: non verò alijs, qui post hos hæreditatē spectant. Verba autem vers. denunciari, hæc, sunt. *Denunciari autem oportet ijs, quos proxima spes successionis contingit, vt puta primo gradu hæredi instituto, non etiam substituto*, nempe fideicommissario hæredis. Quid clarius dici potuit? Idē probat. l. ex contractu. ff. de re iudicata. Vbi, cùm pupilla esset damnata ex contractu patris, & illa, per restitutionem in integrum, abstinuisset à paterna hęreditate, de-

uoluereturque hæreditas ad substitutum, vel ad cohęredem, aut ad proximiorem in gradu, si ille circa idem intentare velit litē, competit contra eum exceptio rei iudicatæ: quoniam ius huius, ea in parte, pendens erat ex iure pupillæ illius, quæ fuerat omnino victa. Probāt prętereà. l. si patroni. §. vlt. ff. ad Treb. & l. superatus vers. atqui. ff. de pig. Accedit, hanc sententiam receptā esse in hoc regno in praxi, vt, cum Simancas, testatur Molina vbi supra.

4 Non solùm autem sententia, quæ transit in rem iudicatam, lata contra possessorē maioratus, nocet vlteriùs ad eum vocatis, sed etiam omnia in iudicio cū eo circa maioratum acta, esto deuentum non sit ad sententiam. Ita communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra. n. 5. refert ac sequitur. Est enim regula recepta, acta in iudicio, nocere eis omnibus, quibus sententia nocere solet, quam probant. c. inter dilectos. §. attestationes, de fide instru. argumento à contrario sensu, &. l. sed & si possessori. §. vlt. in fine, argumento etiam à cōtrario sensu. ff. de iureiur. Hac ratione instāta cœpta cum maioratus possessore, transit in sequentes possessores, ita vt non debeat lis denuò cum ipsis inchorari, sed sequens successor in eo statu subire debeat iudicium, in quo ab antecessore fuerit relictum, vt idem Molina ibidem cum communi doctorum sententia subiungit, idq; confirmat ex. l. in iudicio. ff. familię herc. cuius summarium Bartoli sic habet, *In successorem singularem ex necessitate transit instantia iud cij*. Addit verò cum Bald. & Ang. vt instantia in successorem transeat, necesse non esse, litem fuisse contestatam cum antecessore, sed satis esse præcessisse simplicem citationem, aut libelli oblationem.

Quæ tamen dicta sunt, intelligi debent, 5 dummodò maioratus successor litem diligenter prosequatur, atque in ea bona fide, & sine dolo, ac negligētia, versetur. Si enim cum aduersario colludat, aut in lite negligenter se gerat, vel lis, ob ipsius contumaciam, eo absente tractetur, lis eo modo peracta, afferre non potest præindicium sequētibus successoribus, vt constat ex. l. ex cōtractu, in fine. ff. de re iud. l. à sententia, &. l. si perfusorio. ff. de appel. l. si seruus pluriū, §. 1. &. §. si quis ante. ff. de leg. 2. & affirmat communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Molina vbi supra. n. 7. & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. n. 50. limit. 4. Addit Molina ibi. n. 8. cum plerisque alijs, quos citat, probata fraude, aut collusione, sententiam non nocere ei, contra quem lata est. Aiunt verò, probari fraudem, aut collusionem, eo ipso, quòd principalis victus non curauit deducere, vel exhibere sua iura: quod ait Molina probare apertè. l. si seruus plurium. §. si quis ante, illis verbis, *vel minus plenè defendit causam*. ff. de leg. 1. Idem cum Aries Pinel. n. 50. citato, & cum plerisque alijs, quos citat, dicē dum subiungit, quando maioratus possessor, qui litem bona fide ac diligētissimè est prosequutus, à sentētia, contra ipsum lata, non appellauit, aut non supplicauit, quando locus est supplicationi, & non est locus appellationi, & quando deseruit appellationem, aut supplicationem, iam interpositam. Potest quipe in his euentibus successor in maioratu appellare, aut supplicare, vel prosequi desertam appellationē, aut supplicationem. In annotationibus verò in fine operis. n. 13. addit, hoc intelligendum esse, non solùm in prima, sed etiam in secūda supplicatione, qua sub obligatione maximæ pœnæ supplicatur, nisi sententia pro supplicante feratur: quod intelligēdum arbitror, quando ex maxima causa, omninoque rationabiliter, ita supplicaretur, ad effectum, vt, transacto tempore ad supplicandum concesso antecessori, illoque minimè intra illud supplicāte, possit successor supplicare intrà idem tempus computatum à puncto, in quo sententia ad ipsius venit notitiam. Addit verò Molina, quando interposita fuit secunda supplicatio ab antecessore, si ex maxima causa, rationabiliq; omnino, fuit interposita prudētis arbitrio, tunc teneri successorem soluere pœnam, si confirmata sit sententia. Arbitror verò soluendam tunc esse de bonis maioratus, in cuius vtilitatem fuit supplicatio interposita, si supersint bona eius maioratus, lata ea sententia. Si verò non rationabiliter fuit interposita ea supplicatio, tūc hæredes antecessoris, qui illam interposuit, teneri soluere pœnam: ea verò de causa, solent possessores maioratus, vt ait Molina, antequàm interponant secundam supplicationem, cōsulere peritissimos aduocatos, an id omnino expediat, & ex illorum iudicio, inscriptis accepto ac seruato, solere illam interponere, vt ipsi, ipsorumque hęredes, non cogantur pœnam soluere de suo, si sententia confirmetur.

Quando, viuente maioratus possessore, non ipse, sed sequens successor, litem mouit

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit cuidam tertio, qui etiam eius maioratus A
successionem prętendebat, ea lis solis ipsis litigantibus præiudicabit. Tunc enim iudicium illud inchoatum, actumque esset, non cum illo, cui principaliter ius ad maioratum defendēdum attinebat, sed cum eo, qui post eius mortem successionem in illo prętendebat. Ita Aries Pinel. n. 50. citato limit. 5. Molina vbi supra. n. 11. & plerique alij, quos citant. Si tamen ea lis à successore in maioratu tractetur cum possessore, circa illum excludendum ab aliquo iure in eo maioratu, tunc, quia agitur de iure præsenti ipsius possessoris maioratus, vtique B
ea lis ceteris prędiudicium afferet, vt Molina ibidem subiungit.

SVMMARIVM.

1 *DE fideicommisso solui, aut promitti, potest competens dos, aut donatio propter nuptias, grauati, cui grauatæ, illud alteri restituere, quando, qui grauauit, ascendens erat grauati, aut grauatæ, neque aliunde compleri competens dos potest, aut donatio propter nuptias.*

2 *Extendendum id esse ad alimenta necessaria grauato, & liberis suis, ad liberandum eum à captiuitate, aut vinculis, & ad similia alia vrgentia, qui arbitrentur.* C

3 *Hæc locum habent, etiam si testator, non solum tacitè instituendo fideicommissum, sed etiam expressè prohibuerit in genere ea bona alienaris secus si dixerit, in nullo euentu, aut neque in dotem, aut ad donationem propter nuptias.*

4 *Maioratuũ Hispanorum bona, neque in dotẽ descendentium ex institutore alienari possunt, vt fideicommissa possint, quicquid aliqui in cõtrarium asseruerint.*

5 *Maioratus bona absque principis autoritate, neque in euidentem maioratus vtilitatem permutari possunt aut vendi vt alia emantur.* D

Num bona maioratus, ac fideicommissi, alienari, absque regia facultate, aliquibus in euentibus possint. Disp. 648.



IS P. 640. ostensum est, debita institutoris maioratus, soluenda esse à successoribus in eo de bonis maioratus, aut integrè, aut contribuendo ad ea debita, vt ibi explanatum est. Imò dictũ est, non plura bona censenda esse pertinere ad vinculum maioratus, quàm quæ superfuerint, deducto toto ære alieno institutoris. Addidimus verò, si quę debita contracta essent ab institutore post maioratũ irreuocabiliter institutum, ad illa non teneri successores in eo maioratu ex bonis, ex quibus irreuocabiliter fuisset institutus. Lege, quę ibi dicta sunt,

Quod ad fideicommissum attinet, quan- 1
tis eo ipso, quod aliquis grauatus est restituere aliquid, tacitè sit prohibitus id alienare in prędiudium eius, cui est restituendũ; in fauorem tamen dotis, & donationis ante nuptias, seu propter nuptias (de qua sermo erat de iure communi, & disp. 290. est dictum quid ea de iure communi esset) sancitum est, vt, si aliquis, aut aliqua, ab ascedente esset grauatus, aut grauata, restituere aliquid alteri, & legitima eius non esset satis ad competentem dotem pro qualitate suæ personæ, aut ad soluendam eiusmodi dotẽ antea promissam, posset, quod deesset, promittere, aut soluere, de eo fideicommisso; non tamen posset augere dotem semel promissam de tali fideicommisso: & similiter, vt grauatus restituere, si legitima ipsius nõ sufficeret ad competẽtem donatione propter nuptias, quã de nouo promitteret, aut promisisset, posset promittere, & soluere, incrementum de tali fideicommisso: non vero augere donationem propter nuptias iam antea semel promissam. Ita sancitũ est in authentico de restitutionib. §. quã ob rẽ, &. §. hęc igitur. Idem, licèt non ita copiosè, habetur in authentica res (quæ ex illo alio authẽtico fuit desumpta). C. communia de legat. & sic habet. *Res, quæ subiecere restitutioni, prohibentur alienari quidẽ & obligari, sed si liberis portio legitima nõ sufficiat ad dotis, siue donationis propter nuptias, obligationem, permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare, pro modo honestati personarum commodo. Ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus.* Idem fuerat ex parte sancitum. l. mulier. §. cum proponaretur, &. l. à filia. ff. ad Trebell.

Hæ verò hoc modo intelligenda sunt, vt, si tempore solutionis dotis, aut donationis ante nuptias, satis sint legitima, & alia bona libera eius, cui id soluere debet, & insuper fructus fideicommissi tunc extantes inde soluatur, & non de fideicomisso ipso, & eadem ratione non potest promitti de fideicommisso in dotem, aut in donationem propter nuptias, quando prædicta omnia sufficiunt

sufficiunt ad competentem dotem, aut do- A
nationem. Ita habetur expressè. l. mulier. §. cum præponeretur. ff. ad Trebel. & affirmat communis doctorum sententia, quã refert ac sequitur Molina lib. 4. de primog. c. 6. n. 15. Quando autem illa omnia nõ sufficiunt solutioni, solui debent de fideicõmisso ipso, etiamsi totum exhauriatur, vt. n. 16. cum alijs, quos citat, subiungit.

Hęc tamen dispositio intelligenda est, quando is, qui restituere grauauit, erat ascendens comparatione grauati: secus autẽ si erat collateralis, aut omnino extraneus: tunc enim grauatus, neque pro se, neque B
pro aliquo suorum descendentium, & multò minus pro sorore, potest promittere, aut soluere ex eo fideicommisso dotẽ, aut donationem propter nuptias, quicquid in contrarium dixerit glossa Accursij. §. quã ob rem citato, verb. si nõ sufficeret, in fine. Quod enim asserimus, satis apertè innuitur illo eodem. §. & affirmant Bart, & communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. 3. var. res. c. 6. n. 10. vers. primum, Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 87. vers. 4. & Molina lib. 4. de primog. cap. 6. n. 3. &. 6.

Paulus Castrensis. & plerique alij, quos C
Molina vbi supra. n. 4. refert, restringere authentica citata voluerunt, vt solùm intelligãtur, quando parens, qui fideicõmissum reliquit, tenebatur dotare descẽdentem, aut donare illi propter nuptias, etiã vltra legitimã. & quãdo talis parẽs restituere tenebatur dotẽ, quã filius familias, ipso viuente, acceperat, quasi id promittendum, aut soluẽdum esset de eo fideicommisso, tanquam debitum talis parentis: in quo planè nulla esset difficultas, neque necessaria ad id erat ea dispositio: quippe cum debita instituentis maioratum, aut fideicommissum, de eo maioratu, aut fideicommisso, sint soluenda, quando non remanent alia bona instituentis, vnde soluantur, vt in principio huius disputationis, & disp. 640. dictum est. Cõmunis verò, atque amplectẽda sẽtẽtia, quã vbi supra Molina refert ac sequitur, & cum qua Ant. Gom. vbi supra vers. primo consentit, est in contrarium. Nempe intelligenda esse ea iura, etiam si ad id cogi non posset parens, quasi id sancitum sit, non tãquã debitum eius parentis, sed accommodatè solùm ad id, quod pręsumendum est, intẽtionem esse illius, estò ad id non teneretur, neque cogi ad id posset.

2 Extendenda verò ea authentica cum eõ

A muni doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur, arbitrantur Couar. n. 10. citato, vers. quarto, & Molina vbi supra. n. 7. & consentit Ant. Gom. n. 87. citato. vers. secundo, vt intelligantur, posse grauatum aliquid restituere, illud alienare, etiam pro restituenda dote competenti, quam accepit, estò illam acceperit post quã ita fuerit grauatus, & post quam mortuus fuerit testator, & estò mulier, quę illam tradidit, agnouerit, virum, qui illam accipiebat, grauatum esse id restituere alteri. Id verò probant, B
quia ea authentica statuunt, posse ita grauatum promittere & tradere competentem donationem propter nuptias in eo euentu de re obnoxia restitutioni: cum ergo, de iure communi, donatio propter nuptias facta vxori, sit in securitatem dotis, quod integrè soluetur, vt disp. 290. dictum est; consequens est, vt sicut in eo euentu donari possit propter nuptias ex re subiecta restitutioni, quando legitima portio ad id nõ sufficit, ita etiam solui similiter possit dos accepta de eadem re obnoxia restitutioni. Lege Couar. qui doctè & copiosè hæc explicat ac confirmat.

Bart. & communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. n. 87. citato, vers. octauo, & Molina vbi supra. n. 8. &. 9. eadem authentica, aduersus glossam in authentica res quæ verb. obligationem, extendunt, vt res, subiecta restitutioni, alienari possit pro alimentis necessarijs eo modo grauato, & illius liberis, quibus alimenta præstare tenetur, atque pro redemptione eorundem, vel pro alia simili vrgenti causa. Consentit Couar. 2. var. res. c. 16. n. 9. vers. penul. tametsi excipiat, quando is est in carcere, aut in egestate, ob graues suas culpas. Cui Bart. addit Ant. Gom. D
vbi supra vers. 7. etiam posse alienari pro dote filiæ ad ingrediendum monasterium, consentitque Molina vbi supra. n. 17. Hoc verò intelligere, quando ad ingressum monasterij non esset necessarium plus dotis, quam ad maritandam eam filiam competẽter ad qualitatẽ suę personæ. Qui vers. 10. cum alijs subiungit, quod semel in competentem dotem fuisset datum de fideicommisso, etiam si postea matrimonium dissoluatur, & dos ad mulierem reuertatur, non pertinere ad fideicommissum, sed quoad eam quantitatem, manere perpetuò extinctum id fideicommissum. Idẽ affirmat glossa in authentica res quæ. C. de fideicomm. verb. obligationem, & affirmant Bart. &

alij

Universidad de Deusto
Biblioteca

alij, ibi in margine citati.

Dubitat doctores, vtrum, si testator non solum tacitè prohibuit alienari aliqua bona, instituendo ex eis fideicommissum, gradúve vt alicui, aut aliquibus, ordine quodam restituerentur, sed etiam expresè prohibuit ea alienari, locum habeat dispositio prædictorum authenticorum, vt scilicet in dotem, aut donationem propter nuptias possint, modo explicato, alienari. Communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. n. 10. citato vers. secundo, Greg. Lopez. l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *que la puuiesse vender*, colum. 4. vers. item etiam, & Molina vbi supra. à. n. 10. locum habere affirmant. Ratio autem est, tametsi illi non ita eam reddant. Quoniam prohibitio expressa in genere alienationis rei tacitè alioquin alienari prohibitæ, nisi addatur, nullo modo, aut in nullo euétu, vel aliud simile, quo ex meante disponentis extensio fiat ad euentus de iure alioquin, nihil impediente tacita eiusdem disponentis prohibitione, permissos, licet fortior sit ac magis perspicua, quàm sola tacita eiusdem prohibitio, non tamen ad plura sese extendit, quam sola tacita: vnde de vtraq; prohibitione intelligi debent verba illa in initio authenticæ res quæ, supra relata. Pauci verò, quos Ant. Gom. vbi supra refert ac sequitur, affirmant contrariam opinionem, nempe, apposita expressa prohibitione alienationis in genere, locum non habere dispositionem eorum authenticorum. Non tamen est recedendum ab illa alia sententia, quam Ant. ipse Gom. fatetur esse communem. Quàdo autem testator prohibuit expresè alienationem rerum, quas fideicommisso subijciebat, etiam in dotem, aut donationem propter nuptias, fatetur communis doctorum sententia, quam doctores citati, & inter eos Antonius Gom. vbi supra referunt ac sequuntur, locum nó esse dispositioni eorum authenticorum, ac proinde neque in dotem, neque ad donationé propter nuptias, in euentibus explicatis, neque ex alia causa pia, posse validè alienari. Idem dicerem, si in alienatione expressa apposuit verba illa, nullo modo, aut in nullo euentu, vel aliud simile, vnde sufficienter exprimeret, nullum excipere euétum, qué sub ipsius potestate esset validè prohibere. Ducuntur hi aurores, quoniam, inquiunt, authentica illa id statuunt ex præsumpta voluntate testatoris, in euentibus, qui eis authenticis excipiuntur: quando verò testator exprimit sufficienter, contrariam esse mentem ac voluntatem ipsius, illi est standum, neque locum habet ea authenticorú dispositio. Dicerem (& credo hanc esse mentem eorundem autorum) iura illa non fundari solum in præsumptione, sed ex plenitudine potestatis id statuere legislatorem, accommodatè ad præsumptam testatoris voluntatem, siue ea sit eorum volútas, siue non, interim dum testatores aliud non sufficienter exprimunt. Quarè iura illa nó statuunt solum ac declarant, quid habeat natura ipsa rei, quasi in sola præsumptione id fundetur, sed statuunt verum ius positiuũ, accommodate ad id, quod videtur, esseque debet, mens testatorum in eis euentibus, in tegrum illis relinquendo contrarium sufficienter exprimere ac statuere.

Paulus verò Castrensis, & alij, relati à Couar. n. 10. citato vers. cęterùm, & ab alijs, censent, etiam si testator in particulari exprimat, vt res fideicommisso subiectę, alienari non possint in dotem, aut in donationem propter nuptias, locum nihilominus esse authenticis citatis, posseque proinde alienari non secus, ac si talis expressa & particularis prohibitio non fuisset apposita. Ducúntur illa alia opinione eiusdé Pauli Castrensis supra relata, ac impugnata, quòd scilicet dispositio eorum authenticorum solùm habeat locum, quando testator instituens tale fideicommissum, obligationé habebat dotandi, aut donãdi propter nuptias, vel soluendi dotẽ, vsq; ad eã quãtitatẽ, ad quam non sufficerent legitimæ filij, aut filiæ, neque alia bona libera eorũ, aut testatoris, neque item reditus fideicommissi: in quo euentu nulli potest esse dubium, prohibitionem illam expressam, atque in particulari testatoris, nó posse impedire, quin tale debitum ipsius ex fideicommisso soluatur, iuxta ea, quæ in principio huius disputationis, & disp. 640. dicta sunt. At verò communis ac vera opinio loquitur, quãdo testator non tenebatur dotare, aut donare propter nuptias, vsque ad illam quantitatem, vt, relicta filię, aut filio, integra sua legitima, non teneretur: maximè in hoc Castellæ regno, in quo integrum est parenti de quinto suorum bonorum disponere, vt libuerit, relinquẽdo illud, etiam extraneo; & insuper de tertio potest inter descẽdentes disponere, etiã vt libuerit; modò tñ, si ei alij dispositioni fideicõmissi, aut maioratus, vincula adhibeat, seruet ordinẽ in vocationibus ad id fideicõmissum, aut ad eũ maioratum, lege. 27. Tauri, quæ est. l. 11. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. prę scriptum: maximè item in Lusitania, vbi testator potest de tertio suorum bonorum disponere, vt libuerit, etiam relinquendo illud extraneo. Hinc Couar. vers. cęterum citato, & Molina vbi supra. n. 12. rectè distinguunt. Quòd si pater, etiam in his regnis, tenebatur ad eã quantitatem dotis, ad quam integram soluendam necesse esset accipere aliquid de fideicommisso, aut de maioratu, ab eo instituto, quia promiserat in Lusitania filiæ in dotem totam eam quantitatem, aut etiam in hoc Castellæ regno ex principis facultate, quę facillimè ad id conceditur (sinè ea verò facultate inualida est promissio filiæ in dotem quantitatis vltra legitimam illi debitam, vt sæpe dictum est, & constat ex. l. 1. titu. 2. lib. 5. nouæ collect.) tunc locum habere eam dispositionem illorum authenticorum, nihil impediente expressa prohibitione in particulari testatoris in contrarium. Et idem est, si ad nuptias promiserat filio, vltra legitimam, tantam quantitatem, ad quam soluendam esset necesse sumere de bonis fideicommisso, aut vinculo maioratus, à testatore subiectis. Cęterùm id nó habet locum vi dispositionis illorum authenticorum, sed quia id pertinet ad debita eiusdem testatoris, quę soluenda sunt de bonis fideicommisso, aut vinculo maioratus, ab eodem testatore subiectis, quando non sunt alia bona, vnde soluantur. Quando verò pater instituens fideicommissum, ad nihil filio, aut filię, tenetur vltra legitimã, tunc, si in particulari exprimat, vt bona eius fideicommissi nonalienentur, etiam in dotem filię, alienari post mortem ipsius ad id non possunt: alioquin poterunt ad id alienari, iuxta dispositionem prædictorum authenticorum. Donatio verò propter nuptias, de qua in illis authenticis est sermo, nó est in vsu in his regnis, vt disp. 290. dictum est. Certè, cùm in his regnis longè maior legitima filijs sit præscripta, quàm esset de iure communi, integrumque parentibus relinquatur de alijs suis bonis liberè disponere, & constituere fideicommissa, atque apponere grauamina, quæ voluerint, modis explicatis, censeré, debere abrogari in his regnis dispositionem illorum authenticorum, quæ ad nihil aliud inseruit, quàm ad lites circa fideicommissa, & maioratus, & vt frustentur mentes ac voluntates instituentium fideicommissa, & maioratus, qui, dum ignorant, necesse esse exprimere in particulari, quòd ea bona, neque in dotem, neque ad quidquam aliud possint alienari, id prætermittunt adiungere: cùm tamen intendant, quòd neque ex illis causis alienatio fiat, sed dispositiones ipsorũ, vt sonant, inuiolabiliter obseruentur. Hæc quod attinet ad fideicommissa.

Quod verò ad maioratus Hispaniarũ attinet. Hispani doctores, quos Molina vbi sup. n. 17. refert, ferè censent, quæ dicta sunt de fideicõmissis, locũ similiter habere in maioratibus, quando possessor maioratus, de liberis, seu de descẽdẽtib⁹, est institutoris, & comparatione eorum, qui de liberis fũt eiusdem institutoris, vt de fideicommissis dictum etiam est. Atque vt, quæ magis certa ac recepta sunt, primo loco dicamus. Cõueniunt, quando dos, aut donatio ad nuptias, certæ quãtitatis deberetur ab institutore maioratus, id soluendum esse de bonis maioratus, quando non sunt alia bona institutoris, vnde soluatur: quoniã id spectat ad æs alienum institutoris, quod de bonis maioratus est soluendum, quando non est aliunde, vnde soluatur, vt sæpe dictum est. Conueniunt item, si maioratus institutor expresit in particulari, vt bona maioratus, neque ad dotem, neque ad aliquid aliud, alienentur, quamtumcunque pium, alienari tunc non posse, ac proinde locum non habere dispositionem illorum authenticorum, vt de fideicommissis dictum est. Idem diximus nos esse, si adhibuit clausulam, vt in nullo euentu, aut vt nulla ex causa, alienarentur, vel aliud simile adhibuit, quod æquipolleat. Ant. verò Gom. sufficere existimat, si maioratus institutor in genere expresit, vt non alienarentur, vt circa fideicommissa ex illo est relatum. Quando verò, neque maioratus institutor est debitor, neque expresit in particulari, vt neq; ad dotem, neque ad aliquid aliud bona maioratus alienarentur, censent plurimi doctores, quos Molina. n. 17. citato refert, locum habere in maioratibus dispositionem illorum authenticorũ, ac proinde alienari ea bona posse ex causis, ex quibus de iure communi est dictum posse fideicommissa alienari. Attamen res certè est durissima, & quæ perspicuè pugnat cum natura maioratuum, & cum mente eos instituentium, vt perpetuò integri seruentur in bonum & splendorem familię, atque vt memoria institutoris perpetuò in illis conseruetur: facilè enim ea ratione minuerentur ac abolerentur autoritate propria eos possidentium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium, idque esset aperire ostium multis liti A
bus, ad eos ipsos maioratus labefactandos,
& vt successor pugnaret cũ antecessore,
qui, obtentu similium causarum, aliqua, aut
omnia bona alienasset. Hinc Greg. Lopez
vers. citato multis contrariam sententiam
persuadet, & amplectitur, quæ Molina
vbi supra non admodum firma iudicat. Co
nar. etiam. n. 10. citato in fine in eandem sẽ
tentiam prodendet, ratione alia, quam etiã
Molina meritò nõ satis firmam arbitratur.
Ipse verò Molina interpidè affirmat, dispo
sitionem eorum authenticorum locum nõ B
habere in maioratibus Hispanis, numero-
que. 21. testatur, vidisse semper in forensi-
bus cõtrouersijs eam dispositionem in ma
ratibus non admitti. Ducitur, quoniam ma
ioratus Hispani in commune reipublicæ
bonum sunt introducti, vt in republica fa-
miliarum splendor, vires, ac nobilitas, con
seruentur: dispositio verò illorum authen
ticorum solùm habet locum in fideicom-
missis ad priuatum solùm commodum ali-
cuius, aut aliquorum, attinentibus, cui com
modo pręponitur publicum & commune
bonum matrimoniorum: atque id signifi-
cãt illa verba in vtroq; authẽtico apposita;
ea enim, uæ communiter omnibus prosunt, his,
quæ speciatim quibusdam utilia sunt, præponi-
mus: quarè dispositiones illæ intelligi non
possunt in maioratibus, in commune reipu
blicæ bonũ introductis. Præterquàm autẽ,
quòd id apertè sonãt verba illa relata, sanè
in hoc euentu, cùm concurrat priuilegium
illud dotis, & donationis propter nuptias,
cum non minùs publica maioratuum vtili
tate, cõfunditur ac corruit id priuilegium;
maximè cùm in maioratibus agamus de dã
no, diminutione, & abolitione illorum vi-
tãdis, & in dote, & donatione propter nup
tias, de commodo, cum maioratuum prẽiu
dicio, fauore matrimonij acquirendo. Ne-
que refert, subiũgit Molina ibidem. n. 23. B
quòd multi doctores, quos citat, asserant,
dispositionem eorum authenticorum lo-
cum habere, etiam si id fideicommissum re
lictum sit Ecclesiæ, aut alicui alteri pię cau
sę, in quibus fauor publicus cernitur. Quo
niam, inquit, vel ea opinio est falsa, vel in-
telligenda est, quãdo fideicommissum piũ
respicit priuatam vtilitatem, vt si quid se-
pulchro, aut capellæ, alicuius sit relictum:
secus verò, quando respicit publicam vtili
tatem. Huic rationi Molinę addo, naturam
ipsam maioratuum ex se omnino efflagita-
re, vt in eis locum non habeat ea dispositio, neque est dubitandum, eam omnino
semper esse mentem ac voluntatem maio-
ratus instituentium, qui si, quando illos inst
tituebant, interrogarentur, an vellent, vt in
aliquo euentu, etiam causa dotis, posset alie
nari, ac minui & dissolui, proculdubio ne-
ganter responderent: quarè illa dispositio
iuris communis in re longè diuersa, exten-
denda non est ad maioratus Hispanos. His
accedit, dispositionem illam illorum authẽ
ticorum, solùm habere locum in fideicom
missis: &, cùm sit exorbitans à iure, exten-
denda non est vltra illos. maioratus autem
contractu inter viuos instituti, fideicom-
missa non sunt, sed donationes sub modo,
vt disp. 577. & alias, dictum est: quarè in il-
lis locum non habebit ea dispositio: nemo
autem dicet, in maioratibus quibusdam,
spectata sola maioratus natura, linè alia ex-
pressione, aut prohibitione alienationis,
facta ab institutore, locum habere disposi-
tionem illam authenticorum, & in alijs nõ:
præsertim cùm, licèt maioratus vltima vo-
luntate instituti, multum participent de na
tura fideicommissorum, de quibus iure cõ
muni est fermo, multum tamen ab illis dif
fert, vt disp. 577. dictum est.

Quæri potest, num bona maioratus pro S
pria autoritate permutari possint pro alijs
vtilioribus maioratui: aut vendi, vt res ma-
ioratui vtilior inde ematur. Respondẽdum
verò est cum Molina vbi supra. n. 26. negã
ter. Neque enim expedit talem potestatem
esse in maioratus possessore, cuius occa-
sione facilè minuere ac perdere poterit
bona maioratus in præiudicium familiæ,
ac memorię institutoris, & cum detrimen-
to successorũ in eodem maioratu, vt disp.
641. dictum ex parte est. Sed ea autoritas
est in principe, cuius est ex causa inter pre
D tari defunctorum voluntates, easque alte-
rare. Quando tamen aliquid prohibitum
esset alienari in solam vtilitatem eius, cui
relinquitur, tunc ipse in euidentem suam
maiorem vtilitatẽ, posset id autoritate pro
pria alienare: atq; ita Molina cũ alijs, quos.
n. 27. citat, exponit quædam iura, quæ eius-
modi licitam alienationem sonant.

Quod autem maioratus possessor pro
reficiendis bonis maioratus, aut pro qua-
cunque alia causa necessaria, obligare pos
sit bona maioratus, ita vt alienari ex ea
causa tandem possint, disp. 641. 644. &
646. dictum est.

De extinctione rerum maioratus, illa-
rúmve transitione in alterius dominium,
titulo

titulo prescriptionis, & quãtum temporis A
ad id necessarium sit, disp. 79. dictũ est.

SVMMARIVM.

MAIORATVS *bona vt alienentur, princeps absque rationabili & legitima causa concedere non potest facultatem.*

2 *Maioratus bona vt alienari cõcedãtur à principe, causa legitima est necessitas non leuis, aut vtilitas publica. Et quando cambium interuenire debeat.*

3 *Maioratus bona vt à principe concedatur facultas alienandi, sufficiens causa non est, vt ma* B
trimonia possessoris, aut filiarum, celebrentur.

4 *Maioratus bona alienandi vt ea facultas à prin cipe concedatur, quæ alia causæ legitimæ, & qua cautela ea facultas concedi debeat.*

Quo vsque princeps concedere possit facultatem maioratus possessori, ad bona maioratus alienãda. Disp. 649.

1 DICENDVM est consequenter de alienatione bonorũ maioratus ex regia facultate, sumpta alienatione latè, vt etiam hypothecam C
cõprehẽdit. Sunt verò iacta huius rei fundamenta disp. 174. In primis verò non potest supremus princeps facultatem concedere ad alienandum bona maioratus absq; rationabili ac legitima causa, vt ex se est perspicuum, liquetque ex dictis disp. 174. citata. Neque enim absque legitima causa potest mutare vltimas voluntates ac dispositiones defunctorum: neque absque eadẽ legitima causa potest priuare eos, qui ex dispositione institutoris vocantur in posterum ad successionem in maioratu, maioratu ipso integro, aut parte illius, emolumentisque ex illo: si verò pro libito principis, absq; legitima & sufficienti causa bona maioratus alienari possent, etiam à legitimo possessore illius, vtiq;, absq; eadem legitima ac sufficienti causa, mutaretur voluntas ac dispositio institutoris circa res suas proprias vinculo maioratus alligatas, priuarẽturque vocati in posterum ad eum maioratum toto maioratu, aut parte illius, emolumẽtoq;, quod inde erãt percepturi.

2 Vt verò causas iustificãtes examinemus, ex quibus ea facultas cõcedi possit. In primis, si id ita nõ leuiter, sed multum, exigat causa publica, cõcedi potest, ac debet, ea sa cultas: imò cogi ad id potest maioratus pos sessor. Est tamen obseruandum, dupliciter id exigere posse causam publicam. Vno, nõ quidem gratis, sed adhibito cambio, quo tantundem, aut plus, maioratui accrescat. Vt si ad publicum ædificiũ, quod multum reipublicę spirituali, aut tẽporali, cõmodo, vel ornatui, referat, necesse sit euertere do mus aliquas, aut accipere aliud prædium, quæ ad maioratũ spectent, sanè ea est legitima causa, non solùm ad concedendã facultatẽ, vt id ita alienetur ac extrahatur de maioratu, sed etiam, vt, reluctante maiora- D
tus possessore, cogatur id efficere, eripia-
turq; de illius potestate. Quia tamẽ in eo, & in alijs similibus euentibus, maioratus pos-
sessor, nec tenetur, nec potest, id cõcedere gratis in maioratus detrimentũ, vt ex se cõ
stat, sed vel priuatus, aut conuentus religio
sorum, ad id ædificium suis sumptibus fa-
ciendum, illud postulantes, vel respublica
ipsa ad idem ædificium suis sumptibus fa-
ciendum similiter illud postulans, tenẽtur
illud sufficienter cõpensare de priuatis, aut
de cõmunibus bonis, vtique tunc cãbium
æquale interuenire debet, quo tandẽdem
aut plus, accrescat maioratui, eoque modo
facultas ad id alienandum, aut eripiendum,
ac extrahendum de maioratu, concedi de-
bet, vt ea ipsa facultate efficaciter prouia
deatur, vt tandẽdẽ, aut plus, cum effectu
accedat ac vniatur maioratui.

Altero verò modo exigit causa publica, vt absq; vllo cãbio & cõpensatione, aliene-
tur aliquid de bonis maioratus, aut onus
census redimibilis in eo constituatur, eiq;
solutioni strictissimæ hypothecę maiora-
tus subijciatur interim dum non redimitur
de reditibus eiusdem maioratus, aut libera-
litate alicuius successorũ. Exempla sunt, si
principis iussu aggeres magni sumptus fiãt
ad vim fluminis alicuius cõprimendam, ne
perdat agros, coganturq; domini agrorum
ad eos contribuere sumptus, debeantque
contribuere agri ad maioratum spectantes,
aut si fiant simliter aluei magni sumptus
ad exsiccandum agros, vt redigantur ad
cultum, vtilioresque multò fiant, contri-
buereque debeant agri maioratus magna
aliquam quantitatem: tunc enim con-
tribuere id tenetur maioratus possessor
absque alia cõpensatione, quàm vtilitatis,
quę inde accrescit eidẽ agris maioratus, ve
disp. 641. &. 644. ac alibi dictũ est: & cùm
id totũ nõ censeatur de suo, aut de fructi-
bus maioratus, cõtribuere is, qui maioratũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc possideꝛ, sanè vel principis facultate diuendi debet aliquid de bonis maioratus vnde id soluatur; vel debet de eiusdē principis facultate vendi in eo maioratu census redimibilis, vnde summa pecuniæ ad eos sumptus sufficiens habeatur. Atq; deberet tūc imponi onus possessoribus maioratus, vt de fructibus annuis maioratus, non solùm soluerent pensiones census, sed etiam quotannis modicū quid deponerent, quo vsq; paulatim tota summa haberetur, vnde tandem census redimeretur, ac maioratus maneret liber: neque iniurioſum, aut oneroſum, id videri debetet contribuentibus quotannis illud ad redemptionem census; quandoquidē soboles ipsorū omnium, ac consanguinei, succedere in eo maioratu deberēt in ęternum, neque id esset soluendū, nisi de reditibus maioratus, relicta ipsis cōpetenti summa eorumdem annuorū reditūum. Aliud accipe exēplum. Si maioratus possessor, quia bona illa de regia corona emanarunt, teneatur de suo, pro quantitate bonorū maioratus, seruire Regi in bello, eúmve in eo comitari, vt tenentur maioratus Hispani, neque habeat vnde id efficiat, nisi vendendo aliquid de vinculo maioratus, vel censum redimibilem in eo constituendo: vel si bonū, & vtilitas publica, postulet, vt ad hostes profligandos, subditi suis sumptibus ad bellum procedant, vel contribuant ad eos sumptus pro quātitate suarum facultatum; neque aliter possessor maioratus possit id onus subire, quàm vendendo aliquid de vinculo maioratus, vel maioratū censui subijciendo: tunc enim ex regia facultate posset, ac deberet, id efficere, quin ad id cogi posset, nullū cābium reddente principe, aut republica ipsa. Attamen tūc, si quia is possessor perditè vixerat, aut prodigè expendendo, multo ęre alieno esset grauatus, necesse esset subijcere maioratū censui, aut aliquid ex vinculo vendere; cùm tamē, si moderatè vixisse, treditus maioratus fuissent satis ad id onus subeūdum; vtique tantum in posterum esset illi quotannis relinquendum de reditibus eius maioratus, quantū esset satis congruæ eiusdē sustentationi; reliquum verò esset sumēdū ad pensiones census persoluendas, & ad parandā pecuniæ quantitatē, qua census redimeretur, aut emeretur maioratui, quantum ea de causa ex eo vinculo fuisset alienatum: quòd si pecunia, quæ ita, dum ille viueret, cōpararetur, nō esset ad id satis, successores deberent, arbitrio prudentis, de reditibus maioratus aliquid quotannis cōtribuere, quo vsque pecunia ad id necessaria congregaretur, & maioratus ad pristinū statum restitueretur: id enim, quod perditus ille coactus fuisset expendere de maioratu ad necessitatē illā publicam, quasi reale esset onus bonorū eius maioratus, quod successores pro rata de reditibus maioratus tenerētur soluere, quādo perditus ille nō esset soluendo. Eodem verò modo, si moderatè ille vixisset, neque reditus maioratus sufficeret ad tantā pecuniā simul pro bono publico expēdendā, ipse, & successores in eo maioratu, renerentur, temporis progressu, cōtribuere, prudētis arbitrio, pro rata, quo vsq; modo explicato, integrè illa soluerēt, maioratusq; in pristinū statū restitueretur.

Vtrum autē causa publica sit, eaq, sufficiēs ad concedendā facultatē, vt bona maioratus alienētur, aut hypothecę subijciantur, vel grauentur annuo censu, qui in eis bonis cōstituatur, vt dotes filiabus, aut alijs descendētibus possessoris maioratus, constituantur, ac tradātur, aut vt possessor ipse maioratus se obliget ad soluēdas arrhas & dotē, quam cum vxore recipit, vel ad solā dotē soluēdā. Principes, vt referūt Couarr. 3. var. resol. c. 6. Gre. Lop. l. 6. t. 11. p. 6. verb. *ęla no pudieße vender*, col. 6. in fine, vers. & licèt, & Molina lib. 4. de primog. c. 3. à. n. 3. iuncto c. 18. n. 1. lib. 1. solent eas cōcedere, & Couar. id cēset fieri posse, quādo maiorat' ex regia facultate fuit institutus. Greg. verò Lopez satis trepidè loquitur, & admonet regios cōsiliarios, vt non facilè eas concedāt, ne contra ius poli id efficiant, & cum onere restituendi dānum, quod maioratui in præiudiciū voluntatis ac memoriæ institutoris, ac vocatis vlteriùs ad eū, inde prouenit. Molina etiā multū dubitat, an id iustè ac licitè fieri possit, restrictionesque & cautelas adhibet, quibus fiat, si quando fieri oportebit. Sanè, quando institutor maioratus debitor nō esset earū dotium, iuxta ea quæ disputatione præcedēte dicta sunt (si enim debitor esset, soluendæ essent de bonis vinculatis, quādo nō essent alia bona libera eiusdem institutoris, vnde soluerentur, imò non plura bona censenda essent pertinere ad vinculum maioratus, quàm quæ supereſsent, deducto eo, & quocūque alio ære alieno eiusdem institutoris, vt ibidē dictū est) credo principē non posse ad id tribuere facultatē, neque, si eam tribuat, validam esse, iuxta ea quæ disputatione præcedente dicta sunt, iuctis ijs, quæ disp. 174. compro-

comprobata sunt, idq; non solùm quando institutor expresè prohibuit alienari ea bona, etiam in dotē, sed etiam si id nō prohibuerit expresè. Ratio est, quoniam ea, neque ex dispositione iuris humani, neque simpliciter, debentur ab institutore maioratus, neq; ex bonis, quæ vinculo maiorat' alligauit, vt disputatione præcedente est ostensum; ęp si deberentur, necessaria ad id non esset facultas regia; neque item id est causa publica, quæ vllā ad id inducat obligationem, vt etiam disputatione pręcedēte est ostensum; atq; vt Molina. c. 3. citato. n. 4. rectè ait, neque pro quacunq; causa publica, fas est concedere facultatem, vt bona maioratus alienentur: sic enim cōcedi posset, vt alienarentur pro reparandis itineribus, vel plateis, aut theatris, vel pro reparādis ac construēdis Ecclesijs, quod nemo dicet: cùm ergo disp. 174. citata ostensum sit, principē non posse inuertere ac mutare dispositiones institutorū maioratuū absq; vrgente & necessaria causa, præiudicúmve afferre vocatis omnibus ad illos, etiāsi maioratus ex facultate regia sit institutus, vt ibidem satis perspicuē, in fallimur, cōprobatum est, & copiosè disputat atq; ostēdit Molina. c. 3. citato à. n. 7. consentitq; Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 89. consequens profectò est, vt concedere nō possit facultatem ad alienandum, aut subijciendū hypothecę bona maioratuū pro eiusmodi dotibus cōstituendis, aut soluendis, etiamsi id exigat possessor maioratus, qui nihil potest circa infringendam voluntatem institutoris, aut circa id, quod præiudicium in eo maioratu vlteriùs ad eum ab institutore vocatis parere poterit. Quòd si concessæ hactenus sunt aliquę eiusmodi facultates, sanè id ex eo ortum habuit, quòd regij consiliarij sibi persuaserūt id esse licitū, innixi minimè solidis fundamētis, ductiq; aliorū autoritate.

4 Quòd ex regia facultate alienari possint bona maioratus, aut censui, vel hypothecę subijci, pro soluendis debitis institutoris talis maioratus, quando aliunde solui non possunt; itemq; ex causa necessaria reparationis eorundem bonorum, nemini potest esse dubium: cùm etiam absq; regia facultate hæc liceant, vt disp. 641. 644. 646. & disputatione præcedente, dictum est.

In maioré etiam maioratus vtilitatem, vt sumptus circa res maioratus fiāt, vnde maior vtilitas maioratui proueniat, quàm sit, quod ad eos sumptus ex bonis illius fuerit alienarū, concedi validè ac licitè potest facultas ad bona maioratus alienāda. Itemq; concedi potest facultas ad vendendum, aut permutādū res maioratus, vt ex pretio, aut in cōmutationem pro re maioratus alia vtilior ei subrogetur, & vniatur maioratui. Ita Molina lib. 4. de prim. cap. 4. à. n. 1. Anton. Gom. l. 40. Taur. n. 82. in fine, & Greg. Lopez. l. 10. tit. 26. p. 4. verb. *vendiendo*. colum. 4. & id est satis perspicuum, quod multis probat Molina. Neq; enim prohibitio alienationis in fauorem alicuius, aut aliquorū, intelligitur, quando id euidenter cedit in maius cōmodum & vtilitatem eorundem: accedente præsertim principis ad id autoritate ac facultate; quæ in re proposita necessaria est, vt disputatione præcedente, & alibi dictum est, ne, quod intuitu maioris vtilitatis aliorum ita alienando fieret, facilè cederet in eorundē detrimentum: atque id est, quod intendūt ac probant Ant. Gom. & Molina vbi supra. Meritò verò num. 12. subiungit Molina, ad obuiandum incommodis, quæ eiusmodi facultatibus ad vendendum, aut permutandum res maioratus, vt alię vtiliores accrescāt maioratui, facilè obuenire possunt, vel re, quæ accrescere debet, non existente adeò vtili maioratui, vel possessore consumente in alijs rebus pecuniam comparatam ex alienatione rei maioratus; principes, eorúmve cōsiliarios, non priùs debere concedere eiusmodi facultates, quàm re diligenter ac sufficiēter examinata, atq; in cuentu solùm, in quo, si maioratus institutor, vocatíque vlteriùs ad eum, adesſent, cōsensum præberēt, remq; ad id proculdubio libēter alienarent: itēq; non priùs debere eas facultates cōcedere, quàm facta iam cōuentione inter partes de re, quę loco eius, quæ alienatur, sit subroganda maioratui, & ea lege, vt pretium ex re maioratus, quæ alienatur, tribuatur venditori rei subrogandæ. Neque item debere concedi eiusmodi facultates, ad alienandum domos antiquas institutoris maioratus, deputatas habitationi eorū, qui ad eū maioratum vocantur, de quibus est verisimile, institutorem maioratus, si adesset, repugnaturum, præsertim cùm inde aboleri posset ex parte memoria institutoris maioratus. Qua eadem ratione cōcedi nō debet facultas, vt alienetur res maioratus, existēs in prouincia, in qua erat solum, domicilíumve, institutoris, vt subrogetur res in alia prouincia existens, quando dubium esse potest, an id gratum esset futurum institutori maioratus, sitque etiā gratū futu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum cæteris succeſſoribus in eo maioratu: quæ omnia prudentis arbitrio ſunt relinquenda, penſatis omnibus circunſtantijs concurrentibus. E contra verò, ſi res aliqua maioratus longè diſtet à ſede & domicilio inſtitutoris & ſucceſſorum in eo maioratu, vbi ſunt pleræq; res ad eum maioratum attinentes, cauſa ſufficiens, vt concedatur facultas ad eam alienandam, vt ſubrogetur alia æquè vtilis in loco magis vicino, erit illa longè maior diſtantia. Atque hoc eſt, quod Greg. Lopez affirmauit l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *que la no pudieſſe vender*, colum. penult. verſ. ſed an ſit, & conſentit Molina vbi ſupra. n. 19. Neſcio verò cur à. n. 15. reprehendat Greg. Lopez, quaſi aliud intenderit ac voluerit.

B

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *bona vt alienentur, poteſt princeps concedere facultatem, alienariq; ex ea poſſunt, eſtò inſtitutor eam peti, & concedi, & ea conceſſa prohibuerit vti. Et quamuis hominus ratio ſit habenda tali prohibitioni, quando contrarium non poſtulat commune bonum.*

2 *Quando neceſſe ſit, aut non ſit, mentionem facere principi de ea prohibitione, voluntateve inſtitutoris, ne facultas alienandi obtenta ſurreptitia cenſeatur.*

3 *Maioratus inſtitutor quando peti eas facultates, & eis obrentis vti, prohibuit ſub pœna, aut modo, vt continuò maioratus ad aliũ eo ipſo tranſiret, quãdo peti nihilominus ac eis vti eſſet fas: quando non item. Et quàm periculoſum artibus varijs vti ad illas obtinendas.*

4 *Obtenta vna facultate ad alienandum, faciaq; iuxta illam alienatione, quando ſurreptitia erit ſecunda facultas, ſi facta non fuit mentio de priori facultate.*

5 *Maioratus bona ſi ex regia facultate alienentur, an vendi debeant in publica ſubſtatione, & quæ forma ſeruanda.*

9 *Maioratus bona vt alienari poſſint, non ſufficit, fiat, miniſtrorum de la camara, niſi à principe approbetur.*

7 *Maioratus circa bona ſi contractus alienationis celebretur ante obtentam à principe facultatem, ſub conditione tamen, ſi princeps facultatem velit concedere, validus eſt dependenter ab ea conditione, petendáq; eſt facultas.*

8 *Maioratus bona vt alienentur ſi obtenta ſit facultas, nec ſit vſus illius decennio, nulla redduntur.*

A *Vtrum, ſi maioratus inſtitutor prohibuit ea bona, etiam de Regis facultate, alienari ſucceſſoreſq; prohibuit eam facultatem petere, aut ea vti, poſſint nihilominus eadem bona ex cauſis prædictis, ex regiaq; facultate alienari. Et num, quando ex regia facultate alienantur, vendi in publica ſubhaſtatione debeant.*

Diſp. 650.

QVOD ad primũ attinet, dicendũ eſt. Etiãſi maioratus inſtitutor expreſſerit, nolle, vt princeps facultatem concedat, vt bona, ex quibus maioratũ inſtituit, alienentur, vel prohibuerit ea, etiam ex facultate regia alienari, poſſe nihilominùs principem ex cauſis legitimis concedere facultatem, vt alienentur; poſſeq; maioratus poſſeſſorem ex regia facultate, præſtita ex eiſdem cauſis, ea alienare. Ita Molina lib. 4. de primog. c. 3. n. 28. Ratio autem eſt, quoniam prohibitio inſtitutoris maioratus, nõ poteſt à principe auferre eã poteſtatẽ ad facultatẽ concedendam, vt ex legitimis cauſis ea bona alienentur, quã, quia ſupremus princeps eſt, habet: neq;, dũ princeps eam facultatẽ cõcedit, interpretatur ſolùm voluntatẽ inſtitutoris, quaſi ſolùm in principe ſupremo ſit poteſtas ad cõcedendã eam facultatem interpretando inſtitutoris volũtatẽ; ſed poteſt legitima ex cauſa mutare defuncti voluntatem, eaq; poteſtate tunc vtitur. Quo loco obſetua, ſi maioratus inſtitutor viueret, poſſe principẽ contrauenire ea in parte eius voluntati, quantũ præciſe poſtularet bonum cõmune; non verò quantum poſtularet ſuum bonũ inſtitutoris priuatum: quoniam vnuſquiſque, dum viuit, eſt ſuorum bonorũ moderator & arbiter; neq; princeps poteſt cõtrauenire eius volũtati, niſi dũ cõmune bonũ aliud, nõ leuiter, poſtulat: poſtquàm autẽ ille eſt defunctus, aliquid amplius princeps poteſt in bonũ inſtitutionis talis defuncti; quãdoquidẽ ille iam nõ viuit qui, pro ratione tẽporũ & circũſtãtiarũ, poſſet mutare cõſiliũ, ſtatuereq;, quod plus expedit cõmuni bono, inſtitutioniq; ipſi. Nõ tñ negarẽ in his, quæ ad ſolum bonũ ipſius maioratº. & ſucceſſorũ in illo, ſpectãt, aliquã rationẽ eſſe habẽdam,

1

B

C

D

dim, quòd inſtitutor maioratus expreſſerit, nolle, vt princeps alienationem concedat, neq; vt poſſeſſores illius illa vtãtur, vt omnino ea facultas noncõcedatur, niſi quando diſpoſitio illius eſet prorſus irrationabilis, ſi intelligeret, etiam in eo euẽtu, & cum eis circunſtantijs, rolle, vt concederetur: neq; enim facilè eſt contraueniendũ diſpoſitionibus defunctorum, quoad ea, quæ præiudicium bono communi non afferunt: maximè cùm experientia compertum ſit, vſus facultatum principum, vt res maioratus alienentur, ſæpe habere peſsimũ exitum; vel quòd non fiat accuratum examen, an cauſæ ſint legitimæ; vel quòd teſtes, non vt oportet, teſtificentur, morem gerere volẽtes ijs, qui eiuſmodi facultates petunt, alienationeſq; deſiderãt; vel quòd poſſeſſores maioratuum in alijs rebus conſumant pecunias earum alienationum; aut quia id, quod inde cõparant, maioratuiq; ſubrogatur, non ſit tam vtile, atque erat, quod ex principis facultate fuit alienatum.

A

B

2 Hinc facilè patet, quid dicendum ſit ad dubium, quod Molina vbi ſupra. lib. 4. c. 3. n. 29. excitat. Vtrũ ſcilicet, quando maioratus inſtitutor prohibuit alienationem earũ rerũ fieri, etiã ex facultate principis, vtíve prohibuit ea facultate conceſſa, neceſſe ſit mentionem facere principi de ea clauſula ante impetrationem facultatis; alioquin facultas obtenta, cenſenda ſit ſurreptitia ac nulla. Paucis verò dicẽdũ eſt, excepto hoc vltimo euentu à nobis proximè explicato, neceſſarium non eſſe facere mẽtionẽ de ea clauſula. Ratio eſt, quoniã ea clauſula nulla eſt omnino comparatione cæterorum euentuum; eò quòd maioratus inſtitutor non poſsit ea clauſula minuere poteſtatem principis, neq; in eis euentibus retardaret, ſi ſciretur, principem ad eam facultatem concedẽdam: clauſularum autem, vel reſcriptorum, quæ nulla ſunt, vel quæ exceptione poſſunt elidi, neceſſe non eſt facere mentionẽ, vt poſterius reſcriptum, aut facultas poſterius obtenta, valida ſint, vt notat gloſſa. c. ex tenore de reſcrip. verb. negatio, in fine, gloſ. c. cum noſtris, verb. de facto, de conceſſ. præb. Felin. & alij, quos Molina vbi ſupra. n. 32. refert ac ſequitur. In euentu autem proximè à nobis explicato, quoniam ea clauſula retardare ac impedire deberet principem, ne in eo euentu facultatem concederet, ſanè non eſt nulla, ambitroque, ſi ſubticeatur, cenſendam eſſe ſurreptitiam facultatem, quæ

C

ea ſuppreſſa, fuerit obtenta.

Quando maioratus inſtitutor adeò ſeuerè ſucceſſoribus in perpetuum prohibuit alienationem bonorum illius, vt eo ipſo, quod facultatem ad id quoquo modo peterent, aut ipſis quoquo modo oblata, etiã proprio motu, vterẽtur, amitterent maioratum, & continuò abſq; alia ſententia, aut declaratione, tranſiret in vlteriùs ad eum vocatum, rectè ait Molina vbi ſupra. n. 36. poſſe nihilominùs principẽ eam validè cõcedere (quod intelligerem, ſecluſo euentu duobus paragraphis præcedentibus explicato) derogareq; clauſulas omnes, quibus maioratus inſtitutor prohibuit eã petere, aut ea oblata, vel obtenta, vti; qua derogatione facta, vim non habet pœna illa, cõditio, aut potiùs modus ab inſtitutore appoſitus, vt, ſi poſt eam derogationẽ petatur, aut ea oblata ac obtenta vtatur, amittat maioratũ. Ratio autem eſt, quoniam, vt ex hactenus dictis conſtat, maioratus inſtitutor, non poteſt eam poteſtatem auferre à ſupremo principe, aut eam illi minuere. Adderem ego, neque quicquam validè facere, aut ſtatuere, quo vſui illius præiudicetur, aut quo vſus ille impediatur, ſaltem in præiudicium boni communis. Quare, quando contrariũ poſtularet omnino bonum commune, credo, tranſgreſsionem eius modi, qui tunc cenſendus eſſet de iure impoſsibilis, non eſſet in cauſa, vt maioratus poſſeſſor, qui eum tranſgrederetur, amitteret maioratum. Quando verò bonum commune nõ omnino poſtularet eam alienationem, tunc licitè, ac validè, potuit maioratus inſtitutor apponere eum modum omnibus ſucceſſoribus in eo maioratu ad meliorem illius conſeruationem, nollendo, vt quiſquam in eo ſuccedat, illúmve poſt ſucceſſionem retineat, niſi cum eo onere: quippe cùm integrum ipſi ſit de eis ſuis bonis diſponere, vt voluerit, & cum onere, quod voluerit, modò rectæ rationi, ac diſpoſitioni iuris humani non ſit contrarium, vt verè id onus contrarium tunc non eſt. Tunc autem non auderem affirmare, poſſe maioratus poſſeſſorem, ſinè periculo amittendi ſucceſſor. in conſcientiæ & in exteriori foro eum maioratum, petere à principe facultatem, non quidem, vt poſsit alienare aliquid maioratus, ſed vt poſsit petere ab eo facultatem ad id faciendum, facta prius per principem derogatione clauſularum teſtamenti, quibus ſub eo modo eam petere, aut ea obtenta vti, prohi-

3

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

betur. Etenim, qui sub eo modo prohibet petere facultatem ad alienandum, simul est cẽsendus prohibere sub eodem modo, petere facultatem ad facultatem alienandi petendam: potiusque est attendendum ad mentem dispositionis, quàm ad verba, quibus fit & exprimitur: sicut potiùs est attendendum ad mentem legis, quàm ad verba. Et quemadmodùm contra legẽ fit, in fraudem ve legis peccatur, quando verba seruantur, & transgressio mentis legis fit: ita dispositionem sub eo modo trãsgreditur, qui verba dispositionis seruat, & mentem eiusdem dispositionis transgreditur. Eodẽ etiam modo crederem, transgredi eam dispositionem, atque amissionem maioratus propter eum modum appositum incurrere eum possessorem, qui curat, vt tertia persona in camera regia, vbi eiusmodi facultates conceduntur, producat memoriale, quod vocant, in quo imperſonaliter, & sinè expressione nominis vltimi possessoris, aut alterius personæ impetrantis, dicatur, quòd in maioratu, quem Titius instituit, sunt clausulę talis tenoris, &c. & quòd iam nunc necesse est alienari aliqua bona eius maioratus, aut hypothecæ subijci, ex causis, quæ in eo memoriali exprimuntur, ac proinde ex eisdẽ causis supplicari regiam maiestatem, vt proprio motu, & ex certa scientia, concedat possessori maioratus rescriptũ, in quo derogetur prædictis clausulis, & concedatur ei licentia, vt absq; incursione pœnarum, seu potiùs, nihil impediente modo ab institutore appositio, possit facultatẽ ad id efficiendum impetrare, eaq; obtenta vti. Testatur verò Molina vbi supra. n. 39. solere cõcedi eiusmodi rescriptum, seq; aliquando consuluisse, vt ita petatur, & posteà virtute illius peti, & concedi facultatem ad ea bona alienandum. Addit verò, in hoc cautè esse procedendum propter rigorem clausularum recentium maioratuum, quę diligentissimè examinari debent antequàm maioratus possessores eiusmodi facultates impetrent, ne aliquid faciant, in quo eis contraueniant, & in causa sint, vt amittant maioratum, & qui ea bona emunt, aut quibus censui, aut hypothecæ, virtute earum facultatum subijciuntur, in discrimen adducantur amittendi, quod ita dederint. Hęc Molina. Sanè hęc ita attentare, nó minùs esse puto contra eã dispositionem sub eo modo, quàm attentare illud aliud, de quo immediatè antea est à nobis dictũ, periculisq;, etiã animæ, valde ea plena esse timeo. Institutores maioratuum his techuis ostium precluderent, si clausulam apponeret, vt successores, neq; per se, neq; per aliũ, quicquam omnino facerent, quo facultatẽ obtinere à principe, directè, aut indirectè, intenderent, aut illa oblata, vel obtenta vterentur, alioquin eo ipso tanti ret maioratus, sine alia declaratione ac sententia, ad vlteriùs ad eum vocatum: nullus enim dubitare potest, ea omnia esse directè, vel indirectè, modo aliquo facere aliquid, quo ea facultas obtineretur. Quòd si obligarent vocatos ad maioratum, vt antequàm maioratum acciperent, iuramento sese astringerent ad hoc ita seruandum, & ad nihil sub eodem modo ac pœna faciendum, quo directè, aut indirectè, relaxationem talis iuramenti intenderent, res magis esset corroborata. Ac fortasse expediret, vt rarò admodùm, atq; ex necessarijs omnino causis, adhibitoq; rigoroso earũ examine, & adhibitis exactissimis cautelis, necederẽt in detrimentũ bonorũ maioratus, eiusmodi facultates in regia camera concedereutur. Homines quippe, intuentes maioratuũ dissipationes ac imminutiones ex eiusmodi facultatibus, tam solicitè, dum maioratus instituunt, & tam serió curant, ostium alienationibus ex eiusmodi facultatibus omnino præcludere.

A
B
C
D

Dubium. 4

Dubium est, vtrum, si maioratus possessor antea impetrauit facultatẽ ad alienãdũ aliqua bona, eaq; vi eius facultatis alienauit, & posteà petat aliã facultatẽ, teneatur facere principi mentionẽ de prima, alioquin secũda cẽseatur inualida tanquã surreptitiè obtenta. Patrem affirmantẽ suadere videtur, quòd concessio eiusmodi facultatũ, sit dispẽsatio: dispensatio verò addita priori dispensationi, sit nulla ac surreptitia, nisi de prima fuerit facta mentio dispensanti, vt constat. c. vlt. de filijs presb. lib. 6. & l. 3. in fine. C. de Episcop. audien. Ob quem texum dixit ibi Gulliel. de Cuneo, inualidam esse remissionem secundam de aliquo crimine, nisi principi remittenti, fuisset facta mentio de alia priori remissione alterius criminis eiusdem delinquentis. Molina vbi supra distinguendum arbitratur. Quòd si noua facultas ad alienandum concedatur ex eadem priori & antiqua causa, ex qua facta am antea fuit facultas ad alienandum, inualida ac surreptitia sit secunda facultas, nisi facta sit principi mentio de prima facultate obtenta. Si verò noua facultas petatur ex alia noua superueniente

Argum. prim.

Secũdum.

ueniente causa, sit valida, minimeq; surreptitia, estò facta non sit mẽtio de priori cõcessa facultate: quoniã quæuis distincta causa sufficiẽs ex se est, vt noua ex ipsa cõcedatur alienatio. Ad. c. vlt. de fil. præs.

Ad prim. respondetur. Difficilius inhabili ad duo, & ad vtrunuis seorsim, concedi vtrunque, quàm vtrunuis concedatur, eaq; de causa surreptitia in eo capite censetur secunda dispensatio ad alterum, vnà cum primo, atq; adeò vt obtineat vtrũq; simul, quando non fit mentio de prima dispensatione, qua iam alterum obtinebat. Ad

Ad secũdũ. l. 3. citatam, similiter dicendũ est, magis esse indignũ noua venia alterius delicti eum, cui iam antea delictum alterum est remissum, quàm si nullum fuisset ei remissum: eaq; de causa in ea lege conceditur, vt, qui non ex graui delicto detinenter in carcere, eruantur in festo Paschatis, nisi iam antea in alio festo propter aliud delictum eruti essent.

Decisio. Sanè dicerem, arbitrio prudentis, spectatis circunstantijs concurrentibus, esse iudicãdum, quando secunda facultas ad alienandum petitur ex noua causa, num, si concedens secundam facultatem, notitiam haberet de prima iam concessa, denegaret forte secundam. Si enim illam denegaret, aut certè meritò id esset timendum, quia causa secunda non esset adeò vrgens, & quia notabiliter minueretur maioratus, addita secunda alienatione primę, tunc censendum est, inualidam, surreptitiamq; esse secundam facultatem, noua facta mentione de prima: alioquin valida, minimeq; surreptitia, erit cẽsenda; eò quòd nõ dubitetur, similiter fuisse concedenda, estò de prima facultate antea cõcessa, facta fuisset mẽtio.

5 Ex eo, quòd res, quę iudicis autoritate, aut decreto, venduntur, in publica subhastatione vendi debeant, colligit Molina. c. 3. citato. n. 44. vtile esse, ac tutum, vt res maioratus quę principis facultate alienantur, in publica vendantur subhastatione; consentiuntque verba illa in eiusmodi facultatibus regijs apponi consueta; *vendiendo en publica forma*; quæ intelligi solẽt, in publica subhastatione, vt Molina ait. Addit tamen, si aliter venditio bona fide, pretioque iusto fiat, forsan deficiente solemnitate subhastationis, sustinebitur. Tẽpus ad vendendum in subhastatione requisitum, de iure communi nõ est definitum, sed iudicis arbitrio relinquitur, vt cum Bart. & alijs, Molina ibidem. n. 46. subiungit. Expediens verò esse ait, vt immobilia triginta, mobilia verò nouẽ diebus, in subhastatione trahantur, exemplo eius, quòd in alijs euentibus fieri solet. Quamuis, inquit, estò non tantũ tẽpus in rebus maioratus subhasta vendẽdis insumatur, annullanda non sit vẽditio; modò tẽpus cõpetẽs fuerit insumpum, bonaq; fide, absq; dolo, ea venditio fuerit celebrata: quoniam, vt, cum Greg. Lopez. l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *que la no pudiesse vender*, colum. 9. vers. aduerto etiã, sublũgit, solùm in eiusmodi vẽditione requiritur bona fides, atq; adeò tẽpus cõgruũ, spectatis circũstãtijs cõcurrẽtibus.

A
B
C
D

6 Cùm in hoc regno facultas ad alienandũ bona maioratus, concessa per verbum, fiat, antequàm literæ conficiantur, & subscribantur à principe, non cõtineat, fiat, ipsius principis, sed ministrorum, quos vocant *de la Camara*, possitq; à principe denegari ea facultas, iuxta ea quæ disp. 599. copiosè de facultate ad instituendum maioratũ dicta sunt; vtiq; facultas illa per verbũ, fiat, ministrorũ *de la Camara*, etiã si testibus probetur, aut per ipsum instrumentũ ministrorũ *de la Camara*, nõ sufficit ad bona maioratus alienada, neq; cẽsetur gratia & dispẽsatio ad ea bona alienãdũ integrè & perfectè cõcessa, expiraretq; ea cõcessio morte principis, vt hęc omnia disputatione citata explanata, cõprobataq; sũt. Si verò ea facultas cõcessa fuisset immediatè à principe per verbũ, fiat (cuius contrariũ habet stylus huius regni) aut per subsignationẽ principis literarũ ea de re confactarũ, tunc gratia, ac illa dispẽsatio, esset integrè ac perfectè concessa quoad substantiã & essentia illius, neq; expirerat eius principis morte, possetq; probari testibus, qui de gratia ita concessa sufficienter testificarentur, aut de literis à principe subsignatis, si literę nõ cõparerẽt, vt ex dictis disputatione citata liquet. Atq; ad hæc admetienda sunt, quę Molina hac de re tradit vbi supra. nu. 47.

7 Si possessor maioratus circa alienationem rerũ maioratus contractum celebret, vt si vẽdat rem maioratus tanto pretio, aut illã permutet cũ alia, sub cõditione, si princeps facultatẽ ad id concesserit, confirmare velit eum contractum, tunc neuter contrahentium potest ab eo contractu resilire, altero inuito, sed principis consensus est requirendus, vt videatur, an cõditio purificetur, validusq; omnino, ac firmus sit contractus; an verò cõditio deficiat, & cõtractus reddatur nullus. Ita Molina vbi supra. n. 48. cũ Luca de Pena, & Matthæo de Afflictis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regia facultas ad alienandi m bona maioratus, nulla redditur per non vsum illius decennio, vt ex dictis in calce disp. 599. satis liquet. Neque est eadem ratio de facultate principis ad instituendum maioratum, propter verba, quæ in hac secunda facultate apponi solent, & ibidem relata sunt. Atque ad hæc sunt etiam accommodanda quæ Molina hac de re vbi supra. n. vlt. tradit.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS res si ex regia facultate vendantur, modò emptor id sciuerit, quod in facultate ei inungitur, securus est, si pretium in vsibus conuertatur.

2 Maioratus res si sine regia facultate vendatur, aut permutetur, quod in recompensationem accipitur, non afficitur vinculo maioratus. Secus si ex facultate Regis commutatio fiat. Pretium tamen vtilitate huius soli m in re, ad quam data est facilitas.

3 Et ex pecunia comparata ex re maioratus, ematur res maioratui idonea ab eo, ad quem ill. m maioratui emere spectabat, efficitur maioratus, nisi expresserit sibi, & non maioratui, cum emere. Atque in hoc cuenit, si succedat in maioratu velut ille m maioratus accipere, ea maioratum attinebit.

4 Maioratui si vniatur aliquid ex pecunia, aut ex permutatione rei eiusdem maioratus cum illa ex regia facultate, sortitur conditione. vinculi cæterarum rerum, adeò vt, si maioratus in hoc regno erat ex donatis ab Henrico, aut in Lusitania erat subiectum legi mentali, id etiam eandem conditionem subeat.

5 Maioratus ex rebus ab Henrico donatis, si ex facultate Regis aliquid alienetur, quòd facultas censenda sit surreptitia & alienatio nulla, quòd res transeat libera & quarto cum conditione, quam antea habebat.

6 Maioratus bona si ad fiscum ob delictum attinerent, continuò deberent habere maioratus vinculum vnde, si à Rege donarentur, libera essent, nisi aliud expriméret. Et in Lusitania quando transeunt legi mentali subiecta.

7 Maioratus res ex regia facultate alienatæ si vendicentur, quia alienatio fuit nulla, aut contractu rescindatur ex l. 2 C. de resc. vend. aut beneficio restitutionis in integrum, res manet maioratus, vt antea erat.

8 Res maioratui incorporata ex permutatione, aut ex pretio rei alterius eiusdem maioratus, si euincatur, in illa alienes, teneatur res adhuc perseuerans maioratus, vendicari possit.

Qui ex facultate regia rem maioratus emit, an curare teneatur, vt inde alia res maioratui subrogetur. Et rum, quod in eum personem pro re maioratus redditur subiciatur eo ipso vinculo eius maioratus. Disp 651.

QVOD ad primum attinet, fuaderi potest, emptorem rei maioratus ex regia facultate, concessa, vt ex ea pecunia res alia maioratui subrogetur, vel vt aliquid aliud fiat, teneri, vt sit securus, curare, vnex ea pecunia id ematur, aut id fiat, ob quod ea facultas fuit concessa. Quoniam, vt disp. 20. copiosè ostendimus, non est securus, qui contrahit cum Ecclesia, ciuitate, aut minore, nisi id conuertatur in vtilitatem Ecclesiæ, ciuitatis, aut minoris: ergo, qui emit aliquid maioratus, non erit securus, nisi pretiú in vtilitatem maioratus conuertatur, vel insumatur in causa, ad quam id à principe alienari est permissum.

Dicendum tamen est, cum Molina libr. 4. de primog. cap 4. nu. 22. & 23. eiusmodi emptorem securum esse, estò pecunia illa posteà non insumatur in eo, ad quod fuit concessa facultas, vt alienari ea res posset; modò tamen, si quid in facultate fuerit iniunctum emptori (vt iniungi consueuit, vt pecunias tradat tali depositario) id efficiat: quarè, si solum ei iniungatur, vt pecuniam tradat in sequestrium depositario, quo vsq; res alia ematur, aut vt ille aliquid ex illa efficiat, tutus est emptor eo ipso, quod, iuxta formam facultatis, eam tradit ei depositario, quicquid postea de illa fiat: si verò soli m in facultate concedatur possessori vendere id posse, vt tale, vel tale quid, ex pretio efficiat, tutus erit emptor, tradendo pretium ei possessori, & multò magis, si in facultate exprimatur vt pretiú illi tradatur. Probatur, quoniam hic celebrat contractum iuxta præscriptum facultatis ad eum valide celebrandum, neq; pius ei iniungitur, quam vt eo modo soluat pretium. Et quoniam ea, quæ disp. 500. citata dicta sunt, solùm habent locum in contractu mutui, facto Ecclesiæ, ciuitati, aut minori, vt ibidem ostendimus; non verò in alijs contractibus, neque id priuilegium extenditur ad reperi-

reperitur ad maioratus, aut comparatione bonorum maioratus: quare illa aptari nequeunt rei, de qua nunc disputamus. Idem confirmatur ex l. vlt. ff. de exercit. act. Vbi quando exercitor, hoc est, qui nauem locat ad vehendum homines, aut merces, magistrum illi præfecit, qui illam in sui absentia gubernaret, partesque exercitoris ageret, si nauis in itinere refectione indigeat, & aliquis mutuo det pecuniam magistro ad eam refectionem necessariam, modò illam det loco & tempore, quo ad eam refectionem erat necessaria, neque plus det, quàm ad id sit necessarium, tenetur exercitor ei mutuanti de ea pecunia mutuata, estò à magistro nauis in ea refectione non sit cõsumpta, sed in re longe diuersa: quia satis est mutuanti, si in id, quod naui erat necessarium, mutuam pecuniam dedit, vt exercitor ad id mutuum teneatur, neque curare tenetur, vt pecunia in eo insumatur, ad quod tunc necessaria erat, mutuoque ab ipso data est: atque idem prorsus est in re proposita: satis quippe est, vt emptor rei maioratus eam emat ex facultate principis, data ex causa, quam princeps necessariam iudicauit, & ad quam vendi facultatem dedit, neque tenetur curare, vt pretium in ea re insumatur, neque aliud facere, quàm id, quod in facultate regia fuerit ei iniunctum circa pretij solutionẽ. Idem confirmatur ex l. 1. § non autem, à vers. vnde quærit. ff. eod. tit. vbi idem statuitur, quod ex l. vlt. relatum est. Confirmatur etiã ex l. liberto. in prin. ff. de negges. vnde merito Bart. l. alio. ff. de alim. & cib. legatis, dixit, si exequutores testamenti vendant rem defuncti ad soluẽdum contenta in testamento, emptores esse securos, estò exequutores pretium in vsus alios conuertant.

2 Quod ad secundum attinet, suaderi potest, pretium, ex re maioratus vendita cõparatum, aut quoduis aliud in recompensationem pro ea acceptum, non affici eo ipso vinculo maioratus, quasi subrogatum maioratui loco rei ex illo legitimè alienatæ, nisi id expresse dicatur, & multò minus, si quid postea ex eo pretio ematur. Quoniam pretium, licet in vniuersalibus, vt est hereditas, succedat loco rei; non tamen succedit in particularibus, vt constat. l. qui vas. §. vlt. ff. de furtis. l. venditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel act. vend. Neq; item res succedit loco pretij. l. sed & si res. §. 1. ff. de pet. hæred. qua ratione desinitum est, rem emptam ex pecunia aliena, non effici eius, cuius erat illa pecunia, sed emptoris, vt constat l. si ea pecunia. C. de reiuend. & alijs iuribus, quæ disp. 327. cõclus. 2. citauimus, quo in loco rem hanc late docuimus.

Distinguendum verò est. Quòd aut res maioratus fuit alienata sine facultate principis ad id legitima, & tunc pretium, aut aliud in recompensationem acceptum, pro ea re maioratus, non afficitur vinculo maioratus, neque ad maioratum pertinet. Ita Molina c. 4. citato. n. 30. Ratio autem est, quoniam alienatio illa rei maioratus fuit nulla, dominiumque illius adhuc ad possessorem maioratus spectat, spectabitque ad successores reliquos in eode maioratu, qui vendicare illam poterunt, tanquã rem perseuerante maioratus, venditorque, aut hæredes illius, tenebuntur emptori de cuiactione: quarè pretiũ ad venditorem, aut ad hæredes illius, spectabit: idemque est de re alia quacunque accepta in recompensationem pro re illa maioratus: vt hæc omnia comclusione. 2. citata, explanata à nobis sunt.

C Quando autẽ res alienata fuit legitima ex principis facultate, idque vt ex pretio alia emeretur, quæ subrogaretur, & vniretur maioratui, aut permutata fuit pro re alia, quæ incorporaretur maioratui, tunc dicẽdum est, pretium, donec ex illo res alia ematur, quæ maioratui vniatur, pertinere ad maioratum, afficique vinculo maioratus, & similiter rem permutatione comparatam pro alia re maioratus, continuò affici vinculo maioratus, ad maioratumque pertinere. Probatur, quoniam venditio, aut permutatio, ex ea legitima facultate, est agendo negotium maioratus, ad quod ea facultas data est, neque aliter esset valida, aut aliter facta præsumitur, quando ex tali facultate est facta: ergo pretium pertinet ad maioratum, interim dum ex illo non comparatur res alia; & similiter res permutatione pro re maioratus acquisita, pertinet continuò ad maioratum, tanquam vinculo illius eo ipso affecta, quæ proinde alienari non potest sine nona facultate. Patet consequentia, quoniam, quando res aliqua ad aliquem, vel ad aliquid spectans, venditur, aut permutatur, negotium illius, ad quem, aut ad quod, pertinet, rite atque legitime agendo, vtique pretium, aut res permutatione acquisita, ad eũ, vel ad illud idem pertinet. Neque refert, quod in particula-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinculares pecunia non succedat loco rei. A Tum quia maioratus est quippiam vniuersale, vt probat & cum multis quos citat, affirmat Molina lib.1.de primog.c.26.n.19. Tum etiam, quoniam illud intelligendum est, quando res non venditur, aut permutatur, agendo negotium eius, ad quem, vel ad quod, ea res spectat, sed suum proprium; quod est præsumendum, quando non sunt circunstãtia, quę persuadeant agi negotiũ eius, ad quẽ, vel ad quod, ea res spectat, vt in re proposita persuadet, rẽ vendi, aut permutari, ex facultate concessa præcisè ad agendum negotiũ vinculi maioratus. Lcõtra verò, licet in vniuersalibus pretium, aut res, pro qua alia permutatur, succedat loco eius rei, id intelligitur, nisi res vẽdatur, aut permutetur, agendo negotium proprium, & non hæreditatis, aut rei alterius vniuersalis; vt si res vendatur, non tanquam pars rei vniuersalis, sed tanquam merè particularis: quod tamen non præsumitur, quãdo venditur ab eo, ad quem administratio rei vniuersalis pro tunc spectat. Limitatio adhibita in venditione rei spectantis ad aliquid vniuersale, colligitur aperte ex.l. sed etsi lege. §.1. iuncta glossa ibi, verb. conuer tit. ff. de pet. hæredit, consentitque glossa vlt.l.imperator.§ vlt.ff.de leg. 2. quæ eomodo conciliat vtranque legem. Limitatio C verò adhibita in venditione rei particularis, colligitur ex.l.1.C. si quis alteri vel sibi, consentitque Greg.Lopez.l.19.tit.5.part. 5.glossa. 1. Atque hæc sunt, quæ intendit Molina.cap.4.citato.n.31.&.32. licèt rem non adeò exactè explicet.

Dictum est, pretium, donec ex illo res alia ematur, quæ maioratui vniatur, pertinere ad maioratum: quoniam, cùm facultas ad rem vendendam, concessa sit, vt ex pretio alia ematur, quæ maioratui vniatur, sanè, licèt interim dum ex eo pretio res illa D alia non emitur, quæ vniatur maioratui, pretium illud ad maioratum attineat, vinculoque maioratus sit alligatum, vt non ad aliud possit alienari, quam ad emendam rem, quæ loco prioris maioratui vniatur; non tamen ita est affectum vinculo maioratus, vt simpliciter ac omnino sit prohibitum alienari, quin potius eo ipso permissum est alienari, absque noua al a facultate, ad emendam eam rem, quæ maioratui vniatur. Hinc intelliges, si maioratus possessor in alijs rebus insumat pretium illud, emendo mobilia, aut immobilia, quæ conflet non emi, vt vniantur maioratui, & quæ ad id non inseruiant, pretij dominium non transire in venditorem earum rerum, neque in alios, quibus titulo onerosè, aut lucrativo, datum sit à venditore; quin potius, si cõstet de toto pretio, aut de parte illius, vbi & apud quem sit, ita vt intelligatur esse hanc numero pecuniam, vendicare eam posse successores in eo maioratu: imò verò, si constet, in quo acervo sit permixta cum alia pecunia, ita vt, ob permixtionem cum maiori alia copia pecuniæ, dominium illius per accidens transierit in possessorem, iuxta ea quæ disp. 326. ante resB ponsionem ad primum argumentum dicta sunt, competit ius in re possessoribus maioratus, vt ex eo acervo ea pecunię quantitas maioratui tradatur, & in ea præferentur cæteris creditoribus possessoris eius acerdem dicenda similiter sunt, quando facultas vendendi rem maioratus, datur, vt ex pretio aliquid aliud fiat: interim enim dum id non fit, pretium ad maioratum pertinet, vinculoque illius est affectum: quãdo verò in eo insumitur, ad quod fuit concessa facultas, vt res maioratus venderetur, tunc verè alienatur, transitque dominium illius in accipientem: quòd si in re alia insumatur, invalida est ea alienato.

Quando ex pretio rei maioratus, possessor emit rem aliquam, siue expressè illam 3 emerit, vt esset maioratus, loco rei antea ex maioratu alienatæ, siue nihil exprimendo, modò tamen talis qualitatis ea res sit, quæ inseruiat, vt maioratui vniatur, præsumitur ac censetur empta, vt sit maioratus, ac proinde eo ipso afficitur vinculo maioratus, ad maioratumque pertinet, loco rei antea ex illo venditæ. Ita Molina.c.4. citato.n. 33. Ratio autem est, quoniam licèt, qui ex pecunia aliena aliquid emit, censeatur sibi, & non domino pecuniæ, id emere, vt ex iuribus disp.327.concluf.2. à nobis citatis, liquet; excipitur tamen, quando illi incumbebat agere ea in parte negotium eius, cuius erat ea pecunia, aut rei, ad quam ea pecunia spectabat, vt res ex se, & ex supra dictis, est satis perspicuus, atque vtrunque colligitur ex.l.45.titu.5.part.5. & ex iuribus, quæ ibi Greg. Lopez citat: tunc enim præsumitur agere ea in parte non suum negotium, sed alterius, aut rei, ad ad quam ea pecunia spectabat; eaque de causa in re, de qua disputamus, possessor maioratus præsumitur emere ex ea pecunia rem illam, nõ sibi, sed maioratui, cuius illa pecunia erat. Quando verò

verò maioratus possessor ex ea pecunia emit rem mobilem, aut aliam, quæ maioratui non inseruiebat, vel expressit emere eã, non maioratui, sed sibi, tũc quidem ea res ad maioratum non spectat; attamen successores in maioratu vendicare possunt pecuniam, qua ea res fuit empta, si sciatur vbi sit ea numerò, quæ erat maioratus, iuxta eaquę supra dicta sunt: emptor verò rei illius ea pecunia, hæredesque ipsius, tenebuntur vẽditori de euictione talis pecuniæ: si verò pretium aliunde venditori non persoluatur, repetere poterit rem venditam, penes quencunque fuerit reperta, & quocunque titulo ad possessorem peruenerit: quoniã, B vt in materia de venditione, & eliàs dictum est, venditor non amittit dominium rei vẽditę, etiam si illam tradiderit, donec verè sit ei pretiũ solutum, aut illud habeat pro soluto. Illud obseruandum censeo, si maioratus possessor, ex ea numero pecunia, quę erat maioratus, ad id deputata, vt ex ea maioratui res idonea emeretur, rem quidem emat, sed cum expressione, quòd sibi, & nõ maioratui, illam emat, attinere nihilominus ad maioratum, si idonea sit maioratui, aut si maioratus eam velit, quia aliunde successores in eo comparare non possunt maiora- 3 tui eam pecuniam, preferendusque sit ma- C ioratus ea in re cæteris creditoribus eiusdem emptoris. Ratio autem est, quoniam ea pecunia ad id erat deputata, vt inde emeretur res maioratui, & non vt emeretur administratori illi eius pecuniæ: neque sola intentio & expressio illius, quòd sibi velit emere eã rẽ ex pecunia maioratus, præiudicium afferre ea in parte potest maioratui: sicut, quanuis administrator bonorum minoris, aut Ecclesiæ, qui ex pecunia minoris, aut Ecclesiæ, emit rem aliquam, intendat emere illam sibi, & non maiori, aut Ecclesiæ, in optione tamen minoris, aut Ecclesiæ, est, accipere eam sibi, quasi sibi eo D pretio emptam, vt habetur.l. 49. citata, & aliis iuribus, quę ibi Greg. Lopez citat: multò verò magis id locum habet in re proposita; eo quòd eam pecuniam acceperit possessor maioratus, destinataque esset, vt inde maioratui emeret, & non sibi. Quarè non est eadem ratio de hoc, & de depositario, qui ex pecunia, quam habet in depositio, minimę deputata, vt ipse ex illa deponenti aliquid emat, si bi aliquid emit: in quo euẽtu sibi, & nõ deponenti, cõparat dominũ rei emptę ex pecunia deponẽtis: quod discrimẽ nõ satis attẽdit Molina vbi supra.n.35.

A Quando ex pretio rei maioratus alienatæ, emitur alia, quæ vnitur maioratui, aut quacunque alia ratione res vna subrogatur & vnitur maioratui, loco alterius, succedit ea res in maioratu cum omnibus qualitatibus cæterarum rerum, quę ad eum maioratum pertinent, ac si à principio cum alijs vnita esset eidem maioratui, vt ex se elt perspicuum, & affirmant Greg. Lopex l.6. titul.11.part.6.verb. *que la no puatesse vender*, colum.penult.§.item pone, vers. aduerte etiam, & Molina vbi supra n.36. Hinc Molina.n.38. rectè infert, si habenti maioratũ, ex bonis coronę huius regni donatis ab Hẽrico secundo, facultas concedatur venden di aliquod eorum, vt ex pretio aliud ematur, ac subrogetur eidem maioratui, vel permutandi illud cum alio, tunc, quod accedet maioratui loco alterius alienati ex illo, sortietur conditiones eius maioratus, ac proinde, si vltimus talis maioratus possessor, sinè liberis discedat, etiam quod ita in eo maioratu fuerit subrogatum, regredietur ad regiam coronam. Idem dic in Lusitania, si facultas similis concedatur alienãdi aliquid de bonis maioratus, in quo vim habeat lex mẽtalis: si enim vltimus talis maioratus possessor, sinè liberis masculis decedat, id etiam, quod in eo maioratu, similiter fuerit subrogatum, vnà cũ cęteris eiusdem maioratus bonis, reuerteretur ad regiam coronam.

Dubium est, si quis habeat maioratum 5 ex rebus ad Henrico secundo donatis, & Rex concedat illi facultatem alienandi aliquod eorum bonorum pro aliqua maioratus necessitate, absque obligatione aliquid loco illius subrogandi, pretiumque sit consumptum, num res illa transeat ad illum tertium, cum onere, quod antea habebat, vt scilicet, si vltimus illius possessor sinè liberis decedat, redeat ad regiam coronam. Greg. Lopez.l.10.titu.26.part.4.verb. *vendiendo*, col.4.vers. sed an pretium, affirmanter respondet. Quoniam, inquit, id onus est veluti seruitus realis eius rei, quæ cum ea transit ad quencunque eius rei possessorem. Melius tamen Molina.c.4. citato. n. 40. distinguit. Quòd aut Rex tempore concessionis eius facultatis, id onus eius rei ignorabat, quia nulla de illo mentio ei facta est: aut illud sciebat. Si ignorabat, tunc ait, vel facultatem fuisse nullã, atque adeò alienat onem fuisse nullam, vel rem transisse ad emptorem cum eo onere, etiamsi emptor id ignorauerit: atque in hoc secundum

propen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propendet Molina. Dicerem, si venditor, A quidam facultatem obtinuit, carebat liberis, aut spes erat magna, quòd res illa, minimè vendita, citius deuoluereturad coronam regni, quàm transeundo ad emptorē, tunc facultatem, ac alienationem, censendas esse nullas, saltem ad effectū, vt mortuo venditore linè liberis, continuo id bonum redeat ad regni coronam: quoniam, si eam qualitatem sciret tunc Rex, & eas circunstantias non concederet eam facultatem, nisi fortè cu ea restrictione, vt, mortuo venditore sine liberis, res statim ad co B ronam regni rediret, aut certè illam concederet longe difficilius, ac proinde censēda est ea facultas surreptitia, & alienatio nulla, ad effectū, vt mortuo venditore linè liberis, res perseueret apud emptorem, & apud ipsius liberos, nec redeat statim ad regiam coronam. Si verò æqualis spes erat, quod ea res æquè cito rediret ad regiam coronam, transeundo in emptorem, ac manendo apud venditorem, tunc dici potest, cum Molina, facultatem, & venditionem, fuisse validas, sed rem transire cum suo one re, vt, vltimo illius possessore decedente sine liberis, res continuo ad regiam coro- C nam redeat. Ratio autem est, quoniam princeps censendus non est, intendisse renunciare suo illi iuri, quod ignorabat, cum tanto coronæ regni detrimento: quare ea facultas intelligenda est, absque vllo coronę regni detrimento. Vnde admonet Molina eos, qui ex regia facultate emunt res maioratus, aut in eis censum emunt, cautè attendere debere, num ea bona sint ex donatione Regis Henrici, & num Rex, sciens talia esse, eam facultatem concedat, remmittatque id onus earum rerum: an non, ne fortè, mortuo vltimo possessore linè liberis, cogantur reddi liberæ coronæ regni.

Si verò Regi, tempore concessionis facultatis, significatum fuit, ea bona ex donatione Regis Henrici profluxisse, facultatéque aliquid alienandi ex illis concesisit, nō reseruando in ea facultate coronæ regni ius suum, tunc censendum est, intendisse remittere id onus ac qualitatem, illudque liberum omnino transijsse in emptorē. Ita Molina vbi supra. n. 43. refert; ex se satis est manifesta. Habet autem locum præsertim ex eo, quòd in facultatibus regijs ad bona maioratus alienanda, apponi soleat, concedi facultatem alienandi ea bona tanquam libera, non obstantibus vinculis, substitutionibus, & alienationis prohibitionibus; ex quibus verbis, à principe scienter prolatis, qualitas maioratus ab eisdem bonis auferetur, eaque libera omnino efficiuntur. Quando tamen facultas concederetur ad alienandum aliquid, appositis his verbis; *sin perjuditio de nuestra corona real*; quæ, referente ibidem Molina, interdum apponi solent, tunc satis perspicuum est, non censeri remissam eam qualitatem, siue de illa mētio facta fuerit in suppica, siue non.

Quod attinet ad alienationes cum regia, aut sine regia facultate, bonorū, in quibus in Lusitania locum habet lex metalis, legę, quę disp. 570. dicta sunt.

Si bona maioratus ex delicto aliquo ad fiscum pertinerent, continuò amitterent vinculum antiqui maioratus. Quare, si princeps ea donaret, neque exprimeret, vt ellet aligata eodem vinculo maioratus, quo antea erant, vel alio, libera censentur in potestate donatarij. Ita Greg. Lopez. l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *que la no pueda hazer* in prin. & Molina vbi supra. n. 45. & alij, quos citat. In Lusitania autem, quando eiusmodi bona censenda essent subiecta legi sentali, & quando non, disp. 570. dictum est.

Si res maioratus ex regia facultate vendita, aut permutata cum alia, vendicetur à maioratus possessore, eo quòd alienatio fuerit nulla, tunc facile constat, rem illam nunquam, quoad dominium, desijsse esse maioratus illius, ac proinde affectam redire, ac manere, vinculo eiusdem maioratus. Ita Molina vbi supra. n. 47. cum plerisque alijs, quos citat. Idem quoque dicendum censet, si rescissione contractus ex. l. 2. C. de rescindenda venditione, aut beneficio restitutionis in integrum, nihil impediente, quòd dominium illius medio illo tempore fuerit apud eum, cui antea fuerat D alienata. Ratio autem est (licet ille eam nō reddat) quoniam rescinditur contractus agendo negotium maioratus, tametsi in beneficio restitutionis in integrum, cooperetur ad rescisionem priuilegium minoris, qui rem alienauit: cæterùm is, qui illam alienauit tanquam rem maioratus, petit restitui in statum, in quo antea erat, qui sanè erat status rei maioratus ab ipso possesse.

Dubium est, si ex facultate Regis vendatur res aliqua maioratus, vt ex pretio res alia commodior maioratui ematur; aut ex facultate Regis res aliqua maioratus permutetur pro alia; & postquàm res illa ex eo pretio empta fuerit, aut permutatione acquisita, *Quæres*

quisita, euincatur, quia aliena erat cuiusdā tertij, vel aliqua alia ratione; vtrum tunc locus sit repetitioni rei, quæ antea ex maioratu pro illo pretio vendita fuerat, aut per mutationē fuerat pro alia tradita, an non, sed maioratus, possessoresque illius, vtraque debeant carere.

Molina. c. 4. citato. n. 47. respōdet, eo ipso, quòd res permutata euincitur, posse maioratus possessorem vendicare rem maioratus pro ea permutatam. Quod probat ex. c. si beneficia, de præb. lib. 6. vbi affirmat, doctores communiter id notare. Quando verò, pretio comparato ex re maioratus, empta fuit maioratui res alia, quæ euicta est, distinguit. Quoniam, si facultas concessa erat, vt res maioratus venderetur, vt ex pretio res alia, determinata in singulari, emeretur maioratui, tunc, inquit, euicta ea re, potest vendicari res maioratus, quæ ad emendam illam, quæ euicta est, fuit vendita. Id probat, quoniam in eo euentu, facultas concessa à principe ad rem maioratus vendendam, vt illa alia emeretur, est censēda nulla, vt pote ex falsa causa concessa: sicut decretum iudicis ad vendendam rem minoris ex falsa causa interpositum, est nullū, potestq; minor, nihil venditione ex eo decreto obstante, vendicare rem ita venditam, vt habetur. l. 1. §. 1. illis verbis; *Manente pupillo actione, si postea potuerit probare obreptum esse prætori*; & apertiùs. l. magis. §. penult. ff. de reb. eorū. Quod, inquit, adeò verū est, vt decretū, ex falsa causa interpositū, nullā efficiat vēditionē, etiā si falsa causa in ipso decreto expressa nō sit, vt, cū Alexandro, ex prædictis iuribus affirmat. Id q̄ ait in regijs facultatibus, eis de rebus concessis, apertiùs procedit: quoniam nūquam aliter conceditur facultas regia ad alienandam rem maioratus, vt ex eius pretio res alia subrogetur, nisi facta relatione, quòd id ipsi maioratui vtilius ac expediētius sit: ex quo, inquit, constat, facultatem nullam esse; cùm hæc sit causa finalis concessionis eiusdem, etiam si id ex ignorantia & simplicitate, non autem ex dolo, principi narratum sit, vt probat. c. super literis, de rescrip. & affirmant Feli. ibi, & doctores cōmuniter: atque ad hæc ait esse maximè aduertendum, vt intelligatur, quantis periculis sint ij obnoxij, quibus res maioratus distrahuntur. Si autem, inquit, facultas concessa est ad hoc, vt res maioratus vendatur, pretiumque deponatur, vt ex eo res alia ematur, quæ loco illius subroge-

Arg. primum.

Secundum

Tertium.

A tur, dicendum erit, si emptor tenorem ac formam facultatis obseruauit, pretium deponendo, etiam si ex illo postea empta sit maioratui res aliqua, quæ euincatur, emptor rei maioratus ad nihil tenebitur, neque poterit res maioratus semel ritè ab eo empta vendicari. Si enim emptor rei maioratus ea lege venditæ, vt ex pretio alia emātur, quæ loco alienatę maioratui subrogetur, nō tenetur curare, vt ea res ematur, ac subrogetur, vt supra dictum est, securusque manet, facta pretij configuatione, etiam si postea pretium in vsus alios conuertatur, sanè longè maiori cum ratione idem dicēdum erit, quando ex pretio res alia empta B fuit, quę postea sit euicta. Hæc Molina ibi.

Ego verò in hoc quidē vltimo cū Moli *Decisio.* na cōsentio: in duobus autē prioribus ab eo assertis, lōgè ab illo dissētio, arbitrorq; falsa ea esse. Etenim permutatio illa nō solùm si stipulatione sit vallata, vt regulariter valari solet, sed etiā si nō sit vallata stipulatione, eo ipso, quòd traditio est vtrinque facta, est contractus completus ac vestitus, vt disp. 255. explanatum est: quòd si aliquid euincatur ex vtrinque traditis, non propterea dissoluitur contractus, sed, qui id tradidit, tenetur de euictione, ac proinde, si alC ter, quod sibi traditum fuerat, bona fide alteri alienauit, non potest ex illo, ad quem peruenit, vendicari, sed solùm, qui illud in permutationē tradidit, aut heredes illius, tenentur alteri de euictione eius rei, quæ ei in permutationē tradicta fuerat. Et multò magis hæc vim habent in hoc Castellæ regno, vbi sublata est differentia pacti nudi & vestiti, daturque ex pacto nudo actio, vt disp. 258. dictum est. Caput autem si bene- *Ad prim.* ficia, de præb. lib. 6. quod in confirmationem suę sententiæ Molina citat, quasi eo ipso, quod duæ res permutatę sunt vna cū alia, si vna euincatur, possit, qui illam accepit, vendicare, quam in permutationē pro ea dedit, vbicunque illa fuerit reperta, & ad cuiuscunque manus deuenerit, sanè id D non probat. In eo enim capite, ex quadam æquitate, consentaneeq; ad rectam rationem, circa Ecclesiasticā beneficia, est statutum, quòd qui beneficium dimisit, occasione, quòd ei collatum est alterum beneficium incompatibile, quod accipiens ignorabat collationē illius ad sedem pertinere Apostolicam, si statim, ac scit à sede Apostolica esse alteri collatū, illud sinè mora, & cōtraditione, dimittat, posse liberè occupare beneficiū antea à se dimissum, estò collatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum sit cuicunque alteri, quod sanè (præ- A
sertim cùm glossa ibi verb. sinè culpa, id ap
pellet priuilegium) trahi non potest ad re-
rum temporalium permutationes, vt scili-
cet, si euicta sit res in permutationem sibi
pro alia tradita, possit ipse vendicare & oc-
cupare quam dedit, vbicunque illam repe-
rerit: cum ius ciuile aliter huic consuluerit
nempe vt, qui eâ ipsi ttadidit, heredesve illius,
teneatur ei de euictione. Qua ratione, qui
rem permutauit pro re alia maioratus si ea,
quam ipse tradidit, euincatur, tenebitur
maioratui, possessorive illius de euictione:
quemadmodùm, si res ipsi tradita ex ma-
ioratu, euincatur, tenebitur ipsi, qui illam
cum eo permutauit, de euictione.

Quòd item dicit, vendita videlicet ex fa-
cultate principis re maioratus pro pretio,
vt ex illo res certa & determinata ematur
maioratui, si illa euincatur postquàm maio
ratui empta fuerit, vendicari posse rem ma
ioratus; eò quòd facultas à principe ad
eam venditionē cōcessa, fuerit nulla, & per
consequens ea venditio ex ea facultate fue
rit etiā nulla, vt pote ex falsa causa cōcessa;
falsum profectò, valdeque à recta ratione
alienum, mihi videtur. Etenim, vt facultas à
principe concessa ad vendendā rē aliquam
maioratus, sit valida, præsertim compara-
tione eius, qui contractum formaliter &
materialiter iustum ac onerosum ex ea fa-
cultate celebrat, qualis est, qui eam ex ea fa
cultate iusto pretio emit, nihil se astringen
do, quòd res, quæ posteà ex eo pretio maio
ratui emetur, sit verè illius, cum quo di-
stinctus contractus celebratur emptionis
rei alterius pro eodem pretio, vel pro parte
illius, aut etiam pro eo pretio & aliquo alio
incremento: vt, inquam, ea facultas in hoc
euētu cōparatione huius sit valida, & emp-
tio & vēditio ex eadē facultate immediatè
profecta, sit etiam valida, satis est, vt causa,
quę tunc se offerebat, & prout tunc se offe
rebat, esset iusta & rationabilis, nullo inter-
ueniente dolo, aut scientia contraria, ex
parte huius emptoris; neque ad hunc emp-
torem spectabat, vel illud aliud, vel causam
examinare, sed ad principem, qui facultā-
tem concedebat, ad suósve ministros, & ad
possessorem maioratus commodum eam facultatem pe
tebat, id spectabat, emptorque hic tutò se
potuit, ac debuit, committere examini prin
cipis, suorúmve ministrorum, & causę, quā
princeps iustam ac rationabilem iudicauit:
neque, quòd posteà secunda emptio alte-

rius rei ex eo pretio, non prosperè succe- A
dat maioratui ex causa aliqua occulta, vllū
præiudicium parere debet, aut potest, emp
tori primo, vt emptio à se ritè ac iuste for-
maliter & materialiter rei maioratus cele-
brata, firma ac valida non sit; modò tamen,
si iniunctum ei fuit, vt pretium non aliter
traderet, quàm in emptionē illius alterius
rei, aut venditori eiusdem rei, vel alicui de-
positario, qui in eam emptionem illud ser-
uet, opere impleuerit: neque sanè recta ra-
tio, beneque instituta respublica, aliud pos
tulabat, irrationabileque omnino essent
leges, quę contrarium statuerent, vt, atten B
tè rem consideranti, statim lumen ipsum
rationis ostendit: quarè nequaquam credi-
dum est, iura quę, Molina in confirmatio-
nem suę sententiæ citat, eam intendisse, aut
ex illis eam sequi. Adde, possessori maiora
tus aduersus venditorem rei euictę, com-
petere actionem de euictione, non solum
ad pretium, quod pro ea re dedit, sed etiam
ad interesse, vt eā maioratui emat, vel aliā,
ex qua commodum æquale sequatur, vel
tantum soluat, quantum maioratui, possess-
oribúsve illius, intererat eam rem non esse
euictam: ei verò, qui rem maioratus emit
C & pretium soluit, vendicata re ab ipso ritè
empta, nullum remedium competit aduer-
sus secundum venditorem, cum quo ipso
non celebrauit contractum. Ad duo verò
iura, vnde Molina præcipuè eam sententiā
colligit, dicendum est, illa habere locum,
quando iudici fuit significatum, minorem
grauatum esse ære alieno, necessariumque
esse ad illud soluendum, vendere id immo-
bile minoris; cùm tamen grauatus nō esset
ære alieno; aut illi proposita fuit alia iusta
causa ad alienandum, quę verè non erat; in
quo sanè reperiretur obreptio, de qua in
eis iuribus est sermo. Si tamen, quia prędiū
D vnum multò magis expediebat minori,
quàm aliud, cuius erat dominus, iudex de-
cretum interponeret, vt venderetur, vt ex
pretio compararetur illud aliud, tunc vti-
que valida esset prima vēditio; quia ex vera
causa rationabiliter existimata, fuisset vēdi-
tum, neq; in eo decreto reperiretur obrep
tio; & estò posteà, vel casu fortuito non se
queretur emptio illius alterius, vel emptū
euinceretur, non dissoluitur prior vēditio
ritè, & rationabiliter, atque absque obrep-
tione tunc facta. Adde, id, de quo in eis iu-
ribus est sermo, esse priuilegium minoris,
quod non reperitur concessum maiorati-
bus, possessoribúsve maioratuum: quarè

*Ad secun-
dum.*

inde

inde non trahitur validum argumentum
ad id, de quo disputamus. Quod autem in
supplica facultatum ad vedendum rem ma
ioratus, mentio fiat, quòd id maioratui vti-
lius sit, sanè, quod ad primam venditionem
attinet, nihil falsum proponitur: & licèt,
quatenus ad vlteriorem emptionem ordi-
natur, falsum id in se sit, satis profectò est,
quòd ex circunstantijs, quę tunc occurrūt
& cognoscūtur, vtile rationabiliter ac pru
denter habeatur, vt nulla, cōparatione pri-
mæ venditionis, interueniat obreptio, va-
lidaque proinde sit ea facultas prudenter
Aduertiū. data, & venditio ex illa subsequuta. Ad ca- B
put verò ex literis de rescrip. vbi habetur,
estò in petitione rescripti, ex ignorantia
& simplicitate, suppressum fuisset aliquid,
quod si fuisset propositum, rescriptum nō
cōcederetur, esse nullum tale rescriptum,
neque iudicem posse procedere ex eo res-
cripto, nisi fortè ad cognoscendum & exa
minandum, num verè tale quid suppressum
fuerit, an non. Ad illud, inquam, caput di-
cendum est, id locum quidē habere in gra-
tijs, & in similibus concessionibus, atque
etiam in re proposita, si, antequam ea facul
tas exequutioni mādetur, sciatur, rem aliā,
C ad quam res maioratus venditur, euēci pos
se: secus autē, si in re proposita, & in simi-
libus alijs, quæ in damnum cedere possunt
eorum, cum quibus ex ea facultate cōtrac-
tus celebratur, id ignorant, rationabiliter-
que, modo explicato, ea facultas sit petita
& concessa.

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVS res si ex regia facultate pignori, aut hypothecæ subiiciantur, vendi absque alia facultate possint, quā do aliunde non potest solui debitum, præcisē quantum ad id sit faci. Poteritq; consus super maioratum absque alia facultate constitui, ne vendantur.*

2 *Maioratus res si vendi concedatur, pignori & hypothecæ subijci potest, & in ea constitui cen sus ad idem intentum, quando id vtilius maio ratui est.*

3 *Facultas vt res maioratus certo pretio vende tur alicui certæ personæ, si non in uitu eius personæ facta sit, sed in commodū maioratus ac successorum in illo, vendi ex eadem facultate potest alij in æquale, aut in maius commodum maioratus.*

4 *Maioratus si bona inualidè alienentur sinè re gia facultate, ex superueniente regia facultate non euaditur pœna, si quæ antea ob eam alie nationem erat incursa, neque valida redditur talis alienatio, nisi ex ea facultate confirme tur.*

5 *Facultas alienandi bona maioratus, si concessa sit possessori, tunc non transit ad successores: secus si successoribus sit concessa.*

Examen, ac decisio, quorundam dubio rum circa facultates ad alienandū res maioratus, & circa earum alie nationem, vi earundem facultatum Disp. 652.

PRIMVM dubium est, 1
vtrum, subiectis rebus ma-
ioratus pignori, aut hy po-
thecæ, ex regia facultate,
possint tales res suo tem-
pore, absque noua Regis
facultate, vendi, ad soluendum debitum,
pro quo erant pignori, aut hypothecæ, su-
biectę, quando aliunde non soluitur. Ad
quod affirmanter est respondendum cum
C Greg. Lopez. l. 6. titu. 11 part. 6. verb. *que
la no pudiesse vender* col. 8. vers. & si data, &
cū Molina lib. 2. de primog. c. 5. n. 2. idque
probat. l. si pupillorū. §. si pupill^s. ff. de reb.
eorū qui sic habet. *Si pupillus dedit res pignori
ex permissu prætoris, nonnulla erit dubitatio an
alienatio possit imperari. Sed dicendū est, posse cre
ditorē iuste exequi. Tutius tamē fecerit, si prius
prætorem adierit.* Cōsentiunt Baldus, & alij,
quos Molina refert, & quæ à nobis dicta
sunt disp. 538. §. quando aliquid ritè, suffra-
gatúrque ratio: quoniam qui concedit an-
tecens, concedit & consequens, quod ne-
D cessariò ex illo infertur: ea quippe ratione,
vt ait Bart, res alienari prohibita, non po-
test subijci pignori, aut hypothecæ, quia
inde peruenitur ad venditionem eius rei, si
debitum aliunde non soluatur. Atque ita
Molina ibidem testatur, pluries vidisse ven
di res maioratus, hypothecæ subiectas, ad
soluenda ea debita, absque noua Regis fa-
cultate. Neque dictis refragatur eadem. l. si
pupillorum. §. si prætor: quoniam in con para
grapho solum dicitur, ex decreto & facul-
tate prætoris ad subijciendum pignori, aut
hypothecę, rem minoris, non posse tuto-
rem, aut curatorem, eam immediatè vende
re ad aliquid aliud, aut è contra, ex decreto
& facultate prætoris ad rem minoris van-
dendam, non posse procedere tutorem, aut
curatorem, ad eam subijciendam pignori,

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut hypothecę. Obseruant Greg. Lopez colum.8.citata,vers.aduerte, Molina vbi supra.n.4.consentaneè adalios,quos citat, & ad ea,quæ copiosè disp.538.citata expli cata à nobis sunt. In tali venditione pigno ris,aut hypothecę,ex rebus maioratus, sicut in hypothecis, & pignoribus cæterarum rerum, quę libera sunt,dolum, aut fraudem,interuenire non debere. Vnde, si pro dotis restitutione castrum, seu oppidum,maioratus sit obligatum,in quo multa reditua membra inueniantur, quorũ vnum ad dotis solutionem sufficiat, illud solùm vendi debet,& non oppidum,aut reliqua membra: debetque vendi, quod minus detrimentum maioratui afferat,si illud sufficiat ad debitũ soluendum,in quo boni viri arbitrium versari debet, argumento l. magis puto.§.non passim,&.§.sequenti. ff. de reb.eorum,& disputatione citata dictũ est. Hinc recte Molina,iuxta eundem.§.nõ passim,infert,posse inter creditorem, & maioratus possessorem,conuenire, vt potius super bona maioratus constituatur annuus census redimibilis pro solutione eius debiti,quàm aliquid de eisdem bonis maioratus vendatur ad idem debitum soluendum: quoniam,quod potest pro debito aliquo soluendo omnino alienari, maiori cũ ratione poterit subijci censui redimibili pro eodem debito soluendo, ne vendatur, in perpetuumque a maioratu prescindatur. Sicque ait,se pluries, in initio constitutionis dotis,vidisse, virtute facultatis Regiæ ad obligandum bona maioratus pro restitutione eius dotis,in matrimonialibus capitulis disponi,vt si,dissoluto matrimonio, intrà tantum tempus dos non restituatur, aut arrhę non soluantur, ex tunc maneat impositus census annuus redimibilis tanto quantitatis super eisdem maioratus bonis ad rationem quatuordecim,aut viginti, pro vno, vt fuerit inter partes conuentum, pro dote,& arrhis,quo vsque soluantur: atque ratam semper vidisse eam census constitutionem. Idem verò autor. n. 7. admonet,quando bonum aliquod maioratus hypothecæ,aut pignori,esset subiectum pro solutione dotis,& arrharum, dissoluto matrimonio,vxorem,aut hæredes illius,petere non debere, vt mittantur in possessionem eius pignoris,aut hypothecæ,interimdum dos,aut arrhę,non soluuntur,sed potius petere debere, vt id vendatur, vt ex pretio dos,& arrhæ,ipsis soluantur: ne, si possessionem pignoris illius, aut hypothecæ accipiant, reditus computare debeant in partem solutionis dotis, & arrharum, vt eos computare tenẽtur,iuxta ea quæ disp. 321.& sequentibus,dicta sunt. Quibus in disputationibus examinauimus,quæ Molina ibidem.n.6.docet,&, quid tenendum sit, definiuimus.

Quæstio. 2

Secundum est. Vtrum, quando à principe concessa fuit facultas ad rem maioratus vendendam, possit maioratus possessor, qui illam obtinuit,vi eius facultatis eandẽ rem pignori,aut hypothecę,subijcere,quatenus,cui est concessum maius, censetur concessum,quod est minus.

Ad primum.

Pars,quæ negat,suaderi potest. Primò, ex.l.si pupillorum.§. si prætor.ff. de reb. eorum,vbi disponitur,si a iudice sit decretum interpositum,quo tutori concedat vẽdere res minoris,non posse tutorẽ,vi eiusdem decreti,subijcere illas pignori, aut hypothecæ,quasi a forma decreti non sit discedendum,etiam in eo, quod minus est, minorique minùs damnosum: vnde Bal. & alij, quos Molina vbi supra.n.11.citat, affirmant,regulam.l.nõ debet.ff.de reg. iur. quæ sic habet; *Non debet,cui,quod plus est, licet,quod minus est,non licere*; locum non habere in decreto,& idem affirmat glossa.l.nõ debet citata: eadem autem videtur esse ratio de facultate principis concessa ad vendendum res maioratus,quæ nihil à decreto ad id faciendum differt: atque ex illo iure id affirmat Greg. Lopez de facultate principis ad vendendam rem maioratus. l. 6.titu.11.part.6.verb.*que la no pudiesse vender*,colum.8.vers.& sic data.

Secundum.

Secundò,ex glossa.l.2.verb. vendiderit. C.de patrib.qui filios distrax. quæ asserit, quanuis ea lege patri,qui famę perit, permittatur vendere filium ad eam euadẽdam egestatem; non tamen integrum esse illi eũ subijcere pignori ad eãdem egestatem euadendam. Eam verò glossam sequitur Iaf. l. in suis.ff.de liber.& posth. ductus, quòd morali ratione, difficiliùs concedenda sit filij pignoratio,quàm venditio; eò quòd facilius quis moueatur ad pignorandũ,quàm ad vendendum; eaque de causa,qui facultatem ad vendendum concedit, censendus non sit,eam concedere ad pignorandum: quę ratio,& causa,æquè vim habẽt in rebus maioratus.

Tertium.

Tertio,quoniam facultas ad vendendũ rem maioratus,est dispensatio: dispensatio autem strictè est intelligenda,neque extendenda est de casu ad casum,etiam ex maioritate

ritate rationis, vt disputa. 173. præsertim. §. item dispensatus à Summo Pontifice, explanatum, comprobatumque est.

Molina vbi supra à num. 15. ait, quanuis, quod suadere videntur hæc argumenta, receptum sit; attamen sibi contrarium videri omnino verum, & amplectendum. Atque, quando facultas alienandi rem maioratus, esset concessa, dubitandum non est, non solùm posse illam vendi, sed multò magis posse hypothecæ, ac pignori, subijci: cum hoc secundum multò minus sit, minusque maioratui nociuum, quàm primum, & vtrunque verbo alienationis comprehendatur. Quando verò facultas hypothecæ, aut pignori, subijciendi rem maioratus, esset concessa, non esset censendum concedi, posse vendere annuum censum, etiam redimibilem, super eam,aut super maioratum: cùm hoc secundum plus sit,quam primum, magisq; nociuum maioratui, successoribusq; in illo; & multò minus, siue illud primum, siue hoc etiam secundum,esset concessum, censendum esset,concessum esse,vendere, aut permutare, rem maioratus: cùm hæc longè sint maiora, neque nomine illorum aliorum cõprehendantur. Difficultas ergo solùm est, quando concessa est facultas ad vendendum rem maioratus,num censenda sit etiam cẽcessa facultas ad illam pignori, aut hypothecæ,subijciendam,vel etiam ad vendendum annuum censum in illa. Ad quod dicendum arbitror,si id,attentis circunstantijs omnibus concurrentibus, vtilius, minúsve nociuum, sit maioratui, successoribusq; in illo,vt regulariter erit,tunc absque dubio censendum esse id concessum in facultate ad vendendum: si verò ex circunstantia aliqua sit tunc minus vtile, magisque nociuum maioratui,& successoribus in illo, vt aliquando ex circunstantia aliqua esse poterit,tunc in facultate ad vendendum,non censeri concessum, quod ita magis nociuum fuerit. Atque sententiam Molinæ hoc modo arctatam, & explicatam, amplector, verisimamque esse arbitror. Primò, ex regula illa; quòd cui concessum est, quod est maius, censetur concessum, quod est minus; præsertim si vtilius id sit fini & intento, ad quod maius conceditur: in re autem proposita, difficultas concedendi alienationem,est in bonum & conseruationem maioratus: si ergo longè magis consulitur bono & conserua-

A tioni maioratus, hypothecæ, aut pignori, subijciendo rem maioratus, vel etiam super eam constituendo censum redimibilem,quàm eam vendendo,& præscindendo omnino a maioratu,vt in æternum ad eum non reuertatur, eaque ratione obtinetur sufficienter intentum,ad quod facultas ad vendendum rem maioratus est concessa, satis sanè perspicuum est,id licere,eamque esse mentem principis talem facultatem concedentis,eique menti, & intento principis erit standum: id enim censendum est comprehendi in dispositione,esseque dispositum, de quo, si princeps interrogaretur,dum id disponebat,an vellet, id comprehendere, ad idq; sese extendere suam dispositionem, affirmanter proculdubio responderet. Quin addo,eo ipso, quòd princeps venditionem rei maioratus concesserit, & vtilius multò est maioratui, eam non vendi, sed subijci hypothecę, aut pignori, vel constitui in illa censum redimibilem,si hoc aliud possessor maioratus potius efficiat, erit validum ac ratum, actione negotiorum gestorum: cùm prætermittat vtiliter,& in bonum maioratus, venditionem, quam validè ac licitè poterat efficere, efficiatque loco illius, quod minus damnosum, vtilius que est maioratui, ac successoribus in illo; cui proinde contractui, & cõmutationi rei minus nociuæ pro magis nociua,tanquam rei vtilius ipsis,& maioratui, gestę, stare tenentur. Secundo, quoniam nomine venditionis, omnis alia species alienationis comprehenditur. l. statuliberi à cæteris,in fine.ff.de statulib. ibi; *Quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur*; & affirmant glossa.1.l.2.C. de vsucap. pro empt. Bart. & alij,quos Molina vbi supra.nu.16. citat: id verò maximè locum habet, quando id fauorabilius est, magisq; inseruiens intento,ad quod facultas ad vendendum conceditur; ac proinde quando ex eo capite est præsumendum, eam fuisse principis mentem concedentis vendi posse aliquam rem; quæ omnia in re proposita concurrunt. Confirmatur ex. l. sicut.§. si permiserit. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. soluatur, vbi habetur, permissa venditione rei alicuius, censeri permissum omnem alium actum alienationis illius, ex quo non maius sequitur præiudicium, & de quo non minus est præsumendum, permittentem similiter eum velle.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad prim. Ad.§.si prætor, cui primum argumẽtum A nititur, variè respondet Molina vbi supra n.20. intenditque, eam dispositionem solùm habere locum quoad tutorem, & curatorem, minoris, neq; esse extẽdendam ad alia, maximè ad rem præsentem: præsertim cùm facultas, quæ cũceditur ad vendendã rẽ maioratus, cõcedatur domino pro tunc rei illius: tutor verò, & curator, domini nõ sunt rei minoris, sed administratores solùm. Et quoniam aliquando expedit vẽdi rem aliquam immobilem minoris, nõ verò subijci pignori, aut hypothecæ. Dicerem, paragraphum illum exorbitantem, quatenus disponit, in decreto facultatis ad vendendam rem minoris, non censeri concessam facultatem ad eam hypotehcę subijciendam, solùm habere locum, intelligendumque esse, quando non expedit, rem minoris hypothecæ subijci, cùm tamen vtile sit, eam tunc vendi: secus autem, quando vtilius est, minúsve nociuum, eam hypothecæ subijci, quàm vendi: si enim tutor, aut curator, qui decretum validum, facultatémve habet ad eam vendendam, illam vtilius hypothecæ subijciat, aut pignori tradat, vel censum redimibilem super eam B constituat, reseruando eam minimè venditam minori, validus sanè tunc est talis contractus, neque contrarium disponere ratio nabiliter ac validè potuit paragraphus ille, nec proinde id intelligendus est disponere intendisse: cùm, saltem actione negotiorum gestorum, validus ac ratus necessariò iudicaretur. Idemque prorsus dicendum est, de facultate vendendi rem maiora tus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, contrarium apertè affirmare eam glossam, & cum ea doctores ibi, ac definiri. l.8. tit.17.p.4. tametsi ea glossa subiũgat, quosdam id dicere, quod in eo argumento refertur, D quorum opinionem non approbat. Ratio verò Iasonis, qua sibi contrarium persuadet, sanè nullius est momenti: naturali quippe ratione faciliùs concedenda est facultas ad rem aliquam pignori, aut hypothecæ, subijciendam, quàm ad eam vendendam, omninoque alienandam.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum est, quòd quanuis facultas ad vendendum rem maioratus, sit dispensatio; & dispensatio sit strictè intelligenda, neque extendenda sit de casu ad casum; in re tamen proposita, non extenditur; cùm verbum, venditio, omnem alienationis speciem comprehendat, vt dictum est; sed eligitur, quod minus est inter comprehensa in facultate, idque in vtilitatem ipsius maioratus, & successorum in illo. Adde, quanuis id non liceret directè vi facultatis ac dispensationis; licere tamen, facta dispensatione & potestate in eo, quod maius est, agendo vtiliter negotium maioratus, commutandoque magis nociuum in minus nociuum, ex præsumpta omnino principis voluntate, vt explicatum est. Adde etiam, quando dispensatio est circa rem in detrimentum alicuius, vt in re proposita in detrimentum bonorum maioratus, sed propter commodum ipiusmet maioratus, aut ex iusta alia & rationabili causa, dispensationem quidem esse strictè intelligendam, vt non plus noceat, quàm sit concessum, neque extendatur ad nocendum in eo, quod non est concessum; non tamen, vt minus nocumentum non præponatur maiori: ad eum enim præcisè effectum, recta ratio efflagitat, vt dispensatio latè intelligatur, vt ea ratione minus nocumentum eius, cuius commodum quæritur, maiori præponatur.

Quæst. 3. Tertium dubium est. Vtrum, si cõcessa à Rege sit facultas ad vendendam rem maioratus Petro ex certo pretio inter ipsum, & maioratus possessorem conuento, valida sit ex eadem facultate venditio eiusdem rei pro eodem pretio, aut maiori Paulo.

Ad prim. Pars, quæ negat, suaderi potest. Primò, ex. l. cum seruo. ff. de contr. emp. vbi habetur, si quis iubeat seruo suo, aut liberę personę, vendere rem aliquam suam certę determinatæ personę, & ille vendat eam rem alteri, esse inualidam venditionem.

Secũdum. Secundò, quoniam facultas ad vendendum rem maioratus, est dispensatio, quæ strictè est intelligenda.

Tertium. Tertiò, quoniam consensus, seu facultas Regis vasallo, vt vendat feudum alicui determinatæ personæ, non potest validè extendi, vt vendatur pro eodem pretio, aut maiori, alteri, vt affirmant Yser. Afflictus, & Sigismundus Neapolitanus, à Molina. c. 5. citato. n. 31. relati.

Quanuis Gregorius Lopez. l. 6. titul. 11. part. 6. verb. *que la no pudiesse vender.* columna. 9. versic. item pone, sententiam hanc amplectatur in maioratibus, eamque tutiorem affirmet Molina vbi supra num. 32. Meritò tamen idem Molina ibidem ait, verius videri, validam esse eam venditionem, defendendamq; esse postquàm fuerit

fuerit facta, nisi ex peculari ratione concessa sit à principe facultas ad eam rem Petro in particulari vẽdendam, & non alteri. Ratio autem est, quoniam in ea dispensatione, & facultate, non agit Rex negotium suum, sed maioratus, possessorisque illius, quibus nihil refert, vt ea res potius Petro, quàm Paulo, vendatur, modò pro eodem pretio, æqueque securè, vtriuis vendatur; imò commodius est, vendere eam Paulo, si plus offerat pretij, aut securius ei vẽdatur: quarè in ea facultate non est censendus nominatus Petrus causa restrictionis, nisi sint coniecturæ aliquę, quæ id persuadeant, sed causa demonstrationis, quæ nihil restringit. B

Ad. prim. arg. Ad primum verò argumentum in contrarium dicẽdum est cum glosa prima ibi, illud intelligendum esse, quando dominus rei, qui eam vẽdi iussit, non erat alteri eam venditurus, nolebatque proinde, vt alteri venderetur. secus verò quãdo similiter erat venditurus eam alteri, nihilq; curabat. cui venderetur: in re autem proposita, quando non occurrunt circunstantiæ, quæ contrarium persuadeant, censendum est, principem mentionem fecisse de Petro, gratia solùm demonstrationis, ac proinde facultatem concessisse ad cuicunque pro eodem C pretio æquè tutò eam rem vendendum, vt dictum est.

Ad Secundum. Ad secũdum dicendũ est, eo ipso, quòd de Petro gratia solùm demonstrationis facta est mentio in ea facultate, vt est præsumendũ, nisi adsint circunstantię, quæ contrarium persuadeant, non intelligi latè eam facultatem ex eo, quòd ea res ex eadem facultate Paulo vendatur.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ est, longè diuersam esse rationem de feudo, in quo Rex sibi vasallũeligit idoneũ, qui sibi seruiat, agitque de negotio suo, & de re sua: quarè, nisi intelligatur aliunde, gratia solùm demonstrationis expressisse, cui venderetur, censendus est concessisse eam facultatem ad vendendum illi soli. D

4 Quartum dubium est. Vtrum, si facta sit alienatio, vel hypotheca, rei maioratus antequàm facultas ad id obtineatur ex principe, facultas postea obtenta, validã ac firmam reddat antecedentem alienationem, vel hypothecam. Ad quod in primis dicendum est, si ob eam antecedentem alienationem, vel hypothecam, possessor maioratus, ex prescripto institutoris, incidit in pœnam amittendi maioratum vlteriùs ad A eum vocato, vel in aliquam aliam; ex facultate postea obtenta, non euadere eam pœnam iam incursam ob talem alienationem: neque principem priuare posse iure ex eo delicto iam antea quęsito successorẽ in maioratu per eam facultatem, imò neque per expressam remissionem pœnę, iuxta ea quę disp. 174. & alias, dicta sunt. Consentit Molina vbi supra. n. 36. Dicendum deinde est, qstò alienans nullam pœnam incurreret, sed solùm alienatio sine principis facultate facta, esset nulla. non reddi validam per sequentem principis facultatem, nisi princeps, conscius de ea alienatione antecedente, eam confirmet sua facultate. Ratio autem est, quoniam ea facultas non est cẽsenda tradita ad id confirmandum, quòd contra maioratus institutionem, & cum alienantis culpa, factum est, nisi id in ea facultate exprimatur. Ita Molina vbi supra nu. 34.

5 Quintum dubium est. Vtrum facultas concessa possessori maioratus ad alienandum rem aliquam maioratus, transeat ad successorem in eo maioratu, ita vt successor ex ea ipsa facultate possit illã alienare, si antecessor vsus non fuit facultate illa. Molina vbi supra. n. 37. cum Celso, negante respondet. Ratio est, quoniam permissio vendendi rem aliquam, si is, cui facta est, eam non vendidit, non transit in successorem in ea re. l. sicut. §. si debitor. ff. quib. mod. pig. soluat. Et quoniam concessio omnis, quæ ad actum spectat, in dubio censetur personalis, eaque de causa ad successorem nõ transit. l. apud Iulianum (aliàs idem Iulianus). §. si quis alicui. ff. de leg. 1. Item quoniam eiusmodi facultas est dispẽsatio, quæ strictè est intelligenda. Consentit Grego. Lopez colum. 9. citata, vers. sed pone. 1. tametsi eam limitet, vt secus sit, D quando perseuerat causa, ob quam concessa est. Placet verò, quod Molina ait, id scilicet verum esse, modò facultas cõcessa sit, non possessori illi in particulari, vt ipse eam exequutioni mandet, sed quando concessum est possessoribus, vt id ex ea causa alienari possit.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *bona si alienari, aut obligari concedantur ex causa ipsiusmet maioratus, aut publice, ad quam possessor maioratus contribuere non tenetur de suis proprijs bonis, aut de reditibus ma-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ioratus, alienari, aut obligari poßunt, etiam A
si possessor maioratus habeat alia bona libera,
& etiamsi in facultate sit apposita clausula,
quòd alienaris, aut obligatis priùs alijs bonis
liberis.

2 *In facultate alienandi, aut obligandi, bona ma-*
ioratus, non ex causa ipsius maioratus, aut pu-
blica, semper intelligitur clausula, alienatis
priùs ad id bonis liberis possessoris maioratus,
estò non exprimatur. Neque valet alienatio,
aut obligatio, nisi quo ad latitudinẽ vltra bona
libera talis possessoris.

3 *Existente facultate regia cum eadem clausula*
tacita, aut expreßa, vt obligari poßint bona ma- B
ioratus, postea fieri non potest exequutio in bo-
nis maioratus, nisi facta fuerit priùs exequu-
tio in bonis liberis possessoris, etiam quæ ac-
creuerint vsque ad id momentum.

4 *Maioratus bona si ritè fuerunt obligata, datis*
simul fideiußoribus pro eo debito, nec fideiuß-
sores renunciarunt beneficio, vt priùs fieret
exequutio in bonis obligatis, non priùs fieri po-
test exequutio in bonis ipsorum, quàm in eis
bonis maioratus. Secus si renunciarunt: sed
ipsi tunc recursum habent aduersus bona ma-
ioratus. C

5 *Maioratus bona si ritè alienata irreuocabilis-*
ter iam sint, eò quòd non fuerint tunc bona li-
bera possessoris maioratus, estò post eam alie-
nationem irreuocabilem consummatam, eidem
possessori bona libera adueniant, non retracta-
tur alienatio semel ritè consummata, sed ea
bona pertinent ad ipsum, & ad hæredes ip-
sius.

6 *Maioratus bona si obligata fuerunt in defe-*
ctum bonorum liberorum possessoris maiora-
tus, & idem possessor ante eam obligationem
contraxerat alia debita, etiam personalia, de bo- D
nis liberis soluenda sunt debita illa ante ea con-
tracta.

7 *Contrarium est dicendum, si debita fuerunt*
contracta post obligata bona maioratus & li-
tera, tacitè saltem. Excipitur, *nisi ea debita*
rationabiliter sint contracta, ita quòd commodè
ac rationabiliter vitari alienatio non potue-
rit.

Bona maioratus, etiam ex regia facul-
tate permißa alienari, aut obligari,
an, existentibus alijs bonis liberis
possessoris maioratus, alienari, &
obligari poßint. Disp. 653.

DISPVTATIO hęc principuè non habet locũ, quãdo bona maioratus vẽdi, aut obligari, permittuntur ex necessitate, aut in vtilitatem ipsiusmet maioratus, aut in causam publicam, ad subueniendũ reipublicę, iuxta ea quæ disp. 640. 641. 644. 646. 649. dicta sunt: tũc enim ratio non est habenda bonorum possessoris maioratus, quę priùs alienentur, aut obligentur, sed solùm aliorum bonorum liberorum ipsius institutoris maioratus, quę rarò esse solent, nisi tẽpore eius, in quo maioratus fuit primò institutus, habendaque est eorum ratio, vt priùs ex illis soluantur debita, & onera, institutoris, quàm, ad illa soluenda ac implenda, bonum aliquod maioratus alienetur, aut obligetur, vt disput. 640. & alijs citatis, dictum est. Solùm verò habet præcipuè hæc disputatio locum, quando in subsidium, quia possessor maioratus non habet sufficientia alia libera bona, vnde aliquid fiat, vt vnde dotet filiam, aut quę possit obligare pro dote, quam ipse, aut filius ipsius, qui succedere debet in maioratu, accipit cum vxore, aut simul pro arrhis soluendis, vel ex aliqua alia causa ei permittitur, ad aliquid alienare quippiam de maioratu, vel obligare ad id maioratus bona hypothecę ea in id subijciendo. Tametsi, vt disput. 649. iunctisijs, quæ in posteriori parte disput. 648. dicta sunt, à nobis est comprobatum, illæ non sint iustæ causæ, ex quibus princeps licitè, aut validè possit eas facultates concedere. Quia tamen conceduntur, ministris, quos vocant *de la camara*, aliorum autoritate ductis, id licitè ac validè fieri posse hactenus arbitrantibus, de hac re erit dicendum: & quoniam aliqua fortè ocurrere poterit legitima causa, ex qua simile quid validè ac licitè concedatur.

Molina libr. 4. de primog. c. 7. in princ. refert, in regijs facultatibus, quæ ad bona maioratus alienanda, aut hypothecæ subijcienda, conceduntur, frequenter solere addi clausulam; quòd priùs alienentur, aut obligentur, bona libera (intellige possessoris maioratus) & eis deficientibus, alienentur, aut obligentur, bona maioratus; aut quòd alienatio, vel obligatio, fieri valeat de bonis maioratus, deficientibus bonis liberis possessoris. Refert etiam, interdum facultates absolutè concedi, vt alienari, aut obligari, possint bona maioratus ad aliquid, nulla apposita simili clausula. Et quidem, quando facultas concederetur ad alienandum, vel obligãdum, bona maioratus, ex causa ipsiusmet maioratus, aut publica, ad quam possessor maioratus tribuere non teneretur de suis propijs bonis liberis, aut de reditibus maioratus, iuxta ea quæ disputationibus citatis explicata sunt, tunc, estò apponeretur ea clausula, censenda esset apposita ex consuetudine expedientis literas, & ex eiusdem, vel imperitia, vel inaduertentia, ac proinde de illa non esset curandum, sed alienari, aut obligari, ad id posset sola bona maioratus, etiamsi possessor illius multa sua bona libera haberet: quoniam sumptus illi de solis bonis maioratus fieri debent, vt disputationibus citatis dictum est; irrationabiliterque tunc princeps vellet, vt priùs in eo euentu alienarentur, aut obligarentur, ad id bona omnia libera possessoris maioratus, & vt solùm, in eorũ defectum, alienarentur, & obligarentur bona ipsius maioratus: quod de intento principis nulla ratione est præsumendum: eaque de causa clausula illa consuetudini, imperitiæ, aut oscitantię, literas expedientis, est tribuẽda. In sequentibus rego non loquemur in hoc euentu, sed in alijs, in quibus diximus præcipuè habere locum hanc disputationem.

2 His ita constitutis, primum dubium in hac disputatione est. Si concessa sit regia facultas absoluta ad alienandum, vel hypothecæ subijciendum, bona maioratus, nulla earum clausularum apposita, quę frequentiùs apponi consueuerunt, quòd scilicet id fiat, deficientibus bonis liberis possessoris maioratus, aut institutoris illius, quæ priùs alienẽtur, aut obligentur, vtrum subintelligenda sit ea clausula, ita vt procedi non possit ad alienandum, aut obligandum bona maioratus, nisi quo ad id, quod defuerit, alienatis priùs, aut obligatis bonis liberis. Molina vbi supra à nu. 1. partem affirmantem amplectitur, quam veram esse existimo. Eam probat ex l. pater filium, in princip. vers. idem quæsiuit. ff. de leg. 3. vbi habetur, fideicommissi bona alienari posse ad soluẽda debita testatoris, qui illud reliquit, quando non sunt alia bona libera eiusdem testatoris, vnde ea debita soluãtur: secus quãdo sunt alia bona, vnde

A soluantur: quarè facultas ex iusta causa ad alienandum bona fideicommissi, aut maioratus, ad aliquid efficiendum, semper intelligitur, nisi adsint bona libera vnde id fiat, aut quatenus bona libera ad id efficiẽdum non sufficerent: alioquin profectò, neque adesset iusta & sufficiens ad id causa, neq; licitè, neque validè, posset princeps id cõcedere in detrimentum iuris fideicommissarij, aut vocati vlteriùs ad maioratum: quo fit, vt, estò ea clausula non exprimatur, ex natura ipsa rei, iurisque dispositione, sit intelligenda, neque vlla ratione sit præsu-
B mendum, principem aliud velle, aut concedere cum neque, si id vellet, aut intenderet, licitè, aut validè, posset illud efficere, præiudicando, sine vlla iusta causa, iuri ea in parte fideicõmissarij, aut vlterius vocatorum ad eum maioratum. Atque hęc sanè sola ratio ad intentum probandum sufficit, quam non ita efficaciter conficit ac explicat Molina vbi supra. Deinde eam probat ex authentica res quæ. C. communia delegatis, & ex authentico, vnde illa desumitur, quibus in iuribus, vt disput. 649. explanatum est, conceditur fideicommissario vlteriùs grauato, fideicommissum restitue-
C re, ex illo dotare filiam, aut nepotem, descendentem testatoris, qui id fideicommissum instituit, quando legitima talis filiæ, & alia bona libera eiusdem filiæ, ac patris, ad id non sufficiunt: secus verò si sufficiant: quarè facultas ex iusta causa ad alienãdum bona fideicommissi, aut maioratus, vt aliquid fiat, quod alioquin efficere debebat fideicommissarius, aut possessor maioratus, de bonis suis, intelligitur similiter, nisi adsint bona libera eiusdem fideicommissarij, aut possessoris maioratus, quæ priùs ad id alienentur, aut obligentur, aut quatenus ea bona ad id non fuerint sa-
D tis: alioquin similiter, neque adesset iusta & sufficiens ad id causa, neque licitè, neq; validè, posset princeps id concedere, locumq; similiter haberent reliqua, quæ præcedete ratione addita sunt, & quæ breuitatis causa non repeto. Atque hæc ratio probat, de bonis liberis fideicommissarij, aut possessoris maioratus: precedens verò de bonis liberis institutoris fideicõmissi, aut maioratus.

Quia ex stylo cameræ Regis, licèt frequentius in eiusmodi facultatibus apponi soleat clausula illa, interdum tamen omittitur; summoq; conatu cõtẽdere solẽt, qui eas facultas petunt, vt omittatur, idq; obti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nēt; id verò ita cōtendūt, quia ea apposita, raro inueniunt, qui annuos reditus emere ex tali regia facultate in rebus maioratus velint, & ea non apposita, faciliùs, qui eos emant, inueniunt, vt Molina vbi supra.n.3. hæc omnia testatur. Hinc subiúgit, cùm in quadam eiusmodi facultate apposita non fuisset clausula illa, obligataq; fuissent sola bona maioratus, se vidisse propositam quæstionem satis controuersam, an subintelligenda nihilominùs esset ea clausula, neque valeret obligatio, procedíve non posset ad alienationem ob talem obligationem bonorum maioratus, nisi deficientibus, alienatisque ad id priùs bonis omnibus liberis. Contendebatur quippe, quod, cùm ex stylo camarę regię interdum apponatur ea clausula, & interdum omittatur, etiam de industria; contendentibus & obtinentibus id, qui eam facultatem petunt, quando apponitur, seruanda esset forma: quādo verò omittitur, pro omissa, minimeque seruāda, esset ea clausula habenda: quia, quando princeps id seruari vult, illud in facultate exprimit: quando verò illud non exprimit, signum est, ad id non intendere obligare: quoniam, si seruari vellet, ad idque obligare intenderet, illud expressisset. Hāc tamē consideratione non obstante, Molina ibidem. n. 5. meritò subiungit, non satis esse clausulę illius omissionem, vt subintelligi, seruarique non debeat, sed necessariam ad id etiam esse appositionem clausulæ, non obstantibus iuribus à nobis supra citatis, aut alterius clausulæ æquipollentis, qua iuribus illis sufficienter derogetur. Ego verò dico, principem, neque licitè, neq; validè, apponere posse eam clausulam, qua præiudicium afferatur iuri vocatorū vlteriùs ad eum maioratum, vt satis perspicuè probāt duæ rationes ex iuribus citatis à nobis supra confectę.

A

B

C

D

Ex dictis infert Molina, quando possessor maioratus ex facultate, in qua omissa est clausula illa, deficientibus alijs bonis liberis, obligauit sola bona maioratus, cùm tamen essent bona libera, quæ possent obligari, & quæ priùs obligari & alienari, ad id deberent, posse filium primogenitum, aut quencunque alium successorem in maioratu, tempore mortis antecessoris, reuocare eam obligationem, aut alienationem, saltem quoad latitudinem bonorum liberorum, quæ obligari, aut alienari, priùs debebant, vt mox dicetur: eaque de causa debere esse cautos creditores, vt non ex sola eius clausulæ omissione perpetuam securitatem sibi promittant, & vt saltem, cum bonis maioratus, obligari, subijcíve hypothecæ faciant cætera bona libera eiusdem maioratus possessoris, vt, si à bonis maioratus omnino, aut ex parte, excludantur, eò quod essent bona libera, quæ priùs obligari ac alienari debebant, recursum ad ea habeant: id quod molestissimum, ac valde nociuum, esset cæteris filijs eiusdem maioratus possessoris.

Secundum dubium est. Si apposita clausula illa in facultate Regis, aut ea subintellecta, facta sit obligatio bonorum maioratus, aut alienatio, non præcedente obligatione, aut alienatione, bonorum liberorum, quæ verè existant, num obligatio, & alienatio, bonorum maioratus, sit tunc omnino nulla; an verò solùm vsque ad quantitatem bonorum liberorum, quæ priùs obligari, & alieneri debebant, ita vt quoad residuum sit valida. Ad hoc placet responsio Molinę vbi supra num.6. nempè non esse omnino nullam, sed solùm quoad quantitatem bonorum liberorum, quæ priùs obligari & alienari debebant: quoad residuum verò esse validā, nisi sit talis res, quæ ex parte non potuerit alienari, aut obligari: & consentiūt quoad hoc vltimum, quæ diximus disput.467. Ratio autem prę cipua huius asserti est, quoniam clausula illa adhibita, aut subintellecta, in ea facultate, non est conditio, cuius transgressio reddat nullum omnino vsum eius facultatis, sed solùm est restrictio eius facultatis, vt scilicet alienatio, aut obligatio, bonorum maioratus, non habeat locum, nisi in defectum bonorum liberorum, & præcisè quantum fuerit opus vltra bona libera, vt intuenti formam facultatis, quando in ea apponitur ea clausula, est satis perspicuum, atque ex intento eam apponentis satis constat. Quarè sicut quando ex facultate Regis ad instituendum maioratum contingendo legitimas filiorum, apposita expresse clausula, vt competentia alimenta singulis filijs relinquantur, vel illa ex ipsamet rei natura intellecta, si maioratus instituatur, non relictis singulis filijs competentia alimenta, valida est institutio, detrahendo de illa solùm vsque ad competentia alimenta singulis filijs, quoad quam quantitatem solam est nullaea institutio, vt disp. 578. concluſ. 3. & disp. 616. §. dubium deinde est, explanatum fuit; eò quòd ea clausula non sit conditio, sed

sed restrictio facultatis, vt solùm se extendat ad cætera bona, non verò ad competentia alimenta filijs debita: ita res habet in proposito.

A

B

Tertium dubium est, quando regia facultas conceditur, vt bona maioratus hypothecæ subijciantur, seu obligentur, apposita, vel intellecta, clausula, non existentibus alijs bonis liberis, quæ obligentur, aut hypothecę ad id subijciantur, num intelligi id debeat de bonis liberis, quæ fuerint tēpore, quo cōtrahitur ea obligatio ac hypotheca; an etiam de bonis liberis, quæ fuerint tēpore exequutionis, si opus sit postea vendi pro ea obligatione & debito, bona hypothecata, ita scilicet, vt priùs oporteat fieri exequutionem, non solùm in bonis liberis, quæ fuerint, aut aduenerint, tempore contractæ hypothecæ in bonis maioratus, sed etiam in bonis liberis, quæ accreuerint post contractam hypothecam in bonis maioratus, & extiterint tēpore talis exequutionis; solumque fieri debeat exequutio in bonis maioratus, quoad id, quod defuerit ad integrum debitum persoluendum, vltra bona libera à principio obligata, aut obliganda, atq; etiā vltra bona libera, quæ insuper reperta fuerint, tēpore talis exequutionis. Ad quod dicendum est cum Molina.c.7.citato.n.8. &.19. hypothecam, seu obligationem bonorum maioratus, solùm intelligendā esse quoad id, quod defuerit ad integrum debitum soluendum, vltra bona libera, tam à principio contractæ hypothecę bonorum maioratus, simul cū illis obligata, aut obliganda, quàm quæ accreuerint, aut aduenerint, vsque ad tempus exequutionis. Ratio autem est, quoniam, in præiudicium iuris vlteriùs vocatorum ad eum maioratū, non plùs obligari potuerunt bona maioratus, etiam ex facultate principis, quàm in defectum vtrorumque bonorum librorum, vt ex duabus rationibus supra factis satis est manifestum: quarè illo modo censenda est concessa facultas à principe, & contracta hypotheca bonorum maioratus.

C

D

Quartum dubium est. Si possessor maioratus ex facultate Regia ritè obligauit bona maioratus, & simul ad maiorem securitatem adhibuit fideiiussores, num in euentu, quod exequutio fieri debeat pro eo debito, deficientibus bonis liberis, in quibus ea fiat, possit fieri immediatè in bonis maioratus; an verò priùs conuenienti sint fideiiussores, & in eorum defectum, fieri debeat in bonis maioratus. Molina vbi supra.n.9. distinguit. Quod aut fideiiussores renúciarunt beneficio excussionis: aut ei non renunciarunt: iuxta ea quę de vtraq; re disp.545. copiosè explicata sunt. In primo euentu, quando scilicet beneficio excussionis renunciarunt, potestque proinde exequutio fieri immediatè, vel aduersus debitorem principalem, ipsiusque bona, vel aduersus fideiiussores, bonaque eorum, optione creditoris, vt disputatione citata comprobatum fuit, dicendum est. In optione creditoris tunc esse, petere suum debitum, vel immediatè à fideiiusoribus, vel ex bonis maioratus actione hypothecaria. Quando enim bona fideicommissi, aut maioratus, ritè obligata sunt, estò adhibiti simul sint fideiiusores, & illi beneficio excussionis renunciauerint, integrum creditori est, exequutionem pro suo debito facere, vel aduersus fideiiusores, vel in bonis talis fideicommissi, aut maioratus: quoniam eo ipso, quòd ritè pro eo debito obligata sunt, facta sunt libera ad effectum. vt, deficientibus alijs bonis liberis, fiat in eis exequutio eius debiti. Ita Molina vbi supra cum Paulo Castrensi, Curt. Iuniori. & Padilla, resque ex se est satis perspicua. Idem confirmat Molina, quoniam bona maioratus non plus grauantur ex eo, quòd creditor debitum ex eis exigat, quàm si illud ex fideiiussoribus exigeret: quoniam, vt disp. 544. fusè est explicatum, si creditor ex fideiiussoribus recipiat debitū, cedere eis tenetur actiones, quas aduersus possessorem maioratus bonaq; ipsa maioratus, habebat, vt id ipsi recuperent ex bonis maioratus, ex facultate regia factis liberis ad effectum, vt ex eis id debitum, ad quod ex eadem facultate fuit obligata, soluatur: quin & possessor maioratus actione mandati, & negotiorum gestorum, tenetur id omne eis soluere de bonis maioratus, & insuper tenetur eis soluere dāna omnia ipsis ex eo subsequuta, quòd congruo tempore creditori non soluerit, vt ibidem dictū est. In secundo verò euentu, quando scilicet fideiiussores beneficio excussionis non renunciarunt, dicendum est cum eodem Molina vbi supra.nu. 12. Creditorem non posse cogere fideiiussores soluere id debitum, nisi priùs facta excussione in bonis maioratus; & quando neq; actione hypothecaria potuerit debitū recuperare ex ipsis bonis maioratus, tūc solū tenebūtur ei fideiiussores, vt ex dictis disp.544. constat, resq; est satis perspicua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quintum dubium est, si regia facultate, deficientibus tempore alienationis bonis liberis, rite alienentur bona maioratus, num, si, post alienationem consummatam, superueniat possessori maioratus, qui rem ita alienauit, bona libera, debeat ea alienatio retractari compensatione facta ex bonis liberis, quæ postea aduenerunt, vt bonum illud ad maioratum regrediatur. Dicēdum autem est cum Greg. Lopez. l. 10. titu. 26. part. 4. verb. *vendiendo*, colum. 5. vers. quid autem, & l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *que la no pudiesse vender*, colum. 7. vers. quid autem si Rex, & cum Molina vbi supra. n. 13. retractandam non esse eam alienationem, sed bona libera, quæ post eam consummatam, possessori maioratus aduenerūt, ad ipsum, hæredesque ipsius, pertinere: secus verò esset, si alienatio nō esset consummata, sed post obligationem contractam, ante exequutionem, & alienationem prosectam, ea bona aduenissent, vt supra dictum est. Ratio præcipui huius asserti est, quoniam factum legitimè, si consummatum sit, estò deueniat ad casum, à quo incipere non potuit, non retractatur, vt habet regula, legitimè factū, de reg. iur. lib. 6. continetur glos. communiter recepta in authentica re. quę .C. communia de leg. verb. obligationem. Lege alia, quibus Molina idem confirmat.

Vtrum autem ex bonis liberis ita post eam alienationem acquisitis, teneatur possessor maioratus, & post mortem illius, teneatur hæredes eiusdem, subrogare in maioratu aliquid æquiualens rei ex eo maioratu alienatæ. Grego. Lopez vers. quid autem si Rex, citato, ait, quòd forte ad id efficiendum tenebuntur, & quòd erit optimum consilium, quòd in regijs facultatibus sic exprimatur. Melius vero Molina vbi supra. nu. 16. distinguit. Quòd si res ex maioratu fuit semel irreuocabiliter consummatè alienata, non tenetur possessor maioratus aut hæredes ipsius, ex bonis liberis postea acquisitis, quicquā subrogare, vt probant hactenus dicta. Si vero fuit aliquid alienatum reuocabiliter, vt res aliqua cum pacto de retro vendendo, vel fuit annuus census redimibilis venditus in rebus maioratus, teneatur possessor maioratus id redimere ex bonis liberis, quæ ei aduenerint, quando, in defectum bonorum liberorum eiusdem, id reuocabiliter fuit alienatum: etenim censendum est tunc, principem ea lege permittere talem alienationem, vt, si bona libera ei aduēniant, quæ defectu id permittit, ex eis id redimatur, neq; id onus maioratui, aut successoribus in illo, in eo euentu reseruetur: secus verò, quando non in defectum bonorum liberorum possessoris maioratus id alienatum fuit, sed in vtilitatem ac necessitatem maioratus, aut ex causa publica, iuxta ea quæ in principio huius disputationis dicta sunt: nam tunc id totum onus, ad maioratum ipsum attinet, nisi aliquis ex successoribus sua liberalitate velit solus illud subire.

Sextum dubium est. Si mortuo maioratus possessore, qui ex facultate regia bona maioratus obligauit, hypothecęve subiecit, aut illo adhuc viuente, reperiātur bona libera illius, sed tot alijs debitis grauata, vt, si inde ea persoluantur, nihil ex illis superfit, vtrum debitum tunc pro quo bona maioratus fuerunt obligata, soluendum sit ex eis bonis liberis; an verò ex bonis maioratus pro eo obligatis. Ad quod dicendum est cum Molina vbi supra. n. 17. Si debita illa fuerunt contracta antequām bona maioratus pro illo alio debito ex facultate principis hypothecę fuerint subiecta, tūc, estò sint debita personalia, soluenda esse de bonis liberis: illud verò aliud debitum soluendum esse interim de bonis maioratus ex facultate principis pro eo obligatis. Ratio autem est, quoniam non plura censentur esse bona alicuius libera, quàm quæ supersint, deducto toto ære alieno illius: quare facultas principis ad obligandum bona maioratus pro debito aliquo in defectum bonorum liberorum possessoris eiusdem maioratus, nomine, bonorum liberorum, in eo euentu, non intelligit, quæ obnoxia sunt persoluedis alijs debitis iam contractis, sed quæ superfuerint debitis illucvsque contractis persolutis; eaque de causa in eo euentu totum id debitum, pro quo bona maioratus ex facultate principis fuerunt obligata, ex eisdem bonis maioratus est soluendum: neque attendendum arbitror quoad hoc, num debita antecedentia fuerint magis priuilegiata, vel æquè, aut minus, quàm hoc aliud debitum, vt Molina attendendum innuit.

Quæstio. 7.

Præcipua autem difficultas est, quando debitum, pro quo bona maioratus ex principis facultate sunt hypothecata, est antiquius, quàm alia debita, num soluī debeat de bonis liberis, quæ reperta fuerint tempore exequutionis, etiam si sint apud tertium aliquem possessorem, vt pote quæ prius

priùs hypothecata fuerunt pro eo debito, pro quo etiam hypothecata sunt bona maioratus, quàm hypothecata essent pro alijs debitis, solumque de bonis maioratus, pro eo debito hypothecatis, soluendum sit, quod defuerit vltra ea omnia bona libera, ad integrè soluendum id debitū; eò quòd, vt supra dictum est, facultas ad obliganda, hypothecandáve, bona maioratus, solum intelligatur, obligatis priùs generali hypotheca cæteris omnibus bonis liberis præsentibus & futuris possessoris maioratus, factaque priùs exequutione in illis, quàm in bonis maioratus; quasi licèt ex maioratu obligentur ex facultate Regis omnia bona pro eo debito, aut solum quædam certa, quę sufficiant ad integrum id debitum inde soluendum, illudque superent in valore, nihilominus censeātur solum obligata in defectum bonorum liberorum, vnde soluatur, & præcisè quantum vltra ea omnia bona libera defuerit ad integrum id debitum soluendum; eò quòd facultas illa eam tacitam, aut expressam, limitationem habeat, iuxta ea quæ supra, præsertim in secundo dubio, dicta sunt. Neque refert quòd, hoc dato, cæteri posteriores creditores, non solùm personales, sed etiam hypothecarij, manerent frustrati suis debitis, sinè vlla solutione, nisi fortè essent magis priuilegiati: quoniā idem prorsus esset, quādo sola bona libera possessoris maioratus essent hypothecata pro primo debito, quod ea omnia bona exhauriret: reliqui enim omnes posteriores creditores, etiam hypothecarij, manerent similiter frustrati suis debitis, sine solutione, nisi eorum aliquis haberet hypothecam magis priuilegiatam: vnusquisque autem videat, cum quo contrahat, & quali securitate, postuletque idoneos fideiussores, vt sit tutus.

His tamen non obstantibus, Molina vbi supra. a. n. 18. æquiorem & probabiliorem arbitratur contrariam sententiam, nempe, quòd nihilominus id debitum, pro quo bona maioratus fuerunt obligata, debeat in regrum solui de bonis maioratus, bonaque libera possessoris maioratus seruari debeāt soluēdis debitis posteriorum creditorum, quando ad ea soluenda necessaria sunt: tametsi in calce. n. 31. tandem rem hanc, tanquam valde dubiam, cogitādam relinquat, quando casus occurrerit.

Id verò vt persuadeat, præmittit. Ad cōstituendam à principio hypothecam in bonis maioratus, satis esse, quod tempore contractę obligationis maioratus, possessor nō habeat bona libera, vel debeantur pro contracta priùs obligatione. Quod probat ex verbis facultatum, quę ad alienandum, aut hypothecę subijciendum, bona maioratus cōceduntur: in quibus frequēter dicitur, q deficientibus bonis liberis, valeant bona maioratus obligari, vel quòd obligari possint, dummodò priùs bona libera obligentur, & in eorum defectum obligentur bona maioratus: quo ordine seruato, manent ex eo tēpore bona maioratus obligata. Quod sanè est verissimum: neque enim obligatio bonorum maioratus pendere debet vsque ad tempus exactionis, sed contrahitur statim; tametsi tempore exactionis non simpliciter sit mandanda exequutioni ea obligatio, sed ita demum, si alia bona libera nō existant, in quibus fiat: id quippe nō ad substantiam obligationis, sed ad exequutionis exactionisve ordinem spectat. Id quod in fideiussorijs obligationibus liquet. Tam enim fideiussoria, quàm principalis obligatio, ad cuius securitatem fideiussio adhibetur, contrahuntur à tempore factę obligationis; sed ex ipsa rei natura tēpore executionis, priùs sunt excutienda bona principalis debitoris, neque aliter, quam in eorū defectu, potest ad bona fideiussoris deueniri, nisi huic priuilegio, quod fideiussio ex natura ipsa rei habet, fuerit per fideiussorem tacitè, aut ex pressè, renunciatum, vt disp. 545. dictum est: hoc tamen priuilegiū non tollit, quod fideiussoria obligatio sit tam à principio sit contracta.

Hoc ita constituto, duos euentus distinguit Molina. Vnus est, quando bona maioratus, hæc, aut illa in particulari, subiecta sunt hypothecæ pro debito aliquo (quod genus hypothecæ, particularis expressa hypotheca nuncupatur, vt in materia de pignoribus dictū est) & simul bona libera subijciūtur hypothecę vniuersali pro eodem debito, iuxta clausulā expressam, aut intellectā, facultatis ad subijciēdū bona maioratus hypothecæ, de qua in principio huius disputationis dictū est. Alter est, quando bona maioratus omnia, & simul bona libera, procedē debito hypothecę subijciūtur.

In primo euentu ait, creditorem, cui ex facultate principis bona aliqua maioratus hypothecę particulari obligata sunt, non posse facere exequutionem in bonis liberis, ipsi vniuersali hypotheca simul obligatis, in præiudicium posteriorum creditorum, quibus vniuersali, aut particulari,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hypotheca posteriùs obligata sunt, si ad A
solutionem sui debiti sufficiant bona ma-
ioratus sibi speciali hypotheca obligata;
alioquin posse extendere exequutionem,
etiam ad bona libera vniuersali hypotheca
simul sibi obligata, quantum præcisè sit sa
tis ad complementum sui debiti: quoniam.
l.2.C de pignorib. ex quadam æquitate, ad
uersus iuris rigorem, sancitum est, vt is, cui
aliquid, vel aliqua, speciali hypotheca obli
gata sunt, etiam si alia bona eiusdem debi-
toris vniuersali hypotheca sint etiã ei obligata, non possit in præiudicium posterio-
rum debitorum facere exequutionem in B
bonis sibi vniuersali hypotheca obligatis,
nisi quando bona specialiter ei hypotheca
tà nõ fuerint satis ad integrum suum debi-
tum soluendum; atque tunc solum posse
extendere exequutionem ad alia bona sibi
etiam obligata quantum præcisè sit satis ad
suum integrum debitum: idque, vt omni-
bus creditoribus, tam prioribus, quàm po-
sterioribus, quoad fieri possit, integrè sol-
uatur, vt doctores ibi notant. De qua lege,
& de eius intellectu, dictum à nobis est,
disp.536.§. lege. 2.C. de pignorib. &c. Ea
autem lex, vt bene Molina vbi supra.n.24. C
cum alijs, quos citat, ait, locum habet, etiã
si aliquid immobile sit particulari hypothe
cæ subiectum: tunc enim exequutio non
debet incipere à mobilibus vniuersali hy-
potheca comprehensis, in præiudicium po-
steriorum creditorum.

In secundo vero euentu, licèt ex Cor-
neo, ex Couar.3.var.resc.c.18.n.2.vers.sep
timò & ex alijs referat, quanuis prior cre-
ditor habeat hypothecam magis vniuersa-
lem, ac comprehensiuam magis, quàm po-
sterior, si non habeat hypothecam particu
larem rei, aut rerum aliquarum, determina-
tarum in singulari, creditorem posteriorẽ
non posse compellere priorem, vt faciat
exequutionem in bonis, quæ in hypotheca
posterioris non cõprehenduntur: eò quòd
l.2. citata, vt pote quæ exorbitans est, ex-
tendenda non sit vltra id, quod disponit:
vult tamen idem in secundo euentu esse di
cendum, quod in primo: eò quod hypothe
ca bonorum maioratus, cùm re ipsa maio-
ratus comprehendat certa & determinata
bona, quæ neque accrescunt, neque decrès
cunt, dicenda sit particularis hypotheca;
at verò hypotheca bonorum liberorum sit
vniuersalis, seu vniuersalissima: quippe cũ
idem sit dicere, subijcio omnia bona mea
præsentia, & futura hypothecæ, ac dicere,
omnia mea bona libera: quoniam non libe
ra, non censentur comprehensa in bonis,
quæ hypothecæ subijciuntur, nisi ex pe-
culiari principis facultate expressè subijciã
tur. Confirmat Molina vbi supra. n. 21. in Cõfr. pri
secundo euentu esse saltem in optione mò.
creditoris, cui bona maioratus, & bona li-
bera sunt obligata, facere exequutionem
in bonis maioratus, prætermissis bonis libe
ris, quæ posteriùs sint alijs obligata: quo-
niam non poterit facere exequutionem in
bonis liberis sinè litibus cum posteriorib⁹
creditoribus quibus sunt obligata: quando
aũt est lis & cõtrouersia circa vnũ pignus,
seu hypothecam, dimitti illud pignus po-
test, & fieri potest exequutio circa aliud, in
quo cõtrouersia nõ sit, vt habetur l.3 Diuo
Pio.§. si super rebus vers. sed & illud. ff. de
re iudicata, cuius verba sunt. *Sed & illud de-
beri dici, vbi controuersia est de pignore, id dimitti
debere, & capi aliud, si quod est sine controuer-
sia.* Addit Molina in confirmationem, opi- Secundò.
nionem hanc æquissimam esse: si enim in-
quit, debitum, pro quo bona maioratus hy
pothecata sunt, ex bonis liberis soluendũ
esset, facilè omnia bona libera maioratus
essent, facilè omnia bona libera maioratus
possessoris in hoc solo censumerentur, C
omnesque alij creditores, qui frequenter
egentes sunt, creditis suis fraudarentur: cũ
vt plurimum debita hæc maximè quantita-
tis esse soleant: quod nimium rigoris con-
tineret. Quam ob rem, inquit, hanc opinio
nem, dum semel is casus accidiscet, admis-
sam vidimus,

Arbitror, contrariam sententiam in vtro- Decisio.
que euentu esse veram, quod satis proba-
bile subiungit esse Molina; limitatâ tamẽ,
seu intellectam, vt subiungemus. In primis
autem, licèt confitendum sit, statim a prin D
cipio, quando bona maioratus ex principis
facultate hypothecæ subijciuntur, manere
obligata; nihilominùs dicendum est, ma-
nere quidem ea omnia obligata, quæ tunc
hypothecæ subijciuntur, sed cum limita-
tione, & restrictione, quantum satis sit, vt,
obligatis simul bonis liberis, & factâ priùs
in illis exequutione, solùm ex bonis maio
ratus exequutio fiat, quantum defuerit ad
integrum debitum soluẽdum: neque enim
plùs, aut aliter, censentur bona maioratus
obligata, aut concedi potest à principe fa-
cultas, vt aliter in præiudicium tertij obli-
gentur, nempe in præiudicium vocatorum
vltarius ad eum maioratum, vt supra dictũ
est, præsertim dubio primo, & secundo.
Quod verò ad primum euentum attinet ex
duo-

duobus, quos Molina distinguit, satis per-
picuum est, legem secundam. C. de pig. lo
cum non habere, quando aliquid speciali
hypotheca est subiectum cum ea limitatio
ne, vt præcisè maneat obligatum in defec-
tum bonorum omnium liberorum, quæ si-
mul generali hypotheca subijciuntur, & cõ
sequenter cum limitatione, vt priùs exe-
quutio fiat in eisdem bonis liberis vniuer-
sali hypotheca subiectis, & posteà in parti-
culari hypotheca solùm, quantum defuerit
ad integrum debitum soluendum. Quòd
verò ad secundum euentum attinet, sanè
multò minùs habere potest locũ in illo lex
2. citata, quàm in primo, ex eo cp dicatur, B
etiam in secundo euentu hypothecam bo-
norum maioratus esse particularem: quarè,
cùm ostensum sit, eam legem locum non
Ad prim. hebere in primo euentu, constat multò mi
confir. nùs habere locum in secundo. Ad primam
verò confirmationem dicendum est, mul-
tò maiores lites oriri cum possessore maio
ratus, & cum successoribus in illo, ex eo,
quòd creditor eligat facere primò exequu
tionem in bonis maioratus, multoque faci-
liùs in eis vincetur, quàm si illam faciat pri
mò in bonis liberis: vnde, quod adducitur
ex.l.à Diuo Pio, locum non habet in pro-
Ad Secun- posito. Ad secundam verò confirmationẽ C
dam. dicendum est, non esse æquorẽ opinionẽ,
quę veritati non innititur: pauperes verò
creditores, videant cum quo celebrẽt suos
contractus, & qua securitate eos celebrent:
præsertim cùm agatur de præiudicio insti-
tutoris maioratus, & vocatorum ad illum.
Rigorem verò huius sententiæ aduersus
pauperes, mitigat sequens hæc ad illam re-
strictio & explicatio. Quòd scilicet quãdo
debita posteriora rationabiliter sunt con-
tracta à possessore maioratus, in rebus,
quæ ab illo rationabiliter excusari non po
terant, soluenda tunc ex bonis liberis sint
ea omnia debita, etiam si personalia sint, ne
que habeant hypothecam tacitam, aut ex-
pressam. Ratio autem est, quoniã princeps,
qui facultatem ad obligandum bona maio
ratus concedit, obligatis priùs bonis libe-
ris eiusdem possessoris maioratus præsen-
tibus & futuris, in quibus reditus maiora-
tus comprehenduntur, non censetur impe
dire congruos sumptus, competemque su-
stentationem ex illis, possessoris maiora-
tus, neque id esset rationabile: quarè solùm
ea bona libera censentur simul cum bonis
maioratus obligata, quæ superfuerint, de-
ductis competẽtibus & rationabilibus om
nibus expensis talis possessoris maiora- A
tus.

Ad quem autem probare attinet, bona
libera non existere, vt ad exequutionem in
bonis maioratus possit deueniri, lege Mo-
linam vbi supra.a.n.32.

SVMMARIVM.

1 MAIORATV *priuari non potest quis ob ingratitudinem, aut aliud delictum, in antecessorem in eo, qui institutor eius maioratus non fuerit.*

2 *Regno priuari non potest legitimus in eo alio quin successor, propter ingratitudinem in patrem Regem, cui succedere debet, esto pater legitimè eum exhæredasset.*

3 *Maioratu priuari potest successor propter ingratitudinem in prædecessorem, quando institutor id decreuit ac statuit.*

4 *Maioratu instituto ex legitima ad eum vocati, quando priuandus sit ob ingratitudinem, aut delictum, in institutorem, quando non tẽ. Et quando commoditas pertineat ad fiscum, ob delictum possessoris.*

5 *Maioratu hæredis titulo, non ex legitima, instituto, quando priuandus sit, aut non sit, successor ob ingratitudinem, aut ob aliud delictũ, in institutorem commissa, & quando commoditas ad fiscum attineat.*

6 *Maioratu instituto irreuocabiliter, quando successor priuari eo possit, aut non possit, ob ingratitudinem ac delictum in institutorem, & quando commoditas ad fiscum attineat.*

7 *Maioratu irreuocabiliter instituto titulo legati, fideicommissi, aut contractu inter viuos, quãdo successor excludatur ob ingratitudinem ac delictum in institutorem, & quando commoditas ad fiscum pertineat.*

D *Maioratus successor num ob ingratitudinem, vel in institutorem, vel in anteriorem maioratus possessorem, possit successione in illo priuari. Disp. 654.*

DICENDVM est deinde de amissione maioratus, ob culpam eius, qui illum amittit, siue antequàm ad possessionem illius aduenerit, siue post illam adeptam. Et primò ob ingratitudinem.

Atque, si de possessore maioratus, qui 1
institutor

Universidad de Deusto
Biblioteca

institutor illius non est, agemus, paucis est dicendum. Ob ingratitudinem aduersus ipsum commissam, successorem in eo maioratu non posse illo priuari. Ita communis sententia, quam Molina lib. 1. de primog. c. 9. à n. 2. refert ac sequitur, eandemque amplectuntur Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 71. & Acosta de patruo & nepote, part. 3. nu. 21. Ratio autem est, quoniam, cùm hic notus successor in eo maioratu, non debeat illum accipere à proximo possessore illius, neque ex prascripto illius, neque tanquam hæreditatem & bonum illius, sed illum accipiat ab institutore, ex prælcripto que instiB tutoris, & tanquam bonum illius, sibi tanquam fideicommissum vniuersale, aut particulare, vel tanquam rem donatam sub modo, in tempus vitæ suæ relictum, vtiq; ingratitudo, aut delictum aliud, aduersus immediatum possessorem, non est causa, vt priuetur ea successione; sed, si pœna ob id delictum is successor sit dignus, à iudice est ea puniendus, illi insligendo, quam pœnam in eo euentu leges alioquin statuunt, vel alia arbitraria. Consentit. l. filiusfamilias §. cum pater. ff. de leg. 1. vbi filius exhæredatus legitimè à patre, capit nihilominùs fideicommissum tali patri, ab auo ita exhæredati, relictum filijs ac familiæ. Consen-C tiunt etiam alia iura, quæ Molina vbi supra citat. Sicque ex Peralta refert, pronunciatum fuisse in supremo regio Castellæ senatu circa ducissam de *Najara*, & Comitissá de *Valencia*, quam pater exhæredauerat omnibus bonis: comprobata enim fuit ea hæreditariq in bonis patris liberis: non verò quo ad bona maioratus, à prædecessoribus vinculo alligata maioratus.

2 Emmanuel Acosta vbi supra n. 13. censet, si pater, regni possessor, exhæredet legitimè primogenitum suum regni successorem, manere eo ipso priuatum regno. Duci D tur, quoniam arbitratur, regnum hæreditatem esse, iureque hereditario deferri. Cùm autem regnum nunquam hæreditario, sed semper sanginis iure, atque ex pacto & prouidentia, deferatur, vt disp. 626. & alijs sequentibus, luce clariùs est demonstratum, quo in loco caput licèt de voto, copiosè ac legitimè à nobis est explanatũ, euersa profectò manet illius hac de re sententia.

3 Obserua tamen, si maioratus institutor sanciret, vt successor in maioratu, propter ingratitudinem aduersus proximè maioratus possessorem, posset ab eo excludi, tũc ob tale delictum excludi posset, vt cum Peralta rectè ait Molina vbi supra n. 3. Peralta consulit, vt maioratus institutores eam clausulã in institutione adhibeant, ne successores in maioratu insolentes sint aduersus antecessores possessores annuitq; Molina, modò tamen antecessores possessores pater sint, aut auus, vlteriùs ad eum maioratum vocati: quoniam eiusmodi successor plus reuerentiæ debet patri, & auo, quam alijs remotioribus maioratus possessoribus.

Quando ingratitudo, aut delictum, com 4
missa sunt aduersus institutorẽ ipsum maioratus, distinguẽdum est. Quoniam, si maioratus institutus est ex legitima illi in bonis instituentis debita, quid eum vocatur, quique ingratitudinem aduersus institutorem commisit tunc, siue maioratus testamento, siue quacunque alia ratione, sit institutus, & siue ante institutionem, sciente, vel ignorãte institutore, delictum ac ingratitudinem, siue post institutionẽ, ante mortem institutoris, vel eo iam defuncto, delictum, seu ingratitudo, sint commissa, sanè, nisi institutor maioratus exhæredet testamento ita ad eum vocatum, inserta causa legitima exhæredationis, ac sufficiẽter probata per ipsum institutorem, aut per hæredem, aliumve ad eum maioratum vocatum, ille ingratus ad eum maioratum vocatus, succedit in illo, tum in exteriori, tum etiã in conscientiæ foro: secus autem, si ipsemet maioratus institutor eũ exhærederet in testamẽto appositata in eo legitima causa ex hæredationis ac probata legitimè per ipsũ, aut postea per hæredẽ, aut successorẽ: tunc enim, ita ex hæredatus, excludetur ab eo maioratu, siue sit iã in possessione illius, siue nõ, & succedet vlterius ad eũ vocatus, vel fiet ex eo maioratu, quod disposuerit, qui illum instituit. Ita Molina vbi supra à n. 8. & à n. 15. atque perspicuè hæc omnia constãt ex dictis copiosè à nobis disp. 175. vbi late ostendimus, eum, cui ita legitima debetur, ac proinde ita vocatum ad eum maioratum, non aliter posse priuari à parente, qui illum instituit, sua legitima, & in consequentiam maioratu ex ea legitima instituto, quàm facta ab eodem parente exhæredatione illius à tali legitima, inserta eius exhæredationis iusta causa ex his, quas disp. 176. sequenti explicauimus; neque sufficere aliã si causam, præterillas, etiã si æquè grauis, aut grauior, illis sit, vt disp. 176. satis efficaciter, ni fallimur, probauimus aduersus Molinam. c. 9. citato: & aduersus plerosq; alios

alios, quos ibi citauimus. Quia ergo hæc omnia locis citatis fusè à nobis ostensa sunt, non plus immoror in illis nunc probandis, ac explicandis.

Dices. Quanuis exhæredatio illo modo causa inserta & probata, necessaria sit, vt vocatus ita ad maioratum, eo possit priuari, quoad legitimam præcisè ipsius, qua constat talis maioratus; si tamen maioratus cõstaret simul alijs bonis institutoris, vt regulariter constare solet, necessaria non esset talis exhæredatio, vt excluderetur ab eo maioratu, quoad incrementum illud bonorum, quo ita simul constaret, sed sufficeret ingratitudo, quam sufficere sebijciemus ad exclusionem ab integro maioratu in euentibus, in quibus maioratus non constat legitima debita vocato, aut vocatis, ad illum. Ad hoc dubium respondet optimè Molina vbi supra. n. 16. Quòd quia maioratus res est indiuidua, quæ vnita, minimève diuisa, deferri semper ad vnum debet, ex ipsamet maioratus natura, voluntateque institutoris, vtique eo ipso, quòd vocatus ad maioratum, in quo legitima ei debetur, excludi nõ potest ab ea parte eius maioratus, C nisi exhæredetur apposita & probata legitima exhæredationis causa, neque etiam ex cludi potest à reliqua eiusdem maioratus parte, nisi seruata eadem forma, & conditione. Possit quidem maioratus illius institutor declarare ac velle, quòd, si causa exhæredationis non probaretur sufficienter, aut si is, cui legitima ex illo debetur, post mortem ipsius, ipsóve id ignorante dum viueret, aliquam ingratitudinem committeret, dissolueretur maioratus quoad eam legitimam portionem, & quoad reliquum is excluderetur ab eo maioratu, standumque tunc esset voluntati ac dispositioni illius: interim tamen, dum id non statueret, maioratus ex sua natura, ac ex præsumpta institutoris voluntate, manere, defferrique deberet indiuisus; & cùm necessariò defferreretur, quoad legitimam, ad ita ingratum, per concomitantiam defferretut etiam quoad reliquum. His accedit, exhæredationem fieri debere in totam hæreditatem alicui debitam, aut relictam, vt sit valida, vt disp. 175. §. exhæredatio vt sit valida, dictum est.

Illud verò est obseruandum, si ingratitudo, vel delictum, esset tale, quòd ob illud, qui id committeret, priuandus esset hæreditate fisco, tãquam ea indignus: vt si interficeret institutorem maioratus, vel aliquid

A aliud committeret, ex ijs, quę disp. 178. cõmemorata sunt, ob quæ quis, tanquam indignus, priuatur hæreditate, pertinetque ad fiscum, tunc, quanuis maioratus ille, ob vinculum, non pertineret ad fiscum, neque quoad proprietatem neque quoad vsumfructum, sed finita vita talis propter id delictum maioratu indigni, attineret ad vlteriùs ad illum vocatum; commoditas tamen ex eo maioratu, interim dum talis, illo indignus, viueret, ad fiscum vtiq; attineret. Ita Molina vbi supra. n. 12. Lege B quæ disp. 178. & in calce disp. 624. dicta sunt. Et simul obserua, si tale esset delictũ, ob quod incapax omnino successionis, ac proinde successionis in eo maioratu, efficeretur, qui illud committeret, tunc neque commoditas transiret ad fiscum, sed continuò maioratus ad eum deuolueretur, qui vlteriùs ad illum esset vocatus, vt cum alijs; quos citat, affirmat Molina vbi supra. n. 27. Qui verò hi sint, tum de iure communi, tum de iure huius Castellę regni, aut Lusitani, lege, quę diximus disp. 154. 481. in calce disputationis. 624. & disp. 605. Hoc verò limita, nisi talis sit maioratus, & C tale delictum, ob quod maioratus extingnatur, & pertineat ad fiscum, iuxta ea, quæ infra suo loco dicenda sunt: tũc enim ea omnia bona talis maioratus spectant omnino ad fiscum.

Quando verò maioratus titulo hæredis 5
est institutus, ceterùm nõ ex legitima eius, qui ad eum proximè vocatur, quique hæres eorum bonorum ita vinculatorum instituitur, tunc, quanuis integrum sit institutori reuocare eum maioratum interim dũ viuit, etiam si nullæ inimicitiæ inter ipsum, & ita ad eum vocatũ, sint exortę, nullamq; vocatus ingratitudinem committat; si ta- D men, dum viuit, eum non reuocet, estò, institutore viuente, exortæ sint graues inimicitiæ inter ipsum, & ita vocatum, & estò vocatus causa fuerit earum inimicitiarum, atque estò vocatus quamcunque ingratitudinem, institutore viuente, aut eo iam defuncto, aduersus eum committat, imò estò institutorem interfecerit, non censetur reuocata maioratus, eaque hæredis, institutio. Si tamen crimen sit de numero eorum, propter quę hæres efficitur hæreditate indignus, iuxta ea quæ disp. 178. explanata sunt, tunc amittit fisco, non quidem maioratum, ob vinculum illius, sed commoditatem ex illo, interim dum, qui talecrimen cõmisit, viuit, modò feratur sententia, qua ad

eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram pœnam is condemnetur. Excipe, nisi instituto maioratus sciuerit delictum dú viueret, illudque remiserit, saltem virtute, eum videlicet maioratum eo modo instituendo post scientiam eius delicti, aut antea eo modo institutum, cùm posset, sufficienséque ad id tempus haberet, illum non reuocando.

Prima totiùs huius asserti pars, quòd scilicet is maioratus institutor possit, dum viuit, pro libito eum reuocare, etiam si nullæ inimicitiæ ortę sint inter ipsum, & ad eum vocatum, nullamque hic aduersùs institutorem commiserit ingratitudinem, satis ex se perspicua est. Voluntas quippe testatoris vsque ad mortem est de ambulatoria, potestque proinde testator, interim dum viuit, pro libito reuocare quicquid per vltimam voluntatem antea statuerit.

Secunda verò, quòd scilicet, si dum viuit, eum non reuocet, estò ortæ sint graues inimicitiæ inter ipsum, & vocatum ad eum maioratum, culpa ita vocati, imò estò vocatus institutorem interficiat, valida nihilominus sit ea maioratus atque hæredis institutio, constat ex discrimine, quod ea in parte est inter legata, de quibus mox dicetur, & hæredis institutionem, quòd scilicet hæredis institutio illis de causis inualida non reddatur, nisi à testatore reuocetur, vt constat ex l. ex parte. ff. de adimend. leg. & tradit glos. 1. l. 3. §. vlt. ff. cod. titu. atque affirmat communis doctorum sententia, quam Molina. c. 9. citato. n. 23. refertac sequitur, reiecta opinione Bart. qui, confundens causas, ob quas aliquis redditur hæreditate indignus, & ob quas hæreditas ad fiscum pertinet cum causis vnde institutio hæredis nulla reddatur, perperam affirmauit, quòd si inimicitiæ culpa hęredis sint ortæ, reddatur propter eas inualida hęredis institutio.

Vltima verò pars, & limitatio illi subiúcta, explanata, comprobataque à nobis est disp. 178. citata, iunctis ijs, quę ante hoc totum assertum dicta à nobis sunt, eamq; cũ limitatione subiuncta, affirmat Molina vbi supra. n. 24. cum communi doctorum sententia, quam refert. Quibus. n. 27. in hoc euentu addit, quando crimen redderet incapacem omnino successionis in hæreditate, in eoque proinde maioratu, eum, qui illud commisisset, aut superueniret alia causa, ex qua incapax redderetur, tunc, neque commoditatem maioratus pertinere ad fiscum, sed maioratum, cum tota illius commoditate, spectare eo ipso ad vlteriùs ad eum vocatum, idemque esse dicendum, quãdo institutio haberet clausulam, quòd statim, commisso eo crimine, maioratus deuoluereturad vlteriùs ad eum vocatum. De qua re infra dicetur, simulq; explicabitur, quando maioratus, crimenque, sint eius naturæ, vt continuò maioratus extinguatur, integerq; deuoluatur, quoad omnia bona, ex quibus constabat ad fiscum.

Si maioratus, non titulo hęredis sit institutus, sed donationis, aut legati, vel alio simili, tunc, si irreuocabiliter sit institutus, priuari eo non potest ingratus aduersùs institutorem, nisi ex causis ingratitudinis, ex quibus donatio, etiam consummata traditione, potest reuocari, iuxta legem vlt. C. de reuocand. donat. Ita communis doctorum sententia, quam Molina. c. 9. citato. n. 31. refert ac sequitur. Et quoniam id copiosè à nobis disp. 281. explanatum est, eo lectorem remittimus.

Hinc constat, propter inimicitias ortas inter institutorem, & vocatum ad maioratum priuari eo non posse vocatum ad eum maioratum, nisi ortum habeat ex aliqua ingratitudinum ea lege contentarum, vt cũ Molina, & communi doctorum sententia, disputatione citata dictum est. Quòd si delictum tale sit, vt propter illud vocatus ad maioratum eo reddatur indignus, tunc vtilitas ex eo maioratu pertinebit ad fiscum interim dum vocatus ad eum vixerit, nisi simul delictum sit tale, vt propter illud sit etiam eo omnino priuandus.

Illud obserua, ex eo, quòd ingratus in institutorem, tali maioratu priuetur ob aliquam ex causis lege citata commemoratis, non propterea dissolui maioratum, sed trãsire ad vlteriùs ad eum vocatum, qui in gratus non fuerit: ei enim à principio censetur etiam facta eadem donatio sub modo, quæ proinde comparatione ipsius, & vlteriùs ad eum vocatorũ, non potest sinè causa legitima reuocari.

Molina vbi supra, cum communi doctorum sententia, asseuerat, vocatum ad eiusmodi maioratum irreuocabilem, non solũ posse eo priuari ob aliquam ex causis ingratitudinis lege vlt. citata commemoratis, sed etiam ex alijs æqualibus, aut grauioribus causis: nos verò satis solidè, ni fallimur, ostendimus contrarium disp. 281. citata.

Eadem disputatione, cum Molina, & cũ communi doctorum sententia, quam retulimus

limus, diximus, quanuis, si causa ingratitudinis, sufficiens ad priuandum ingratum eo maioratu, cognita fuit à maioratus institutore, nec eũ illo priuauit, aut priuare est aggressus, cùm posset, non possint posteà hęredes institutoris, vlteriúsve ad eum maioratum vocati, priuare eum ingratum eo maioratu ex illa causa; si tamen institutor maioratus illam ignorauit, aut, cùm eam sciuerit, neque illam remisit, neque tempus habuit ad intentandum priuare ita ingratũ eo maioratu, posse hæredes institutoris, vocatúmve vlteriùs ad eum maioratum, illum eo priuare, intentando, loco defuncti, aduersùs eum accusationem, causamque ingratitudinis aduersùs eum probando.

Ex dictis eadem disputatione liquet, ingratum, antequàm causa ingratitudinis aduersùs ipsum sufficienter probetur, & feratur sententia, non teneri relinquere maioratum, sed tuta conscientia posse illum retinere: eò quòd dispositio legis vltimæ. C. de reuocandis donatib. pœnalis sit, ac proinde locum non habeat ea dispositio, nisi post latam sententiam.

Postremò illud admonuerim, si maioratus esset institutus irreuocabiliter ex causa onerosa, vt si institut⁹ esset in aliquo ad ducendam aliquam vxorem, quę aliter contrahere non vellet cum illo; vel si institutus esset in aliqua in dotẽ, vt nuberet alicui, tunc ingratitudinem ita vocati ad eum maioratum, non sufficere ad eum priuandum illo, in præiudiciũ alteriùs coniugis, & prolis ex eo matrimonio, vt disputatione citata de simili donatione ex causa onerosa dictum est.

7 Quando maioratus reuocabiliter esset institutus, siue in modum legati, prælegati, aut fideicommissi, siue contractu inter viuos reuocabili, tunc, si ortæ essent graues inimicitiæ inter institutorem, & vocatum ad eum maioratum, estò ex parte instituto ris essent ortę, cẽseretur vocatus ita ad maioratũ, esse ab eo tacitè ac validè excluſus, nisi ante mortem institutoris ad amicitiam redijssent; non tamen dissolueretur maioratus, sed transiret ad vlteriùs ad eum vocatum. Quo loco obserua, si inimicitiæ vsq; ad mortem institutoris perseuerarent, estò institutor maioratus tempus haberet ad excludendum ita vocatum, sibi inimicum, ab eo maioratu, imò estò codicillũ efficeret, neque in eo illum excluderet, censeretur nihilominùs tacitè ab eo excluſus, nisi institutor contrarium declararet.

Quando vocatus ad maioratum grauem iniuriam, etiam post mortem, inferret instituori, propter quam indignus esset eo maioratu, tunc maioratus ad fiscum pertineret quoad commoditatem, interim dũ ille viueret, nisi institutor maioratus, dum viueret, eam iniuriam remisisset, iuxta ea quæ disp. 212. citata dicta sunt. Et quoniam hęc omnia ibidem à nobis comprobata, explanataque sunt, idcirco hoc loco non plùs circa ea immoror. In eis consentit Molina. c. 9. citato à. n. 38. Ac licèt disputatione citata solùm nobis fuerit sermo de tacita legatorum, & fideicommissorum, reuocatione; idem tamen dicendum est de relictis cõtractu inter viuos reuocabili, vt bene Molina vbi supra. n. 42. ait. Quoniam eiusmodi contractus, quoad ipsorum reuocabilitatem ac finem, naturam habent legatorum, vltimarumque voluntatum, vt sæpe dictũ est. Illud in super obserua, ad probandam eiusmodi tacitam reuocationem legatorũ, ac fideicommissorum, ac proinde tacitam exclusionem à maioratu, de qua hoc. §. est habitus sermo, sufficere duos testes, vt cũ Molina, & Couar. disputatione citata dictum est.

SVMMARIVM.

1 *MAIORATVS in institutione si sit clausula apposita, quòd eo ipso, quòd possessor aliquid de illo alienet, aut alienare attentet, sit illo priuatus, si ei clausulæ contrauentatur, transit eo ipso in vlteriùs ad eum vocatum.*

2 *Fideicommissum si pater grauatus restituere filio familias dolo, & non sola culpa, despet, & detrimentum sit notabile, nec facilè reparari possit, priuatur pater fideicommisso, & fructibus illius. Si verò interueniat sola culpa, aut reparari facilè possit, vel non sit graue, solùm remouetur ab administratione, & ex fructibus reparatur damnum.*

3 *Fideicommissum si quis non sit grauatus restituere filio suo familias, sed cuicunque alteri, ob dissipationem, solùm priuari potest administratione, & ex fructibus reparari debent damna, residua verò eorum ita grauato restitui debent.*

4 *Maioratus possessor ob dissipationem bonorum maioratus, solùm priuari potest administratione illius, & ex fructibus reparari debent omnia damna: residuum verò reddi illi debet.*

Posses-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Possessor maioratus an illo priuari possit ob dissipationem bonorum, quibus is maioratus constat. Disput. 655.

1 QVANDO in maioratus institutione apposita est clausula, quòd eo ipso, quòd successor illius aliquod ex bonis, quibus constat, alienet, priuetur eo maioratu, aut sit eo ipso illo priuatus, & maioratus, dominiumque rerum omnium illius, transeant in vlteriùs vocatum, vt frequentissimè hodie in maioratuũ institutionib⁹, non solùm id apponi solet, sed etiam, quòd eo ipso quòd possessor alienare aliquid attentet, sit eo ipso priuatus maioratu, & trãseat continuò in vlteriùs ad eum vocatum, vt Molina lib. 1. de primog. in calce capitis. 16. restatur apponi hodie frequentissimè, tunc superflua est hæc disputatio: quoniã, si alienet, aut alienaret (quando hoc etiam secundum sub ea pœna & modo est prohibitum) constat posse eo ipso illo priuari, vt idem Molina ibidem ait, & constat ex dictis disp. 611. Quando verò non est apposita ea clausula, vt in maioratibus antiquis apponi non consueuit; aut dissipatio non fieret alienando, sed aliqua alia ratione, quæ simili clausula apposita in maioratus institutione, non esset comprehensa; locum tunc habet quæstio proposita.

2 Lege imperator. ff. ad Trebel. cùm quidam hereditatem patri cuidam familias reliquisset, eũque grauasset, vt eo ipso, quòd filius ita grauati, egrederetur patriam potestatem, ei hereditatem restitueret; probatumque esset, hæredem grauatum multa in fraudem fideicommissi fecisse, ea scilicet bona dissipando, Adrianus Imperator præcepit, eam hæreditatem restitui filio illi, nõ dùm à patria potestate egresso, neque in vita talis filij patrem habere quicquam iuris in ea bona; sed filium, post hæreditatem ita acceptam, comparari circa ea bona militi, quia perinde potest illa administrare, eaque defendere, & circa illa agere, atque eis frui, ac si essent bona ipsius castrẽsia. Reddit verò rationem textus, quarè imperator in eo euentu id præceperit. Nã inquit, *quia cautiones non poterant interponi, conseruata patria potestate* (eò quòd pater non possit ciuiliter obligari filio adhuc existẽti sub ipsius A potestate, vt habetur. §. item inutilis, insti. de inutilib. stipulat. l. frater à fratre. ff. de condict. in deb. & alijs iuribus) ideò *damnũ conditionis propter fraudem inflixit* (id est, præcipit, vt pater sustineret damnum restituẽdi hereditatem ante conditionem egressus filij ab ipsius potestate impletam, in pœnã fraudis, quam commisit) In fine verò textus subiungitur. Si pater egeat, debere sibi lominùs de reditibus hereditatis ita restitutę, alimenta, iudicis officio, ei præstari ob paternam reuerentiam. Hinc Molina. c. 16. citato. n. 1. iuxta sententiam plurimorum B aliorũ, quos citat, colligit, si proximè successor vltimo maioratus possessori, sit filiusfamilias illius, isque vltimus possessor, non leuiter, sed multum, dissipet bona maioratus, posse illo priuari, relictis ex reditibus illi alimentis, si eis egeat, tradendumque esse maioratum tali filio fruendum & administrandum, saltem dato ei curatore circa eam administrationem, si talis filius familias minor adhuc sit.

Hoc ipsum confirmat Molina ex. l. cogi, §. si pater. ff. ad Trebell. vbi habetur, si pater grauetur restituere hereditatem filio C sub ipsius potestate constituto, & pater recuset eam adire, quia dicit sibi esse suspectam, posse patrem cogi à prætore eam adire ad filij petitionem, in filij damnum, ac commodum. Hic tamen textus nihil sanè facit ad rem, de qua disputamus: neq; enim, vt Molina vult, id fit; quia pater recusando ita adire hereditatem, dissipet bona fideicõmissi filio relicti: neque fit in pœnam patris propter culpam, priuando patrem emolumento iam quæsito, aut quod quærere vellet, vt fit in euentu legis imperator, & fieret, si possessor maioratus eo priuaretur, quia bona dissiparet, quibus constat: sed fit D iure fideicommissarijs omnibus communi, quo cogere possunt hæredes grauatos, vt in ipsorum damnum, ac commodum, adeãt hæreditatem, quam tanquam damnosam, adire recusant, eaque de causa tunc amittãt totum hæreditatis cõmodum, vt disp. 186. dictum est.

Molina vbi supra. n. 2. refert, magnam esse controuersiam, vtrum hodie de iure Codicis reuocata sit dispositio illa legis imperator, refertque Cumanum & Imol. asserentes, reuocatam esse. Ducuntur, quoniã ratio eius decisionis, vt ex ipsamet lege constat, fuit, quia pater obligari ciuiliter, ac proinde cauere non poterat filio, dum sub ipsius erat potestate: at verò, inquiunt, iam

iam hodie de iure Codicis, cauere potest A pater filio circa bona filij aduentitia, vt constat ex. l. iubemus. §. in supradictis. C. ad Trebel. consentireq; videtur glos. vlt. in authentica si parens. C. de inofficiosis. Numero verò. 5. subiungit Molina, quanuis ea obiectio vrgentissima sit, cõmunem tamen doctorũ sententiam cum Bart. quam ipse refert ac sequitur, esse in contrarium, nempe legem imperator, correctam nõ esse iure Codicis. Improbat verò rationem quandam huius opinionis multorum dicentium, id circo affirmandum esse, legem imperator correctam non esse de iure Codicis: quoniam quanuis interponi cautiones inter patrẽ & filium de iure Codicis possint; filius tamen non tenetur se committere fragilitati cautionis, iuxta legem cogi. §. idem quæritur. ff. ad Trebel. Ait verò Molina rationem hanc fragilem esse, eò quòd textus ille in re longè diuersa loquatur. Alias rationes reddit Molina ibidem à nu. 6. quæ certè mihi non probantur: contendit quippe, non ea potissima ratione, id in eo euentu lege imperator fuisse sancitum, quòd cautiones inter patrem & filium præstari non possint: cùm tamen eam textus apertè reddat; vnà cum culpa & dolo patris, cur hæreditate illa, emolumentoque ex ea, priuetur in pœnam iustam. Ego dicerem, cum communi sententia, legem imperator, vim habere post ius illud Codicis: cæterùm ea ratione, quòd ius illud Codicis admittit quidem cautionem inter patrem & filium familias circa fideicommissum; attamen in duobus tantùm euentibus, qui in eo. §. exprimuntur, de quorum numero non est euentus legis imperator: quarè non est cur dicamus, legem imperator eo iure Codicis esse correctam.

Molina vbi supra n. 12. ait, maximam etiam esse cõtrouersiam inter doctores, num, vt pœna ac decisio legis imperator, locum habeat, opus sit, patrem dissipare dolo bona fideicõmissi: ian verò satis sit, culpa ac negligẽtia illius illa notabiliter lædi, vt priuetur fideicõmisso. Et quanuis Molina cum multis contendat, satis esse culpam sinè dolo; mihi tamen contrarium, cum alijs, probatur in euentu legis imperator, in quo in pœnam priuatur pater non tantum administratione, sed etiam commodo toto hæreditatis, quod ad ipsum ante tempus restitutioni præfinitum attinebat, vt ex ipsa lege cõstat. Cùm enim leges pœnales restringendæ sint, neque extendende ad id, quod non sonant; & lex illa perspicue eam pœnam patri infligat propter dissipationem bonorum fideicommissi fraudulentam ac dolosam, vt patet ex illis verbis eius legis; *cæmulta in fraudem fideicommissi fieri probarentur*. Et rursus; *ideò damnum conditionis propter fraudem inflixit*; sanè, vt ea tanta pœna locum habeat, fraus vera est necessaria, dolusque verus: alioquin so- B lùm consuletur filio, priuando patrem administratione, atque ex fructibus resarciendo damna fidicommissi, reliquumque fructuum reddendo patri, ad quem spectat, interim dum tempus restitutionis talis fideicommissi non aduenit.

Bart. & alij, vt Molina vbi supra num. 14. refert, censuere, quando dissipatio fideicommissi fraudulẽta est talis, quòd post eà facilè subueniri potest filio familias, repararique potest facilè damnũ, vt si pater alienet bona immobilia fideicõmissi, quæ posteà filius poterit vendica- C re, locum non habere dispositioni legis imperator: secus autem quando facilè reparari non potest, vt si destruat immobilia, aut alienet mobilia. Paulus verò Castrensis, & alij, quod dictum est de alienatione immobiliũ, limitant, nisi alienatio fiat potentibus, à quibus difficilè posteà extrahentur. Molina verò arbitratur, legem imperator habere locũ, etiam in alienatione immobilium facta quibuscunque: quoniam non est modicum detrimentum, quod posteà filius subiturus est in litibus, quando ea bona voluerit vendicare: & quoniam deficere D poterunt probationes. Ego sanè dicerem, quando arbitrio prudentis, spectatis omnibus circunstantijs, nõ esset magnum filij detrimentum, quoniam res facilè, & sinè sumptibus, possent recuperari, sufficere quidem eam dissipationẽ, vt pater remoueretur ab administratione, continuoque ea bona possent, ac deberent, recuperari; non tamen, vt pater priuaretur fructibus fideicommissi; insumendo tamen ex illis quantum esset satis, vt recuperaretur, & repararetur integrum fideicommissum, & eatenus solùm admitterem Bartoli & aliorum opinionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obseruant doctores, quos Molina cap. 16. citato à num. 17. refert ac sequitur, non quancunque dilapidationem bonorum fideicommissi, esse satis, vt pater eo priuetur, sed necessariam esse magnam arbitrio prudētis, quantitateq; fideicommissi spectata; id quod satis significant verba illa legis imperator; *ac multa in fraudem fideicommissi fieri probarentur*: quarè, si fideicommissum plurimis rebus constet, non satis ad id est vnius tantum rei dissipatio, sed plurium requiritur, aut vnius, quæ multis valore æquipolleat. Sufficeret tamen non tanta dissipatio, vt pater à iudice, filio id petente, admoneretur ac præciperetur, ne vlteriùs in dissipatione pro grederetur, alioquin priuandum esse eo fideicommisso: eo verò vlteriùs in illa progrediente, esse tunc illo priuandum, vt Molina, & alij, affirmant. Dicerem, saltem remouendum esse ab administratione, postulante id filio, si damnum adhuc non esset multum, ex fructibusque id damnum esse reparandam, & reliquum fructuum patri esse reddendum, interim dum tempus nō adueniret illud restituendi.

Molina vbi supra nume. 26. refert Baldum, & post eum Alexandrum, intellexisse legem imperator, vt decisio illius, quòd scilicet pater propter nimiam fraudulentam dissipationem priuari omnino debeat fideicommisso, & fructibus illius, solùm habeat locum, quando dilatio restitutionis illius apposita fuit in bonum & fauorem filij: quando verò apposita fuit in bonum & fauorem patris, vt pater eo tempore fideicommisso perfrueretur, locum non habere eam legem, sed priuandum esse tunc patrem sola administratione eorum bonorum, fructusq; vsque ad tempus restitutionis, esse illi reddendos. Meritò autem contrarium affirmat, sufficiéterq; ibi probat Molina. Etenim fideicommissum, de quo sermo est lege imperator, manifestè in bonum patris fuit sub nomine hæreditatis illi relictum vsque ad tempus restitutionis; quod significant verba illa; *damnum conditionis propter fraudem inflixit*: semperque præsumitur, in bonum heredis relinqui vsque ad tempus restitutionis, nisi contrarium aliunde constet. Id quidem Baldo & Alexandro libenter darem, quod dicunt fuisse faciendum, nisi in pœnam patri id in ea lege statuisset Adrian' Imperator: secluſa enim pœna, quod dicunt, esset sanè faciendum ac statuendum: lex quippe illa pœnalis est ea in parte.

Quærit Molina à nu. 29. num lex imperator locum etiam habeat in hærede grauato restituere hæreditatam ei, qui filiusfamilias ipsius non sit, sed emancipatus, aut alius consanguineus, vel extraneus. Et aduersus Bartol. & multos alios, quos citat, arbitratur locum habere. Consequenter verò toto eo capite affirmat, eandem legem imperator locum similiter habere, in quocunque maioratus possessore, siue maioratus per mortem illius deuenire debeat ad filium ipsius familias, siue ad emancipatum, siue ad alium consanguineum, vel extraneum, argumento sumpto à fideicommisso ad maioratum.

Ego verò arbitror, legem illam locum non habere, nisi in solo fideicommisso filiofamilias à patre restituendo, vt Bart. & plerique alij affirmant: in nulloque maioratu locum habere: sed in alijs fideicommissis, si hæres grauatus dissipet bona fideicommissi, remoueri posse ab administratione, & ex fructibus resarciendum esse, si quid deterius in eo fideicommisso reddidit, ex eisdemque fructibus esse faciendos sumptus necessarios ad vendicanda bona inde ab eo alienata: atque incrementum fructuum, ei esse reddendum vsque ad tempus restitutionis talis fideicommissi. Atque idem dicendum arbitror de quocunque possessore maioratus, remoueri videlicet eū posse ab administratione, si bona maioratus dissipet, aut alienet, & ex fructib' instaurāda esse, quę deteriora reddita sunt, & vendicanda esse bona inde alienata, atque, quod superfuerit ex reditibus, per solutis labore & industria administratoris reddendū esse tali possessori maioratus, interim dum vixerit, neque priuari posse eo emolumento. Ducor. Non solum, quia lex illa id peculialiter statuit in patre grauato, eò quòd satisdare non posset filio familias, vt perspicue in ea lege habetur, & quoniam tandem bona patris deriuanda essent in filium, filiusque alimenta ei præbere teneretur, etiam de alijs suis bonis, si reditus fideicommissi non sufficerent; paterque eis indigeret: sed etiam potissimum ducor, quoniam lex illa pœnalis est, quoad eam priuationem omnimodam emolumenti illius ex ea hæreditate, vt ex se est notissimum, & ex ipsamet lege constat, verbis illis; *damnum conditionis propter fraudem inflixit*; id est, ea pœna Imperator Adrianus eum puniuit: leges autem pœnales extendi non debent, etiam ex paritate, aut maioritate rationis, ad alium casum, pro quo ea pœna non est expressè statuta. Porrò maioratus, licèt quando titulo hæredis, legati, aut prælegati, est institutus, rationem habeat fideicommissi familiæ relicti; in multis tamen ab eo distat, vt disput. 577. ac alibi, explanatum est: quando verò aliter est institutus, neque illo modo habet rationem fideicommissi, sed rei donatæ sub modo: quo fit, vt lex illa pœnalis ad maioratus, qui fideicommissa non sunt, extendi uulla ratione possit; sed neque ad maioratus, qui licèt sint fideicōmissa, non tamē sunt fideicōmissa patri relicta, vt ad filium suum familias morte illius deueniant: quarè, cùm maioratus omnes eodem iure hac in parte censeri debeant; consequens profectò est, vt in nullo maioratu haberet locum decisio legis imperator. Adde, maioratum titulo hæredis legati, aut prelegati, institutum, licèt fideicommissi familiæ relicti rationem aliquo modo habeat, ac proinde ea ratione dici posse videretur in eo habere locum legem imperator, quando à patre in filium ipsius familias deriuari deberet; multum tamen ab eo fideicommisso, à fideicommissoque simpliciter, distare, ac proinde neque ad eum solum extendi posse pœnam legis imperator.

3 *Emphyteusis quæ, ob delictum emphyteutæ nō confiscetur, & quando commoditas ad fiscum pertineat.*

4 *Feudum quod, ob delictum feudatarij non confiscetur, & quis in eo succedat, quando foret confiscandum.*

5 *Fisco non deuoluitur bonum ob delictum illud possidentis, quando in alienum vtilitatem prohibitum tacitè, aut expressè, illi fuerat illud alienare.*

6 *Maioratus, aut vsusfructus, sola commoditas transit ad fiscum toto tempore, quo possessor maioratus, aut vsufructuarius vixerit, quando ob illius delictum bona omnia confiscantur. Et transit, etiam si instituter disposuerit, vt ad fiscum non transiret, sed permaneret apud possessorem maioratus, aut vsusfructus.*

7 *Maioratus commoditas ad fiscum non spectat commisso à possessore delicto, ob quod omnia eius bona confiscantur, quando institutor disposuit, vt à puncto commissi talis delicti amitteret maioratum, & transiret ad alium.*

C *Maioratus ex bonis patrimonialibus, num ex delicto possessoris, qui institutor illius non est, confiscari valeat. Disp. 656.*

D VPEREST dicamus de extinctione maioratus ob cōfiscationem ex delicto. Ne verò res hæc longitudine tædium pariat, in aliquot disputationes erit secanda. Atque primò dicendum erit de maioratu ex bonis patrimonialibus eum instituentis creato, & de confiscatione ob delictum legitimi possessoris, qui institutor illius non sit. Secundò, vtrum saltem propetr atrocissima & fœdissima delicta, læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, atque Sodomiæ, talis possessoris, confiscari is maioratus possit. Tertiò, vtrum propter delictum læsæ maiestatis humanæ, aut diuinæ, eiusdem possessoris, excludan-

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *ex bonis patrimonialibus institutus, confiscari regulariter non potest ob delictum possessoris illius, qui institutor eiusdem non fuit: sed cōmoditas pertinebit ad fiscum dum ille vixerit. Idem de alijs, quæ non iure hæreditario, sed ex pacto & prouidentia deriuari ad aliquos debent.*

2 *Ius patronatus, & iura alia, quæ in hæredem extraneum non transeunt, ad fiscum non pertinent ob delictum ea possidentis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cludantur à successione in illo eius liberi, & succedat vlteriùs ad eum vocatus. Quartò, vtrum propter delictum institutoris, eiusmodi maioratus confiscari possit. Quintò denique, vtrum maioratus de bonis coronæ regni confiscari possit ob delictum possessoris illius,& regnum propter Regis delictum.

1 Quod ad primum attinet, breuiter cum Anto. Gom.l.40. Tauri nu. 91. Gregorio Lopez.l.6.titu.11.part.6.verb.*que la no pudiesse vender*,in princ.Molina libr.4. de primog.cap.11.à nu. 1.& cum plerisque alijs, est dicendum, eum maioratum confiscari non posse propter delictum talis possessoris, exceptis euentibus disputatione sequenti explicandis: tametsi commoditas ex illo,nisi aliud id impediat,ad fiscum pertineat toto tempore, quo vixerit is possessor, ob cuius delictum bona ipsius omnia confiscantur. Ratio fundamentalis primi ac præcipui, quod hoc nostrum assertum continet,nempe maioratum,de quo loquimur, confiscari non posse ob delictum ita eum obtinentis,hęc est. Quoniam is possessor, licèt dominus sit eius maioratus, id tamen dominium habet ex præscripto institutoris, atque solum in tempus,quo vixerit, nisi restrictio alia ab institutore sit apposita,qua in breuius adhuc tempus aliquibus in euentibus illud ei concedat; possea verò transit in vlteriùs ad eum maioratum ab eodem institutore vocatum,& in alios ordine quodam, ex præscripto eiusdemmet institutoris, qui proinde omnes eum maioratum accipiunt, non ab immediato possessore, sed à primo institutore, tanquam rem illius, ipsis in id tempus relictam: quarè singuli ius habent ad ita succedendum in eo maioratu, atque vt ipsorum fiat, eoque perfruantur, vi primæ institutionis,atque ab institutore ipso, & nó à proximo possessore:quia ergo, licèt possessor suo delicto,quo confiscationem suorum omnium bonorũ meretur, sibi possit præiudicare, nó tamen præiudicare potest vocatis vlterius ad eũ maioratũ, in iure, q̃ habent,non ab eo,sed à primo institutore, vt post talem possessorem,succedant in eo maioratu,eumque obtineant; inde euenit, quòd is maioratus confiscari non possit in præiudicium vlteriùs ad eum vocatorum, ob delictum legitimi illius possessoris. Atque idem, propter eandem rationem, est dicendum de quacunque alia re, quam ita possidet is delinquens, vt non pro arbitrio ipsius deriuanda ex ipso sit ad quencunque ipse voluerit, vel ab intestato deriuanda sit ad quoscunque ipsius hæredes, sed ex pacto & prouidẽtia, aut ex iuris dispositione, deuentura sit ad certum aliquem, aut ad aliquem ex certis: neque enim suo delicto præiudicare ijs potest, qui ex eo pacto & prouidentia, iurisve dispositione,ius habent ad eam rẽ post illum ita obtinendam.

Hæc confirmantur. Primò, quoniam 2
iuspatronatus, & alia iura, quæ transire non possunt in hæredem extraneum, transire in fiscum non possunt ex delicto ea possidentis;sed, confiscatis cæteris bonis delinquentis, transeunt ad descendentes ex illo, vt constat ex.l. iura libertorum. ff. de iure patron.& ex.l. eorum.ff. ad legem Iuliam maiest. atque affirmant Bartol. & alij, quos Molina libr. 4. de primog. cap. 11.num.2.refert ac sequitur: ergo maioratus, qui ex præscripto institutoris deuenire debet ordine quodam solùm ad certos ad eum vocatos, in eorum præiudiciũ, non pertinebit ad fiscum ex delicto eum possidentis.

Secundò, quoniam ex eodem fundamento prouenit, quòd emphyteusis, quæ 3
non potest deuenire ad hæredes extraneos emphyteutæ, sed ad certos quosdam, aut ad solos descendentes emphyteutæ, non confiscetur ob delictum emphyteutæ, sed transeat ad eos, ad quos per mortem illius est deriuanda, nisi ex eodem delicto incapaces sint illius, solaque commoditas ex illa, pertinet ad fiscum, interim dum talis delinquens, cuius bona confiscantur, viuit,vt hæc omnia disput.481. cum Bartol. & cum communi doctorum sententia, quam Iul.Clarus.4.libr. senten.§.emphyteusis quæst. 29. & Molina cap. 11.citato. nu.4.referunt ac sequuntur,est ostensum: eadem verò est ratio, imò longè maior, vt maioratus, qui ex præscripto institutoris ad certos solos ordine quodam deuenire debet, non confiscetur ob delictum legitimi illius possessoris.

Idem confirmat,quòd,propter eandem 4
rationem, feudum, si antiquum sit,& tale, vt deuenire non possit ad extraneos, ob delictũ vassalli, ob quod cõfiscantur bona illius,non cõfiscatur:& licèt,quia feudum cõparatione proprietarij habet se sicut maioratus de bonis coronæ regni deriuatus, descendentes, ita delinquentis, succedere non possint in illo,sed transeat ad vlteriores agnatos talis delinquentis, qui descendentes sint primi, cui tale feudum fuit concessum, & à quo fuit deriuatum; quòd si nulli tales sint, extinguatur, redeatve ad proprietarium;idemque eueniat, si feudum sit nouum, concessum ipsimet delinquenti, sibi, & suis descendentibus; quia extinguitur & consolidatur cum proprietate; non tamen confiscatur, si fiscus sit alterius domini; neque, si fiscus sit eius domini, cuius est proprietas talis feudi, & consolidatio cum proprietate, in euentibus explicatis, est proprie confiscatio, vt hęc omnia cum alijs, quos refert, affirmat Iul.Clarus libr.4.senten.§. feudum qu̇est. 84. iuncta quæst.66.consentitque Molina vbi supra nu.3. ac cõcinit.c. 1.§.si vasallus culpam, si de feud. defunct. content. sit, &c.

5 Tertiò, quoniam bonum delinquentis, quod non in ipsius tantùm vtilitatem, sed in aliorum, prohibitus est alienare ab eo, à quo ad ipsum deuenit, propter delictum legitimè illud possidentis,non potest confiscari; quoniam confiscatio alienatio quędã est,vt cum Bart.affirmãt Couar.reg.possessor.part.3.§.1. num.6.in prin.Iul.Clar. quæst.66.&.84. citatis, & communis sententia, quam Molina vbi supra num.5. copiosè refert ac sequitur: cùm ergo possidens legitimè bona maioratus, prohibitus sit, in ipsiusmet maioratus institutoris, & in aliorum vtilitatem, ea alienare; consequens est,vt propter delictum maioratum possidentis, bona maioratus cõfiscari non possint.

Quartò, quoniam etiam bona tacitè prohibita alienari, qualia sunt bona fideicommissi,restitutionive subiecta, non pertinent ad fiscum ob delictum grauati ea restituere,sed transeunt ad fideicommissarium,vt patet.l.ex facto.§.ex pacto,in fine. ff.ad Trebel.l. Statius Florus. §. Cornelio Felici.ff. de iur.fis.&.l.cum pater.§. hæreditatem. ff. de leg. 2. & affirmat communis doctorum sententia, quam Molina vbi supra nu.6. refert ac sequitur: ergo multò minus bona vinculo maioratus alligata,spectabunt ad fiscum ob delictum legitimi possessoris.

Quintò,quoniam, vt habetur. l. 3.ff.de interd. & releg. qui delictum committit, ob quod bona eius confiscantur, solum amittit fisco bona sua propria libera, non verò ea, quæ à genere, maioribusve, habet,generi restituenda, consentit.l.emancipatũ. §. vlt. ff. de senatorib. ergo maioratus,ob delictũ eum possidentis, nõ amittitur fisco, sed transit ad vlteriùs ab institutore ad eum vocatos.

Hæc confirmantur ex iure Lusitano lib. 5.ord.titu.3.§. 15.vbi, consentaneè ad ius commune, sancitum est, confiscatis bonis possessoris maioratus instituti de bonis patrimonialibus, ob crimen læsę maiestatis, non confiscari eiusmodi maioratum, sed transire ad vlteriùs ad eum maioratum vocatum, modò incapax illius ob crimen patris non reddatur, vt in calce disput. 582. relatum à nobis est. Consentiunt, quæ ex eodem titulo tertio. §. 12. 14. &. 17. disp.481.relata etiam à nobis sunt.

Quanuis maioratus ob tale delictum le- 6
gitimè eum possidentis, ob quod bona omnia illius confiscantur, ad fiscum non transeat; commoditas tamen, fructusve omnes,& emolumenta,ex eo maioratu,interim dũ illevixerit,nisi sit aliquid,quodid impediat, ad fiscum pertinent, nomine & loco talis delinquentis,tanquam bona eius delinquentis, toro tempore, quo vixerit, ad quæ ius habebat tempore delicti ratione dominij tunc in eo maioratu. l. Statius Florus.§. Cornelio Felici.ff.de iure fis.lib. 5.Lusit.ord.tit.3.§. 15.multisque id confirmat Anton. Gom.nume. 91. citato, & consentit Gama decis.352.in fine.Molina libr.4.de primog. cap. 11.num.11.iuxta eaque libr.1.cap. 20. tradiderat.vbi,si bona fideicommissi, aut bona maioratus, tacitè solùm prohibita sint alienari, institutione ipsa fideicommissi, aut maioratus, tunc, non solùm transire in fiscum commoditatem fideicõmissi, aut maioratus,sed etiam verum vsumfructum: si verò etiam expressè prohibita sit alienatio bonorum fideicommissi,aut maioratus,transire solùm in fiscum commoditatem fideicommissi, aut maioratus,interim dum delinquens vixerit, non verò vsumfructum. Nos verò contrarium satis perspicuè, in fallimur,ostendimus disput. 470. iuncta disput. 461. Nempe, siue prohibitio sit solum tacita, siue sit etiam expressa, modò tamen aliud non addatur, transire solum commoditatẽ vsusfructus,aut maioratus,in fiscum,nó verò vsũfructũ verũ:quia id esset vera alienatio bonorũ fideicõmissi, aut maioratus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod cum prohibitione, siue expressa, siue A
citata, alienationis fideicommissi, aut maioratus, pugnat. Lege quæ ibi copiosè dicta sunt. Quanuis autem doctores aliquando dicant, vsumfructum pertinere ad fiscum; sumunt tamen vsumfructum latè & impropriè, pro sola commoditate, quæ tanta percipitur, quanta fisco competeret, si verus vsusfructus ad eum toto eo tempore pertineret. Lex verò Statius Florus §. Cornelio Filici. ff. de iure fis. nihil contra hanc nostram sententiam docet. Ibi enim solùm statuitur, quòd si hæres grauatus deportetur, & amittat fisco bona sua, B
non statim fideicommissum est tradèdum fideicommissario, sed pertinet ad fiscum (intellige quoad commoditatem) toto tempore, quo hæres grauatus vixerit, nondumque tempus restitutionis aduenerit: præsertim cum ibi sermo esset de matre grauata restituere hæreditatem filio, euenireque posset, vt filius ante matrem finè liberis moreretur, vt ibi dicitur, quo dato, expiraret fideicommissum illud; cum is filius ad nullum alium, quàm ad matrem, transmittere ius illius fideicommissi posset. Lege quę disp. 189. dicta sunt. Rectè C
Molina. cap. 11. citato. n. 13. obseruat, estò institutor maioratus præciperet, vt neque ad momentum commoditas ex maioratu, delicto commisso per possessorem illius, pertineret ad fiscum interim dum ille viueret, sed attineret ad eum delinquentem, pertinere nihilominùs ad fiscum: quoniam id in fauorem delinquẽtis esset statutum, & in fraudem fisci, finè vllo emolumento maioratus ipsius in se, aut vlteriùs ad eum vocatorum, ad quod non se non extendit D
facultas instituentis maioratum. l. filiusfamilias. §. Diui Seuerus. 2. ff. de leg. 1. Neq; repugnat. l. Imperator. ff. de fideicommiss. libert. vbi habetur, quòd si testator legauit alicui certos seruos, ea lege ac conditione, vt nulli alij seruiant, si legatarij bona ob delictum confiscentur, non debere seruos illos confiscari dum viuit talis legatarius, sed debere statim manumitti. Non, inquam, ea lex repugnat: quoniam eo ipso, quòd manerent mancipia eo tempore, vt alicui alteri in fisci commodum seruirent, contraueniretur legi illi ac conditioni in ipsorum seruorum, & non in legatarij, commodum, cui fiscus succedit, appositę: eaque peculiari ratione, ex prescripto testatoris, neque in tempus vitæ delinquentis succedit in eis fiscus.

Molina. c. 11. citato. n. 16. referens etiam se ad ea, quæ dixit lib. 2. cap. 12. n. vlt. ait, si institutor maioratus dicat, quòd eo ipso, quòd maioratus possessor tractauerit, aut statuerit, de tali delicto committendo, ob quod confiscari debeant eius bona, amittat maioratum, & transeat ad sequentem ad eum vocatum, qui capax sit illius, cum tota commoditate, tunc commoditatem ex eo maioratu, neque dum delinquens vixerit, pertinere ad fiscum, sed ad sequentem ad eum vocatum: quoniam id non est statutum in fraudem fisci, sed in bonum suæ familiæ & maioratus: & quoniam de bonis ipsius disponere potuit institutor maioratus eo modo, pro suo libito. Addit, contrarium esse dicendum, si dicat, quòd à puncto commissi iam delicti, transeat eo ipso maioratus, & commoditas tota ex illa, ad vlterius ad eum vocatum: quoniam, inquit, ius semel ex delicto fisco acquisitum ad commoditatem illã toto tempore, quo delinquens vixerit, non potest per eam dispositionem auferri à fisco. Ego verò existimo, etiam in hoc euentu, commoditatem ex eo maioratu, dum delinquens vixerit, non pertinere ad fiscum, sed ad vlteriùs ad eum maiotatum vocatum. Ratio autem est, quoniam instituter in suum cõmodum, & in commodum suę familiæ, vocatorumq; vlteriùs ad eum maioratũ, instituere illũ potuit de suis bonis illo modo, statuendo, vt statim à commisso delicto, maioratus, & in consequentiam illius, tota ex illo commoditas, transirent ad vlteriùs ad eum maioratum vocatum: &, cùm ea dispositio facta sit ante commissum delictum, & per consequens ante vllum ius ad eam commoditatem ex eo delicto fisco quæsitum, tametsi facta sit in tempus, quo delictum committetur, atq; exhypothesi, si committetur, & in tempus, quo ex eo delicto ius ad eam commoditatem fisco acquireretur, nisi id præueniretur ac impediretur ea iusta ac rationabili dispositione, certè valida atque æqua est ea dispositio, estq; absque vlla fraude in fiscum: eò quod disponens eo modo, suo iure vtatur, ita de suis bonis disponendo, neque in longius tempus, quam vsque ad punctum commissi delicti, maioratum, & commoditatem ex illo, ita delinquenti concedendo. Atque propter eiusmodi dispositiones diximus supra commoditatem

eatem ex maioratu pertinere ad fiscum in- A
terim dum durat vita eius, qui illum obtinebat, & cuius bona ob delictum confiscãtur, nisi sit aliquid, quod impediat, eum ad fiscum eo tempore spectare.

SVMMARIVM.

PROPONVNTVR *argumenta partis affirmantis.*

2 *Maioratus ex bonis patrimonialibus facultate regia institutus, cõfiscatur in hoc regno ex delictis læsæ maiestatis diuinæ, humanæ, et ex Sodomia possessoris, quando facultas conceditur cum clausula, vt ex eis criminibus possint confiscari: secus quando sinè ea clausula conceditur. Neque institutor apponere potest clausulam, quæ eam confiscationem impediat. In Lusitania verò non confiscantur.* B

3 *Maioratus absque regia facultate de bonis patrimonialibus legitimè institutus, ex nullo omnino crimine possessoris illius confiscatur.*

4 *Maioratus eiusmodi quando in rarissimo cuetu confiscari possent ex grauissimo delicto, postulante id omnino bono publico, factumq; fuerit in hoc regno.*

5 *Maioratuum eiusmodi domus ob crimen grauissimum læsæ maiestatis possessoris destrui non debent, nisi forte compensatione maioratui aliunde facta.* C

6 *Argumentis satisfit.*

Vtrum propter grauia delicta læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, vel ob crimen Sodomiæ, possessoris, confiscari possit maioratus de bonis patrimonialibus ab alio institutus.

Disp. 657.

Ar. prim. PARS affirmans, D
suaderi potest. Primò, quoniam propter crimen læsę maiestatis diuinæ, aut humanæ, confiscantur omnia bona ipso iure, quæ in dominio sunt committentis tale crimen, vt dip. 95. ostensum est: bonorum autem maioratus, est legitimus dominus talis maioratus possessor: ergo, si crimen læsę maiestatis diuinę, aut humanę, committat, confiscabuntur bona eius maioratus.

Secundò, quoniam leges regiæ, quæ cõ- *Secũdum.*
cedunt imponere vincula & grauamina tertio & quinto, eaque bona vinculo alligare maioratus, & quæ vniuersim concedunt vinculo maioratus subijcere bona, in quibus, neque ascendentibus, neque descendentibus, debetur legitima, non censentur concedere, vt institutores eiusmodi maioratuum possint eo ipso bona illa perpetuò eximere ac liberare à confiscationis periculo ob delicta eorum, ad quos deuenerint; neq; in generica illa earum legum permissione censetur concessum, quod ob eiusmodi, & alia crimina, ea bona cõfiscari nequeant: præsertim cùm principes nunquam, aut rarò, id concedere soleant: eò quòd id esset habenas laxare ad eiusmodi grauissima crimina in reipublicę perniciem committenda, esset́ue remittere ius confiscandi, quod inter regalia iura computatur; neque in generali permissione rei alterius, qualis est maioratus institutio, id cẽseatur concessum, de quo si interrogaretur princeps, neganter responderet, si in ipsius potestate sit id denegare, aut concedere.

Tertiò, quoniam contra leges est, bona *Tertium.*
incidentium in crimen læsæ maiestatis diuinę, aut humanæ, fisco non addisci: ergo maioratus institutor suo præcepto, eaque maioratus institutione, id efficere non poterit; quandoquidem nemo efficere potest, vt leges in suo testamento locum non habeant. l. nemo potest. ff. de leg. 1. Imò, si id fieri posse concederetur, facilè possent homines ita de suis rebus disponere, vt in fiscum deuenire non possent, eaq́ue ratione criminum pœnas eludere: quod esset valde absurdum: præsertim cùm non infima condemnationis pars, propter quam homines multum à criminum patratione retrahuntur, sit bonorum confiscatio.

Quartò, princeps cõcedere potest facul- *Quartum*
tatem, vt bona, vinculo maioratus alligata, iustis de causis alienentur, siue tales maioratus ex regia facultate, siue finè illa, instituti sint, vt supra ostensum est: ergo longè maiori cum ratione poterit illa confiscare ob grauissima delicta, quę sunt aduersus suam regiam coronam, in perniciemque publicam.

Quintò, quoniam feuda ob crimen læsæ *Quintum*
maiestatis humanæ confiscantur, etiam in agnatorum præiudicium, vt habetur capite. 1. §. denique, quæ fuit prima causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficij amittendi; licèt quando crimina sunt leuiora, ob quæ feudum amittitur, si feudum sit paternum, excludantur quidem ab eo, etiam descendentes eius, qui id delictum commisit, nó verò agnati alij illius, qui descendentes sunt ex primo, cui feudum sibi, & suis descendentibus fuit concessum, vt habetur cap. 1. §. si vassallus culpam, si de feudo defuncti contentio. &c. & disputatione præcedente dictum est: ergo eodem modo propter crimen læsæ maiestatis diuinę, aut humanę, cõfiscabitur maioratus, etiam sinè regia facultate mstitutus.

Sextum. Sextò, à regno ad alios maioratus, validum est argumentum: sed regnum propter crimen hæresis confiscatur, expelluntur q; ab eo, tam qui id crimen commisit, quàm successores illius, vt ex parte in calce disp. 620. dictum est: ergo longè maiori cum ratione, confiscabuntur alij maioratus ob crimen læsę maiestatis diuinę, aut humanæ.

Septimum Septimò, iura libertorum, quæ ad extraneos transire non possunt, ex crimine lęsæ maiestatis, in primo gradu eius criminis contra personam ipsam principis, aut regnum, confiscantur: est enim speciale, vt propter immanitatem, perniciemque tantam reipublicę ex eo crimine, etiam id genus bonorum delinquentis, quod ex genere delinquenti prouenit, deriuandum in descendentes, solosque eos, qui ex eo sunt genere, confiscetur, eoque descendentes ac familia priuentur, vt habetur l. 1. in fin. C. de bonis libert. Ex quo textu Baldus, Cynus, & Alberic. limitant cętera iura dicentia, iura libertorum, & cætera omnia, quę transire non possunt ad heredes extraneos, non posse transire ad fiscum, vt locum non habeant in crimine lęsę maiestatis in eo gradu: quo fit, vt propter crimen lęsæ maiestatis humanę, aut etiam diuinæ, commissum à possessore maioratus, confiscari bona maioratus possint ac debeant.

Simancas de Catholicis institutionibus titu. 9. à num. 258. hanc partem affirmantem veram esse asseuerat, etiam quando maioratus legis, priuataque institutoris autoritate, absque vlla Regis peculari facultate, fuit legitimè iustitutus, ductus ferè argumentis propositis.

2 Est tamen distinguendum. Quoniam, si eiusmodi maioratus de bonis patrimonialibus institutus sit ex regia facultate, tunc, cùm eiusmodi facultas in hoc Castellæ regno concedi non soleat, nisi apposita clausula, vt confiscari non possint, nisi ex crimine læsę maiestatis diuinę, aut humanę, vel ex crimine Sodomiæ, vt disput. 582. dictum est, vtique, si ea clausula in facultate sit apposita, & maioratus ex ea facultate sit institutus, confiscari ex quolibet ex his criminibus, à maioratus possessore commisso, optimè poterit, vt disputatione citata dictum est. Ratio autem est, quoniam princeps non aliter eam facultatem concedit, quàm sub illo onere: eaque de causa, qui ex tali facultate maioratum constituit, sub illo onere reipublicę, ac principis fisco vtili, eum censetur constituere, ac proinde, si aliquis ex successoribus in aliquo ex illis tribus criminibus incidat, confiscatur maioratus, eoque proinde priuantur cæteri ad eum vocati. Disputatione autem citata explanatum est, si facultas illa principis necessaria non erat ad eum maioratum instituendum, aut si necessaria erat quo ad aliquid & non quoad alia, quando maioratus sit censendus institutus ex ea facultate, & quãdo nó sit cẽsendus ex illa institutus, aut quo vsq; ex ea sit cẽsendus institutus, & quo vsque non, ad effectũ, vt ex illis criminibus confiscari possit, aut non possit. Item eadem disputatione dictum est, in Lusitania id non apponi in facultatibus ad maioratus instituendos, neque proinde ex eo capite locum in eo regno esse confiscationi ex illis tribus criminibus.

Obstruat verò optimè Molina libr. 4. de primog. c. 11. n. 63. quando maioratus institutus esset ex regia facultate, in qua ea clausula esset apposita, maioratus institutorem, nihil posse apponere validè in institutione, quo impedire possit confiscationem eiusmodi maioratus in euentu, quòd aliquis possessorum illius in aliquo illorũ trium criminum incideret, etiam si apponat clausulam, quòd eo ipso, quòd maioratus possessor cogitauerit, vel tractauerit, de eo crimine patrando, amittat maioratum tunc, aut in hora antecedente, & transeat eo ipso in vlteriùs ad eum vocatũ. Quoniam ea omnia essent apposita in fraudem legis ac conditionis, sub qua concessa esset ea facultas, essentque proinde nulla, semperque lex, sub qua facultas est concessa, & cum qua maioratus eo ipso censetur institutus, est implenda.

Quando in facultate regia ad maioratum instituendum, apposita non esset ea clausula,

la, vt ex quouis ex tribus criminibus enumeratis confiscari valeat, tunc vtique (iuxta ea quæ dicemus de maioratibus non ex regia facultate legitimè institutis) est dicendum cum Molina vbi supra. n. 65. confiscari non posse. Ratio autem est. Tum quoniã eiusmodi facultates, licèt frequentius concedi soleant apposita ea clausula, interdũ tamẽ sinè ea clausula conceduntur: quãdo autẽ aliquid vno, & altero modo, concedi solet, non est supplendum ac censendum appositum, quod frequentiùs apponi solet: sicut quando semper id apponi fuit cõsuetum, est supplendum ac censendum appositum. Tum etiam, quoniam ex ipsamet rei natura, atque ex iuris dispositione, maioratus non confiscantur ex illis criminibus: quod autem omittitur accommodatè ad ipsam rei naturam, & ad iuris dispositionem, non est supplendum ac censendum appositum, sed solum id, quod, consentanee ad ius commune, apponi est consuetum.

Quia ergo eiusmodi maioratus ex facultate regia instituti, non instituuntur de bonis principis, coronæve regni, sed de bonis patrimonialibus eos instituentis: atque ex natura rei, & ex dispositione iuris, locũ in eis non habet confiscatio ex illis tribus criminibus possessoris illius: eaque ratione, si omittatur clausula in facultate ad eos instituendum, quòd confiscari possint ex quocunque illorum trium criminum, locũ non habet ex eis criminibus confiscatio, vt proximè dictum est; rectè Molina vbi supra. n. 69. infert, si apponatur clausula in ea facultate, quòd ex nullo illorum criminũ confiscari valeant, vt interdum apponitur, validam esse eam clausulam, neque esse contra bonos mores: præsertim cùm non in fauorem delinquentis, sed institutoris, vlteriúsque ad eum maioratum vocatorum, fauorem, ea clausula apponatur.

Quando non constat, vtrum maioratus ex regia facultate fuerit institutus, an non, Simancas vbi supra in postrema editione. n. 275. arbitratus est, censendum esse ex regia facultate fuisse institutum, in eaque facultate appositam fuisse eam clausulam, q̃ confiscari ex aliquo ex tribus criminibus commemoratis possit. Meritò tamen Molina vbi supra. n. 7. potiùs censendum affirmat, non fuisse ex regia facultate institutũ, nec proinde posse ex eis criminibus confiscari. Res quippe potiùs ex iure communi cẽsenda est instituta, quàm ex priuilegio & ex facultate principis, quando aliud aliunde non constat. Hæc de maioratibus ex regia facultate institutis.

3 Si verò maioratus de bonis patrimonialibus absque facultate regia sit legitimè institutus, dicendum est. Neque ex crimine Sodomiæ, neque ex crimine lęsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, possessoris legitimi illius, posse confiscari, vt de eiusmodi maioratibus ex criminibus in genere, ex quibus bona ea committentis confiscantur, disputatione precedente dictum, comprobatumque est. Ita communis doctorũ sententia, qua referunt ac sequũtur Greg. Lopez. l. 6. titu. 11. part. 6. verb. *que no la pudiesse vender*, in prin. & l. 2. titu. 7. partit. 7. verb. *manda que le fueren hechas*, Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 91. & Molina. c. 11. citato. n. 31. & 34. Eam verò sufficienter probant rationes, quibus disputatione præcedente comprobauimus in genere, ob delicta, ob quæ bona omnia possessoris maioratus cõfiscantur, non confiscari eiusmodi maioratus: neque est cur, spectata sola natura rei, & dispositione iuris, tria illa delicta enormia, ac reipublicæ perniciocisima, excipiantur, cùm in iure non reperiãtur excepta. Ac sanè concedi interdum ac frequenter in hoc Castellę regno facultatem ad cõdendos maioratus de bonis patrimonialibus in cuentibus à iure alioquin non permissis, apposita clausula in ea facultate, quòd nihilominùs confiscari tales maioratus possint ob quoduis illorũ triũ criminũ, manifestè indicat, secluſa ea clausula, & acceptatione illius tacita, vel expressa, ab institutore maioratus, locum non habere cõfiscationem in maioratibus de bonis patrimonialibus, sicut ex alijs criminibus, sic ex illis tribus. Atque id apertè probat. l. eorũ ff. ad. l. Iul. mailt. quæ ob crimen lęsę maiestatis habet non confiscari iura libertorum: & multò apertiùs. l. iura libertorum. ff. de iure patron. quæ ob perduellionis crimen, hoc est, lęsæ maiestatis in primo gradu, non confiscari ea iura affirmat: sic enim habet; *Iura libertorum liberis, cùm pater eorum erat perduellionis damnatus, salua esse, Diui Verus & Antoninus benignissimè rescripserunt: sicut alia causa punitorum, liberis iura libertorum salua sunt.* Nisi fortè dicas, id peculiariter de iuribus libertorum sancitum ex benignitate esse, vt iuribus citatis satis apertè habetur: liberosq; (præsertim primi gradus) alioquin ob crimen parentum lęsę maiestatis primi gradus, vt incapaces sunt omnis successionis, vt disputatione se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quente dicetur, ita, fecit sa ea benigna iuris dispositione circa iura libertorum, incapaces essent succedendi in eis iuribus. Eandé sententiam confirmat Molina vbi supra. n. 33. ex l. 3. titu. 2. part. 7. vbi de eo, de quo post mortem probatur, criminis perduellionis fuisse reum, habetur y *si su heredero no le pudiere defender, ni seluar con derecho, deue el Rey juzgar el mueriopor infamedo de traicion, y mandar tomar a el heredero todos los bienes, que uno de parte del traidor*, quasi quę ex genere, aut ex alterius institutione, ad eum peruenerunt, neque ob crimen perduellionis, ad fiscum pertineant. Eadem sententia longè apertiùs, accommodatè ad naturam ipsam rei, & ad dispositiones iuris communis, definita, sanctaque est, lib. 5. Lusitanarum ord. titu. 3. §. 15. verbis in calce disp. 582. à nobis relatis, vbi expressè habetur, maiora tum de bonis patrimonialibus ab alio antecessore institutũ, non pertinere ad fiscum ob crimen læsæ maiestatis primi gradus, commissum à legitimo illius possessore, neque item alia similia bona, quæ deriuari ex illo ad quoscunque extraneos non possint.

4 Quando multum interesset reipublicæ, maioratus ex bonis patrimonialibus institutos dissolui, ac cõfiscari, ob crimen læsę maiestatis humanæ, aut etiam diuinæ, possessorum illorum, quia non facilè subueniri posset reipublicæ bono, & obuiari eius dissolutioni ac perditioni, nisi tantum pœnam statuendo, aut etiam infligendo, in euentu aliquo particulari, tunc vtique, sicut Rex, si pernicioſus esset Ecclesię, aut suæ reipublicę, ob hæresim, aut ob aliud delictum, neque successor legitimus in regno posset obuiare tanto malo, posset Summus Pontifex donare id regnum alicui extraneo, qui pernicioſum illum Ecclesię, ab illo deijceret, nihil impediente damno, quod per accidens sequitur successori, etiã innocenti, vt in calce disp. 620. in responsione ad primum argumentum dictum est: ita quãdo non aliter subueniri posset malo publico ac vastationi reipublicæ, posset princeps punire possessores maioratuum, qui crimen læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, patrarent, vnde tantum malum immineret, priuatione omnimoda maioratuũ, eaque fisco applicare, puniendo ita per accidens vlteriùs ad eos vocates, in possessoribus ipsis eorum maioratuum, & per se possessores ipsos, tam in ipsismet, quam in filijs, & in reliquis eorum successoribus. Sic

A Carolus quintus ob insolentias tempore communitatum, & occupationem reipublicæ, ab autoribus & consortibus illarum seditionum, ac comprehensionem Reginæ Ioannæ matris ipsius, atque infantæ, pragmatica, quam de *Bornes* appellant, dissoluit maioratus hominum illorum, eosque fisco applicauit, vt Molina. c. 11. citato à. n. 57. copiosè refert. Id tamen fieri non debet, nisi vrgente causa maxima reipublicæ, cui aliter commodè subueniri non possit, atque priùs pœna tanta in damnum innocentum comminari & statui deberet delinquẽ
B tibus, nisi desisterent, quàm exequtioni, cum damno innocentum, mandaretur, nisi atrocitas & immanitas delicti, bonumque publicum id omnino exigerent in aliorum exemplum,

Ex dictis dissolui potest sequens quæ- 5
stio. Cùm ob crimen læsæ maiestatis humanæ in primo gradu, dirui possint, ac soleat, domus præcipuæ delinquentis, & idem fieri possit, ac soleat, in crimine hæresis, præsertim, si quis autor fuit hæresis alicuius, eámve introducere conatus est in aliqua republica. Cùm, inquam, ea pœna, inter alias, crimen læsæ maiestatis puniatur, iuxta cap.
C Felicis de pœnis lib. 6. vbi in sequentes, percutientes, aut comprehentes, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, aut ad id cõsilium, auxilium, &c. dantes, tanquam rei criminis læsæ maiestatis puniuntur, eaque ratione, inter alias pœnas, hæc etiam eis ibi statuitur. *Fiant habitationes eius deſertæ, vt non sit, qui eas inhebitet, dentur cuncta ipsius ædificia in ruinem, & vt perpetuæ notem in famiæ, perpetuæ ruinæ testetur, nullo tempore reperentur*, & iuxta. c. 1. §. couenticulos, de pace iuramẽto firm. ibi, *& domus eius deſtruantur*, atque iuxta. l. 6. tit. 13. & l. 9. tit. 19. part. 2. Quia & aliquando domus aratio subijci post
D ruinam solent, saleque seminari. Cùm, inquam, ea pœna imponi ob crimen læsę maiestatis soleat, dubium est, vtrum, quando maioratus de bonis patrimonialibus absque regia facultate fuit institutus, domus talis maioratus destrui possit ob crimen læsæ maiestatis possessoris illius. Greg. Lopez. l. 6. citata verb. *Iacęſas*, cum Bart. negat. Idẽ cum eodem Bart. & alijs, quos citat, censet Molina vbi supra. n. 75. quoniam domus, in qua ius alteri competit, destrui cum illius præiudicio non potest ob crimen alterius. Subiungit tamen Molina, id malè seruari: quoniam in eiusmodi euentu, in exemplum aliorum, ob criminisque atrocitatẽ,

transgredi

transgredi iudices solent omnes iuris regulas. Sanè id fieri non deberet, nisi facta compensatione maioratui earum domorum, quando, iuxta hactenus dicta, ad fiscum nõ attinerent, ex alijs eiusdem delinquẽtis bonis, quæ ad fiscum spectarent.

Ad prim. arg. Ad maiore primi argumenti initio huius disputationis propositi, dicendum est, ob crimen læsæ maiestatis diuinę, aut humanę, confiscari omnia bona, quorum delinquẽs est dominus tempore commissi delicti; absolutè quidem ac simpliciter, si absolutè, atque sine vlla restrictione, sit eorum dominus: si verò cum aliqua restrictione sit illorum dominus, confiscari quatenus est dominus, ad ipsumque spectant: vnde, quia vnusquisque maioratus possessor, ex præscripto institutoris, solum est dominus maioratus in tempus vitæ suę, cum onere, vt bona post mortem eius, ex præscripto eiusdem institutoris, transeant in vlteriùs vocatum, ob delictum possessoris confiscantur solùm in tempus totum vitę talis possessoris, quoad commoditatem, quam is possessor toto tempore vitæ suæ erat ex eis bonis percepturus, vt disputatione præcedente dictum est: non verò in reliquum C tempus,

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, permissionem illam earum legũ instituendi eo modo maioratus de bonis patrimonialibus, non esse priuilegium (si modò demas, posse illũ instituere de tertio legitimæ filiorum in hoc Cestellę regno) sed esse non impedire id, quod ex natura rei, atque iuxta regulas iuris communis, licet. Item eo ipso, quòd fas est eo modo maioratus de bonis patrimonialibus instituere, ex natura rei, atque ex principijs iuris communis, maioratibus ita institutis esse innatum, vt confiscari nõ possint ob delictum eos possidentis, nisi
D in solum tempus, quo ille vixerit: quarè, quòd eiusmodi maioratus confiscari non possint ob delictum eos possidentis, non prouenit ex concessione aliqua principis, quę interueniat, aut fit præsumenda, vt argumentum supponit, in quo vis tota eius nititur, sed prouenit ex natura ipsa ipsorũmet maioratuum, ex eorumque institutione: concesso ergo, quòd neque id concedat princeps, neque censeatur concedere, neganda est consequentia, quę, concesso toto eo argumento, esset inferenda, nępe, quod possint eiusmodi maioratus confiscari omnino ob delictum eos possidentis: quoniã,

A quòd non possint confiscari, prouenit ex natura ipsa horum maioratuum, & non ex tacita, aut expressa, principis concessione.

Ad antecedens tertij argumenti dicen- *Ad tertiũ.*
dum est, contra leges quidem esse, bona incidentium in crimen læsę maiestatis, non confiscari; eo tamen modo, quo dominiũ eorum ad ipsos spectat, vt in responsione ad primum argumentum dictum est: vnde, quia dominium bonorum maioratus, non spectat ad legitimum illius possessorem,
B nisi in tempus, quo ille vixerit, & post id tẽpus, ex præscripto institutoris, pertinet ad vlteriùs ad eum vocatum, qui, id ita instituendo, vtitur iure suo circa sua propria bona, sanè non est contra leges, quòd, si is possessor in crimen læsæ maiestatis incidit, bona eius maioratus solùm confiscentur in tempus, quo ille vixerit, & posteà transeant ad vlteriùs ad eum maioratum vocatum, vt in eadem responsione ad primum argumentum est dictum: quare corruunt cætera, quæ in eodem argumento subiunguntur. Neque, quòd maioratus institutor ea sua institutione per accidens sit in causa, vt bona maioratus delicto possessoris confiscari non possint in præiudiciũ vlteriùs ab ipsomet institutore ad eum maioratum vocatorum, sequitur, vt deiudantur pœnę legibus statutæ: quoniam in cęteris bonis, quæ plurima sunt, exerceri possunt, & in bonis ipsis maioratuum, quatenus præcisè ad delinquentem attinuerint, & per accidens est, ex natura maioratus, quòd confiscari non possint in præiudicium vlteriùs ad eum vocatorum.

Ad quartum, concesso antecedente, ne- *Ad quar-*
ganda est consequentia: quoniam id non *tum.*
est iusta & legitima causa in bonum institu
D toris & familiæ: in bonum autem reipublicæ sinè cambio, non satis est, vt id fiat, quę cunque causa, sed necessaria est vrgentissima, ex qua supra dictum est, posse bona maioratus confiscari.

Ad quintum, concesso antecedente; quo- *Ad quin-*
niam bona feudalia à principe deriuantur, *tum.*
& concedunrur in feudum, vnde dari possunt, & data censentur, cum eo onere, lege, ac grauamine, vt etiam dicemus de maioratibus de bonis coronæ regni institutis; neganda est consequentia: quoniam longè diuersa est ratio de maioratibus ex bonis patrimonialibus, maximè absque regia facultate institutis, de quibus nunc loquimur.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad sextũ. Ad sextum, concessa maiori, si cætera sint paria, ad minorem dicendum est. Id esse verum, quando id ita omnino efflagitat commune reipublicæ bonum, cui aliter non possit subueniri, quod præponendum est bono priuato vlteriùs vocatorũ ad regnum, etiam si innocentes sint: nõ verò esse verum, quãdo id non omnino efflagitat cõmune reipublicæ bonum: vnde concedenda etiam esset consequentia, quando id similiter omnino exigeret commune reipublicę bonum: quia tamen non ita facilè id euenire solet in priuatis maioratibus, sicut in regno, neganda est cõsequẽtia, eò quòd cętera non sint paria.

Ad septimum. Ad septimum Molina vbi supra. nu. 38. improbata sententia glosarum quarũdam, quę eam legem primam intelligunt de crimine læsæ maiestatis in primo gradu, contraria verò iura in secundo, dupliciter ad eã legem primam respondet. In primis, quòd ea lex intelligatur, de quibusdam iuribus libertorum, quę transire possunt ad extraneos. Deinde verò, quòd intelligatur, interim dum delinquens viuit: quòd nihil cum dictis hactenus de maioratibus pugnat. Si tamen responsiones illæ rectè expendantur, comperietur, nihil soliditatis habere. Legitimam verò responsionem esse existimo, eam legem primam latam fuisse post legem quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. qua sancitum est, filios eius, qui commisit crimen lęsæ maiestatis in primo gradu, incapaces esse successionis, non solùm patri, sed etiam auis, quin & matri, atque alijs extraneis, vt disputatione sequente explicabitur, atque adeò neque in iuribus libertorum post eam legem succedere possunt; eaque de causa, l. 1. citata, etiam filij ab eis iuribus excluduntur, & applicantur fisco, interimdum non fuerit persona illorum capax.

SVMMARIVM.

1 LAESAE *maiestatis crimen quando, & aduersus quos committatur.*
2 *Læsæ maiestatis crimen quibus in euentibus iure huius regni, accommodatè ad ius commune, incurratur.*
3 *Maiestatis crimen gradus primi, quod. Quam acriter puniri debeat. Puniuntur consortes, etiam si ad solum consilium, seu tractatum, sit deuentum. Et num conscij id non detegentes puniri debeant, & quousq;. Consors item si illud detegat, quousque à pœna liberetur.*
4 *Læsæ maiestatis ob crimen, quando domus diruendæ.*
5 *Regi maledicens, quas pœnas incurrat. Et in hoc regno media pars bonorum illius confiscatur.*
6 *Concubitus cum Regina, cum Regis consanguinea, aut cum famula Regis, aut Reginæ, quibus pœnis puniatur.*
7 *Regis in filium, regni successorem, delictum, etiam concubitus cum vxore illius, aut filia, vt puniendum.*
8 *Rex ob delicta, quibus regno priuari debet, nõ est deijciendus à principe autoritate propria, sed Summi Pontificis.*
9 *Delinquens in Regis filios, in regno non succedentes, vt puniendus.*
10 *Gradus alij criminis læsæ maiestatis.*
11 *Læsæ maiestatis crimen incurrens, quibus pœnis puniatur.*
12 *Filij incidentis in crimen læsæ maiestatis, quã infamiam ac pœnas incurrant, & quousque successionis cuiuscunque sint incapaces.*
13 *Filiæ committentis crimen læsæ maiestatis, succedere matri innocenti possunt in sola legitima: aliis verò in quibuscunque bonis.*
14 *Perduellio non omnis, qui crimen læsæ maiestatis committit, dicitur, sed solùm qui in certo gradu ac modo illud committit. Atque eius solùm memoria dãnatur post mortem intrà quinquennium à commisso delicto, citandiq; ad id sunt descendentes illius.*
15 *Læsæ maiestatis de crimine qui ad accusandum admittantur: pœnamq; talionis incurrit, qui de eo crimine accusat, nec illud probat.*
16 *Quibus in euentibus crimen læsæ maiestatis Lusitano iure incurratur.*
17 *Quanta varietas de iure communi, Castellæ, & Lusitaniæ, circa crimẽ læsæ maiestatis, capitaq; illius.*
18 *Instar criminis læsæ maiestatis vt puniantur, etiam hostiliter insequentes Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ad id cooperantes.*
19 *Hæretici, credentes, receptatores, defensores, fautoresq; eorum, ipsorumq; descendentes, quibus pœnis efficiantur. Nec descendentes inhabiles sunt ad succedendum.*
20 *Pœnæ infamiæ, inhabilitatis ad publicum officium, aut dignitatem, & vt succedere alijs nõ possint, filijs committentium crimen læsæ maiestatis humanæ impositæ, ad nepotes non extenduntur.*
21 *Filij nati, aut concepti, ante crimen patris, qui crimen læsæ maiestatis humanæ, aut diuinæ, cõmisit, non incurrunt pœnas filijs eo modo delinquentium statutas.*

22 *Filij concepti an hæresim, aut crimen læsæ maiestatis patris possessoris maioratus ex bonis patrimonialibus, non excluduntur a successione in eo maioratu.*
23 *Si in Lusitania possessor maioratus de bonis patrimonialibus in crimen læsæ maiestatis incidat, à successione in illo remouentur filij illius, & deuoluitur ad vlteriùs ad eum vocatũ, siue maioratus vltima voluntate, siue contractu inter viuos fuerit institutus.*
24 *A successione maioratus de bonis patrimonialibus excluduntur filij concepti post crimen læsæ maiestatis patris possessoris, tam de iure communi, quàm huius regni, si maioratus vltima voluntate fuit institutus: secus si contractu inter viuos fuit institutus.*
25 *Maioratuum eiusmodi successione non priuãtur filij concepti post patris crimen ex eo capite solùm, quòd incapaces sint officij publici, ac dignitatis. Et quid de titulo Comitatus, Ducatus, aut Marchionatus, si is maioratus eum habeat annexum.*

Vtrum ob crimen læsæ maiestatis humanæ, aut diuinæ, commissum à possessore maioratus, qui eum non instituit, excludantur eius liberi, trãseatq; ad vlteriùs ad eum vocatum. Et de crimine læsæ maiestatis humanæ. Disp. 658.

1 DISPVTATIO hæc quasi appendix est præcedẽtis, quæ quærimus, vtrũ saltem propter crimẽ læsæ maiestatis humanæ, aut diuinæ, possessoris maioratus, excludantur à successione in illo liberi ita delinquentis, & succedat, non quidem fiscus, sed vlteriùs ad eum vocatus.

Vt verò res hęc melius intelligatur, obserua. Crimen læsæ maiestatis committi aduersus principem, aut rempublicam, non recognoscentem superiorem, vt aduersus Summũ Pontificem, Imperatorem, Regẽ, rempublicam Venetorum, Genuensium, & aduersus alios non recognoscentes superiorem: siue crimen sit aduersus personam ipsam talis supremi principis, siue aduersus ipsius statum, siue aduersus aliquid, quod in detrimentum principis, ipsiusve status, redundet, iuriśque dispositione censeatur supremi principis maiestatem lędi, iuxta ea quę dicentur. Ita communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Ant. Gom. 3. tom. var. res. c. 2. n. 6. &, 10. Iul. Clar. lib. 5. sententiarũ. §. lęsæ maiestatis crimen. n. 2. & Greg. Lopez. l. . tit. 2. part. 7. glos. 1. consonè ad eam legem. Quãdo autem princeps modo aliquo recognoscereret superiorem, attamen administrato tota suæ reipublicæ, siue potentatus, sibi omnino incumberet, vt in aliquibus potẽtatibus Italiæ, & Germaniæ, cernitur, fortasse crimen à sibi subdito in personam, aut in statũ talis principis, cõmissum, reputaretur crimen læsæ maiestatis, in eoque locum haberent pœnæ, vel omnino, vel magna ex parte, patratoribus eius criminis à iure statutis. Atque ita conciliari possunt controuersia & doctores, quos Iul. Clarus vbi supra. n. 3. refert, tolerarique debet cõ fuerudo multorum locorum, vt eiusmodi crimina, tanquam læsæ maiestatis, puniantur pœnis à iure ei crimini statutis.

Item, vt aliquis aduersus principem, vel rempublicam nõ recognoscentẽ superiorem, dicatur crimen læsæ maiestatis commisisse, necesse est, vt is subditus illius, mẽbrumque eius reipublicę sit: si enim sit de aliena republica, non censebitur crimẽ lęsę maiestatis commisisse, etiam si principem occidat, aut rẽpublicam prodat: nisi priùs factus esset de ea republica, quam prodit, aut cuius principem interficit, vt colligitur ex clementina pastoralis, de re iud. & ibi notat glos. verb. non subfuit, & affirmat communis doctorum sententia, quam Iul. Clarus vbi supra. n. 6. & Ant. Gom. c. 2. citato. n. 10. referunt ac sequuntur, resque ex se est satis perspicua. Non tamen probo, quod idem Iul. Clarus ibidem. n. 7. cum Card. Alex. subiungit, nempe clericum, natum & commorãtem in aliqua republica esse crimen in principem, aut in rempublicam, committat, quòd si laicus de eadẽ republica cõmisisset, esset crimen læsæ maiestatis, non incidere in crimẽ lęsæ maiestatis. Ducitur, quoniam per sacros ordines egreditur iurisdictionem principis, reipublicęque secularis. Hoc, inquam, nõ probo. Quoniam ordines sacri non faciũt, vt clericus ille non sit pars eius reipublicę, & vt non regatur legibus & iurisdictione

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusdem reipublicæ, vt disp. 31. & aliàs, dictum est, neque efficiunt, vt non habeat in dominum temporalem, caput supremum eius reipublicæ: sed solùm est exemptus à tribunali eius principis, vt puniri, aut iudicari, ab eo non possit, nisi iusta de causa ei relaxetur. Vnde committit quidem tunc verum crimen læsæ maiestatis, & proqualitate criminis, ac personę, puniendus est à suo iudice Ecclesiastico, tanquam reus ięsę maiestatis in suum principem, & in suam rempublicam, cuius est pars: atque, si crimen tanta pœna sit dignum, vt hoc, de quo loquimur, dignum re ipsa est, ex dicendisque tractatu sequenti erit manifestum, degradari debet, & tradi puniendus iudici, ac principi seculari, tanquam eius criminis reus.

2 De iure huius Castellæ regni. l. 1. titu. 2. part. 7. & l. 11. titu. 18. lib. 8. nouæ collect. iuncta l. 6. titu. 12. part. 2. accommodatè ad ius commune, sequentes euentus commemorantur, in quibus crimen læsæ maiesta-
3 tis humanę incurritur. Primus, si Regem interficeret, percuteret, aut comprehenderet (*prender* Hispanè dicimus) aut eum à regia dignitate, eijceret. Atque hoc crimen grauius, quàm alia læsæ maiestatis, puniri debet, vt iuribus citatis habetur. Lex. 6. citata, de incidentibus in crimen lęsę maiestatis in gradu explicato, ait; *deuẽ morir por ello lo mas cruelmente, y lo mas abilitadamente, que puedan pensar.* Greg. Lopez ibi ait, intelligẽdum esse id de morte crudeliori, & viliori, consueta: quoniam iudex non potest punire pœnis in consuetis: iudicem verò ait, mitigare in hoc euentu non posse pœnam. Habenda tamen erit ratio delinquentis, ac circunstantiarum criminis, in pœna imponenda. Et princeps supremus, aut respublica ipsa, pro arbitrio imponere poterit pœnam inconsuetam in eo euentu, prout rationi consonũ, publicæq; vtilitati expedire iudicauerit. Iul. Clar. vbi supra. n. 8. ait, de consuetudine patratores criminis læsæ maiestatis, solere viuos concedi infrustra, frustraque ipsa appendi in locis publicis. Non tamen idem mos est in omnibus regionibus, sed aliter ac aliter in diuersis regionibus crimen hoc punitur.

Est verò obseruandum, in primo hoc huius criminis gradu, ob illius atrocitatem, & perniciem reipublicæ maximam, non solùm puniri pœna ordinaria huic gradui statuta, actum consummatum, sed etiam consilium, tractatúmve, ac de liberationem, de eo cõmittendo: & longè maiori cum ratione, ita delinquentes puniri debet ea pœna, si in eo delicto mandando exequutioni sue rint vlteriùs progressi. Licet enim in hoc delicto, sicut & in reliquis, non puniatur solus actus internus, deliberatióve sola interna; si tamen exteriùs fuerit id tractatum, ac deliberatum, etiam si delinquentes non sint vlteriùs progressi, tam ipsi, quàm consilium, fauorem, aut auxilium ad id dantes, puniuntur pœnis ordinarijs eius delicti, capitis, confiscationis omnium bonorum, & cæteris, de quibus erit sermo, vt expressè habetur. l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiest. l. 1. & 2. tit. 1. part. 7. & l. 1. tit. 18. lib. 8. nouę collect. & affirmat communis doctorum sententia, quam Couar. in clement. si furiosus part. 2. in prin. n. 7. & Iul. Clar. vbi supra. n. 15, refert ac sequuntur. Verba legis. 1. citatæ titu. 2. part. 7. hæc sunt. *La primera e mayor, y la que mas fuere contra deue ser escarmentada, es, si se trabaje re alguno de muerte de su Rey* (id est molitus id fuerit) *o de fazerle perder en vida la honra de su dignidad, trauajandose con enemigo, que sea otro Rey, o que su señor sea desaporado del reyno.* Et multò apertius habetur omnia explicata lege. 6. titu. 13. part. 2. vbi omnes illæ pœnæ extenduntur ad omnes, quidquam eorum, quæ dicta sunt, aduersus Regem statuẽtes ac molientes, & ad omnes ad id consilium, fauorem, aut auxilium, dantes, iuxta legem quisquis citatam.

Lege. 6. subiungitur, id scientes, nisi id detegant, in easdem incidere pœnas. Quòd Greg. Lopez ibi verb. *qualquier que lo supiesse*, & Ant. Gom. 3. tom. var. resc. c. 2. n. 8. in calce limitationis tertiæ, limitant, modò id possint sufficienter probare: alioquin magno discrimini se exponerent, iuxta legem. 3. C. ad leg. Iul. ma. est. Greg. Lopez, ibidem ait, id consentaneum esse legi quisquis, in fine. C. ad leg. Iul. maiest. In ea tamen lege sermo non est de nudè scientibus parari necem principi, aut exitium reipublicæ, sed de consortibus & participibus in eo consilio & coniuratione: nisi paragraphum penultimum eius legis intelligere velis, etiam de scientibus, qui consortes delicti nõ sint, quo pacto eum intelligit Ant. Com. limitatione citata, qui veram in pũcto iuris affirmat sequentem Bart. opinionẽ. Bartolus verò, & multi alij, relati à Iulio Claro lib. 5. sent. §. vlt. q. 87. n. 2. & ab Ant. Gom.

Gom. vbi supra, censent, scientem tale consilium, nec reuelantem, puniendum esse pœna capitis: nullam verò mentionem faciunt de alijs pœnis consortibus in eo delicto statutis. Multi verò alij, quos Iul. Clarus ibidem, & Ant. Gom. referunt, improbant sententiã Bart. Et quanuis fateatur, puniendum esse eum pœna arbitraria; censent tamen, iniquum esse, illum ea sola de causa interficere. Iulius verò Clarus annuit Bartolo, quando quis esset conscius parari mortem Regi (& idem dicet de conscio parari exitium reipublicę) nisi id detegeret, cum posset, propter graue damnum, quod reipublicæ immineret, quod singuli subditi, si possint, arctè tenentur vitare: neque hæc sententia mihi displicet. Iuxta Bart. verò sententiam id acrius adhuc sancitum est in hoc regno lege. 6. citata. Lege quisquis. §. vltim. C. ad leg. Iul. mag. de consortibus factionis, consentientibusque in illa, habetur, si quis eorum illam detegat, antequàm vlteriùs ipse procedat ad alium actum, non solùm parcendum illi omnino esse, sed etiam præmio esse afficiẽdum. Si verò id detegat, progressus quidem iam ad aliquid aliud in eo delicto, cæterùm antequam aliunde sciatur, parcendum illi esse, non tamen afficiendum esse præmio. Lex. 5. titu. 2. part. 7. idem statuit, cæterùm in primo euentu ait, eum non habere locũ, vt detegens coniurationem præmio afficiatur, si iuramento eam iam confirmauerat. Et eadem ratione eam legem intellige, si post conspirationem, & communem consensum, ad aliquid aliud in eo delicto fuerat progressus, iuxta. §. vltimum citatum. Lex verò Lusitana lib. 5. ord. titu. 13. §. 11. consentit cum lege quisquis. §. vltimo citato: excipit tamen in primo euentu eum, qui fuit autor coniurationis: hunc enim non censet præmio afficiendum, etiam si rem detegat, antequàm vlteriùs sit progressus in delicto. Item exprimit, non solùm si res sit iam aliunde detecta, sed etiam si decretum iam erat eam aliunde detegere, non esse parcendum consorti, qui rem detexerit.

Ius Lusit.

4 Lex. 6. titu. 13. part. 2. statuit, eum, qui Regem interficit, aut comprehendit (*prender* Hispanè dicimus) & qui ad id auxilium, fauorem, aut consilium, dederũt, vltra alias pœnas, ea etiam esse puniendos, quòd eorũ domus, & alia eorundem ædificia, diruantur, nec vltra ædificentur. Eos verò, qui solùm ferro, aut re alia, Regem percusserũt, & qui consilium, fauorem, aut auxilium, ad id dederunt, incidere quidem in alias pœnas crimini læsæ maiestatis statutas, non tamen eorum domus, & alia eorundem ædificia, esse diruenda.

Qui autem principi maledicit leuitate pe- 5
tulanti, aut temulentus, & qui iurauit per vitam principis aliquid implere, neque impleuit, tantum abest, vt censendi sint rei læsæ maiestatis, vt de ea re non sit curandum, vt tanquam principi contumelioso, puniantur: qui verò maturo iudicio, seu ex professo, principi maledixerit, aut de eo iniustè detraxerit, licèt reus non sit læsę maiestatis; causa tamen ad principem est remittenda, vt, num vlterius ea de re sit inquirendum, infrigẽdaq; ei sit aliqua pœna, statuat. Ita habetur. l. vnica. C. si quis imperatori maledixerit, &. l. 1. &. 2. C. ad leg. Iul. maiest. In hoc verò regno. l. 11. tit. 26. lib. 8. nouæ collect. hæc ab Henrico est sancitum. *Quiẽ dize mal de nos, o a alguno de nos, o de nuestros hijos, es aleuoso porello, y la mitad de sus bienes son para la nuestra camara, y el cuerpo a nuestra merced.*

Lex. 1. titu. 18. lib. 8. nouę collect. in eo- 6
dem primo gradu lęsæ maiestatis computat, siquis in Regis honorem delinquat, rem habendo cum ipsius vxore, aut cum ipsius filia, quæ nondum sit coniugata. Item, si aliquid eorũ, quę si in Regem fiant, dicta sunt attinere ad primum gradum læsæ maiestatis, eadem quis in principem regni successorem efficiat. Excipitur, nisi princeps, regni successor, interficere, percutere, aut comprehendere, vellet Regem, aut expellere eum à regia dignitate: nam tunc, quæ subditi aduersus principem regni successorem efficerent in Regis defensionem, non solùm non essent crimen, sed digni ob illa essent præmio.

Quod ad primum attinet, obserua, ante eam legem, concubitum cum eiusmodi Regis filia, non attinuisse ad crimen læsæ maiestatis, vt constat ex. l. 2. titu. 14. part. 2. Vbi, qui rem habet cum filia Regis, cũ Regis sorore, aut cum alia Regis consanguinea, quæ in domo Regis esset, aut sub cura Regis in loco aliquo a Rege relictæ, aut collocatę, puniebatur morte, si comprehendi posset: si verò fugeret, nec posset capi, puniebatur amissione omnium suorum bonorum, & perpetuo exilio à regno. Banitus verò (Hispanè *encartado*) eo modo cum deportatis computatur, vt habetur. l. 4. titu. 18. part. 4. Atque eadem pœna statui

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ei, qui aliquam extraheret de ea domo. A
Qui verò consilium ad talem concubitum dedisset, eruebantur ei oculi, & amittebat omnia bona sua. Qui autem concubitum habet cum filia, aut alia consanguinea Regis, quæ non sit ita in domo, & sub cura & custodia Regis, ea lege statuitur, non ita acriter puniri debere, sed arbitrio Regis, ac iudicis, pro qualitate delicti. Lege. 3. titul. 14. part. 2. additur. Si quis concubuerit cum fœmina, quę est in seruitio Reginæ, aut aliquid cum ea fecerit, vnde illa infamiam concubitus contrahat, si in flagranti delicto comprehendatur, vt interficiatur. Si verò non fuerit deprehensus in flagranti B
delicto, & sit nobilis, exulat à regno, & impunè interfici potest à consanguineis talis mulieris, iuxta ea, quæ ibi, &c. l. 3. titu. 16. p. 2, habentur. Si verò non sit nobilis, capitis pœna punitur, etiã si in flagrãti delicto non sit comprehensus: quòd si aufugiat, amittit omnia bona sua.

7 Quod verò attinet ad fœũdum de principe, idem quoque statuitur. l. 1. titu. 15. part. 2. Quarè, iuxta ea, quæ vtrobique dicuntur, si quis concubuisset cũ vxore principis, aut cum filia illius nondum nupta, incideret in crimen læsæ maiestatis primi gradus, & in pœnas pro tali crimine statutas. Eadem lege. 1. titu. 15. part. 2. habetur, si aliquid fieret in Regem, aut in principẽ, quod attineret ad primum gradum læsæ maiestatis, attinere etiam ad eundem gradum, si fiat conta Reginam, aut cõtra principis vxorem. Nisi illæ aliquid commisissent, vnde dignæ essent, quę id paterentur, & ex Regis consensu id exequutioni mandaretur.

3 Vtrum autem, si Rex dissiparet bona regni, dignúve esset, qui priuaretur administratione, posset princeps, regni successor, propria autoritate in illum consurgere, eũ- D
que à regni administratione remouere. Recte Greg. Lopez. l. 2. titu. 15. citato, verb. o *desheredar a su padre*, neganter respondet: sed recurrere deberet ad Summum Pontificem, ciusq; autoritate remouendus esset, si causam ad id sufficientem iudicaret. In eiusmodi enim rebus recurri solet, & debet, ad Summum Pontificem, vt res ipsa ex se postulat, ne aduersùs caput regni inferiores sententiam dicant, vt. c. intellecto, de iure iur. & c. grandi, de suppl. negat. præl. lib. 6. fuit recursum.

9 Qui alios filios Regis, præter regni successorem, interficeret, percuteret, aut comprehenderet, non incideret in crimen læsę maiestatis neque pœnas ei crimini statutas incurreret, sed solum erit plectendus pœna mortis, aut, si comprehendi non possit, vt ea pœna in eo exequutioni mandetur, amittit omnia sua bona, & exulat à regno. Ita habetur. l. 1. titu. 15. part. 2. vbi Greg. Lopez glos. vlt. ait, si postea capiatur, interfici debere: sed tunc restituere debet fiscus bona, quę ex illo occupauerat.

Secundus euentus, in quo de iure huius 10
regni crimen læsæ maiestatis committitur, est. Si quis ad inimicos transeat, vt pugnet aduersùs Regem, aut regnum, vel vt illi nocumentum inferat; aut opem facto, vel consilio, eis dederit; aut epistolam, vel nuncium ad eos miserit, vt aliquid præparent, vel parẽt, contra Regem, in damnum terrarum ei subiectarum. Ita habetur. l. 1. titu. 2. part. 7. & l. 1. titu. 18. lib. 8. nouæ collect. consentiunt etiam l. 1. 2. 3. 4. & penult. ff. ad leg. Iul. Maiest. & lex fallaciter. C. de abolitionibus. Qui tamen opem, vel auxilium daret, vt oppugnaretur ciuitas, aut oppidum, & non vt eriperetur Regi, aut regno, neq; vt damnum Regi, aut regno, interretur, nõ censeretur reus lesę maiestatis, sicut neque qui ciuitatẽ ita oppugnaret. Ita Greg. Lopez cum Salyceto. l. 1. citata, verb. o *a el reyno*. C
Lege si quis barbaris. C. de re milit. lib. 12. viuum comburi eum sancitur, qui, factione cum barbaris facta, facultatem illis faceret deprædandi nostros: aut qui, etiam sinè prę uia factione, prędam ab eis factam, cum illis diuideret.

Tertius est, si quis facto, aut consilio, sit conatus, vt gens, aut locus, Regi subiectus, aduersùs eum rebellent, eive non obediãt vt antea. Ita habetur. l. 1. titu. 2. part. 7. & l. 1. titu. 18. lib. 8. nouę collect. & concinit. l. 4. ff. ad leg. Iul. maiest.

Quartus, si cum Rex, aut dominus, minimè subiectus Regi, aut reipublicę, cui aliquis est subditus, vellet ei tradere loca, aut illi, obedire, soluendo ei tributum, & is subditus, facto, aut consilio, id impediret. Ita habetur iuribus proximè citatis.

Quintus, quando aliquis à Rege tenens propugnaculum, aut oppidum, non vult illud tradere Regi petenti, aut illud tradit hostibus, aut sua culpa, vel dolo, illud capitur ab hostibus, vel in defensionem illius, sufficienter muniti, vitam non exponit. Ita habetur. l. 1. titu. 2. part. 7. l. 1. titu. 18. lib. 5. nouæ collect. & l. 3. iunctis glosis ibi. ff. ad leg. Iul. maiest. Lex verò 1. titu. 2. citato, addit.

addit. Similiter in hoc crimen incidere, qui A
muniret aliquem locum, vt inde aduersùs Regem, aut rempublicam, pugnaret. Et qui propugnaculum, aut oppidum, aliter, quam à Rege, teneret, neque illud ei, iustè petenti, vellet tradere. Et hoc secundum addit etiam. l. 1. titu. 18. libr. 8. nouæ collect.

Sextus, si quis Regem in bello desereret transeundo ad hostes, vel aliò discedendo sinè Regis facultate, interim dum assistere tenebatur, aut si dolosè pugnare inciperet sinè Regis facultate, aut illo inscio, vt caperetur, aut damnum aliud ei obueniret, aut hostibus secreta Regis, in eius damnum, manifestaret. Ita habetur duobus iuribus huius regni citatis. Atque pugnare dolosè illo modo, ad primum euentum posset spectare, sequutaque morte, aut captura, Regis, domus, & alia illius ædificia, dirui deberent.

Septimus, si quis seditionem regni faceret, aut coniurationes iuramento confirmatas, vel sinè iuramẽto, in Regis aut regni damnum. Ita habetur duobus iuribus citatis, &. l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. Hic etiam euentus ad primum etiam poterit aliquando spectare.

Octauus, si quis interficiat aliquem, de C
los adelantados mayores del Rey, o de los consejeros hõrados del Rey, o de los caualleros, que son establecidos para guardar su cuerpo, o de los judgadores, que han poder de judgar por su mandado en su Corte. Ita habetur. l. 1. titu. 2. part. 7. Nomine verò *de los adelantados mayores*, Proreges intelligere videtur. Lex. prima ff. ad leg. Iul. maiest. inter reos criminis læsæ maiestatis eum computat, *cuius opera & consilio dolo malo consilium initium fuerit, quo quis magistratus populi Romani, quíve imperium, potestatemve habeat, occidatur.* Nomine verò, *de consejeros honrrados*, intelligit supremos consiliarios, apud princi- D
pis personam residentes in supremo eius consistorio, quos etiam comprehendere videntur verba ex. l. prima ff. ad leg. Iul. maiest. proximè relata, & multò apertius comprehendit, tum eos, tum etiam illos, qui à latere sunt Regis, ad personam eius armis defendendam. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. quæ sic habet. *Quisquis cum militibus, vel priuatis, vel barbaris, scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit de nece* (multò magis in id crimen, & in pœnas ei statuitas, incidet, qui interfecerit, etiam nulla præuia factione) *etiam virorum illustrium, qui consilijs & consistorio nostro interfunt, & senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremò, qui nobis militat* (exponit glossa, id est, circa nostrum latus in militia armata, vel inermi) *cogitauerit (eadem enim seueritate voluntatem sceleri, quæ effectum, puniri iusserunt) ipse quidem, vt potè maiestatis reus, gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis.* Illi verò, qui in curia regia potestatem à Rege habent ad iudicandum, non video vbi de iure communi comprehendãtur, nisi in illis verbis. l. . ff. ad leg. Iul. maiest. *magistratus populi Romani.* Qui verò in hoc Castellæ regno cæteros iudices, aut præfectos, interfecerit, qui Regis nomine rempublicam administrant, non incidunt in crimen læsæ maiestatis, sed acriter, arbitrio Regis, sunt puniendi, qui eos interficiunt, capiunt, percutiunt, aut alitèr inhonorant, habita ratione personæ delinquentis, ministri offensi, delicti, causæ, ob quam commissum est, & modi, quo est commissum, ac loci, & temporis, in quo est commissum, vt habetur. l. prima titu. 16. part. secunda. Obserua verò ex. l. quisquis, non solum incidere in crimen læsæ maiestatis & in pœnas ei crimini statutas, qui interfecerit Proreges, & Senatores, vel eos, qui à latere sunt Regis, ad eius personam defendendam, sed etiam. qui factionem, aut consilium, ad id faciendum inierit, etiamsi vlteriùs non sint progressi, vt circa primum euentum, quoad personam Regis explicatum est.

Dubitant verò doctores, si quis consiliarium Regis, aut alium ex commendatis, interfecerit priuato odio in personam illius, & non quia minister Regis est, neque in odium, & damnum Regis, aut Regni, num censendus sit reus læsæ maiestatis, incidatque in pœnas ei crimini statutas. Iul. Clarus. 5 libr. sententiarum. §. læsæ maiestatis crimen num. 5. censet, quocunque odio, & animo, id fiat, censendum esse incidere in crimen læsæ maiestatis. Gregor. verò Lopez. l. prima titu. 2. part. 7. verb. *Adelantados mayores*, in fine, iuncto verb. *O a el reyno*, contrarium in nuere videtur. Neutra sententia sua probabilitate caret: propendeo tamen in Iulij Clari sententiam: quia id priuilegium personis eorum, in reipublicæ bonum, videtur esse concessum.

Nonus, si, cum Rex securitatem alicui in particulari, vel oppido, aut prouincię, cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cederet,& subdit' illi Regi,cõtra eiusmodi securitatẽ à Rege datã, eam sciens, interficeret,aut aliud faceret,quod esset cõtra eã securitatẽ, incideret in crimen læsæ maiestatis, & in pœnas pro eo crimine statutas: nisi se,suaque defendendo ab eo, qui ea gauderet securitate, id effceret. Ita habetur.l.1.tit.2.part.7.iuncta.l. vltim.titu. 16.part.2.&.l.1. ff. ad leg. Iul. maiest. Qui autem percuteret eum, aut aliud damnum ei inferet, qui solam haberet tacitam securitatem, qualem habent, qui vocantur ad curiam, aut ad eam veniunt, & ex illa reuertuntur, non sunt rei criminis læsæ maiestatis, sed acriùs, quàm si idem maleficium in alios exercerent, puniũtur. Vide legem vlt.tit.16.part.2.

Decimus, si, cum aliqui in obsides dati essent Regi, aliquis ipsius subditus, aut quenquam illorum, sinè Regis facultate, interficeret, aut in causa esset,vt fugerent. Ita habetur.l.1. tit.2.part.7.l.1.tit.18.lib. 8.nouæ collect.&. l.1. ff. ad leg. Iul. mai.

Vndecimus, quando aliquis in vincula erat coniectus ob crimen læsæ maiestatis, & alius eum inde extrahit, aut in causa est, vt inde fugiat, incidit hic in crimen læsæ maiestatis.l.1.titu.2.part.7. &.l. 4. in fine, iuncta glossa ibi.ff.ad leg.Iul.maiest. consentit.l.14.tit. 29. part.7.Idẽ meritò Ant. Gom.3.tom.var. res. c.2. n.7.dicit esse,si, postquàm esset damnatus, eriperetur de manu ministrorum publicorum.

Duodecimus,si Prorex,Castellanus, aut exercens,tanquam caput,quãuis aliã administrationẽ,eam nõ deserat, iubente Rege, & non tradat,cui Rex præceperit,cum omnibus,quę ad castrũ,aut propugnaculũ,attinent,si, quod tradendũ est,castrũ,aut propugnaculũ sit,incidit in crimen læsæ maiestatis.l. 1. titu.2. part. 7. &.l. 2. &. 3.ff. ad leg. Iul. maiest. Quando Rex vocaret Castellanum ad se, vt traderet castrum,neque ille veniret,idẽ crimen incurreret, nisi id efficeret, quia ex suo discessu castrum periclitaretur, aut ipse esset captus, infirmus,aut ita vulneratus, vt venire non posset. Ita habetur. l. 18. titu. 18. part. 2. vbi Grego. Lopez arbitratur, non euadere id crimen, & pœnas pro eo impositas, si ex alijs causis æquè vrgentibus,aut vrgentioribus, non accederet.Contrarium verò existimo verum: quoniam, quando causæ essent æquè, aut magis vrgentes, vt si in itinere paratæ illi essent insidiæ, aut aliud mortis certum, aut valde probabile, periculum ei immineret,nulla esset culpa non venire, imò peccatum esset accedere: vbi autem culpa non interuenit non accedendo, incurri non potest crimen læsæ maiestatis in eo,quod non accedat, neq; pœnę, sinè crimine & culpa,possunt iustè imponi. Vtrum autem,siquis, sinè Regis facultate, relinqueret administrationem, cui, tanquam caput, esset præfectus, incideret in crimen lęsæ maiestatis.Lex.3. in fine.ff.ad leg. Iul. maiest. affirmare videtur. Id verò Greg.Lopez. l. 1. citata verb. *dexa el oficio*, cum Luca de Pena, meritò limitat, nisi ex discessu ab administratione nullum notabile periculũ bono publico immineret,& ex iusta & rationabili causa eam reliquisset.

Decimustertius, si quis infringeret malitiosè,aut auferret,imaginem Regis,in ipsius honorem in loco aliquo dicatam, crimen incurreret læsæ maiestatis.l. 1. titu.2. part. 7. &.l.4.in fine, & duabus sequentibus.ff.ad leg. Iul.maiest.

Quartumdecimum annumerat.l. 1. titu. 2. part. 7. quando quis falsam cudit monetam,falsificat sigillũ, aut signum Regis. Primũ ait ibi Greg. Lopez esse dictũ iuxta opinionem Azonis, instar criminis læsæ maiestatis. Attamen.l.2.C. de fals.monet. apertè statuitur,esse crimen lęsę maiestatis, atq; illud incurre, iuxta vtranq; legem citatam affirmant Couarru.de collat. veter. num.c.vlt.n.4.& Ant.Gom.l.83. Taur.n. 3.de qua re sermo erit tract.3.disp. 72. Et secundũ dubitat ibi an sit limitandum, vt intelligatur de ministro publico.Eum legi to, & quę ad id citat. 11

In omnibus euẽtibus criminis læsæ maiestatis explicatis, in hoc regno Castellæ, qui illud committit, aut ad illud consilium, vel auxilium,dat(intellige in euentibus,in quibus explicatum est,sufficere solam cõiurationem, seu mutuum cõsensum exterius expressum, etiamsi non sequatur effectus :in alijs verò, dummodò sequatur effectus eorum euẽtuum) incurrit sequentes pœnas. In primis pœnam mortis corporalis.l.2.titu.2.part.7. iuncta. l. 6. titu. 13.p. 2. inst.de publ.iud. §. publica autem iudicia, &. l. quisquis. C. ad leg. Iul. mai.

Deinde bona omnia illius confiscantur, modo disp. 95. explicato. Ita habetur.l.2. tit.2.part.7.iuncta.l.6.tit. 13. parte.2.&.l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. Quòd autẽ tunc,si bona viri ob eiusmodi,aut aliud, delictũ confiscẽtur, relinquẽda sint vxori sua dos,& bona paraphernalia,ac medietas lucrorum,& quòd similiter,si ob hoc, aut aliud crimẽ confiscẽtur bona vxoris, relin

qui viro debeat reliquum suum capitale, & & medietas lucrorum,disp. 434.explanatum, comprobatumque est,& consentiunt. l. 2. citata.l.quisquis. §.vxores.C.ad leg.Iul.maiest. ordinationes Lusitanæ libr.5. titu.5. §.19.incipit, E *sendo casado*, & cap. decreuit de hæret. libr. 6. Dubium verò est, vtrum sicut caput decreuit, citatum, statuit, vt nihilominus, si vxor, quando contraxit cum viro, sciebat eum esse hæreticum,amittat fisco dotem: secus autem, si post contractum matrimonium cum illo, id sciuit: neque scientia tempore contractus matrimonij præsumitur in ea, nisi probetur, vt vtrunque affirmat glossa vlt.ibi.ita,si vxor tẽpore contractus matrimonij sciebat, eum, cum quo contrahebat, reũ esse criminis læsæ maiestatis humanę,amittat similiter suam dotẽ fisco.Ad hoc respõdet bene Greg.Lop.l.2. citatà verb. *dote de su muger*,eã nõ amittere:quoniã licèt validũ sit argumentũ,quoad pœnas,à crimine lęsę maiestatis humanæ ad hæresim, tanquam à crimine minori ad maius, argumẽto capitis vergentis extra eodẽ titulo;non tamen è cõtrario valet argumentũ à crimine hæreseos ad crimen læsę maiestatis humanæ:& quoniã,mulierẽ contrahere cum eo,quẽ sciebat hæreticum, seipsam suspectã de hæresi facit,periculoq; se exponit amittendi fidẽ, & quodãmodo fauere videtur hæresi mariti:quæ non similiter locum habent in crimine lęsę maiestatis humanæ.

Item omnes eorũ filij manent perpetuò infames, ita vt nunquà obtinere possint munus militiæ,vel dignitatẽ,aut officium publicũ.Ita habetur.l.2.tit.2.p. 7. &.l. quisquis. §. filij, in fine.C.ad leg.Iul.maiest.Et quanuis lex.2.huius regni citata, primo aspectu excludere ab hac pœna videatur filias : fortè tamen exclusio filiarum intelligenda est, non quoad hanc pœnam, sed quoad sequentem, quam eadem lex.2.cum hac pœna coniungit. Etenim lex quisquis. §. filij,&. §. ad filias. C. ad leg. Iul. mai. vnde lex illa secunda de sumpta est, non excludit filias ab ea pœna, sed solum à sequẽti successionis in hæreditate alterius parentis,& extraneorũ,vt liquet intuenti legem quisquis, duobus §§. citatis.Nisi fortè dicamus, hanc,& similẽ aliam legẽ Lusitanã,quam infra referemus,etiã infamiam voluisse à filialibus auferre, vt circa legẽ Lusitanã infra subijcienius. Quid autẽ in re proposita nomine, officiorũ publicorũ,intelligatur,explicant lex.3.&. 4. titu.3. libr.8.nouæ collect. licèt ad aliud institutum, nempe,vt ea obtinere non possint filij& nepotes hæreticorũ,qui de hæresi dãnati sunt,esto reconciliati sint Ecclesiæ. Quo in loco principi,aut ad id ab eo deputatis,reseruatur declaratio,num aliquid sit officium publicum,præter ibi connumerata,quando de aliquo fuerit dubitatũ,an inter officia publica sit cõputandũ.Illud verò est obseruandum, quantus hæc pœna,& sequens, locũ in hoc regno habeãt in crimine læsæ maiestatis in omnibus euẽtibus supra cõmemoratis,vt constat ex.l.2.citata,de iure tamen communi,solùm videri eas pœnas habere locũ in cõiurationibus circa necẽ principis,aut consiliatorũ principis, vel aliorum, de quibus sermo est.l.quisquis in princ.C. ad leg.Iul.maiest.& longè maiori cum ratione,in progredientibus vlteriùs in eo crimine: solùm enim de hoc gradu criminis lęsæ maiestatis est in ea lege sermo.neq; pœnæ sunt extendendæ vltra id,ad quod sunt impositæ:præsertim leg, quæ,in odium parentum,in filijs innocẽtibus, parentes nocentes puniunt ; quod pœnarum genus plus,quàm pœnæ aliorum generum,est coarctandum:si tamen coniuratio esset ad perdendam rempublicam,non dubitarem,locum in eo euentu habere eam pœnam, ac proinde vniuersim in eo,qui perduellio propriè dicetur,iuxta ea quæ subijciemus. Aliqua ex parte consentire videntur Iulius Clarus libr.5.sententiarum.§.læsę maiestatis crimen num.14.& alij,quos citat.Quin & Greg.Lopez.l.2.citata verb. *sus hijos*, in fine.eam legem huius regni restringendam arbitratur quoad hanc, & sequentem pœnam, vt solùm intelligantur de criminibus, de quibus loquitur & intelligitur l.quisquis citata. Illud etiam obserua, si mater in crimen hoc læsę maiestatis incidat,filios,& filias, illius hanc etiam incurrere pœnam, vt cum Accursio, l.quisquis.§.filias verb. minus ausuras.C.ad leg.Iul. mai. affirmant doctores communiter,quos Iul. Clar. vbi supra nu. 13. & Greg.Lopez verb. *sus hijos* citato, referunt ac sequuntur,satis consonè ad textum, qui de filijs committentis id crimen indistincte loquitur,siue mas sit, siue fœmina;tamet si, quia crimen hoc rarò admodùm à fœmina committitur, sermo de viro præcipuè in eo textu habeatur.Item, non solùm omnes filij, & filiæ,priuantur vniuersim bonis omnibus, quæ tempore commissi delicti erant delinquentis, aut ad illa ius habebat, quia omnia confiscantur, sed etiam omnes filij masculi priuantur successione, tam ex testamento, quàm ab intestato, matris innocentis, & auorum similiter innocentum, & reliquorum propinquorum, quin & successione ex testamento extraneorum, ita vt, neque hæreditatem, neque legatum, accipere possint, vel à propinquis, vel à prorsus extraneis, sed maneant in perpetua abiectione & paupertate, ab his omnibus prorsus excluti, in odium

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; in pœnã parentum, & ne filij parentum vestigia sequantur. Ita habetur l. 2. tit. 2. p. 7. quoad omnes enentus criminis læsę maiestatis cõmemoratos, &. l. quisquis. §. filij. C. ad l. Iul. mai. quoad delicta, de quibus in ea lege est sermo, quoad quę sola censet Greg. Lop. vbi supra intelligendã & arctandã esse legem secundã citatam, iuxta ea quæ circa præcedẽtem pœnã dicta sunt. Et quanuis aliqui asseuerint, eiusmodi filios excludi ab illis bonis, tanquam eis indignos, pertinereq; loco eorũ filiorum ad fiscum; & alij id temperauerint, vt solùm attinerẽt ad fiscum, quando ex testamento essent eis relicta, non verò quãdo filij succederẽt in illis ab intestato; placet tamen opinio Azonis & Bal. quam Greg. Lopez. l. 2. citata verb. *ni puedan auer*, & Ant. Gom. 3. tom. var. resc. 2. n. 14. amplectuntur, nempe tales filios esse illorum omiũ bonorum prorsus incapaces, ac proinde legata esse nulla, & cedere hęredibus scriptis: hæreditates verò cedere hęredibus scriptis; id quod sonat lex. 2. citata. Vtrunque autẽ legem esse intelligendã, etiam de filijs emancipatis, affirmat Greg. Lop. cum alijs, quos citat, verb. *sus hijos*, citato, satis cõsonè ad vtranq; legem. Idẽ autor ibidẽ, Covar. 2. var. res. c. 8. n. 3. Molina libr. 4. de primog. c. vlt. n. 56. & Iul. Clar. vbi supra. n. 11. cum alijs, cum cõmuniq; sententia, quam referunt, eisdem leges intelligunt, etiã de filijs illegitimis, quoad hanc & præcedentem pœnas. Vtrum autem, quoad vtranque intelligendæ sint tantùm de filijs natis post delictũ commissum, an etiam de natis ante cõmissum delictum, & vtrum intelligendæ sint de solis filijs, an verò etiam de nepotibus, cõmodius subijciemus inferiùs.

13 Filię verò committentis crimen læsæ maiestatis, in euentibus, in quibus dictum est, filios excludi à successione matri, ipsę non omnino excluduntur, sed obtinere possunt à matre solam suam portionem legitimã in bonis matris, tam ex testamẽto, quàm ab intestato; non verò incrementũ aliquod supra illam: & quoniã tempore legum partitarum, & de iure cõmuni, erat quarta pars bonorũ matris inter filios diuidenda, ea sola eis conceditur. l. 2. citata, &. l. quisquis. §. filię. C. ad leg. Iul. maiest. Hodie verò, vt rectè ait Greg. Lopez. l. 2. citata verb. *la quarta parte*, & consentiunt ordinationes Lusitanæ inferiùs citandæ, obtinere possunt, quod de iure huius, & Lusitanię regni, auctum est in legitimis. Alijs verò consanguineis, & extraneis, succedere possunt in omnibus bonis, ac si pater earum crimen id non cõmisisset, vt bene Greg. Lopez cum Salyceto ibi subiungit: quoniam id prohibitum eis non reperitur: & quoniam apertiùs adhuc id sonat l. 2. citata, quam lex quisquis.

Qui hodie hostes dicuntur, hoc est, cũ quibus respublica bellum gerit, & non piratę, aut qui, vt latrunculi, deprædantur, vt habetur. l. hostes. ff. de verb. signif. perduelliones posteà dicti sunt, vt habetur. l. quos nos. ff. eod. titu. Posteà verò perduellionis crimen vsurpatum est, pro crimine eius, qui animo hostili aduersus rempublicam, aut principem, animatus est, animo deliberato atq; exteriùs expresso, aliquid contra principem, aut rempublicam, moliendo, vt habetur. l. vlt. ff. ad leg. Iul. mai. vnde perduellionis crimẽ, non omnia crimina læsæ maiestatis cõprehẽdit, sed solùm, quæ sunt in personam principis, aut reipublicę, hostili animo perdendi principem, aut rempublicam, vt l. vlt. citata habetur. De eo autem, qui in hoc perduellionis crimine incidit peculialiter est sancitum, vt, estò de eo crimine, dum viueret, non esset accusatus, morte delinquentis id crimen, ob illius immanitatem, non extinguatur, vt extinguuntur alia crimina, sed delinquentis memoria posset post mortem accusari & damnari, vt bona illius à puncto commissi delicti confiscarẽtur, & ipse, ac eius filij, pronũciarentur infames, incidisseq; in cęteras pœnas supra explicatas. Descendentes tamen illius admonendi, citãdiq; sunt, vt accedãt ad defendẽdũ defunctũ: q; si sufficiẽtet eum nõ defenderint ac purgauerint de eo crimine, dãnatur de illo, & in consequentiã, dãnatur eius memoria, pronunciaturq;, eum, & ipsius filios, in pœnas supra explicatas incidisse. Ita habetur. l. vlt. ff. ad leg. Iul. mai. l. penult. & vlt. C. eod. tit. l. ex iudiciorũ. ff. de accusationib. §. per cõtrariũ inst. de hęredit. quę ab intest. defer. §. publica autẽ iudicia, iũcta glos. vlt. ibi, inst. de publ. iud. l. 3. tit. 2. & l. 7. tit. 1. p. 7. Iul. Clar. vbi supra. n. 16. cum Gigante, & cum cõmuni doctorũ sententia, ait, perduellionis defuncti crimẽ, eiusque memoriã, solùm posse accusari & dãnari, bona quę illius cõfiscari, quinquennio à cõmisso delicto: quoniã eo tẽpore actio illa præscribitur: cõsentiunt quæ disp. 73. dicta à nobis sunt. Aliud verò res habet in crimine hęreseos, vt ibidem, & disp. 66. dictum etiam à nobis est.

Ad accusandũ in crimine læsæ maiestatis 15
admittuntur, etiam infames, & cæteri, qui ab accusatione in reliquis criminibus repelluntur. l. famosi, &. l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. & l. 3. tit. 2. iuncta l. 2. & l. 26. titu. 1. part. 7. Qui verò de eo crimine accusauerit, neque illud probauerit, incurrit pœnam talionis. l. 3. & l. 26. citatis, cui pœnæ subest, qui de crimine capitali alium accusat, neque illud

illud ei probat; nisi ad se accusatio, ratione personæ intersectæ, spectet. l. vlt. C. de accusationib. & l. 26. citata. Si verò crimen læsæ maiestatis solùm semiplenè ab accusante probetur, torqueri, vnà cum accusato, poterit, vt rei veritas inueniatur. l. 3. C. ad leg. Iul. mai.

Ius Lusit. 16 De iure Lusitano lib. 5. ord. tit. 3. à. §. 1. in sequentibus euentibus cõmitti dicitur crimen lęsæ maiestatis. *Primeramẽte, se algũ tratasse morte de seu Rey, ou da Reynha sua molher, ou da alguũ dos seus filhos, ou filhas, lidimos: ou a ello desse ajuda conselho, ou fauor.*

Itẽ, se o que teuer Castello, ou fortaleza, do Rey, elle, ou aquelle, que de sua mão teuer, se aleuantar cõ ella, e a nom entregar loguo a pessoa do Rey, ou a quem pera ysso seu spacial mandado teuesse.

Item, se em tempo de guerra algũ se fosse pera os ymiguos do Rey para guerrear cõtra seus reynos.

Itẽ, se algũ desse conselho a os ymiguos do Rey, per carta, ou por qualquer outro auiso, en seu deseruiço, ou de su real estado.

Ite, se algũ fezesse conselho, e confederaçã cõtra o Rey e seu estado, ou tratasse dese aleuantar cõtra elle, ou pera ysso desse ajuda, conselho, ou fauor.

Itẽ, se a o q̃ fosse presso per qualquer dos sobreditos casos de trayçã, algũ desse ajuda, ou ordenasse como desseito fogisse, ou fosse tirado da prisam.

Itẽ, se algũ matasse, ou ferisse de proposito em presença do Rey algũa pessoa, que esteuesse en sua companhia.

Itẽ, quãdo algũ em desprezo do Rey quebrãtasse, ou derribasse, algũa ymagẽ, ou armas reaes postas em semelhãça do Rey e por sua hõra e reuerença.

E em todos estes casos, ou cada huũ delles, he propiamẽte cometido o crime da lesa magestade, e auido per tredor o que os cometer. E sendo o cometedor cõuencido e condenado per cada vm delles, morrerá naturalmẽte morte cruel: e todos seus bẽs, que ouer ao tempo da condenaçam, seram confiscados pera a coroa do reyno, posto que filhos tenha, asi machos como femeas, ou otros algũs descẽdẽtes, ou ascẽdẽtes, auidos antes ou depoys de ter cometido tal maleficio (quod, quoad cõfiscationẽ bonorũ delinquẽtis à pũcto cõmissi delicti, de qua est sermo, iuxta omniũ opinionẽ est verũ, neq; potest cuiquã esse dubiũ) *E sendo o tal crime notorio, serã seus bẽs confiscados per esse mesmo feito, sem outra algũa sentẽça.*

E em qualquer destes casos a cima declarados, onde os filhos sam excluſos da herança do padre, se forem varões, ficaram infamados pera sempre de maneira, que nunca posam auer honra de cauallaria, nem doutra dignidade, nem officio, nem poderam herdar a parẽte, nem outro estranho, nem ab intestato, nem por testamẽto, en que fiquem herdeyros, nem auer cosa algũa, que lhe seja dada, ou leixada, ansi antre viuos, como por qualquer postrimeira vontade: saluo sendo primeiramẽte restituidos por o Rey a sua primeira fama e estado: a qual pena auerá pola maldade, q̃ seu pay cometeo.

Circa quę nota, sicut lex. 2. titu. 2. p. 7. in omnibus euentibus criminis læsę maiestatis lege. 1. eiusdẽ tituli cõmemoratis, afficiebat filios deliequentis hac vtraq; pœna: ita & hanc Lusitanam legẽ idem efficere in omnibus euentibus cõmemoratis. Itẽ pœnam infamię, & exclusionis ab officijs, & dignitatibus, crederẽ afficere etiam filias, B iuxta legem quisquis. C. ad. l. Iul. mai. propter ea, quæ similiter circa legẽ. 2. citatã supra dicta sunt. Itẽ obserua, hanc legem excludere filios ita delinquẽtiũ hoc crimine, non solùm à successione matri, ascendẽtibus, ac cęteris per vltimã voluntatẽ ex testamẽto, aut ab intestato, sed etiam per donationẽ inter viuos, tam reuocabilẽ, quam irreuocabilem: quod nota, quoad successionem in maioratibus, qui donationes inter viuos instituti sunt.

Pero as filhas dos taes tredores poderam herdar a suas mais, ea outros parẽtes, aſi per linea dereita ascẽdẽtes e descẽdẽtes, como per linha trasuersa, e quaesquer outros estranhos, ansi ab intestado o que lhes dereitamẽte pertẽcer, como per testamento, ou otro qualquer iusto titulo de vltima võtade, ou de antre viuos: e esto nom sendo os taes pessoas, a q̃ se ouer de socceder culpados em o tal caso: porque em tam suas fazendas seram cõfiscadas.

Quo loco videtur cõcessũ filiabus, succedere matribus in omnibus earũ bonis, ac si pater taliũ filiarũ in id crimẽ nõ incidisset. Et fortè lex Lusitana, &. l. 2. hui' regni infamiam, etiam à filiabus, auferre intẽderunt.

A. §. 20. sic ibidẽ statuitur. *E quãto a outros casos, que o decreto tambem chama crime de lesa magestade da primeira cabeça, ansi como se algũa tratasse morte de alguũ ascẽdẽte do Rey, ou descẽdẽte a fora os a cima declarados, ou yrmão do Rey, ou tio do Rey, yrmão de seu pay, o de sua maym, daq̃lla parte de que o reyno sucede, sendo a tal pessoa cõtra que se este caso cometer lidima, quer seja macho, quer femea. Itẽ se o Rey em sua pessoa per si mesmo seguraſſe algũa pessoa, ou gente de algũa comarca, cidade, ou villa, e aquelles, de que assi desse a dita segurança a quebrãtasem; em estes casos, em este capitolo declarados os cometedores e feitores delles, ou qualquer delles, morreram morte natural, e seus bẽs seram confiscados, posto que descendẽtes, ou ascendentes, tenham: porem nẽ elles serão auidos por tredores, nem seus filhos ficaram infamados, nem inhabiles pera socceder, nem excluſos das honras, officios, e dignidades.*

E por que alem dos casos sobreditos ha hi outros

Universidad de Deusto
Biblioteca

tros, en que segundo dereito se comete o crime de A
lesa magestade, que o dereito chama capitolor da
segunda cabeça, assi como, se alguũ tirasse per sor
te de poder da justiça o condenado per nossa sen-
tença, que keuassem a justiçar por nosso mãdado,
ou de nossos officiaes, que pera ello nosso poder e
autoridade teuessem.

Item, se nos forem dados arreseẽs, e alguũ os
matasse, ferisse, o offendesse, sem justa causa, sabẽ
do que nos eram dados en arreseẽs e durando per
arreseẽs, ou les desse ajuda, fauor, aazo, ou con
selho pera fogir de nosso poder.

Itẽ, se alguũ quebrantasse nosso carcere, e delle
tirasse o presso, que ja era condenado, ou en juyzo
ouueße confessado o maleficio porque era presso,
por se delle nom fazer justiça.

Item, se alguũ matasse, ou ferisse, seu ymiguo,
sendo presso em nossa prisom, sem mãdo delle vẽguãça.

Item, se alguũ matasse, ou ferisse alguũ nosso
official da justiça, que officio de julgar tenha, so-
bre seu officio. Inclinare videtur in sententiã,
quòd si quis interficiat cõsiliarium Regis,
aut alium similem, odio priuato, non inci-
dat in crimen læsæ maiestatis.

Item, se alguũ Corregedor, ou juiz fosse embia
do por nos a alguã comarca, cidade, ou villa, e de-
pois por alguã razam cessasse seu officio, e man-
dasemos la a outro official nouo con nossas cartas
e poderes pera ello sofficeẽtes, e o primeiro Corre- C
gedor, ou juiz, lhes nõ quisesse obedecer, em estes
casos, e outros semelhantes, que o dereito chama-
da segunda cabeça, aalem dauerem as penas, que
por dereito comum, e nossas ordenações deuem
auer, perderam seus bẽs os cometedores dos so-
breditos casos, e seram confiscados, posto que te-
nham descendẽtes, ou ascendẽtes, lidimos. En estas
mesmas penas assi as que merecerem segundo for-
ma de dereito, e nossas ordenações, como perdi-
mento de fazenda, de modo que dito he encorrer-
am qualesquer capitães nossos, ou feitores, ou
quaesquer nossos officiaes de qualquer qualidade
que sejam, que no entregarem os taes carreguos, D
ou officios que teuerem, a aquelles, que para ello
leuarem nossas prouisões.

17 Ex dictis cõstat, magnã esse discrepãtiã in crimine lęsæ maiestatis de iure Lusitano, & de iure Castellę, & cõmuni. Cõstat etiã, sæpe sumi equiuocè crimẽ læsę maiestatis primi gradus, primiue capitis, & secundi, tum si Lusitanum ius cõmune, & Castellæ conferas interse, tum etiam si modum loquendi doctorum attendas.

Paragapho penultimo, & vltimo, tit. 3. citati habetur, memoriã delinquẽtis de iure Lusitano dãnari post mortẽ in omnib⁹ euẽtibus primi capitis, seu à principio cõmemoratis, ob quos filij manẽt infames, nec succedere possunt alijs cõsanguineis, aut extraneis: in reliquis verò omnibus, in quibus crimen patris non ita in filijs punitur, non damnari memoriã delinquentis post mortem: sed si è vita discesserit, antequàm lis aduersus eum intentaretur, vna cum vita illius, extingui etiam delictum.

Capite fœlicis de pœnis lib. 6. meritò, tan 18
quam reiæsę maiestatis humanæ, dãnatur, qui hostiliter fuerit insequutus Cardinalẽ sanctę Romanæ Ecclesię, etiãsi vlterius nõ sit progressus, & qui eũ percusserit, aut cõprehenderit, vel socius fuerit aliquid horũ facientis, aut fieri mãducauerit, aut factum B
(intuitu intellige ipsius) ratũ habuerit, aut cõsiliũ ad id dederit, vel fauerẽ, aut postea receptauerit, vel defensauerit, sciẽter eundẽ. Cùm enim Cardinales S. Romanæ Ecclesiæ, consiliarij sint Sũmi Põtificis, qui supremus est princeps, certè nõ minùs committitur crimẽ lęsæ maiestatis in delictis similibus aduersus Cardinales, quàm aduersus cõsiliarios supremos cæterorũ principũ, aduersus quos cõmitti lege quisquis. C. ad leg. Iul. mai. est sancitũ, vt supra dictum est. Quod verò ad rẽ præsentẽ attinet, prætermissis alijs grauissimis pœnis, in eo capite et statutis, qui in aliquo prædictorum criminum inciderit, inhabilis redditur eo capite ad succedendum alteri ex testamento & abintestato. Licèt verò eorum filijs, & nepotibus, grauissimæ aliæ pœnæ in eo capite imponantur, quibus parentes tanti sacrilegij patratores, in eis puniantur; non tamne video illos inhabiles reddi, ad succedẽdũ, etiã ex testamẽto, aut ab intestato. Quarẽ id impedimẽto nõ erit, vt succedãt in maioratibus, etiã per vltimã voluntatem institutis: nisi dicas, filios subiacere pœnis legis quisquis. § filij. C. ad leg. Iul. maiest. quod cũ Gigãte, & cõmuni doctorũ sentẽtia innuere videtur Iul. Clar. vbi supra. n. 4.

Quod ad hæreticos, credẽtes, receptato- 19
res, defẽsores & fautores eorũ, attinet, horũq; omniũ filios, licet alibi de ipsorũ pœnis dicendũ sit, quod ad rem præsentẽ attinet. Hæretici, neq; testari possunt neq; hæredes instituu, aut accipere fideicomissum, vel legatũ, ex testamẽto, etiã militis, vt patet. l. Manichæos, & l. vlt. C. de hęret, & l. 4. tit. 26. p. 7. Quòd si aliquid, antequàm de hęresi cõdenarẽtur, obtinuerint, vel ad illud ius habuerint, id totũ amittunt fisco à puncto commissi delicti, sequuta sententia condemnatoria; adeò, vt si maioratum legitimè obtinuissent, neque aliud haberet institutio legitima illi⁹, pertineret, interim dum

dum ita condẽnatus viueret, ad fiscum quo ad vsumfructũ, vt duabus disputationibus præcedẽtibus dictũ est. Præterea hæretici, credẽtes, receptatores, & fautores eorum, admitti non possunt ad vllum beneficium Ecclesiasticum, aut officium publicũ, Ecclesiasticũ, vel seculare, ac proinde, neque ad vllã dignitatẽ, ꝙ si secus fuerit attẽtatũ, irritum id totum est & inane, vt habetur. c. quicunque. §. hæretici, &. c. vt commissi. §. vlt. &. c. statutum. 2. de hæret. lib. 6.

Quod verò ad filios hęreticorũ attinet, nõ video, illos, propter crimẽ hæreseos parentũ, inhabiles reddi ad succedendũ ex testamẽto, aut ab intestato, ascẽdentibus, aut B
alijs cõsanguineis, vel extraneis, vt redditi sunt filij cõmittentium crimen læsæ maiestatis humanæ. l. quisquis. C. ad leg. Iul. mai. & alijs iuribus huius, & Lusitaniæ regnorũ, supra citatis. Et cũ pœnæ, præsertim illæ, quæ in filijs innocẽtibus parentes nocentes puniunt, extrẽdendæ nõ sint ad euẽtus, in quibus non sunt statutę; nõ valet argumentũ, ꝙ si parentes, cõmittentes crimẽ læsæ maiestatis humanę, illo modo punitur in filijs, filij quoque cõmittentium crimẽ lęsæ maiestatis diuinę eisdẽ pœnis subiaceant: neque eo vtus est Innocentius III. c. vergentis de hæret. sed solum ad probãdum, nemini debere mirũ videri, ꝙ ipse eo C
in capite statuat, vt bona hæreticorũ propter hæreseos crimẽ confiscentur; quandoquidem leges humanæ idẽ statuerint in minori crimine lęsę maiestatis humanæ. Imò verò ex eo capite cõtrariũ colligitur, nẽpe, ꝙ licèt pœna iustè statuta in crimine læsæ maiestatis humanę, iustè quoq; statui legè maiori cum ratione possit in grauiori crimine lęsę maiestatis diuinę; interim tamen, dũ extensa nõ est ad crimẽ læsæ maiestatis diuinę, nõ habet in eo locũ, ex eo præcisè, ꝙ in crimine læsæ maiestatis humanæ sit D
constituta. Et quòd filij hęreticorum non puniantur ea pœna, quòd succedere alijs non possint, affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. 3. tom. var. res. c. 2. n. 13. refert ac sequitur.

Filij tamen hęreticorũ, credentium, receptatorũ, & fautorũ hęreticorũ, vsque ad secundũ generationẽ, sunt inhabiles ad beneficia Ecclesiastica, & ad officia publica, atque adeò ad dignitates, perinde atq; parentes ipsorũ, vt habetur. c. quicunque. §. hæretici, &. c. vt cõmissi. §. vlt de hęret. lib. 6. Postea verò id limitatũ fuit per Bonifaciũ VIII. c. statutũ. 2. eod. tit. lib. 6. Primò, A
vt intelligatur per lineã paternã vsque ad secundã generationẽ, hoc est, ad filios & nepotes: per maternã verò ad primã dũtaxat, id est, ad filios: quarè, si sola mater sit hęretica, filij tãtùm, & non nepotes, sunt ad illa inhabiles. Itẽ, si pater sit hęreticus, nepotes ex filio, sunt ad illa inhabiles: secus verò nepotes ex filia, vt contentaneè ad hoc ius ait Ant. Gom. 3. tom. var. res. c. 2. n. 4. Secũdò id limitauit, vt intelligatur solùm de filijs & nepotibus eorũ hęreticorũ, qui emẽdatinõ sint, & reincorporati Ecclesię, exequendo pœnitentiã ipsis impositã, aut parati illam suscipere & exequi. Dubiũ verò est, vtrum hęc limitatio secunda Bonifacij VIII. locũ B
hodie habeat in hoc Castellę regno quoad officia publica post legem. 3. titu. 3. libr. 8. nouæ collect. quæ sic habet. *Mandamos, que los reconciliados por el delicto de la heregia y apostasia, ni los hijos y nietos de los quemados y condenados por el dicho delito, hasta la segunda generacion por linea masculina, y hasta la primera por linea fœmenina, no puedan seruir, &c.* Vbi vides, filios, & nepotes, nõ solùm relaxatorũ brachio seculari, & cõbustorũ, sed etiam filios & nepotes dãnatorum ob crimen hæreticę prauitatis, aut apostasiæ, quales etiã sunt filij & nepotes eorũ, qui Ecclesię sunt reconciliati, excludi ab officijs publicis: C
porrò princeps secularis extendere id ita in suo regno validè ac licitè potuit. Dicendũ tamen videtur, eam legẽ non extendere id vltra caput statutũ citatũ, neque ab illo discrepare: quoniã optimè intelligi potest iuxta illud caput: & iura posteriora intelligi debẽt iuxta anteriora, quoad cõmodè fieri possit: eo ꝙ iuriũ correctio sit vitanda, maximè canonici à ciuili: præsertim cùm ea lex in reliquis se accõmodet omninoad dispositionẽ illam iuris canonici. Verba autẽ illa, *ni los hijos y nietos delos quemados y cõdenados por el dicho delito*, intelligẽda sunt copulatiuè, siue ita condẽnati concremati simul sint viui, aut mortui, vel eorũ tantùm ossa, aut eorundẽ tantùm statua, & ita lex cõprehẽdit omnes, de quibus notitia habetur in tribunalibus S. Inquisitionis horũ regnorũ sufficiẽs ad cõdẽnationẽ de crimine hęresis, siue reconciliati Ecclesię sint, siue non: prior enim pars comprehendit reconciliatos omnes, secunda verò reliquos hæreticos, & eorum filios, aut nepotes, iuxta limitationem capitis statutum citati.

Dubium circa superiùs dicta est, vtrum 20
duæ illæ pœnæ filijs delinquentium criminę lęsę maiestatis humanę. l. quisquis. §.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij.l.2.tit.2.p.7.& titulo.3.citato ordinationum Lusitanarũ sancitę, nempe, vt sint infames, nullumq; officium publicum, ac dignitatem possint obtinere, & vt nec matri, nec alijs ascendentibus, collateralibus, aut prorsus extraneis, succedere possint ab intestato, aut ex testamento, etiã in legato, aut fideicommisso, sese extendãt, etiam ad nepotes ita delinquentium. Couar. 2. var. res.c.8.n.2.Iul.Clar.lib.5.sententiarum.§. lesæ maiestatis crimen.n.13.Molina lib.4. de primog.c.vlt.n.50.& communior sententia, quam referunt, licèt non loquantur de pœna incapacitatis ad succedendum ex testamento, aut ab intestato; de qua tamen dicendum arbitror, absq; vllo dubio non extendi ad nepotes; eò quòd.l. quisquis.§. filij.C.ad leg.Iul.mai.&.l.2. titu.2.p.7.ac lex Lusitana de filijs solis loquantur, nomineque filiorũ in legibus pœnalibus, præsertim in ijs, quę innocentes puniunt, non intelligantur nepotes; licèt, inquam, de hac pœna Couar.& illi alij, non loquantur, de illa tamen alia infamiæ, & exclusionis ab officijs publicis, & dignitatibus, censent, eam etiam extendi ad nepotes ex parte patris. Ducuntur, quoniam licèt vi legis quisquis citatæ. §. filij, ad nepotes non extendatur, propter ea, quæ proximè dicta sunt, vnde Greg.Lop.l. 2. citata verb. *sus hijos*, col. 2. rectè ait, tempore solius illius legis, cã pœnam ad nepotes non fuisse extensam; retulerunt tamen Couar.& Greg.Lopez, ex Alberico, Salyceto, & alijs, posteà Federicum tulisse legem quandam, qua liberos omnes cõmittentiũ crimen lesę maiestatis diuinę, aut humanæ, affecit infamia, eosque exclusit ab omnibus officijs publicis, ac dignitatibus: nomine verò, liberorũ, descendentes omnes comprehenduntur. Ex benignitate autem canonica Sũmi Pontifices posteà statuerunt, vt pœna illa in crimine hæreseos non se extenderet, nisi ad secundã generationem, & Bonifacius VIII. c. statutum de hæret. lib. 6. noluit eam pœnã egredi filios per lineã fœmininã, aut delinquẽte matre, vt dictum est. Iuxta hæc autẽ, stãdo in iure Cęsareo, omnes vniuersim descendentes, ex cõmittente crimen lęlæ maiestatis humanæ, essent infames ac incapaces officiorũ ac dignitatum post eam Federici legẽ. Meritò autem Greg.Lopez vbi supra censet, quicquid sit de iure communi Cæsareo, in hoc tamen Castellæ regno, neque eam pœnã extendi ad nepotes: sed vtranq; cõprehendere solos filios: quoniã lege.2. citata solis filijs est imposita: imò eadem lex satis apertè significat, infamiæ pœnã, inhabilitatesq;, ad officia, fœminas non cõprehẽdere. Atque iuxta hęc accipienda, admetiendaque sunt, quæ de hac re tradit Ant. Com.3.tom.var.res.c.2.n.15. Idẽ dicendũ est de iure Lusitano: quoniã neutra pœna tit.3. citato imposita est, nisi solis filijs, exclusis prorsus filiabus. Vnde quãdo lex 6.tit.13.part.2.& lex Lusitana tit.3. citato in princ. affirmant, crimen lesæ maiestatis humanæ reddere infames omnes de genere, aut de progenie ita delinquentis, intelliguntur de infamia facti, qua omnes ea de causa in minori æstimatione, minusq; apti ad officia, & dignitates habentur, non verò de infamia illa alia iuris; vt Greg. Lop.l.6. citata verb. *e todo su linage*, rectè affirmat.

Dubium deinde est, vtrum eędem duæ pœnę filijs ob delictũ parentum impositæ, nempe de iure Cæsareo, vt, ob crimẽ læsæ maiestatis humanæ à patre cõmissum, filij, neque ex testamẽto, neq; ab intestato succedere possint matri, alijs ascendentibus, collateralibus, & prorsus extraneis, & vt sint infames, neq; obtinere possint officia publica, ac dignitates: & de iure canonico & Cęsareo, vt filij hęreticorũ, aut etiam nepotes, infames sint, neq; obtinere possint beneficia Ecclesiastica, officia publica, ac dignitates, sese extẽdãt, etiã ad filios natos, aut conceptos, ante crimen patris; an verò solum ad filios natos post crimen patris. *Quæstio.*

Quod sese extendant, etiã ad cõceptos & natos ante crimen patris, suaderi potest. *Arg. pri.*
Primò, ex.l.quisquis.§.filij, iuncto.§.filias. C.ad leg.Iul.Mai. quo in loco filij indistinctè eius, qui crimẽ læsæ maiestatis humanę cõmisit, subijciuntur prędictis pœnis, non distinguendo, num nati sint post patris delictũ, vel anteà: atq;, inter alias, ea ratio redditur. *In quibus paterni, hoc est, hæreditarij, criminis exempla metuuntur*: id verò non minùs habet locum in filijs antea conceptis, aut etiã natis, quàm in posteà natis. Et.§. filias, hæc redditur ratio, quare illę non adeò seuerè pœnis subijciantur. *Mittor circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus*: ęquè autẽ timẽdũ est de filijs natis ante crimen patris, quòd audebunt, exemplaque patris sequentur, ac de filijs natis post crimen patris.

Confirmatur ex.l.2. titu.2. p.7. vbi, statuendo filijs masculis prædictas duas pœnas, ait. *Edemas todos sus hijos, que sean varones, &c.* ob quod verbum vniuersale, *todos*, in *Confir.*

in eam sententiã propendet ibi Greg. Lopez; cum Alberico, & Salyceto, quanuis re inquat rem magis cogitandam.

Secundum. Secundò, ex.c. statutum.2. de hærer. lib. 6. vbi pœnis iuris subijciuntur filij eorum hæreticorum, qui tales esse, vel tales discessisse, probantur, finè reconciliatione Ecclesiæ: cum autem post mortem generare non potuerint filios, liquidò constat, etiam eos filios subijci eis pœnis, qui ante patris crimen concepti, natique fuerint,

Tertium. Tertiò, ex.c. vnico de schismat. lib. 6. vbi lata sententia à Bonifacio. 8. contra Ioannẽ de Cõlumna tãquam contra schismaticum, dum ad filiorum pœnam deuenit, ait, contra natos in super, & posteros dicti Ioãnis.

Quartũ. Quartò, ex.c. fœlicis de pœnis lib. 6. vbi filij vniuersim, atque indistinctè, insequentium, percutientium, aut comprehendentiũ, Cardinalẽ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, priuãtur beneficijs habitis, & in habiles ad

Quintũ. beneficia & officia publica pronunciantur.

Quintò, ex extrauag. Pauli. 3. aduersus Enricum Angliæ Regem, incipit, cùm redemptor, &c. in qua pœnæ imponuntur filijs eiusdem Enrici natis, & nascituris:

Sextum. Sextò, ex.l.3.titu.3.lib.8. nouæ collect. vbi reconciliati ob crimen hæreseos, & filij indistinctè concrematorum ac damnatorum ex eodem crimine, pronunciantur incapaces officij publici,

Septimũ. Septimò, quoniam, quando inquisitores hæreticæ prauitatis damnãt aliquem de hæresi, subiungunt. *y declaramos por inabiles, e incapaces, a los hijos, y hijas, del dicho fulano, y a sus nietos por linea masculina, para poder auer, tener, y posseer, dignidades, beneficios, y oficios, assi Ecclesiasticos, como seglares, que sean publicos, o de honra.*

Hanc sententiam, innixi aliquibus ex argumentis propositis, prętet Greg. Lopez, amplectuntur Couar.2.var.res.c.8.à.n.5. Ant Gom. 3. tom. var. res. c. 2. n. 16. qui asserit, in puncto iuris verã esse, & asserendam: contrarium tamen esse ampletendum & asserendum in hoc Castellæ regno propter iura inferiùs citanda. Eandem amplectuntur Castrus lib.2.de iusta hæret.pœnit. c.vlt.& lib.1.de leg.pœn.c.7. document. 2. corol.1.& alij, quos Molina.c.vlt. citato in calce.n.55. refert.

Decisio. 21 Contraria tamen sententia est longè cõmunior, quam amplectuntur Iul. Clar. lib. 5.sent.§.hæresis.n.17.&.§.lesę maiestatis crimen.n.12.& alij, quos referunt ac sequũtur Simancas de Catholicis inst. titu. 29. n.23.& Molina.n.55.citato, atque hęc sanè nobis probatur.

Primò, quoniam licèt filij nati, aut concepti, ante hæresim, aut crimen læsæ maiestatis patris, subsequuto eo crimine patris, quasi per communicationem idionatum, dicantur filij hominis hæretici, aut perduellionis; non tamen quando nati, aut concepti, sortitique rationem filiorum fuerunt, filij erant hominis iam tunc, aut antea, hæretici, vel perduellionis: quarè in odiosis, & præsertim vt innocentes puniantur, in ipsismet ob crimen patris, tanquam filij paretis hæretici, aut perduellionis, non sunt ij computandi inter filios hæretici, aut perduellionis, qui ante crimen patris nati, aut concepti sunt: maximè, cùm statuta, & leges, dum de filijs comparatione qualitatis alicuius parentis loquuntur, & præsertim ad pœnam infligendam, potissimum si innocens illa puniendus sit, formaliter loquũtur de filijs, qui post eam qualitatem nati, aut concepti sunt, vt sunt quamplurima exempla in iure, & doctoribus, quorum aliqua proximè subijciemus. Atque, inter alia, quæ addemus, id egregiè confirmat. l. ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel. vbi filij nati post crimen patris, decernuntur à filijs natis, aut conceptis ante id crimen, & reputãtur tanquam filij nati ex alio patre, propter diuersam qualitatem, comparatione filiorum, quam ex eo crimine fortitur. Ibi enim, cùm relicta hæreditas cuidam fuisset, vt eam post mortem suam alteri restitueret, sub ea conditione, si hæres ita grauatus finè liberis decederet; isq; hæres deportatus fuisset; respondit Vlpianus, quantis deportati filij non faciant defiere eam conditionem, eo quod reputentur ac si nati non fuissent; id tamen intelligendum esse, de filijs conceptis post deportionẽ; secus verò de conceptis ante deportionem: quoniã, posteà concepti, videntur quasi geniti ac nati ab alio homine, propter criminis qualitatem, quę superuenit, eumque diuersum, quoad eam qualitatem & conditionem, cõparatione filiorum effecerit. Verba Vlpiani hæc sunt. *Nos quidem, hic dicemus: conceptos quidem ante deportationem, licèt posteà edantur, efficere, vt conditio deficiat: post deportationem verò susceptos, quasi ab alio (idest, à parente à se ipso diuerso genitos) non prodesse*, vt scilicet cõditio deficiat. Atq; ad id doctores cõmuniter ibi, & alibi, notãt eũ textũ.

Secundò, quoniam, quæ hæreticus, aut perduellio, egit ante crimen, ob quod inhabilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilis redditur ad similia in posterum agenda, valida vtique sunt: imò concilium Tolet. 12. sub Eruigio can. 7. cùm statuisset in pœnam ei, qui vocatus ad bellum, non venisset, vt testis esse non posset, id meritò restrinxit, vt intelligeretur circa ea solum, quæ post eam culpam euenissent: quoniam æquitas non patiebatur, vt qui ante eã culpam ius habebat, vt hic testimonium in ipsius fauorẽ ferret, eo priuaretur: ergo pari ratione delictum parentis reddere quidem inhabiles poterit ad aliqua filios post id delictum ex eo parente genitos: secus verò filios genitos ante id delictum, qui iã antea habiles omnino erant, iusque suæ habilitatis comparatum omnino habebant.

Tertiò, ex l. si senator. C. de dignit. lib. 12. vbi habetur, si senator habebat filios natos ante adeptam dignitatem, eos non gaudere nobilitate & priuilegijs eius dignitatis: secus verò de natis post eam adeptam. Eadem distinctio ad eum effectum gaudendi priuilegijs alicuius muneris, aut dignitatis, innititur apertè inter filios natos post dignitatem adeptam, & natos ante adeptã eam dignitatem. l. si decurio. 3. C. de decurionib. lib. 10. illis verbis; *nec ipse, nec liberi eius post talem ipsius dignitatem procreati, quod patriæ debetur* (id est, ad quæ priuati tenentur) *valeant declinare*. Eadem nó minùs apertè innuitur. l. Doctitij, &. l. penult. illis verbis; *tam ipsi, quàm liberi eorũ post eiusmodi adeptam dignitatem procreati*; atque. l. vltima illis verbis; *sucq; posteritate, quam postquàm meruerit dignitatem, vel ectum gesserit, ediderit; anterioribus filijs in conditione pristina remansuris*; eod. titu. Et præter alia iura communia, in quibus idem habetur, lege. 1. titu. 1. lib. 6. nouę collectionis, sit hebetur. *Y q̃ los hijos, que ouierẽ auido, antes de la caualleria no gozẽ de la exempcion y priuilegios de la caualleria de sus padres, y que los, que an, o ouieren, despues de la caualleria, que aquellos gozen de la dicha libertad con la mesma carga, y no otros ni de otra guisa*; quod ius consonum esse iuri communi ex dictis constat, & affirmãt Otalora de nobilitate. 4. part. principali. c. 2. & alij. Ratio autem, quarè priuilegium nobilitatis patri concessum, non competat filijs antea natis, nisi id in aliquo euẽtu sufficiẽtet exprimatur, vel iuris dispositione, vt in euentu quodam fuit expressum. l. vlt. citata. C. de decurionib. lib. 10. vel priuilegio principis, hæc sanè redditur: quoniam filij antea nati cœperant iam antea habere statum hominum plebeiorum, neque virtute tunc contine-

A bantur in patre, cui tale priuilegium sibi, & posteris, concedebatur. Hinc profectò hoc efficacissimum cõficitur argumẽtũ. Quod si in fauorabilibus, & in priuilegijs, concessum parenti sibi, & liberis, non se extendit ad liberos ante id adeptum natos, nisi apertè exprimatur, multò magis pœna imposita alicui, & liberis illius, præsertim si ea in posteris innocentibus parens puniatur, no se extendat ad posteros natos ante parentis crimẽ, ob quod ea pœna ei imponitur. Hoc loco obserua, eo ipso, quòd aliquis natus est ex parente, in quo tempore natiuitatis,
B aut conceptionis, talis filij, nullum erat impedimentum, vt is filius consequeretur ingenuitatem, nobilitatem, capacitatem, seu habilitatem, ad aliqua, ea sibi suo quasi iure ea natiuitate, aut conceptione, acquisiuisse, ac effecisse sua propria: sicut autem æquitas, rectaque ratio, non patiuntur, vt cæteris alijs rebus iam suis effectis, priuetur quis ob delictum alterius, etiam si is pater, aut mater sit, neque id vnquam iuribus reperimus stabilitum: ita neque æquitas, rectaq; ratio, patiuntur, vt ingenuitate, nobilitate, habilitateque ad succedẽdum alijs ex testamento, aut ab intestato, & ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, & officia publica, se-
C mel integrè ac perfectè natiuitate acquisitis, priuetur quis in pœnam ob delictum alterius, etiam si ille pater, aut mater sit: neque vlla ratione est credendum, eam fuisse mentem legum latorum, qui nulla ratione credendi sunt intendisse statuere suis legibus, nisi iusta, & æqua, rectęque rationi cõsentanea: quarè licet concederemus, nobilitatem, & alia priuilegia (quę fauores & gratiæ sunt) alicui, & liberis illius concessa, sese extendere etiam ad filios ante eam nobilitatem, ac priuilegium genitos, aut conceptos,
D nulla profectò ratione esset idem concedendum de priuatione illarum aliarum rerum in pœnam ob delictum alterius, qua innocens illo modo puniatur. Vnde inst. de ingenuis. §. sed & si, sic scriptum legimus. *Si mater libera concepit, deinde facile ancilla pariat, placuit, eum, qui nascitur, liberum nasci: quia nõ debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero est.* In quæ verba Portius, & alij, rectè dixerũt, ea ratione id procedere, quia huic partui concepto, iam est quæsitum ius ingenuitatis, quod non debet ex calamitate matris tolli. Consentit. l. filiem. ff. de senatorib. cuius verba sunt; *Nam quæsite dignitas liberis, propter crimen patris exferenda non est.* Et lege generali. ff. de ritu nuptiarum, habetur: Dignitas

nitas filijs quæsita, propter crimen patris non est A *amouenda*.

Quartò, exemplo peccati originis, & pœnarum ob illud, quibus Adami posteri omnes per virilem ex illo propagationem deriuati, punimur. Sicut enim, si ante peccatum Adami aliquis, aut aliqui, cõcepti fuissent, illi sanè non contraxissent peccatum originis, neque puniti fuissent pœnis, quibus à Deo genus humanum ob illud peccatum punitur, vt affirmat communis Theologorum sententia, & inter alios asseuerat Augustinus ad Bonifaciũ, & refertur. 1. q. 4. c. iam itaque, & de cõsecrat. dist. 4. c. quæris; quia illi, vt pote iã separati ex Adamo, nec in illo patentia iam tunc contenti, non peccassent in illo, nec proinde pœnis illius
B peccati punirẽtur; sed solum in illo peccauimus, pœnisque eius peccati, licèt nó propria, sed aliena voluntate commissi, illi soli punimur, qui tunc eramus potentia ac virtute in illo, in illiúsve lumbis, quibus proinde omnibus amissa dona, sibi, & nobis collata, quibus genus humanum liberũ ac exemptum erat a pœnis omnibus ex eo peccato sequutis: sic similitudine quædam, licèt filij non contrahant reliqua parentum peccata, quantumuis enormia, dum tamẽ in nostris parentibus fumus, modo explicato, potentia ac virtute, puniri licite à republica in commune bonũ possumus propter peccata aliqua enormia, multumque reipublicæ nociua, non solùm priuatione bonorũ temporalium, quæ ex eis parentibus in nos deriuari alioquin debuerant, sed etiam habilitatibus, & iuribus, quæ conceptione ac natiuitate nostra ex eis parentibus fuerамus alioquin consequuturi: secus verò priuatione bonorum, habilitatum, ac iurium, quæ concepti & nati ex illis ante ipsorum tale peccatum, iam erant affecta nobis propria: his enim semel perfectè acquisitis, priuari non possumus ob alienam culpam, sed ob nostram, aut totius communitatis, seu reipublicæ, cuius sumus partes: id quod satis docet ac intendit August. duobus illis capitibus citatis.

Quintò, ex. l. 2. C. de libert. & eorum liber. Vbi, quando libertus, seu liberta, in seruitutem reuocatur à patrono ob ingratitudinem aduersus ipsum commissam, addit Imperator, *filijs etiam, qui postea nati fuerint, seruituris: quoniam illis delicta parentum nõ nocent, quos nunc esse ortos constiterit, dum liberetate illi potiuntur.* Et ex. l. emancipatum §. 1. ff. de senatorib. cuius verba sunt. *Si quis conceptus quidem sit, antequàm pater eius à senatu*

amoueatur, natus autem post, quàm dignitem amissam magis est, vt quasi senatoris filius intelligatur: antè-quàm enim cõcipiatur spectata ita pleriſque placuit. In quibus iuribus vides, quauis delictũ parẽtis, noceat filijs posteà cõceptis, & pœna illius eos afficiat; non tamen nocere filijs ante id delictum conceptis, neque pœnam ex eo delicto ad eos eatiura extendere. Atque argumento huius posteriotis iuris dixit glossa verb. aspergit. l. Dino Marco. C. de quæstionib. quòd si filius senatoris macula aspergitur, & prius, quàm eam contraheret, habuit, vel genuit filium, non nocet
B huic nepoti senatoris, quominus filius & nepos senatoris dicatur, & priuilegio senatori, & posteris illius concesso, perfruatur. Neque satisfacit responsio Couar. n. 5. citato vers. 2. quòd scilicet in his sit fermo de priuilegijs, quæ filijs competunt ex trãsmissione parentis conceptionis ratione; quæ iã acquisita non possunt ob patris crimen à filijs tolli. Etenim eadem ratione ob crimen patris quodcunque non poterunt bona, habilitates, ac iura, filijs natiuitate ex suis parentibus semel perfectè acquisita, in pœnam ob patris crimẽ à filijs auferri, *e ã si ea non a patre, sed a genere, a cuitate, a re ãna tura tribuerentur*, eisve obuenirent, iuxta. l.
C 3. ff. de interdict. & releg.

Sextò, ex concilio Tolet. 13. c. 1. vbi, cũ indulgentia omnibus illis concedatur, qui in infidelitatẽ inciderant, sic subiungitur; *Quod etiam de filijs eorum decernimus obseruandum, qui post admissum scelus, nati esse prodũtur.* Quasi illi soli restitutione indigerent: non verò, qui nati essent ante crimẽ patris commissum. Fuit verò illud concilium totius Hispaniæ, in conuentu vniuersali Ecclesiasticorum & laicorum: eaq; de causa lex illa à republica seculari & Ecclesiastica, vt in eis concilijs mos erat, fuit lata.

D Septimò, ex. l. 6. titu. 27. part. 2. versus finem, vbi, loquendo de pœnis eorum, qui crimen læsę maiestatis incurrissent, filiorumque ipsorũ, subiungitur. *Pero esto no se entiende de los hijos, q̃ ouiesen hecho antes q̃ errassen, mas de los que despues biziesen, seyendo ellos tan de mala ventura, que viuos fincasen. Ca los derechos, que fallaron los antiguos de España, en todas las cosas, allí do pusieron pena a los hijos, por razon de sus padres, siempre guardaron esto, que non ouiesen pena los que ante auian, que el fecho malo fiziesen. Fueras en de si fuesen con ellos aparceros* (id est socij) *en los yerros. E a los otros, que metieron en la pena, fue por que los hizieron despues que estauan ponçoñados en el mal, que ouiesen fecho: teniendose, que en alguna*

razon

Universidad de Deusto
Biblioteca

razon recudiesen a aquellos mismos. Forende mandaron, que fuesen destruidas, de guisa que nũca y diesen hazer mal, ni la tierra fincase poren denostada, e los otros, que lo oyesen, tomasen ende escarmiento. Item ex l. 3. titu. 8. libr. 8. nouę collect. illis verbis. *Pero decimos, que ningun traidor, ni aleuoso, ni su hijo, que vno despues que hizo la traicion, o alaue, no pueda reptar a otro.* Neque ad priorem illam legem satisfacit euasio, quam in fine illius, sub dubio, tradere tentat Greg. Lopez, dicens, intelligẽdam esse de sola pœna expulsionis à regno, quę paulò antea in eadem lege statuitur filijs incurrentium crimen læsæ maiestatis humanę: non verò in reliquis eorundem filiorum pœnis. Neque enim vlla erat ratio, quarè id solùm in ea pœna statueretur, non verò in alijs infamiæ, incapacitatis ad succedendum alijs, & ad obtinenda officia publica, quę sunt longè graviores pœnæ. Item, quia ratio illa, quæ in ea lege redditur, *ca los derechos, que fallaron los antiguos de España, en todas las cosas alli do pusieron pena a los hijos por razon de sus padres, siempre guardaron esto, que no ouiesen pena los que antes auiã, que el hecho malo hiziesen*, vtique apertè omnes eorũ pœnas comprehendit. Atque ob hæc tam aperta iura Ant. Gom. n. 16. citato arbitratur, hanc nostram sententiam amplectendam in hoc regno esse. Idem cẽset Couar. vers. 4. citato circa crimen læsæ maiestatis humanę: non verò circa hæreseos crimen; quia existimat, eas dispositiones huius regni ad hoc crimen non se extendere; arbitraturq; de iure canonico eas sese extendere, etiã ad filios ante patris hęresim natos: ed certe verba proximè relata de vniuersis pœnis loquuntur: neque legis latores Hispani id statuerunt, nisi spectata ipsamet rei natura, sequendoque dispositiones iuris cõmunis, tã ciuilis, quàm canonici. In calce enim legis. 6. citatæ hæc verba subijciũtur. *Como quier que sigan las leyes de los emperadores, los hijos despues omes atales, non deuen auer esta pena.*

Ratio autem illa, cur filij post crimen patris nati, eis pœnis puniantur non verò, qui ante id crimen concepti sunt, quia videlicet illi alij nati sunt à radice iam infecta, & timetur, ne mores parentum, ita iam antea infectorum, sequantur in reipublicæ perniciem: certè, quoad hanc secundam partem, de timore, quòd sequentur mores parẽtũ, solùm est ratio coadiuuãs, & non tota, nec præcipua. Is verò timor non ita vrget, aut probabilis est in ijs filijs natis ante crimen patris qui consortes criminis non fuerunt, sicut in ijs, qui postea nati sunt: non solum quia stirps, vnde illi prosluxere, nondũ erat infecta eo crimine. & pravo affectu; sed etiã quia constat, sequutos non fuisse patrem in crimine eo patrando, cùm tamen iam existerent in rerum natura, sequiq; eos posset, si essent adulti, delive capaces.

Ad prim. Arg. Ad primum ergo argumentum in cõtrarium dicendum est quòd quanuis lex quisquis, de filijs, nulla facta distinctione, quòd nati sint post crimen patris, aut non, loquatur, ex alijs tamen iuribus citatis, quæ statuunt, crimen parentis solùm nocere posse filijs natis post id crimen, non verò antea conceptis, esse eam limitandam ac exponendam, quòd solùm intelligatur de filijs natis post tale crimen patris. Quãuis enim lex indistinctè loquẽs, regulariter indistinctè ac vniuersaliter sit intelligenda; id tamẽ non habet locum, quando limitatur ac restringitur per alia iura: præsertim, quando indistinctè intellecta, nõ solùm rigida esset & inhumana, sed etiam esset irrationabilis, vt pote puniens filium prorsus innocẽtem ob delictum patris in bonis, quę iam erant effecta propria talis filij quando supervenit crimen parentis, in quo is filius non cõtinebatur iam in potentia, sed erat prorsus ab eo separatus. Adde, eiusmodi leges punientes crimina, quę in perniciem sunt publicam, quæque republica maximè expedit ea vitari, solere ad terrorẽ scribi ac promulgari ita, vt, quam maximè fieri possit, sonent severitatem, eaque de causa non solere distinguere, qui non comprehendantur, sed id relinquere distinguendum, intelligendum, ac limitandum, ex alijs iuribus: id quod observandum est pro reliquis iuribus, quæ in alijs sequentibus argumentis subijciũtur, ne eadem in singulis repetamus. Ad id verò, quòd in eodem argumento subijungitur, dicendum est, nomine, criminis hęreditarij, intelligi, vi propagationis ac generationis transmissi, iuxta illud Aug. 1. retract. c. 13. *Quia in primo parente eramus, dum peccauit, id circo illius crimen factum est in nobis hæreditarium* hoc est, à parente in nos natiuitate ac generatione trãsmissum: quarè id locum habet solùm comparatione filiorũ, qui post illud crimen nati, concepti q. sunt: non verò comparatione eorum, qui ante id crimen fuerunt concepti, de quibus, cur potiùs timendum sit, ne parẽtum exempla sequantur, quàm de antea conceptis, supra explicatum est: vbi diximus eũ metum, ne exempla parẽtum sequantur, non fuisse totam, neque præcipuam causam, cur pœnæ illæ filijs post id crimen conceptis ac natis imponerentur,

imponerentur, sed esse partem causæ minùs præcipuam. Quòd autem minùs timendum esset, filias, conceptas post crimen patris, sequuturas fore exempla parentis, fuit etiã causa coadiuuans, cur mitiùs circa eam pœnã cũ eis ageretur, quàm cum masculis post idẽ crimen conceptis.

Ad confir. Ad confirmationem dicẽdum est, eam etiã legem ex alijs, tam iuris cõmunis, quàm huius regni, supra relatis, limitandam, atque intelligendam esse, de omnibus filijs conceptis post crimen patris. Idcirco autem in ea lege appositum esse verbum *todos*, seu omnes, vt intelligeretur, nullum post crimen patris conceptum, excipiendum esse, siue is esset filius legitimus, siue naturalis, siue etiam spurius, vt supra dictum est.

Ad secundum. Ad secundum in primis est dicendum cap. quicunque §. hæretici. c. vt commissi. §. vlt. &. c. statutum. 2. in prin. licèt de filijs hæreticorum in distinctè loquantur, intelligenda tamen esse de solis filijs natis ac conceptis post crimen patris, iuxta alia iura, quæ id sufficienter exprimunt, vt in responsione ad primum dictum est. Quod verò attinet ad eam restrictionem adhibitam eodem. c. statutum, nempe de qua in secundo argumento est sermo, nẽpe quod ea pœna non comprehendat filios natos post crimen parentum, quando parentes obierunt reconciliati Ecclesiæ, sed eos solos, quorum parentes in suo errore perstitunt, aut in eo vitam finierunt, dicendum est, quòd licet parẽtes illi post suam mortem no potuerint filios generare, inde non sequitur ex ea restrictione colligi, quòd sit in eo capite & in ea restrictione sermo de filijs conceptis ante crimen patris: quoniam superstites esse poterant tempore mortis talis hęretici, filij cõcepti & nati post crimen illius, in quibus locum haberet ea restrictio, nempe, quòd si pater discederet reconciliatus Ecclesiæ, in eis filijs non haberet locum ea pœna: si autem discederet impenitens, pœna illa haberet in eis locum.

Eodem modo dicendum est ad. c. filij vel hæredes, de hæret. lib. 6. vbi habetur, quòd si aliqui in infirmitate constituti, vocent hæreticos, vt per impositionem manuum eorum accipiant consolationẽ, atq; ita ex hac vita discedant, censeantur discessisse hęretici, neque filij, aut hęredes eorum post illorum mortem admittantur ad probandum, non sanæ mentis illos eam impositionem manuum suscepisse, si, dum viuerent, diffamati erant de hæresi, aut constet sanę mentis illos præcepisse eos vocari. Hinc enim volunt aliqui, etiam filios natos ante crimen, incidere in pœnas filijs hæreticorum impositas: quoniam filij illi nati erãt ante id crimen. Ad hoc dicendum est, in eo textu non esse sermonem de pœna, qua filij hæreticorum priuentur bonis, aut habilitatibus, quæ iam erant propria ipsorummet filiorum: sed de probatione, tam ipsorum, quàm quorumcunque aliorum hæredum, quòd illi non fuerint, aut discesserint, hæretici, ad effectum, vt, in consequentiam hæresis, non confiscentur bona omnia eorundem hæreticorum: illa autem non est propriè pœna filiorũ, aut hæredum, sed illorum hæreticorum, estò redundet in detrimentum talium filiorum, & hæredum, qui in eis bonis erant successuri, si, tanquam bona hæretici illius, non confiscarentur.

Ad tertiũ Ad tertium dicendum est, ibi nomine, natorũ, filios significari, & nomine, posterorũ, cęteros illius descendentes: id verò intelligẽdum est de filijs, & posteris, natis, post crimen patris, iuxta interpretationem aliorum iuriũ, vt in responsione ad primũ dictum est. Adde, filios illius Ioannis, comparticipes fuisse in eo crimine, vt in eo capite innuitur.

Ad quartum. Ad quartum dicẽdum est, id ius indistinctè loquens, similiter intelligendum esse de solis filijs conceptis post crimen, iuxta alia iura, quæ id exprimunt, vt in responsione ad primum dictum est.

Ad quintum. Ad quintum dicendum est, intelligi de natis ex Ana Bolema post crimen eiusdem Henrici: non vero de antea natis ex Catharina legitima eius vxore, vt fuit Maria, quę fuit vxor secunda Regis nostri Philippi.

Ad sextũ Ad sextum dicendum est, id similiter esse limitandum & intelligendum, de filijs cõceptis ac natis post. crimen parentum, iuxta dispositionem iuris communis, & ea, quæ in responsione ad primum dicta sunt.

Ad septimum. Ad septimum dicendum est, eam sententiã cuius forma ex iure communi est deprompta & constituta, temperque eodem modo pronunciatur, intelligendam esse iuxta dispositionem iuris communis.

22

Superest dicamus, quod in titulo huius disputationis est propositum, atque ad quod explanandum ac definiẽdum, tam multa hactenus dicta sunt. Nempe, vtrum ob crimẽ hæreseos, aut læsæ maiestatis, posse sors maioratus, qui instituitur illius non fuit, aut ob simile crimen eius, ad quem proximè deuenire maioratus debebat, excludãtur eius filij, aut etiã nepotes, à successione in eo maioratu, trãseat ique ad vlteriùs ad eum vocatum, qui incapax illius non fit. Atque in primis dicendum est, si tales filij, aut nepotes, cõcepti sint, aut nati, ante crimen commissum, non excludi à tali maioratu, vt ex dictis liquet. Si verò cõcepti sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint post id crimen commissum, quod attinet ad crimen læsæ maiestatis humanæ, in euentibus, in quibus ostensum est, filios solos illius masculos, vel de iure communi, vel de iure huius regni, vel de Lusitano iure, reddi incapaces ad succedendum, etiam alijs ascendentibus, collateralibus, ac extraneis, dicendum est.

Iur Lus. 23

In primis de Lusitano iure, siue maioratus institutus fuerit vltima voluntate, siue contractu inter viuos, filios committentis ita crimen læsæ maiestatis, reddi omnino incapaces ad succedendum in eo maioratu, transireque proinde ad vlteriùs ad eum maioratum vocatum. Ratio autem est, quoniam de iure Lusitano, vt constat lib. 5. ord. titu. 3. §. 12. filij cõmittentis tale crimen, manent incapaces omnino ad succedendum, vel per vltimam volũtatem, vel donatione, aut contractu alio inter viuos, cuicunque: quarè in nullo horum maioratuum poterunt succedere, accipereque illũ, à primo institutore, ex præscriptóve illius, sed in euentu, quòd ad ipsos esset alioquin deuoluendus; transibit ad vlteriùs ad eum vocatum, qui incapax illius non sit. Id quod satis innuit ordinatio ipsa Lusitana ibidem. §. 14. iuncto. 17. ibi, *que para ello seia capaz.*

24 De iure vero communi, atque huius Castellę regni, cum filij committentis id crimẽ, solum redditi sint incapaces ad succedendum ab intestato, aut quouis alio modo per vltimam voluntatem, etiam in legatum, aut fideicommissum, non verò donatione, aut alio cõtractu inter viuos, vt constat ex. l. quisquis. §. filij. C. ad leg. Iul. maiest. & ex. l. 2. titu. 2. part. 7. suprąque explanatum est, dicendum est cũ Greg. Lopez eadem. l. 2. verb. *mãcar que le fue revocada*, si maioratus per vltimam voluntatem sit institutus, tunc, quia comparatione talis filij, haberet rationem fideicommissi vniuersalis, aut particularis, in quo succederet primo institutori, per vltimam voluntatẽ ab eo illi relicto, non posse in illo succedere, sed deuolui ad vlteriùs ad illum à primo institutore vocatũ, qui illius incapax non sit. Si verò institutus sit contractu inter viuos, in illo succedere. Vtrum autem ex eo, quod infamis etiã sit, & incapax ad officia, & dignitates, ex hoc alio capite sit ab eo repellendus, mox dicetur dum sermo fuerit de crimine hæresis.

Molina lib. 4. de primog. c. vlt. n. 50. etiam ex primo illo capite contrarium affirmat. Du-

Arg. pri. citur. Primo, quoniam cum maioratus successio a primo instituntore, non autem a sequenti successore, pendeat, vtique ex eo tẽpore, quo primogenitus natus est, tibi acquisitum fuit quoddam ius primogenitura formatum ex spe firma ac inuariabili, etiam patre viuente:

quòd ius nulla lex de crimine læsæ maiestatis loquens, a filio potuit auferre, sed solum potentiam succedendi in ijs, quæ eo tempore ac quisita non erant.

Secundò, quoniam si filij proditoris, incapaces essent successionis eius maioratus, quẽ pater obtinebat, sequeretur hoc quoddã maximũ absurdum, quòd maioratus succesiõ ad transuersales cognatos trãsiret, exclusis filijs. *Secundo.*

Miror sanè Molinam, adeò debilibus argumẽtis reiecisse opinionem illam Greg. Lop. solidè deductam ex duobus iuribus citatis, quod attinet ad filios natos post crimẽ patris: de alijs enim iam dictum est, non excludi ab eo maioratu.

Ad primum ergo illius argumentum dicendum est, si loquatur de filio nato post crimẽ patris, falsum esse talem filium à tẽpore, quo natus est, sibi acquisiuisse ius illud: lex enim antequam ille conciperetur, dum adhuc erat in lumbis patris, fecit illum incapacem ad succedendum in eo maioratu, ac proinde, in pœnam criminis patris, impediuit, ne in eo ius recultaret, vt dictum est. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum est, id nõ solùm non esse maximum, sed etiam nullum esse absurdum in eo euentu, in quo filij nondum concepti meritò ob crimen patris facti sunt à lege incapaces talis successionis; non verò filij eorundem, si existant tempore delationis talis maioratus, aut in defectum eorum, alij collaterales. *Ad secundum.*

Quod attinet ad crimen hæreseos, quatenus filij hęreticorum, aut etiam nepotes eorũ per lineam masculinam, facti sunt infames, & incapaces ad obtinendum officia publica ac dignitates, itemque quod attinet ad crimen læsæ maiestatis humanę, quatenus similiter filij incidentium in hoc crimen, eo ipso sunt infames & incapaces ad obtinenda officia publica ac dignitates, dicendum est. Nihil impedite ea infamia, & incapacitate, eo ipso, quòd eiusmodi filij, aut nepotes, nati post crimen patris, aut aui, incapaces non sunt succedendi alijs ab intestato, & ex testamento, atque obtinendi bona temporalia, donatione, & alijs cõtractibus inter viuos, succedere, in consequẽtium bonorum temporalium, posse etiam in vinculo maioratus, de quo nunc loquimur, & in iurisdictione temporali, qua constet, & quã habeat annexam, vt copiosè disp. 620. ostensum à nobis est. Dixi, succedere posse in vinculo maioratus, de quo nunc loquimur: quoniam, si maioratus institutus sit de bonis coronæ regni, à principe quondam alicui, & successoribus illius, etiam in remunerationẽ obsequiorum, rerumque bene gestarum, ei donatis,

tis, tunc num ex alio capite extinguatur maioratus, deuoluaturque ad fiscum, coronam ve regni, crimine hæreseos, læsæ maiestatis humanæ, aut Sodomię, talem maioratum possidentis, quatenus scilicet eiusmodi bona censentur donata sub ea lege & conditione, vt cõ fiscari possint ex quouis illorum trium criminium eum maioratum possidentis, disp. 6 [illegible] 0. dicetur. Cum vero tituli Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similes, ex principis donatione ac concessione deriuentur, eidem sanè legi ac conditioni videntur subjacere. Quando tamen is, qui ad eiusmodi maioratum vocatur, incideret in aliquod illorum criminum, antequam maioratus ad eum deuolueretur, tunc non cõfiscaretur, sed, post mortem possessoris, pertineret ad vlteriùs ad eum vocatum, qui, iuxta ea quæ dicta sunt, incapax illius non esset.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *irreuocabiliter de bonis patrimonialibus institutus, non confiscatur ob crimen Læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, institutoris postea commissum. Neque confiscatur ob crimen post institutionem, sed ante sententiam latam commissum, quando ob id crimẽ nõ ipso iure, sed per sententiam bona confiscantur.*

2 *Maioratus reuocabiliter per vltimam voluntatẽ, etiam donatione causa mortis, institutus, confiscatur crimine institutoris, quo bona illius ipso iure confiscantur.*

3 *Maioratus reuocabiliter contractu inter viuos institutus, non confiscatur crimine Læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, institutoris postea subsequuti, nisi institutor eum reuocet in vita sua.*

Vtrum ob delictum institutoris possit maioratus confiscari. Disp. 659.

1 NVNC dicendum est de delicto institutoris maioratus de suis bonis patrimonialibus, num ob delictũ ipsius, ob quod cætera eius bona confiscantur, confiscetur etiam maioratus ab eo institutus in præiudicium eorum, qui ab eo ad talem maioratũ vocati sunt. Atque in primis dicendum est, si delictum commissum est post eum maioratum irreuocabiliter ab eo institutum, tunc ob delictum is maioratus non potest confiscari. Ita Molina lib. 4. de primog. c. vlt. n. 18. resq; ex se est satis perspicua. Quoniam, sicut maioratus institutor non potest cõtractu, aut alia ratione, alienare bona, ex quibus constat, postquàm irreuocabiliter institutus est, vt supra dictum suo loco est: ita neq; delicto potest ea alienare, & efficere, vt ad fiscum pertineant.

A Quin, si crimen esset tale, ob quod bona delinquentis confiscarentur, non ipso facto, sed post latam sententiam, maioratus irreuocabiliter medio illo tempore institutus non confiscaretur, subsequuta sententia confiscationis bonorum talis delinquentis: sicut neq; donatio, medio illo tempore facta, cõfiscaretur. Ita habetur. l. post contractum. ff. de donat.

Quando autem maioratus reuocabiliter est 2 institutus, distinguẽdũ est. Quoniã, si per vltimã volũtatẽ institut' sit, etiã donatione causa mortis, tũc confiscatur, tanquam bona adhuc delinquẽtis nemini adhuc obligata. Et quoniã vltima volũtas, nõ solùm incidentis in crimen læsæ maiestatis diuinæ, ad humanę, sed etiam cuiuscunque serui pœnæ, de iure communi (de Lusitano verò, si ad mortem naturalẽ sit damnatus & in hoc Castellę regno, quando ad mortem damnatur, & bona illius, aut pars eorũ, confiscãtur) quoad id, quod cõfiscatur, eo ipso redditur nulla, etiãsi facta sit ante crimen commissum vt disp. 9. & copiosius disp. 481. ostensum est. Consentit Molina vbi supra. a. n. 19. & de donatione causa mortis dictum cum eodem autore est disp. 287.

Si verò maioratus per contractum inter vi- 3 uos reuocabilem sit institutus, dicendum est, non cõfiscari, etiam subsequuto crimine læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ: si tamen delinquens eum ante suam mortem reuocet, tunc eo ipso ad fiscum spectat. Ita Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 91. Molina vbi supra. num. 23. & alij, quos citat. Quod si aliud intendit Simacas de Cathol. inst. titu. 9. n. 256. non est hac in re audiendus. Ratio autem primi ac præcipui, quod asserimus, est. Quoniam contractus ille inter viuos validus fuit, & per eum ius cõpararunt vocati ad maioratum, tametsi reuocabile per institutorem, interim dum institutor viuit: ius autem eum reuocandi, non transit ad fiscum: quoniam est personale. Eadem verò est prorsus ratio de donatione à viro facta vxori, quæ inualida non redditur ex eo, quòd vir in crimen læsæ maiestatis, aut in aliud simile, incidat, neque ad fiscum pertinet, sed ad vxorem, nisi vir eam reuocet, dum viuit. Ita, quod attinet ad crimen læsæ maiestatis, habetur expresse. l. quisquis. §. vxores. C. ad leg. Iul. maiest. & ex eo. §. id ibi affirmat glossa verb. titulo donationis, mirorque Molinam, & alios, non citare ius hoc expressum in fauorem huius sententiæ eamque expressam glossam. Idem probat. l. res vxoris. C. de don. inter vir. & vxor. quam ad id citant glossa, Molina, & alij.

SVMMARIVM.

1 MAIORATVS *de bonis coronæ regni, ité tituli Comitatus, Marchionatus, & similes, in*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Castellæ & Lusitaniæ regnis confiscantur ob crimen læsæ maiestatis possessoris. Et quid ob hæresos, & Sodomiæ crimina.

2 Maioratus de bonis coronæ regni, vt confiscari nõ possit ob crimen læsæ maiestatis, & ob alia crimina, valet priuilegium, dummodò confiscari possit ita vt commoditas ad delinquẽtem nõ pertineat.

3 Regnum an confiscari possit, ob crimen læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, possessoris.

Num maioratus de bonis coronæ regni, confiscari ob delictum possessoris possit: & regnum propter Regis delictum. Disp. 660.

QVOD ad primum attinet, paucis est dicendum. In hoc Castellæ regno, & in Lusitania, confiscari posse ob crimen læsæ maiestatis Ratio est, quoniam bona coronæ regni, sub ea tacita lege & conditione, censentur tradita in maioratu, vt amittantur, & confiscentur ob crimẽ læsæ maiestatis, ingratitudinemque in ipsam regni coronam, vnde deriuantur, commissam. Idem dicerem de titulo Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similibus, à Rege concessis: maximè, quia concedi consueuerunt alligati oppido, cõcesso de bonis coronę regni. Ita expressè est definitum in Lusitania lib. 5. ord. tit. 3. §. 15. cuius verba sunt. *Pero o se algũ trouxesse ieudo, morgado su fero, do Rey, quer in perpetuũ, quer em pessoas, & cometesse tal crime de lesa magestade, perq̃ sus bẽs deuesem ser cofiscados, en tal caso, se morgado, feudo ou fero, se tornado ao Rey, para fazer dele, o que for sua merce.* Atq; idẽ in hoc Castellæ regno sancitum est pragmatica Henrici secundi, quæ, referẽte Molina lib. 4. de primog. c. 1. n. 41. sic habet. *A lo que me pedistes por merced, que si, lo que Dios no quiera, alguno de qualquier estado, o condicion de los mis reinos, fuese contra mi señorio y hõra y prouecho de mis reinos alçandose con villa, o castillo, o haziendo della guerra, y no viniere à mi llamamiento, siendo requerido por mi, y fuere contra el mi consejo, menospreciando mis cartas, y no viniere al termino por mi en las mis cartas assignado, por si, o por su procurador, por las villas, o castillos que tuuiere en el mi reyno, o cayere en caso, que deua perder los bienes, que sea la mi merced, que de los sus bienes, que deuiesen perder, que si fuesen sin donadio y merced de los Reyes onde yo vengo, que por los de mi consejo ordenemos dellos lo que la mi merced fuesse.* Pero, si ouiere villa, o castillo, o otra heredad, por donacion de los Reyes mis antecessores, que los tales bienes, que assi deuiere perder, tornen a la corona real, donde fueron partidos, y vos lo prometiessedes assi. A esto vos respondemos de cõsejo, acuerdo, y autoridad de los de mi cõsejo, que me demandais cosa que cumple a mi seruicio, y a el prouecho de mis reinos, como buenos y leales vassallos, y vos lo tengo en seruicio, y me aplaze, y vos prometo de lo anssi hazer y cumplir de la guisa que vos demandais, y que las maneras, que se an de tener cerca dello, que lo ordenarà mi consejo a guisa, que bien y cumplidamente se haga lo que demandais en esta razon.

Vtrum autem idem in vtroq; regno sit dicendum in crimine hæresis, & Sodomiæ. Certè in hoc Castellę regno id persuadere videtur, quòd in facultatibus, quæ concedi solent ad instituendum maioratus de bonis patrimonialibus institutoris, ea conditio, & lex apponitur, quòd confiscari possint, ex eis criminibus, & ex crimine læsę maiestatis humanę: quare longè maiori cum ratione concedi videntur bona coronæ regni in maioratum, sub eadem lege & conditione, vt confiscari & reuerti possint ad regni coronam, ex quouis eorũ trium criminum. Quid verò de hęc res sit censendum, aliorum sit iudicium. Nolinam legito quoad hæc omnia vbi supra à n. 39.

Idem autor ibidem n. 69. vult, quãuis princeps maioratum de bonis coronæ regni concedat cum priuilegio & conditione, vt neque ex illis criminibus possit confiscari; ex crimine tamen læsę maiestatis humanæ posse confiscari, ac redire ad regni coronam. Ducitur, quoniam non valet conuentio, vt donatio ex ingratitudine reuocari non possit. Sanè, si cõuentio, priuilegium, & conditio, esset, in vt rẽpus delinquentis, commoditas ex eo maioratu confiscari non posset, quasi apud illum manere deberet, & quasi ille in eo maioratu, quatenus ad ipsum præcisè attinet, puniri nõ posset, verum diceret quoniam ea conuentio: ac priuilegium, esset contra bonos mores: cæterùm conditio priuilegium, & conuentio, quòd confiscari non possit in præiudicium familię eius, cui primo conceditur, & cętero rum innocentium, qui ad eum vocantur, non video cur sint contra bonos mores, atque inualida.

Quod ad secundum de regno attinet disp. 620. dictum est, quid tedendum est.

FINIS.

DE

ADisputatione prima huius secundi tractatus, explicauimus, quid esset ius & dominiũ, & quæ essent partes quasi integrantes dominij, deq; subiecto illius, rerumque, quoad dominiũ, diuisione, disseruimus. A disput. verò. 21. distinguẽtes dominiũ in genee, in dominiũ iurisdictionis, & proprietatis, de origine dominij iurisdictionis, deque partibus illi subiectis egimus. A disput. autem. 32. vsque ad disput. 575. precipuos tradidimus titulos, quibus rerũ dominia acquirũtur & amittũtur, aliaq;, quę cõnexa, adminicula, & coniuncta erant cum eidem titulis. A disput. verò. 576. de mioratibus, vinculóve bonorum externorum, diximus: vnde dominiũ iurisdictionis tẽporalis magis elucidatũ manet: reliqua verò, quæ ad idẽ tẽporalis iurisdictionis dominũ spectat, propria sunt tractatus quinti; eaq; de causa in illũ locũ ea reseruamus. Nunc autẽ differendũ consequenter nobis est de tributis, quę laicis potestatibus, ratione dominij iurisdictionis, quęque in cõmune reipublicę bonũ, debentur. De sustẽtatione verò, quę Ecclesiasticis potestatibus debetur, inferiùs in materia de religione, si Deus vitam concesserit, est dicendum.

SVMMARIVM.

1 TRIBVTVM vnde dictum.

2 Census quot modis vsurpetur, Accipitur pro tributo, eoq; duplici. Quoddã, quod ex bonis, pro illorũ æstimatione, soluebatur. Et erat mixtũ inter merè reale, & merè personale. Et quod tributũ merè reale sit. Aliud erat tributum capitis.

3 Vectigal præsẽs quid.

4 Tributũ seruitij ordinarij, & extraordinarij, quod in hoc regno soluitur pro ratione valoris patrimonij cuiusq;, nõ est reale, sed mediũ inter reale & personale. Et qui exempti sint ab illo soluendo.

5 Tributum capitis de la moneda forera, à septennio in septennium soluendum, quod in hoc regno. Et qui ab illo exempti.

6 Tributũ aliud capitis, quod Martinega nũcupatur, & aliud, quod dicitur Marçadga, quæ.

7 Indicti tributum quod, & quomodo soluebatur. Et vnde origo supputandi per indictiones. Vnde etiam supputandi per olimpias. Quod item superindictum. Meritoq; seruitium ordinarium huius regni indictum, & extraordinarium superindictum appellari possunt.

8 Collectæ, præstantię & tallię, quæ. Hispanè deramas, Lusitanè fintas, nuncupantur. Appellantur etiam impositiones Hispanè pedidos y empreſtados. Et quid liberalis præstatio nuncupetur.

9 Tributum borra nuncupatu, quod. Et ad quid inseruiat.

10 Pechos quæ tributa in hoc regno dicitur, à quibus exẽptij sunt, quos hidalgos vocant.

11 Tributi vocabulum quàm latè pateat, si amplè sumatur, sicq; vsurpari consueuit.

12 Munus quot modis vsurpetur, & in quibus acceptionibus tributi rationem habeat. Et à quibus muneribus ij exempti sint, qui hidalgos in hoc regno dicuntur.

13 Angaria & parangaria quid.

De varijs tributorum nominibus ac generibus. Disp. 661.

1 ORDIENDVM verò nobis est ab explanatione variorũ nominũ, variorumq; generũ tributorũ. Atq; in primis vocabulũ, tributũ, aut etiã ributus (vtroque enim modo dicitur, vt cum Aulo Gallio lib. 13. c. 19. noctiũ Atticarũ, Otalora de nobilitate. part. 1. c. 2. n. 4. obseruat, concinitq́ue illud plauti in Epid. *Tributus maior penditur*) autore Varrone, referenteq; Calepino, dicitur à tribubus, quod ea pecunia, quæ ad bella, insubsidiũq; reipublicę, solui præcipiebatur, tributim, hoc est, per singulas tribus, iuxta cẽsum, facultatesve cuiusq; à singulis soluebatur. Albericus in dictionario, verb. tributũ, ab Otalora vbi supra relatus, voluit, dictum esse à tribus gentium generibus, ex quibus populus Romanus creatus est: vnde etiam tribunos plebis dictos fuisse affirmat. Festus verò (referẽte Calepino) ait, dictũ esse à tribuẽdo, quia ex priuato in publicum tributur, iuxta illud Ciceronis. 2. de off. *Danda etiam est opera, ne, quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatẽ, aliquando aut egestatem, aut bellorũ, tributũ sit conferendum.* Vlpianus etiam l. ager. §. stipendium. ff. de verb. sig. à tribuendo dictum affirmat. Sic enim ait. *Stipendium ab stipe* (id est, modico ære) *appellatum est: quòd per stipes, id est, modica æra, colligatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idē *hoc* (quod scilicet eo modo colligitur) *tributū appellari Ponimus ait. Et sanè appellatur à cotributione tributi: vel ex eo, quòd militibus tribuatur.* Hęc de origine nominis tributi.

2 Quòd verò ad rem attinet, vt disp. 381. dictū est, census à censendo, hoc est, æstimādo, dictus, vno modo sumitur pro rerū, seu facultatū, cuiusq; æstimatione, quę fit, vt pro earum valore, tribuat vnusquisq; in cōmune bonū, tributúmve soluat. Quo autē modo eiusmodi æstimatio de iure communi fieri deberet, habetur. l. forma. l. vitia, & alijs iuribus. ff. de cens. l. 2. & 3. C. de cēsib. lib. 11. Inde verò diximus nomē hoc accōmodatum vlterius fuisse, tum ad signi B ficandū facultates & bona cuiusq;, quæ ad id censeri, ęstimarive, consueuerunt; tūm etiā ad significandū tributum ipsum, quod inde soluebatur, vt constat ex. l. 2. C. sinè censu vel reliquis, &c. & ex alijs iuribus. Imòverò, vt ibidē dictum est, inde vlterius nomen est extensum ad significandū tributū, quod per capita familiarū, in signūq; subiectionis supremo principi, erat impositū ac soluebatur: de quo sermo est Matth. 22. quando interrogatus fuit Christus, *Licèt censum dare Cæsari, an non.*

C Hinc intelliges, censum, pro tributo, duplicē fuisse. Quendā, qui soluebatur ex bonis cuiusq; pro illorū quantitate, ad quod fiebat bonorū singulorū hominū ęstimatio: variatoq; eorundē bonorū statu; quoniam bona cuiusq; facilè accrescunt, & decrescunt; ęstimatio quoq; bonorum, quæ scribebatur in catalogo censitorū, hoc est, eorū, qui eiusmodi æstimationes faciebāt, & quantitatē census, seu tributi, cuiq; pro æstimatione bonorū illius, decernebant, variabatur in eodē catalogo, vt ex. l. forma & ex alijs iuribus citatis, est manifestū: & consequēter census, seu tributū, in eadem proportione augebatur, aut minuebatur, in illo eodē catalogo. Vnde constat, tributum hoc fuisse reale, patrimonij, seu bonorum cuiusq;, pro eorundē bonorū æstimatione; & deberi à persona ratione eorūdem bonorū, dum ipsius erant: transeuntibus verò eis bonis ad aliū, transire etiā ad illum obligationē soluendi, ratione eorū, tributum: pereuntibus verò bonis, cessare etiam obligationē soluēdi inde tributum, pro quātitate eius, quod perijt, minorisq; ęstimationis, quę in eisdē bonis manet. Melius tamen dicemus, quando tributū est statutum, vt vnusquisq; pro quantitate valoris sui patrimonij soluat contribuendo ad aliquam certam summā, quam respublica D tota, aut talis populus, soluere debet principi, tale onus, ac tributum, non esse merè reale, sed esse mixtū, seu participās de reali & personali, vel potius retinere mediam quandā naturam inter merè reale, & merè personale: quoniā ratione bonorū, & propter bona, tenetur persona illud soluere, dū fuerint ipsius: non tamē onus illud & tributū est infixum & collocatum in bonis: eaque de causa, quādo ea bona trāseunt in alium possessorē, tenetur quidē nouus possessor, ratione illorū, soluere deinceps tributū, quod propter illa fuit debitū à suo antecessore, etiam in defectum talis anterioris possessoris, qui non soluit, estò soluendo non sit: quoniā onus illud non erat merè reale, rebus ipsis infixum: sed debitū à persona ratione eorū bonorum, hoc est, pro quātitate valoris, seu ęstimationis, illorū, & dum ea bona erant ipsius. Idē dico, quādo non est statuta certa summa, quę à tota republica, aut ab aliquo populo, contribuendo illo modo, soluatur principi: sed in tributū est statutū, vt vnusquisque, pro quantitate valoris sui patrimonij, soluat quotannis principi, ad rationē vnius, verbi C gratia, pro centum, aut pro quinquaginta, siue omnia ea tributa maiorē, siue minorē, summā efficiant: tale quippe tributū non est merè reale infixum ipsis rebus, sed est medium inter merè personale, & reale debitum solùm à persona, sed pro quātitate & æstimatione sui patrimonij, dum fuerit patrimoniū ipsius. Quando autē tributum aliquod collocatū esset in aliquo prædio, vt ex illo certum quid solueretur, ita scilicet, vt prædiū ipsum tributariū esset inse, D tunc tributum illud esset merè reale, & comitaretur prædium, tanquam onus illius, & tanquam debitū ex illo, ac proinde esset tale prædium obligatum, non solùm pro tributis ex illo in posterum soluendis, sed etiam pro antea ex illo debitis, etiam ab antiquo eius prædij possessore, nondumque solutis. Ita habetur. l. imperatores in princ. ff. de publican. l. cum possessor. §. vltim. ff. de censib. l. 2. & l. vltim. C. sinè cens. vel reliquis, &c. Idque, vt his duobus iuribus habetur, etiamsi venditor tale prędium vendidisset, suscipiendo in se onus soluēdi cēsum. Hoc loco obserua, de iure communi, censum, seu tributum, de quo loquimur, in prædijs ipsis videri collocatum, facta æstimatione cuiusque prędij, quantum inde fisco, seu principi, esset soluēdum, vt ex iuribus citatis constat. Vtrum autem

aurē etiam ex bonis mobilibus; pro illorū A valore census solueretur, nō mihi est satis exploratū. Illud etiam obserua, de fructibus agrorū fuisse aliquando statutā in censum, ac in reale tributum, imperatoribus certam quotam, nempe quinquagesimam partem ordei, ac frumenti, quadragesimā vini, & vigesimam lardi, hoc est, suillum carnium, vt constat ex. l. modios. C. de susceptoribus prædictis lib. 10. Atque eiusmodi cēsus, & siquid aliud simile soluitur, videtur appellari annona, quæ inter tributa, latè sumpto nomine tributi, computatur, & consentit glossa. l. 1. §. 1. verb. pēdant. ff. de publican. & vectig.

B Alius verò erat census, qui soluebatur, non quidem de bonis pro illorum quantitate, qualis est hactenus explicatus, qui idcirco dicebatur tributū rei, hoc est, patrimonij, sed qui soluebatur pro capite cuiusque familiæ; eaque ratione appellabatur, non quidem tributum rei, & patrimonij, sed tributum capitis. De eiusmodi cēsu ac tributo est sermo. l. vlt. §. Diuus Vespasianus. ff. de cēsib. illis verbis; *Tributū ro remissie capiti*. De eodem etiam mentionem fecit glossa in rub. C. de annonis. Et qui eiusmodi tributum soluebant, apud Romanos dicebantur capitē censiti: aitque Otalora vbi *supra. n. 7.* hoc tributum eos solos solūisse, qui propter rei familiaris tenuitatē, illud aliud rei ac patrimonij soluere non poterant. Affirmat verò, quando caput familię erat vir, soluisse aureum integrū, seu auri drahmam: quando verò erat mulier, soluisse dimidium aurei: nihil tamē affert, vnde id probet, aut cōstet. Nos verò disp. 400. de eiusmodi cēsu, seu tributo, capitis Iudæis à Romano Imperatore impōsito, quo soluebatur didrahma, vt Matth. 17. cōstat, hoc est, nūmus pōderis duarū drahmarū, diximus fuisse nūmum argenteū duarū drahmarū, ac proinde duorū regalium D argēteorū: nam regalis argēteus drahmam appēdet, detrācta modica quātitate pro eis monetis cudēdis, vt ibidem ostensum est. Vnde stater in ore piscis repertū, qui erat pōderis quatuor drahmarū, quatuórve regaliū argēteorū, iussit Christus solui prosē & pro Petro; cūm prius illo eodē capite ostēdisset, liberum se esse à solutione eius census ac tributi. Hinc dico denarium census Matth. 22. ostensum Christo, fuisse ponderis duarum drahmarum, duorumve regalium argenteorum.

Census, siue sit rei ac patrimonij, siue capitis, pensitatio publica etiā nūcupatur, vt ait glossa in rub. C. de cēsib. & cēsitoribus lib. 11. Tametsi latius pateat, & ad plura se extendat, publica pēnsitatio, vt constat ex glossi. in rub. & ex toto titulo. C. si propter publicas pensitationes: quanuis etiā pensitatio potius significet actū soluendi censum, & similia alia, quæ annuatim, aut alijs statutis tēporibus, fisco sūt soluēda, quàm censum ipsum inse. Vterque etiam census propriissimè & presè appellatur tributum, vt tributum à vectigali distinguitur.

Est enim vectigal presè & propriè, quod 3
soluitur ex rebus ac mercibus, quæ vehuntur de loco ad locū, ratione loci publici, per quē trāseunt, aut quò afferūtur. Vnde glos. l. 1. §. 1. verb. pendant. ff. de publican. & vectig. distinguit vectigal à tributo: q vectigal sit id, quod soluitur ex rebus, quæ vehuntur, dictū à vehendo, quondamque octauæ pars eorū quę vehebantur, soluēbatur, vt patet. l. ex prestatione, & l. allegatis. C. de vectigal. lib. & cōmississe vero tributū sit id, quod soluitur, ratione soli, ab eo, qui illud possidet. Adde tu, vel ratione totius patrimonij, aut per capita familiarum. Quòd verò census etro q; modo acceptus, sit tributū sumptū presè, præterquam q; C id affirmat cōmunis doctorū sentēria, colligitur ex. l. 1. C. in quib. caus. p. g. tacitè contr. vbi census tributū appellatur, & ex alijs iuribus. Item ex illo Christi Matth. 17. vbi, cùm, qui didrahmā in censum capitalē petebat, dixissent Petro, *Magister vester non soluit didrahmā*, præuenit eum Christus dicens, *Quid tibi videtur? Reges terræ à quibus accipiunt tributū, vel censum?* vbi cēsum tributū etiā appellauit. Et cùm Matthæus. c. 22. referat Pharisęorū discipulos cū Herodianis interrogasse Christum, *Licet dare censum Cæsari?* Marcus. c. 12. & Lucas. c. 20. referūt interrogasse, *Licet dare tributum Cæsari?* quia census, etiā capitis, & tributum, idem sunt. Eodē modo videtur sumpsisse Paulus ad Rom. 13. tributū presè & propriè, vt à vectigali distinguitur, pro vtroq; cēsu; qui in subiectionis signū, in sumptuq; principis ac ministrorum illius, soluebatur, dum dixit, *Ideòq; necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed etiā propter conscientiam: idcò enim & tributa præstatis* (in signum scilicet subiectionis) *ministri enim Dei sunt. Reddite ergo omnibus debita; cui tributū, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorē, timorē; cui honorē, honorem.* Eodem modo sumi videtur tributum. c. secundo de censib. vbi exponuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba Pauli relata, vt à nobis sunt exposita. Atque eodem modo sumi videtur. c. si tributum, iuncto. c. magnum. 11. q. 1.

4 Vterq; census, tributúm ve vtrunq; rei scilicet, seu patrimonij, & capitis, soluitur Regi in hoc Castellæ regno. A triennio enim in triennium (modò tamē ad comitia vocet, quæ nostri *Cortes* vocāt, in vnoquoque triennio, ibiq; pro sequenti triennio petatur ac cōcedatur per procuratores ex ciuitatibus ad ea comitia missos, iuxta. l. 1. tit. 7. lib. 6. nouæ collect.) regnū totū antea soluebat ei trecētos *cuētos de maranedis*, cētū scilicet *cuentos* pro singulis annis, atq; hoc est, quod appellatur seruitiū ordinarium: iam verò hodie soluuntur ei quadringenti quinquaginta quatuor *cuentos*, centū videlicet quinquaginta pro singulis annis, & quatuor in stipendia, vt fertur, pro augmento quodā numeri senatorū, quod regnum petiuit, vt citius causæ in supremis tribunalibus expedirentur. Atq; incrementū hoc supra trecētos *cuentos*, appellatur seruitiū extraordinariū. Insuper soluit regnū in stipendiū, pro colligendo hoc seruitio, ad rationē quindecim pro mille, ministris, qui hoc seruitium Regi debent recipere à singulis comunitatibus oppidorū, quæ id collectū tradere eis debent. Hoc verò munus recipiendi hoc seruitiū Regi, stipendiumque illud, deputatum est ijs procuratoribus *de Cortes*, qui seruitiū illud nomine ciuitatū ac regni in sequens triennū Regi cōcedunt, vt habetur. l. 9. tit. 7. lib. 6. nouę collect. Hi verò eligūtur duo in vnaquaq; ciuitate, quæ procuratores mittit: vnus *de numero de los Regidores* eius ciuitatis: alter verò ex alijs nobilibus eiusdem ciuitatis. Quantū autem ex tota hac summa totius seruitij, soluere debeat vnaquæq; regio, & vnumquodq; oppidū vniuscuiusq; regionis, à ministris supremis bonorū Regis est iam statutum. In vnoquoq; verò oppido, vt singuli, qui sui iuris sunt, contribuant ad eam summam, quam ad id oppidum soluere spectat, patrimonium, seu bona cuiusque, æstimantur, non solùm immobilia, sed etiā mobilia; rationēque, quo nā pacto bona, tam immobilia, quam mobilia, æstimari debeant, constitutam habent: atque pro valore patrimonij cuiusque illo modo æstimati, iubentur singuli constribuere plus, vel minus, eius summæ. Vt verò hæc omnia rite fiant, cessētq; abusus, &, quoad fieri possit, æqualitas inter omnes seruetur, latæ sunt varię leges, quæ habentur lib. 6. nouę collect. tit. 14. à lege. 3. vsque ad. 13. Lege autē. 1. 2. & à. l. 15. explanatur, qui non eximantur ab eiusmodi contributione, multaque priuilegia antea concessa, reuocātur. Lege autem. 1. tit. 9. lib. 7. nouæ collect. sancitur, vt, qui degerit in vno loco, si bona aliqua alia habeat in alio loco, ibi contribuat ad hoc seruitium, iuxta valorem rerum quas ibi habuerit. Hinc iam satis est perspicuum, censum hunc, seu tributum, esse rei ac patrimonij, non verò capitis. Non tamen ex hac supputatione, & æstimatione ad hanc contributionē, prædia in hoc Castellę regno efficiuntur tributaria portionis, quæ, pro illorum æstimatione, eorum possessores iubentur soluere, vt de iure communi fiebat, sed libera omnino manent. Quarè in hoc tributo locum habet id, quod supra dicebamus, ita scilicet esse tributum rei & patrimonij, vt mediam quondam naturam retineat inter tributum merè personale, & merè reale, neque affixum sit rebus ipsis, sed debeatur à personis ratione valoris, seu æstimationis, earum rerum, atque dum possessores earum sunt.

Aliquibus verò in locis, vt se eximāt ab onere æstimandi singulorum bona, exigēdique ab vnoquoq; portionem, quæ illū, iuxta valorem sui patrimonij, contingit, vt in hac ciuitate Conchensi, Hispali, & in quibusdam alijs, rationem aliam habent colligendi, ac soluendi eam summā, quam ea ciuitas contribuere tenetur. Et quidem in hac Conchensi ciuitate auctum tantūm habent pretium ponderum carnium, & piscium ac mensurarum vini, & olei; idque pretij incrementum *lisa* vocant, quam non soluunt Ecclesiastici, dum res eiusmodi emunt; neque item ij nobiles, quos *hidalgo* vocant; eo quòd exēpti sint à contributione ad id seruitium: atq; ex illa *lisa*, incrementóve illo pretij, quod ciuitas locatum habet pro tāta pecunię quantitate, quę sufficiat ad eam totam summū seruitij soluēdam, & ad soluendū cēsum, seu tributū capitū, de quo statim erit sermo, vtrūq; soluitur sinè molestia illud exigēdi à singulis, æstimādiq; patrimonium singulorum.

5 Alius census, seu tributum aliud, capitis, soluitur etiam Regi in hoc Castellę regno à septennio in septennium, decem & sex videlicet marauedini, & in regno Legionis duodecim dūtaxat, ab vnoquoq; capite familię, seu domus, appellaturq; *moneda forera*, daturq; in signū recognitionis supremi dominij.

dominij. Et quanuis nobiles, quos *hidalgos* vocant, exempti sint, non solum à præcedente, sed etiam ab hoc tributo: in priuilegijs tamen, quę aliquibus alijs concedūtur exēptionis à tributis, excipi solet hoc tributum *de la moneda forera*; eo quòd peculiariter in signum & recognitionem subiectionis supremo principi soluatur. Vnde in aliquibus eiusmodi priuilegijs (referēte Otalora. c. 2. n. 10. citato) sic scriptum legitur; *Os hazemos gracia y merced, que no pechexs en los pechos y derramas, &c. excepto en la moneda forera.* Et. l. 10. titu. 18. part. 3. habetur, etiam si alicui concedatur priuilegium, vt sit exemptus à solutione tributorum, nisi in eo priuilegio exprimatur, vt etiam sit exēptus *de la moneda forera*, nō cēseri exemptum à solutione illius: eò quòd in signum subiectionis, recognitionisque supremi dominij soluatur; & notat ibi Greg. Lopez glossa. 1. Qui autem exempti nihilominus sint ab hoc tributo, & quæ ratio in eo colligendo sit tenenda, & cætera, quæ ad illud spectant, habentur copiosè lib. 9 nouæ collect. tit. 33.

6 Alius etiam census, seu tributum aliud, capitis soluitur, quod appellatur *Martiniega*: eò quòd in festo sancti Martini soluatur. Vnusquisque enim, qui est sui iuris, neque propter nobilitatem hidadguię, aut alia ratione, est exemptus, soluit in hoc tributum quotannis duodecim marauedinos in festo sancti Martini. Est hoc etiam tributū in hac Conchensi ciuitate, simul cum præcedētibus, soluitur ex *lisa*. Est verò hoc tributum antiquius, quàm ordinarium & extraordinarium seruitium. Aliud simile erat tributum, quod soluebatur in mense Marcio, indeque dictum est *Maçadga*, de quo mentio fit. l. 10. citata, &. l. 23. titu. 18. part. 3. atque ibi Greg. Lop. alicubi solui, & appellari, *el buey de Março*.

7 Indictum tributum dicitur, quod denūciatur, & præcipitur, vt soluatur. Qua ratione, quodcunque tributum de nouo indicitur, denunciatur, ac præcipitur, vt soluatur, siue ad tempus, siue in perpetuum, statutis certis tēporibus, appellari potest indictum, tributum videlicet. Peculiariter verò in iure appellatur indictum, id solemne tributū, quod Romanis soluebatur singulis quindecim annis, diuisis in tria lustra, hoc est, in tres quinquennios, ex quibus illi quindecim anni cōstabant. In quorum primo soluebatur certa ferri quantitas, ad arma militibus conficienda; in secūdo certa argēti quātitas, ad stipēdia militibus soluenda; & in tertio certa quantitas auri, vt reponeretur in republicæ ærario. Vel (vt alij volūt) in primo quinquennio soluebatur certa auri quātitas, in secūdo argēti, & in tertio eris. Lege plosā in rub. C. de indictionib⁹ lib. 10. glos. à in authetico, vt pręponatur nomē Imperatoris, verb. indictionis, glos. c. in rer dilectos de fide instr. verb. indictionis, & glossam in principio Codicis, de Codice Iustiniani confirmando, verb. septimę indictionis. Quia enim indictiones, seu admonitiones, fiebant, vt se omnes pararent ad eam summam contribuendā, id tributū indictū fuit nuncupatum, & denunciationes ac admonitiones, indictiones sunt appellatę, siue à principio fuerit in dictum, vt esset in perpetuum, siue nō, sed pro primo quindennio, aut ad certum tēpus, & postea fuerit factum perpetuum, vt quibusdā placet. Sicut autē Græci, cùm antea tempora supputarentur ab anno diluuij (qui mos apud Hębreos perseuerauit) instituti ludis Olympicis, qui de quadriēnio in quadrienniū celebrābātur, cœperunt cōputari tēpora per Olympias, quæ quatuor idcirco annis cōstabāt; & cœperunt trecentis tribus annis post Troiam deletā, & viginti octo annis ante Romā conditam: sic Romani supputationes tēporum per indictiones introduxerunt, vt finitis quibusque quindecim annis solutionis integrij illius tributi, noua inciperet indictio. Atque in primo, ex singulis his quindecim annis, dicebant esse primam indictionem; in secundo, secundam; & ita consequenter vsque ad quindecim: singulis enim annis videbatur fieri indictio, vt eo anno solueretur pars proportionalis summæ soluendę intrà totum quinquennium. Et quoniam Christus natus est, tribus elapsis annis a cœpta noua indictione eius quindennij, in quo natus est, si adiungas annis à Christo nato, tres annos, & à tota ea summa annorū demas omnes quindēnios iam finitos, vtiq; anni, qui remanēt ex quindennio vltimo incœpto, nondūq; finito, cōficiunt indictionē presentem. Vt si simus in primo anno talis quindennij, sumus in indictione prima; si in secundo, sumus in indictione secunda; & ita vsque ad quindecim annos finitos, quando iterū incipit noua alterius quindēnij indictio: sicóne intelliges hunc supputandi modū passim repertum in literis Apostolicis, ac alibi. Super indictum appellatur incrementam

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum tributi indictum, additumq; tributo antea indicto. Iuxta hæc, seruitium ordinarium, quod regnũ hoc soluit Regi tercentorum *cuentos* in vnoquoque triennio, soluendo illi centum *cuentos* singulis annis, factaq; denunciatione priùs singulis annis regionibus singulis, singulisq; illarum oppidis, quantum vnaquæque regio, & quantum vnusquisque populus, contribuere debeat eius summæ, vt sint parati tẽpore solutionis, ne exequutores ad illos, elapso eo termino, mittantur, qui, cum illorum maiori sumptu ac detrimento, eas contributiones accipiãt, appellari optimè potest indictum, simile illi alteri Romanorum. Extraordinarium verò seruitiũ, centum quinquaginta quatuor *cuentos*, insuper soluendorũ similiter per partes æquales eisdem tribus annis, appellari etiam rectè potest superindictum.

8 Quando Princeps, ac Respublica, petit à subditis summam aliquam ad tepus, pro necessitate, aut vtilitate, reipublicæ occurrente, & populi eam acceptant ac soluunt, aut quando communitas oppidi petit à singulis summam aliquam ad sumptus ipsiusmet communitatis oppidi, aut ad aliud populo vtile, & id soluunt id fieri solet contribuentibus singulis pro quantitate sui patrimonij, eo modo, quo dictum est contribui in hoc regno ad soluendum ordinarium, & extraordinarium seruitium. Atq; indictiones, vt ita contribuant diuisionesq; illo modo totius summæ per singulos, & contributiones ipsę, appellari solẽt collectæ, præstantiæ, & tallia, à colligendo, præstando, & taxatione, videturq; Italicum ac Gallicum nomen *tallia*, Hispanè dicuntur *derramas*, Lusitanè *fintas*. Ex parte verò principis, aut communitatis, eas petentis, dicuntur impositio: Hispanè, *pedidos y empreſtidos*, ad nunquam soluẽdum. Lege Syluestrũ verb. gabella. 1. n. 4. Gabr. in. 4. dist. 15. q. 4. art. 1. notab. 4. Otaloram c. 2. citato. n. 15. & 21. & alios, quos citat. Sic, sex annis elapsis, qui finiũtur hoc anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, petiuit, atque obtinuit, Rex ab hoc regno octies centies centenas ducatorũ (*ochomillones* nostri vocant) soluendas intrà sex annos ad bellorum sumptus, & ad subueniendum reipublicę Christianę necessitatibus. In hac autem ciuitate Conchensi, etiam collectæ solui solent impositæ sisa, vnde tota summa colligatur ac soluatur.

Quando autem princeps aliquid petit à singulis, penes ipsos relinquendo, an, & quantum velint dare, vt Carolus. V. petiuit in hoc regno, quando Galli Turcas in ipsorum adiutorium conuocarunt, & Rex noster Philippus vltra *ochomillones*, quos petiuit & obtinuit à regno, simul à cõmunitatibus populorũ, ecclesiarũ cathedraliũ, & à priuatis, petiuit, vt, quod vnusquisq; vellet, id conferret ad id, ad quod *millones* petierat, tunc id non habet rationem tributi, neq; perpetui, neque ad tempus, sed liberalis præstationis ac contributionis.

In locis iurisdictioni huius Conchensis 9
ciuitatis subiectis, & in quibusdam alijs, quicunque in eis habet centum oues, aut plures in quantocunque numero, soluit quotannis agnam vnam anniculam, quam *borra* vocant. Eiusmodi autem deputatæ ab initio fuerũt, vt his conferrentur, quos vocant *caualleros de la ſierra*; cuius munus est, custodire loca cędua, vt non, nisi iuxta leges præscriptas, ligna scindantur. In hac verò ciuitate Conchensi, cum quatuordecim sint parœciæ, sancitũ fuit, vt, qui certę qualitatis essent, equumque haberent, ad sortes quotannis in festo S. Michaelis admitterẽtur, atq; ordine quodã ex duabus parœcijs, duo ędiles (*almotaçanes* nostri vocant) sorte eligẽtur eius anni, vnus ex eiusmodi vicinis vnius earum parœciarum, & alter ex alia: qui ex eo munere non modicos reditos, emolumẽtumque habent. Ex sex verò, ex alijs duodecim parœcijs, sorte similiter eligerentur sex, quos vocant *caualleros de la ſierra*, singuli ex eiusmodi vicinis singularum earum parœciarum. Cęterum admittuntur ad has sortes, sicut & ad sequentes, etiam vicini sexagenarij, qui equum non habent. Si tamen eiusmodi sexagenario sors contingat, censetur electus, non *en caualliero de la ſierra*, sed in sortem, de qua mox erit sermo, iterumq; eligitur alius ex eadẽ parœcia, ex his solùm, qui equum habẽt, *en caualliero de la ſierra*. Hi verò omnes sic ad id munus electi, cõtenti sunt solo emolumento pœnarũ illorum, quos in aliquo delicto circa ligna cædenda comprehendunt. Ex reliquis verò alijs sex parœcijs eliguntur totidem, singuli ex singulis, inter quos, & inter senes sexagenarios, si qui electi fuerant ex alijs sex parœcijs, diuiduntur æqualiter borræ illius anni, ad nullumque munus præstandum, propter id emolumentum, tenentur. Eiusmodi vero omnes sortes ordine quodam inter omnes parœcias diuiduntur,

duntur, ita vt singulis septem annis ad omnes deueniat sors muneris ædiliũ, & similiter alternẽtur in reliquis duabus sortibus.

10 Hactenus enumerata & his similia, quæ non ex liberalitate, sed iniuncta in reipublicæ ac principum subsidium, soluuntur, nõ ob aspertationem, aut exportationem, rei alicuius, vel ob transitum, aut propter venditionem, vel contractum alium, neq; ob aliquem alium actum, meo iudicio, habent propissimam ac pressam rationẽ tributi, vt distinguitur a vectigali. Atq; hæc omnia, etiãque soluuntur ad sumptus & in vtilitatẽ populi, in quo quis habitat (excep B tis, quę soluũtur in vtilitatẽ prędiorũcuiusque contribuentiũ, quibus neq; ecclesiastici sunt exẽpti, vt infra videbimus) appellantur in hoc Caste lo regno *pechos*, a verbo antiquo, *pechar*, hoc est, tribuere, & solvere, satis frequenti in legibus partitarum, & in alijs antiquis iuribus huius regni; & ita hodie (referente Otalora. c. 2. citato. n. 5.) in Galatia *al pechero* vocant *ome de paga*. Quarè tributum presse, vt distinguitur à vectigali, & ab alijs iuribus regijs, quæ ad vectigalia reducuntur, tanquam eis afinia, & de illis participantia, & *pechos* in hoc Castellę regno, idem sunt. Ab his autem C
omnibus soluẽdis immunes in hoc regno sunt, qui nobilitate *de hidalguia* gaudẽt: reli qui verò, ab onere soluendi ea omnia tributa, nuncupantur *pecheros*. Quicquid autem Otalora de nobilitate, parr. 1. c. 1. & c. 2. n. 5. & 6. dicat, vocabulum *pechos* in hoc regno, minus latè patet, quàm vocabulum *derechos*: nam *todos pechos*, qui Regi debentur, *derechos* Regis sunt, & insuper vocabulum *derechos* Regis, comprehendit vectigalia omnia, & quæ ad illa reducuntur, *vt alcauales, mentadgos*, & his similia, atq; etiã iura salinarum, piscationum, mineralium, & similia alia, quæ diuersa sunt à vectigalibus. Vocabulum verò *rentas del Rey*, latius adhuc patet, quàm *derechos del Rey*: quoniam comprehendit *todos los derechos reales*, & insuper reditus omnes alios ex prædijs, & bona reliquis coronę regni.

11 Quanuis autem tributũ presse, vt à vectigali distinguitur, sit, quod explicatũ est: atque hoc idem sit, quod ab stipe stipendium est dictum: eò quòd, vt habetur. l. ager. §. stipendium. ff. de verb. sig. supraq; est explicatum, per stipes colligatur: videaturq; vocabulum, stipendium, inde vlteriùs extensum ad mercedes mixtum significandas, propterea quòd inde soluebantur, tur, & ad id potissimum stipendia, tributave, colligerẽtur, vt habetur. §. stipendiũ citato: quanuis, in quam, hac ita sint, nihilominùs vocabulum, tributum, à tribuẽdo dictum, optimè potest extendi ad significanda etiam vectigalia omnia, eaque, quæ ad vectigalia reducuntur, vt sunt *alcauales, mõtadgos*, & his similia; de quibus infra erit sermo; quin & ad significanda iura salinarum, piscationũ, mineralium, & similia alia: sicque frequenter sumitur à doctoribus, & in communi vsu loquentium sermone Hispano, in eaque significatione reperitur vsurparum in legibus partitarum: itque in eadẽ ampla significatione esta nobis sumptũ in titulo toti huic materiæ præfixo, sępeq; deinceps in hac tractatione sumetur.

Antequam ad vectigalia, eaque, quę vectigalibus affinia sunt, transitum disputatione sequente faciamus, obseruandũ est. Vocabulum, munus, vt habetur. l. munus 12
propriè. ff. de verb. signif. tria significare. Significat enim donum. De qua significatione nihil ad præsens institutũ. Item significat officium, seu administrationẽ cum honore, vt dicimus munus ducis, legati, antesignani, magistratus, &c. His adiunge C
munera, quæ in vtilitatem sunt publicam, & quanuis honores non sint, nihil tamen ingenuum ac nobilem virum dedecent, ac proinde inter onera computantur. Eiusmodi sunt munera tutoris, & curatoris, & eis similia. Tertiò significat onus, distinctũ ab officio in secunda muneris acceptione explicato. Atq; hoc modo sumptũ, est triplex, vt habetur. l. 1. & sequentib. præsertim. l. vlt. ff. de muner. & honorib. & notant Panor. &c. non minus de immunit. eccles. & doctores cõmuniter. Quæ dã enim sunt patrimonialia: eiusmodi sunt tributa omnia hactenus explicata, itẽq; suscipere hospites de mãdato principis aut cõmunitatis, vel iuxta legẽ, aut morẽ eius loci: oliD
tẽt enim aliquid de obsequio & ministerio proprię personę, aut domesticorũ, in hospitio interueniat; quia tamen plus inseruiunt bona externa, hospites recipientis, patrimoniale onus simpliciter ad dicitur, vt constat iuribus citatis: talia itẽ sunt tribuere equum, currũ, aut aliquid aliud, vt inseruiat in aliquo opere, aut vt asportet aliquid in exercitu, tribuere nauẽ, aut aliud simile. Alia sunt personalia, vt q aliquis per se ipsũ seruiat in aliquo opere, aut eat in bellum, vel exerceat quodcunq; munus, accepto stipẽdio: astringi enim ad id,

Universidad de Deusto
Biblioteca

estò stipendiũ iustum ei soluatur, est onus; personale tamen, & non patrimoniale. A
Alia denique sunt mixta ex personali, & patrimoniali; vt si quis aliquid horũ præstare cogatur suis proprijs sumptibus. Vt autẽ habeatur. l. munus proprie. ff. de verb. sig. munus in secunda & tertia acceptione, est munus propriè: in prima verò pro dono non est ita propriè ac presentè. Illud est obseruãdum, nobiles, quos *hidalgos* in hoc Castellæ regno vocant, quanuis exempti non sint à munere in secunda significatione ex tribus supra explicatis; exemptos tamen esse à munere in significatione tertia, hoc est, non solùm à tributis omnibus hactenus explicatis, sed etiã à muneribus, seu oneribus personalibus, mixtisque ex personalibus & patrimonialibus. A munere in secunda & tertia significatione, dicta est immunitas, atque immunis, id est, munera non subiens, ab esse subeundis exceptus: dictus etiam est municeps, quasi muneribus ciuitatis, aut oppidi, subiectus, vt constat. ff. ad municipales, &. ff. de iure immunitatis. C. de municipibus & originarijs lib. 10. & titulis sequentibus.

Angaria, & parangaria, iuxta. l. neminem. C. de sacrosanct. eccles. iuncta glos. 1. & 2. ibi, & iuxta. l. nemo ducum, cum sequẽtibus. C. de cursu publico & angarijs libr. 12. videtur fuisse munera personalia aliquid vehendi, præsertim in transitu exercitus, pro vtilitate publica, vel propria persona, vel simul cum iumentis, aut plaustris: quòd si sine stipendio fieret, ita vt onus simul esset personale & patrimoniale, dicebatur parangaria (alij scribunt perangaria, à per, id est, valde, & ango) E contra vult glossa. c. non minus de immunit. eccles. verb. angarijs, vt scilicet angariæ dicantur munera personalia proprijs sumptibus, & parangarię sumptibus alienis. Angari, iuxta Calepinum, dicuntur, qui seruorum ac iumẽtorum onera baiulãt, & videtur Persicum nomẽ. Inde angariari, est sumere aliquem, vt tanquam mancipium, vel iumentum, aliquid baiulet, iuxta illud Matth. 27. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrinæum nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.* Alij dicũt, angariam esse graue onus, ac tributum, maximè si sit iniustum, quo pacto sumi videtur cap. non minus, citato; & parangariam esse grauissimum onus ac tributum, præsertim iniustum.

SVMMARIVM.

1 VECTIGAL, *gabella, aduana, & proportorium, quid.*
Vectigal quantum iure communi soluebatur. Et ex quibus rebus non soluebatur.
3 *Vectigal ex rebus, quæ mari osportantur, decima dicitur in Lusitania, quòd decima pars soluatur. Et alia decima insuper soluitur in sisam, quam ibi vocant, hic verò alcaualam.*
4 *Vectigal peculiare soluitur ex rebus asportatis ex India, Brasilica regione, & ex AEthyopia.*
5 *Varia vectigalia, quæ in hoc regno, & in aliquibus alijs Hispaniarum soluuntur; tam ex rebus, quæ mari asportantur, aut extrahuntur, quàm ex alijs rebus.*
6 *Vectigalia confinium regionum.*
7 *Vectigalia ex lanis huius regni.*
8 *Vectigalia varia ad Portorium, seu Pedagium attinentia.*
9 *Montadgo & seruitium quid.*
10 *Guidagium tributum quid.*
11 *Salinarum tributum, & aliud ex piscibus impositum.*
12 *Vectigalium à solutione nemo exemptus, nisi peculiariter eximatur, ij, quos hidalgos in hoc regno vocant, exempti ab illis non sunt. Ecclesiastici ab illis sunt exempti, nisi dum negotiantur.*

De variis vectigalium, eisq; affinium, nominibus, ac generibus. Disp. 662.

VECTIGAL, vt à tributo presẽ, sumpto distinguitur, à vehendo est dictum, vt dispu- B tatione præcedẽte explanatũ est. Græcè *telos*, nuncupatur. Inde *telonion*, atque ad idioma Latinum accommodatum, telonium, dicta est mensa exposita, vt soluatur, ratioque illius in ea exigatur, & *telones*, dicti sunt, qui illud exigunt. De horum numero erat Matthæus, quem proinde sedentem in telonio vocauit Christus, vt habetur Matth. 9. Marci. 2. & Lucæ. 5. Vectigal gabella etiam nuncupatur, & *Aduana*, tametsi in hoc Castellæ regno *aduanæ* potissimùm dicantur vectigalia, quæ soluuntur in confinijs regnorum, quando terra aliquid asportatur de

de regno in regnum, aut etiam mari. Item A vectigalia portoria appellantur. l. omnibus. C. de vectig. Hispanæ *portazgos*. l. 5. titu. 7. part. 3. & Lusitanè portajem. Tametsi in Hispanijs nomen hoc non omnia vectigalia soleat comprehendere, sed solùm ea, quæ soluuntur ob transitum per aliquem locum, aut ob inuectionem, vel extractionem mercium. Est verò vectigal (vt id etiam comprehẽdit, quod vectigali est affine) vt eadem præcedente disputatione est dictum, tributum (sumpto vocabulo latè) quod soluitur ob asportationem, aut exportationem, rei alicuius, vel ob transitum, aut propter venditionem, vel contractum B alium, aut ob aliquem alium actum. Tametsi vectigal, & gabella, aliquando sumantur latiùs, & impropriè, nempe vt tributũ presẽs sumptum etiam comprehendunt, maximè vocabulum gabella.

2 De iure communi in vectigal soluebatur octaua pars rerum, quę asportabantur, aut exportabantur: eaque de causa, qui id tributum exigebant, octauarij dicebantur. l. ex præstatione, & l. à legatis. C. de vectigal. l. 5. titu. 7. part. 5. Neque soluebatur ex ijs rebus, quas quis asportabat ad suum, familiæ que suæ vsum, aut ad fiscum, vel ad rus colendum. l. vniuersi. C. eod. titu. &. l. 5. titu. C 7. part. 5. Et quãdo totũ vectigal princeps non habebat sibi peculiariter applicatum, in tres partes diuidebatur, & pars tertia ad ciuitatem, vel ad oppidũ, attinebat, in quo soluebatur, ad sumptus illius publicos: reliquæ verò duę partes ad principem spectabant. l. vlt. C. eod. titu.

3 In Lusitania ex rebus, quę mari inferuntur, decima pars regulariter soluitur in vectigal Regi: ideoque id vectigal decima nuncupatur. Et quanuis quondam in Lusitania ea decima solueretur in mercibus; postea tamen optio mercatoribus facta fuit, vt vel in mercibus, vel in æstimatione, solueretur; D æstimatioque valde fauorabilis fiebat mercatoribus. Et quoniam, quando merces vendendæ inferuntur, simul, quando inferuntur, coguntur mercatores soluere aliã decimam in sisam, quam in eo regno vocant (in hoc verò *alcauala* dicitur) nec postea, dum merces illæ venduntur, sisa alia soluitur; mercatores verò euehendo pretiũ earum mercium iuxta tributa, quæ soluũt, & iuxta alios sumptus, ac circunstantias cõcurrentes, id recuperant ab emptoribus: quoniam, inquam, hæc ita sese habent, quãdo primam illam decimam soluebant, non A in mercibus, sed in æstimatione, ex singulis centum, quæ ita mari inferebant, soluebãt in vtrunque tributum viginti Regi. Quoniam in primam decimam, ex centum debebant decem: & quia hæc etiam decem ipsis relinquebantur in mercibus vendenda alijs, accipendoque ab eis solam æstimationem eorum, ex integra centum, quæ proinde venda ipsis relinquebantur, soluebant aliam integram decimam quoad æstimationem, atque adeò ex centum soluebant viginti quoad æstimationem. Quando verò primam decimam soluebant in mercibus, quia solùm ipsis vendenda relinquebãtur cætera nonaginta, solùm soluebant in sisam nouem, quę sunt decima pars ex nonaginta, atque adeo ex centum solùm soluebant decem & nouem. In meo autem discessu ex Lusitania, mercatores conquerebantur, quòd æstimationes non fierent fauorabiles, sed adeo rigidæ, vt ipsi potiùs eligerent soluere primam decimam in mercibus, & nihilominùs cogerentur eam soluere quoad æstimationem. Certè, si id fiebat, sola cõductorum eorum vectigalium autoritate, id erat iniquum: sed relinquẽda esset optio mercatoribus, aut accipienda esset ea decima solum in mercibus, etiã inuitis mercatoribus, si id potiùs eligerent conductores, vel Rex ipse. Quòd si Regis autoritate fuit introductum, vt etiam introductũ est Hispali, tunc sicut Rex augere potest tributa intrà limites iustitiæ ita illud statuere potuit, modò iustitiæ limites id ferant. Quantum autem soluatur in vectigal ex rebus, quę ex Lusitania mari extrahuntur, ignoro: & quæ res in eo regno immunes sint ab eo vectigali, aut ex illis plus, vel minùs, soluatur. Hæc verò vectigalia, ex rebus, quæ mari asportantur, aut mari extrahuntur, quoniam in eo regno soluuntur, ratioque illorum redditur, in quibusdam domibus ad id deputatis, quas *Alfandegas* vocant, appellantur in eo regno, *derechos da alfandega*.

4 Ex rebus, quæ in Lusitaniã asportantur ex India Orientali, ex Bralica regione, ex AEthiopia, & ex alijs locis, ad quę Rex aditũ proprijs sumptibus aperuit, eaq; proprijs sumptibus sustentat, defendit, ac auget, peculiaria vectigalia soluuntur in domo peculari deputata, vbi res hæ inferantur, examinentur, ratio eorum reddatur, ac tributa soluantur, quæ *casa da India* nuncupatur.

In hoc autem Castellæ regno, quantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit soluendum,denouoque vt soluatur sit auctum,ex rebus, quæ mari asportantur, aut extrahuntur,*del Almoxarifazgo del Arçobispado de Seuilla, y Obispado de Caliz*,& ex rebus,quæ terra Hispalim inferuntur, aut ex Hipali extrahuntur,& quando alcauala sit insuper soluenda, ac quàtum, habetur lib. 9.nouæ collect.titu. 22. &. 24. Deputatæ verò sunt domus aduanarum,vbi hęc vectigalia soluantur,& ratio eorum, ac merciũ, ex quibus soluuntur,exigatur,tam in hoc, quàm in alijs similibus *Almoxarifazgo*. Quãtum autem soluendum sit ex rebus, quę in nouum orbem deferuntur,& ex rebus,quę inde in Hispanias asportantur,habetur eodem lib.9.titu.26.Hæc verò vectigalia pertinent *ad el Almoxarifazgo de las Indias*, qui distinctus est ab Hispalẽsi, ratioq; harũ rerũ peculiariter redditur in domo cõtractionis Hispalẽsi.Quantũnte soluendũ sit in *Almoxarifazgo* regni Granatensis ex similibus rebus, quæ extrahuntur,aut asportantur, atque etiam *de la seda* eius regni, habetur eodem lib. 9. titu. 23.(iuncto.22.antecedente)& titu.30. Quantũsimiliter soluendum sit *en el Almoxarifazgo de Murcia, Cartagena, y Lorca*, habetur ibidem titu.25. Item ex his,quæ mari extrahuntur, aut inferrũtur,*en la prouincia de Guipuzcoa y condado de Vizcaya*, decima pars soluitur, vt habetur lib.9.citato titu.28.vbi lege,quæ circa hæc disponuntur. Idem vectigal eodem modo soluitur ex rebus,quę mari inferuntur,aut extrahuntur,*en Galicia. Asturias,quatro facada, y en Ribadeo y Nauia*; nisi inferantur ex locis coronæ huius Castellæ regni, aut extrahantur ad ea loca.Ita habetur eodem lib.9.titu.29.vbi lege alia,quæ disponuntur.

Decima quoque solui regulariter consuenit in confinijs regnorum ex mercibus, & rebus non solum, quę inferuntur ex alio regno,sed etiam quæ extrahuntur.Et eum antea ex rebus,quæ extrahebantur ex Castella in Lusitaniam,& ex Lusitania in Castellam,solui non consueuerit, saltem integra decima,in regno vnde extrahebantur, Rex Lusitaniæ Sebastianus anno.563.l.15. tit.3.part.5 legum extrauag.statuit, vt etiã ex mercibus & cibarijs,quę ex Lusitania in hoc Castellæ regnum extraherentur,solueretur in Lusitania decima propter similem legem latam in hoc Castellæ regno anno. 1559.quæ est l.11.titul.libr 9.nouæ collect.qua sancitum fuit,vt ex mercibus & rebus, tum quę ex Lusitania terra inferentur in hoc regnum,tum etiam ex hoc regno inferrentur in illud, solueretur in hoc regno decima pars estimationis. In eadem verò lege.1.mentio etiam sit de similibus decimis,quæ soluuntur in confinijs regnorũ Aragoniæ,& Nauarrę.Hoc verò, & alia vectigalia,ex rebus,quæ terra ex Lusitania extrahuntur,aut in Lusitaniam inferuntur, soluuntur in Lusitania in domibus ad id in eius regni confinijs deputatis, quas *Alfandegas* etiam vocant:in hoc verò regno in domibus,quas *aduanas* appellãt,eiusmodi etiã vectigalia aduanæ dicuntur.

Quæ autem vectigalia imposita insuper sint ex lanis, quæ ex hoc Castellæ regno mari,aut terra, in alia regna extrahũtur, habetur lib.9.nouæ collect.titu.32.& tit.22. l.5.6.penult. Quę item prohibita sint extrahi ex hoc Castellæ regno, aut ad illud asferri,magna ex parte habentur lib.6.nouæ collect.titu.18.

Quæ vectigalia sunt imposita ac soluuntur ex rebus,quę in ciuitates,& oppida,inferuntur,aut ex eis extrahuntur,vel obtrã situm per oppidum pontem, fretum, aut alium locum, portorium dicuntur, Hispanè verò *portazgo*,& Lusitanè *portagem*.Appellantur etiam pedagium. Quin & aliquã do hoc nomen, sicut & portorium,extenditur ad significandum vectigalia vniuersim,gabellasve. Eiusmodi vectigalibus adiunge,quæ imposita sunt ac soluuntur in aliquibus dombus publicè deputatis, vt res aliquæ in eis vendantur, appendantur, aut mensurentur, nempe triticum, & alia grana,oleum, pisces,& similia.

Ad portoria,seu pedagia,suo modo spectant vectigalia, quæ ex pecudibus,& armẽtis,soluuntur in transitu eorum, per pontem,aut per aliqua alia loca,in quibus constitutum est, vt aliquid ob eorum transitũ soluatur. Atque inter alia eiusmodi vectigalia,interdum in hoc regno est constitutũ, vt soluatur *sadura*, hoc est,si pecudes, aut armenta,ad certum numerum perueniant, vt soluatur vnum;quod receptor eius tributi elegerit:nec non sit,quod tintinabulum defert,& quasi dux est ceterorum.

Pertinet etiam vectigal illud ex eiusmodi animalibus,quod *montadgo* ac seruitium vocant,& soluitur ob transitum eorum à termino in terminum, iuxta diuisionem terminorum ad id præscriptam in hoc regno:tenemq; dum eiusmodi animalia vendẽda deferuntur ad nundinas, aut *mercados*, quos in hoc regno vocant. De quo vectigali

gali, in qua quantitate, & vbi soluendum sit,longus sermo habetur lib.9.nouæ collect.titu.27.iuncta.l.vlt.titu.25.

Quod pro ducatu per aliquem locum soluitur,aut pro protectione, vt securius homines,iplorumque res,transeant, si tan quam tributum sit impositum,quod teneãtur omnes soluere, guidagium appellatur. Quod verò soluitur à priuatis ijs, qui suas operas eis locant,vt illos ducant ac protegant in itinere aliquo, non est tributum,liciteque accipitur, etiam ex ijs, qui immunes sunt à solutione quoruncunque tributorum,vt sunt Ecclesiasticæ personæ.

Vectigal solet imponi sali, quod conficitur,aut extrahitur de terra:eiusmodiq; vectigalia salineria peculari nomine dicuntur in iure.Ex piscibus etiam,qui capiuntur,solet piscatoribus plerisque in locis vectigal imponi. Multis etiam alijs rebus vectigal est impositum,

Non est verò nobis hoc loco animus tradere in particulari notitiam omnium vniuersim vectigalium:id enim laboriosum esset valde,per difficileque ac molestum:præsertim cùm res hæc valde inconstans ac varia sit,non solum in diuersis regnis ac locis,pro diuersitate statutorum ac consuetudinum cuiusq; eorum, sed etiam in vno & eodem regno ac loco tẽporis progressu:meliusque tributa in singulari, & quæ res exemptę sint,vt ex eis tributa nõ soluãtur, addiscitur experientia in vnoquoque loco,ex ipsisque pœnitentibus, & interrogantibus casus conscientiæ, quàm possint certis regulis,aut tractatione,tradi ac comprehendi.Quæ tamen dicta sunt, & quæ tribus disputationibus sequentibus addemus,proponenda censuimus,ad aliqualem maiorem illorum notitiam.

Illud est obseruãdum, à vectigalibus soluendis, neminem censeri exemptum, nisi peculiariter sit expressum,ab aliquo,vel ab aliquibus, aut ab omnibus vectigalibus,soluendis eximi. l. omnium. I. à præstatione, &.l.à legatis.C.de vectigalib.&.l.5. titu.7. part.5.Quarè ij nobiles,quos in hoc regno *hidalgos* vocant,licèt immunes sint à solutione tributorum præsè sumptorum,de quibus disputatione præcedente dictum est; immunes tamen non sunt à solutione vectigalium,eorumque, quę vectigalibus sunt affinia.Ecclesiastici verò, quia immunes sunt ab omnibus vniuersim tributis, sumpto tributorum nomine latè,immunes quoque sunt,etiam à vectigalibus soluendis,nisi negotiẽtur propriè:quoad ea enim, in quibus cernitur negotiatio propria,ipsis indecens, atque interdicta, immunes non sunt à vectigalium solutione, vt infra suo loco dicẽtur:quo pacto est intelligenda. l. 5.titu.7.part.5.

SVMMARIVM.

1 ALCAVALAE *origo,& vnde dicta,quid sit,& in quanta quantitate a principio,& temporis progressu,fuerit concessa.*

2 *Alcauala ex venditione soluitur,& ex permutatione duplex,& quis eam soluat in hoc regno,& quis in Lusitania.*

3 *Qui alcaualam soluere teneantur,& qui ab ea soluenda sint exempti,*

4 *Alcaualam non debet Rex ex rebus ipsius,quæ vẽduntur,aut permutantur. Neque item illam debet in aliquo loco dominus alius alcaualæ eius loci.*

5 *A solutione alcaualæ immunes sunt Ecclesiastici,nisi quãdo negotiantur. Neq; laici immunes ab ea sunt, ex eo quòd vẽdãt Ecclesiasticis: quin indefectum laicorum vendentiũ,res ad Ecclesiasticos transeunt cum onere,vt inde alcauala soluatur.*

6 *Commendatarij in hoc regno & in Lusitania, quousque immunes sint,aut non sint,à solutione alcaualæ.*

7 *Alcauala quousque debeatur ex re indiuidua laico cum Ecclesiastico communi, si vendatur, aut permutetur.*

8 *Alcauala quousq; debeatur ex fructibus rei ecclesiasticæ,quos ex ea recipit laicus.*

9 *Alcaualadebetur,si laicus ius aliquod iucum, donatiũ, aut emptum ex Rege,tertiarum decimarum Ecclesiarum huius regni vendat, aut permutet.*

10 *Ex iure illo non debent possessores illius ecclesiasticum subsidium, quod ex bonis ecclesiasticis in hoc regno Regi soluitur.*

11 *Alcauala non debetur ex bono aliquo hæreditatis iacentis vendito, si successor postea illam adiẽs, sit Ecclesiasticus,aut si defunctus sit Ecclesiasticus,nullusq; illam adeat.*

12 *Quæ loca & personæ exempta in hoc regno à solutione alcaualæ.*

13 *Alcauala debetur ex re,quam quis vendere cogitur. Si tamen in vtilitatem alterius ac publicam vendere eam cogatur,persolui, etiam ab empiore,debet alcauala.*

14 *Vectigalia, quæ ex accessu ad aliquem locum alioquin debentur, non debentur si nauis necessitate compulsa,vt hostium,aut tempestatis, eò accedat,neque ibi merces vendat.*

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Alcauala, Sisa in Lusitania dicta. Et qui à solutione illius sint immunes. Disp. 663.

DICENDVM peculiariter est de duobus tributis, quæ vectigalibus sunt affinia, & cũ eis computanda, iuxta ea quæ duabus præcedentibus disputationibus dicta sunt. Nempe de Alcauala hac, & sequenti disputatione, & de tributo impositionis Lusitano disp. 665.

1 Quod ad Alcaualã attinet, origo huius tributi, vocabulique, quo ita nuncuparur, hæc fuit in hoc Castellæ regno, vt ex varijs historijs referunt Lassarte de decima venditionis in præfatione a. n. 19. & alij. Cùm Rex Alfonsus vndecimus, aut (vt alij vocant) duodecimus (post quem ad hęc vsque tempora nullus alius fuit eius nominis, quicunque tandem is fuerit) ad Mauros ex Hispanijs depellendos, expugnandamque in particulari Algezirę ciuitatem, tributum C
presse tẽtaret imponere, quod *pecho* in hoc regno dicitur, & quod soluerent, etiam ij nobiles, quos *hidalgos* vocant, ne plebs reliqua nimium grauaretur: nobiles, vt suam immunitatem à soluendis eius generis tributis illæsam conseruarent (referente Castillo in Hispana Gothorũ Regũ historia lib. 4. discursu. 8. respõderũt, *tributo no edaremos, mas darlemos alqvala tão como lo qpide*, hoc est, aliud diuersũ, in ratione videlicet vectigalis, aut vectigali affinis, à quo soluẽdo nobiles nó sunt immunes. Lingua enim Hispana antiqua, vt constat ex legibus partitarum, & ex alijs historijs, scripturisque D
antiquis, atque etiam hodie ex Lusitana lingua, *al*, aliud, ac reliquum, significat. Sicque in Burgensi ciuitate anno. 1342. vt constat ex antiqua chronica eius Alfonsi vndecimi. c. 263. & referunt Zamalloa in compendio historiarum Hispaniæ, & Illescas in Põtificali historia lib. 6. c. 19. illi primò ad id concesserunt vigesimam, aut (vt alij volunt) trigesimam, partem pretij rerum omnium, quę venderẽtur, tam mobiliũ, quàm immobilium, siue venderentur, & emerentur, negotiatione propriè dicta, siue non: idque tributum inde dictum fuit *Alqvevala*, posteà verò, corrupto nomine, mutatoq; i. e.

A in a. dictum fuit Alcauala. Capta verò Algezira sed perseuerantibus bellis, regnique necessitatibus, aut etiam excrescentibus, anno. 1349. in comitijs Cõplutẽsibus, idẽ tributum confirmatum, concessumque eidem Regi fuit simpliciter & absque temporis limitatione, vt referunt Montaluo. l. 50. titu. 6. part. 1. verb. *que Pharaon* colum. 4. & Zamalloa. c. 17. citato, &. 23. Posteà verò tempore Henrici secũdi, anno. 1366. in Burgensi ciuitate, vigesima illa, aut trigesima, pars pretij, duplicata, aut triplicata fuit, concessumque illi fuit, vt esset decimus ceps decima, vt referunt Petrus Lopez Ayala in chronica Regis Petri crudelis, anno B
regni illius. 17. c. 19. & Zamalloa libr. 14. citato. c. 18. Tempore verò Hẽrici. III. filij Ioannis primi, & nepotis Henrici. II. cùm anno. 1390. impubes regnare cœpisset, tutores illius subditis concesserunt, vt solum solverent vigesimam pretij partem: factus verò pubes anno. 1393. regnique administratione suscepta, vltra eam vigesimam, sex quasdam alias monetas, annuẽtibus subditis, exegit, quę ferè aliam vigesimã æquabant, vt Lassarte vbi supra num. 22. ex historia huius Regis Henrici manu scripta. c. 14. & 21. refert. Affirmat verò ibidem Lassarte, posteà Reges decimam exegisse & accepisse. Arbitror tamen, nunquam exactè fuisse traditam & acceptam, sed semper reclamasse & renuisse populos tantum tributum integrè soluere. Vnde mortuis Regibus Catholicis, administranteque hęc regna prudentissimo, religiosissimo, ac rectissimo Archicpiscopo Toletano Fratre Frãcisco Ximenes, incapitatum fuit hoc tributum pro ea summa, quam regnum totum contribueret, quę neque ad vigesimam partem pertingebat. A triginta verò circiter annis, exhausto Regis patrimonio, crescẽtibusq; bellorum sumptibus, & aucta sunt alia tributa, & hoc cœpit exactè ad durè exigi, non sinè populorũ querimonia, multisque in locis incapitatum fuit pro longè quidem maiori summa, quàm vnquam antea, sed quæ non pertingit ad decimam exactè persolutam: multaque minimè incapitata remanserunt, ex quibus decima exigitur ac soluitur, sed non sponte omnino, sed quoniam subditis non aliud permittitur. Neque his reditibus Alcaualæ potitur Rex, sed potiuntur priuati, qui pro pecunia ad bellorum sumptus tradita, hoc ius, & pleraque alia Regis iura, empta habent, sed cum pacto de retrouendendo.

Tomo

E Tomo præcedente dictum est, tributum hoc alcaualę exigi solum ex pretio vẽditionis, atque ex permutatione: in qua censetur esse duplex venditio, eaque de causa ex permutatione duplex alcauala exigitur, iuxta æstimationem vtriusque rei, quæ permutatur vna pro alia. Dictum etiam est, in hoc Castellæ regno integram alcaualam soluere venditorem, ac proinde ad eum solum esse attendendum, num exemptus sit ab ea soluenda, vt intelligatur, an ex capite exemptionis debeatur, aut non debeatur. In Lusitania verò dimidium debere emptorem, & dimidium venditorem, ac proinde ad vtrunque esse attendendum, vt intelligatur, num vterque, aut aliter, vel neuter, ex capite exemptionis debeãt portiones sisæ, quæ singulos cõtingũt. Hęc, & pleraq; alia circa alcaualam tradita sunt tomo præcedente, quæ ex indice verb. *Alcauala* facilè deprehendentur, vbi tradita sint: neque est animus ea in hac tractatione repetere, sed solùm in progressu addere, quæ dicenda supersunt.

3 Explicandum verò est, qui alcaualam soluere teneantur, qui non item. l. ex. 1. tit. 18. lib. 9. nouę collect. quæ lata fuit à Regibus Catholicis anno. 1491. in castris obsidionis vrbis Granatẽsis, nullum oppidum, aut locum, nullumque omnino, quamtuncunq; nobilis is sit, excipit à solutione eius tributi, estò se excusent vsu, aut consuetudine, etiam immemoriabili, eam nõ soluendi, vel quacunque alia ratione, aut priuilegio concesso. In fine tamen legis additur. *Saluo, si las tales mercedes y franquezas fueren asentadas en los nuestros libros de lo saluado, y sobre escriptas de nuestros contadores mayores*, Etiam exteri, qui ad hoc regnum accedũt, aliquidque in eo vendunt, aut permutant, à solutione huius tributi non excusantur, vt habetur. l. 24. titu. 19. eiusdem libri: ea enim cõditione exteri accedere ad alia regna, & ibi negotiari, permittuntur, dummodo ea tributa iusta soluant, quæ ibi sunt imposita, vt rectè notant multi, quos Lassarte de decima vend. c. 19. n. 5. refert ac sequitur. Lex autem. 1. titu. 18. lib. 9. nouę collect. quatenus statuit, vt nullus eximatur à solutione alcaualæ, etiam vsu & consuetudine, de cuius initio nulla extet memoria, vel quacunque alia ratione, quamuis ortum habere potuerit ab antiquiori lege Alfonsi vndecimi, quæ est. l. 1. in fine, titu. 15. libr. 4. nouę collect. quę sic habet. *Y aſi mismo lo que las leyes dizen, que las cosas del reino no se*

A *puedan ganar por tiempo, se entienda de los pechos y tributos a nos deuidos*; & vtraque lex ortum habere potuerit ab alia antiquiori lege. 6. tit. 29. part. 3. quæ sonat, in tributis locũ non esse præscriptioni temporis cuiuscunque, etiam immemoriabilis, vt affirmat multi, quos Greg. Lop. ibi verb. *tributos*, & Lassarte de decim. vend. c. 19. à. n. 4. referunt ac sequuntur, & consensit Aluar. Valasi de iure emphyteu. q 8. à. n. 32. consentaneè ad ius Lusitanum, quod in calce. n. 36. refert, de quare videnda sunt, quę dicta à nobis sunt disp. 74. & 75. Licet, inquam, ea lex. 1. ortum quoad id habere potuerit à duabus alijs antiquioribus citatis, quatenus tamen simul cassat priuilegia antea concessa, exceptis, quæ in fine eiusdem legis expiuntur, & quæ legibus sequentibus exprimuntur, de quibus statim erit sermo; arbitror eam legem, quoad eam totam vniuersalitatem ortum sim. lex eo habuisse, quòd Catholici Reges, pro potestate regia ad tributa imponenda, rationabili ex causa, atque in commune reipublicæ bonum, ad belli sumptus, & vt æquè omnes de republica grauarentur, noluerunt deinceps, quenquã ab eo tributo esse exemptum, præter pauC cos ea lege & sequentibus expressos, ob peculiares, præcipuas ac rationabiles causas sufficienter examinatas.

Rex inprimis, cuius sunt hæc iura, immunis est à solutione alcaualę, quando res ipsius venduntur, siue illæ immobiles, siue mobiles sint, ac proinde, estò alcaualam alicuius loci habeat locatam alicui, non debetur conductori alcauala pretij earum rerum, quas Rex in eo loco vendiderit, aut permutauerit. Ita habetur. l. 3. titu. 18. libr. 9. nouæ collect. & l. 3. titu. 17. atque. l. licitatio. §. fiscus. ff. de publicanis. Ratio autẽ est, vt rectè cum Bart. & alijs, affirmat Lassarte de decim. vend. c. 19. n. 8. quoniã nulD lus sibi ipsi est tributarius, nullusque sibi ipsi quicquam debet. Rex autem solum locat alcaualam, quæ sibi debetur. Hinc rectè. c. 18. à. n. 92. collegit, si alcaualæ alicuius loci, non ad Regem, sed ad dominum particulare eius loci spectet, vt ad aliquos in hoc regno pertinet, tunc eo ipso dominum eius loci eam non debere ex rebus ipsius, quas vendit: quia nemo sibi aliquid debet: quare, si alcaualam eius loci alicui locet, ex pretio rerum domini eius loci, quas vendiderit, aut permutauerit, in eo oppido, non debetur conductori alcauala. Si tamen ciuitas alcaualam, non suam, sed Regis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis, licet alicui nomine & loco Regis, ciuitasque ipsa vendat rem aliquam, aut permutet, propriam ipsiusmet ciuitatis, tunc ex pretio talis rei alcauala debet conducto ri: quoniam ciuitas exempta non reperitur in hoc regno à solutione Regi alcauale rerum sibi propriarum, quas vendiderit, aut permutauerit: conductori verò debetur alcauala omnis eius ciuitatis, quæ Regi erat soluenda.

5 Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personę, sicut vniuersim exemptæ sunt à solutione aliorum tributorum, vt disp. 31. dictum est, & inferius suo loco dicetur, vbi etiam explicabitur, quæ personæ Ecclesiasticæ dicantur, vt priuilegio hoc perfruantur: ita, si aliquid vendant, aut permutent, de suis proprijs rebus, immunes sunt à solutione alcauale in hoc quidem regno vēditores à tota, in Lusitania verò, siue emant, siue vendant, solum a dimidia: quoniam in eo regno emptor dimidium solvit sisę, & venditor aliud dimidium. Ita habetur. l. 6. titu. 18. lib. 9. nouæ collect. & lib. 5. legum extrauag. Lusitanarum tit. 3. l. 12. Si tamen aliquid vendant, aut permutent, negotiando, tunc sicut quoad eas res immunes non sunt à solutione aliorum tributorum, vt disp. 342. dictum, comprobatumque est, vbi copiosè est etiam explicatum, quando negotiari sint censendi, quando non item, additumque est, in quibus euentibus priuilegium immunitatis à soluendis tributis amittant: ita neque immunes sunt à solutione alcauale ex rebus ita venditis, aut permutatis, vt habetur. l. 7. titu. 18. citato, & l. 12. citata.

Ex eo autem, quod dum alcauala laicis est imposita ex rebus, quas vēdunt, aut permutant, accrescant precia eiusmodi rerum ob id tributum soluendum, indeque per accidens sequatur, quod Ecclesiæ, & Ecclesiastici, carius eas ab illis emant, virtuteque proinde alcaualam soluant, nō id circo res, quas laici Ecclesiasticis vendunt, aut cum eis permutant, immunes sunt à solutione alcauale ex pretio, estò Ecclesiastici paciscantur, se emere tales res, immunes faciendo venditores ab eo tributo. Ita habetur. lib. 8. titu. 18. citato, vbi hæc verba addūntur. *Y si los vendedores no pudieren ser auidos, que de los heredamientos y otras cosas, que se vendieren a los dichos clerigos, y personas Ecclesiasticas, se pueda cobrar el alcauala. Por lo qual queremos y mandamos que siempre, y en todo caso y en todo tiempo, sean obligados los dichos heredamientos y cosas, que fueren vendidas.* Vbi vides, hypothecæ, onerique tali, subijci res ita venditas pro ea alcauala, vt ex ipsis soluatur in defectum venditoris, etiam si ad possessionem ac dominium Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum deueniant; quoniam transeūt ad illos cum eo reali onere. Quod ob Ecclesiasticorum iactantiam, qui ex eo capite obtendebant, eas res alcaualæ non esse subiectas, viliusque proinde ipsis esse vendendas, ait Lassarte de decim. vend. c. 19. n. 21. fuisse sancitum. Non plus tamen res istę ad id tributum tenebuntur, quàm in defectum venditorum; ac proinde quo tempore venditores præscriberent, vt ab ipsis exigi non posset, præscriberetur simul vt ex eisdem rebus non solueretur, vt rectè Lassarte subiungit. Ratio autem iustę decisionis legis illius, vt cum alijs Lassarte vbi supra. n. 10. ait, hęc est. Quoniā, sicut ex eo, quòd mercatores portoria, & alia tributa, soluāt ex mercibus, quas vendendas asportant, indeque per accidēs sequatur, quòd pro quātitate eorum tributorum res carius vendantur, vt disputatione præcedente dictum est, non viliùs clericis venduntur à mercatoribus, quàm vendantur laicis, neque aliquid mercatoribus de eis tributis detrahitur ex eo, quòd partem earum vendituri sint Ecclesiasticis: sita ex eo, quòd res mobiles, aut immobiles, vendantur Ecclesiasticis, immunes non sunt venditores ab alcauala earum rerū, estò per accidēs sequatur, quod Ecclesiastici carius emant. Exemptio quippe Ecclesiasticorum, & Ecclesiarum, solū est, vt ipsi non soluant tributum ex suis rebus: non verò, vt alij non soluant tributum ex rebus, quæ emptione, aut permutatione, ad ipsos sunt perventuræ, estò per accidens sequatur, quòd carius ob ea tributa ad ipsos perueniant. Similis alia lex huic hactenus explicatæ, lata est in Lusitania. 3. part. leg. extrauag. titu. 3. 12. §. 2. &. 3. 6

Priuilegia hæc Ecclesiasticorum extenduntur in Lusitania, etiam ad commendatorios ordinis Christi, modò commendam, aut *tençam*, habeant: secus si nudum habitū sinè *tença* habeant, vt constat. 3. part. legū extrauag. tit. 3. l. 13. & 14. Idem credo esse, in eo regno de reliquis commendatarijs, qui non minùs, imò plus, participant de religione. In hoc verò Castellæ regno, commendatarij omnes, qui clerici nō sunt, etiā si sint ordinis Diui Ioannis, quoad fructus suarum commendarum, si illos vendāt, aut permutent, dum ipsorum manent, immunes sunt à solutione alcaualæ ex illis: eo quòd

quòd verè sint fructus bonorum Ecclesiasticorum, hoc est, commendarum ipsis collatarum: ex venditione vero herbarum suarum commendarum, soluunt alcaualam, vbi est consuetudo, vt saluatur: ex bonis autem ipsorum patrimonialibus, aut aliunde acquisitis, ipsiue obuenientibus, si illos vēdant, aut permutent, coguntur soluere alcaualam, vt constat ex l. 9. titu. 18 lib. 9. nouę collect. Eam legem approbat Lassarte vbi supra. n. 9. Si res tamen esset integra, potiùs contulerem, vt, saltem commendatarij Diui Ioānis, cum alijs Ecclesiasticis, quo ad immunitatem à soluendis tributis, annumerarentur.

7 Quando res vendenda communis ac indiuidua est Ecclesiastico cum laico, si communi consensu vendatur, neque in ea venditione negotiatio intercedat, tunc, quanuis venditio ac res vendita, indiuidua sit, quia tamen diuidi aliquo modo potest quo ad pretium, iuxta portionem quam pro indiuiso vnusquisque eorum in ea re habet, vtique ex parte pretij quę laicum contingit, iuxta portionem quam pro indiuiso in ea re habebat, alcauala debetur: non verò ex parte pretij quæ ad Ecclesiasticum pertinet. Sicut, quando Ecclesiasticus rem cū laico permutat, alcauala debetur à laico ex ea permutatione, iuxta æstimationem rei, quam ipse permutat, non verò ab Ecclesiastico, iuxta æstimationem rei suę, estò permutatio vnica atque indiuidua sit. Ita Lassarte vbi supra. n. 16. cum plerisq; alijs, quos citat, & cosentit Couar. de pract. qq. c. 34. n. 2. concinitque. l. 6. titu. 18. citato, illis verbis; *por lo que a ellos* (Ecclesiasticis scilicet) *toca y procede tocar.*

8 Quando laicus conductum ab Ecclesia, aut ab Ecclesiastico, habet aliquid, quod fructus reddat, vt beneficium Ecclesiasticum, prædium, aut aliud simile, vel aliqua alia ratione & titulo suos effecit eos fructus, quos loco Ecclesię, aut Ecclesiastici percipit, tunc si illos vēdat, aut permutet, ex ea venditione, aut permutatione, alcaualam debet: quoniam vendit, aut permutat, quod est suum effectum illis alijs titulis, nec perseuerat Ecclesiæ, Ecclesiasticæve personę: & quoniam priuilegium Ecclesię, aut Ecclesiastici, est personale, nec transit ad laicum. Ita sylvester verb. excommunicatio. 9. q. 48. Lassarte vbi supra. nu. 27. & alij, quos citant, resque ex se est satis perspicua, vsuque recepta. Si tamen clericus circa rem sui patrimonij, vel circa rem aliā suam, ineat cum aliquo contractum societatis, vt scilicet accipiat dimidium, aut tertiam partem, fructuum, vel in ea contractum locationis, vt accipiat tot, vel tot, mensuras tritici, tunc de parte fructuum, quæ ad ipsum spectat, estò eam iubeat vendere, non debet alcaualam: quoniam venditur, vt clerici.

Vt constat ex titu. 21. lib. 9. nouæ collect. tertiæ decimarum Ecclesiarum huius regni, donatæ à Summis Pontificibus sunt Regibus, coronæve huius regni, in subsidium ad bellorum sumptus, & ad expensas alias. Eo autem ipso ea tertia decimarum pro indiuiso præcisa censetur à sacerdotijs, bonisque Ecclesiasticis, & donata censetur Regibus, coronęve huius regni: in eum finem: utique eam accipiendi, dum partitio fit decimarum singularum Ecclesiarum, quod Regibus, vi illius concessionis ac donationis competit, non est ius Ecclesiasticum, & spirituale, sed laicum ac seculare, à Summis Pontificibus ipsis concessum in bonis ea ipsa concessione ac donatione præcisis à patrimonio Christi, & à numero bonorum Ecclesiasticorum, factisque secularibus regiæ coronę. Quia verò bona illa, iusque illud, simpliciter & absque vlla restrictione, aut prohibitione alienationis, regibus, coronæve regni, donata sunt, vtique dispositio, tum de rebus ipsis, tum etiam de eo iure, perinde, post eam concessionem ac donationem, Regibus competit, atq; dispositio de alijs iuribus ac rebus coronæ regni. Quia ergo Reges partem huius iuris diuersis donarunt, partem vendiderūt, aut irreuocabiliter, aut cum pacto de retrouēdendo, saltem censum redimibilem ex eis reditibus concedendo, inde oritur dubiū, num, si priuati, ad quos prędictis titulis reditus illi, & partes iuris illius integri, Regibus, coronæve huius regni concessi, pertinent, vel reditus, vel ius suum ad illos vendant, aut permutent, ex ea venditione, aut permutatione, alcaualam debeant. Et quidem dicendum est, si illi priuati Ecclesiastici nō sint, aut alio titulo immunes nō sint à solutione alcaualæ, eam debere. Ratio autem est, quoniam, vt ex dictis liquidò constat, ea bona Ecclesiastica & spiritualia non sunt, neque alia ratione ipsa, aut ea venden tes, vel permutantes, exempta sunt à solutione alcaualæ. Atque hoc est, quod multis Lassarte vbi supra. à n. 29. vsque ad. 54. intendit.

Hinc oritur dubium admodum difficile 10 mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

multorum iudicio ac meo. Qua nam videlicet ratione, priuati possessores partium huius iuris, contribuere teneantur ad subsidium à Summis Pontificibus Regibus huius regni insuper concessum, temporisque progressu auctum, de reditibus bonorum omnium Ecclesiasticorum huius regni, etiá si ad laicos deuenerint. Etenim pars illa decimarum eo ipso, quòd Regibus, coronæque huius regni, donata est, esse desijt Christi patrimonium, bonumque Ecclesiasticum, factáque est bonum seculare, quin & videtur fuisse exempta à iurisdictione Summorum Pontificum, cœpitque pertinere quoad dispositionem ad Hispaniarum Reges, vt de illa re ipsa disposuerint, donando, & vendendo, absque recursu ad Summos Pontifices, & absque eorum dispensatione: qua ergo ratione, subsidium à Summis Pontificibus impositum, vt de bonis omnibus Ecclesiasticis, etiam si ad laicos deuenerint, soluatur, soluendum etiam erit de istis bonis, quæ Ecclesiastica iam non sunt? Equidem, quòd ex commendis, & ex pensionibus, etiam si secularibus concessæ in ipsorum vtam sint, solui id subdium debeat, recta ratio id postulat: quoniam ea bona adhuc Ecclesiastica sunt, iurisdictionique Summi Pontificis subiacent: quòd verò etiam ex eiusmodi bonis solui debeat, quę Ecclesiastica non sunt, sed fuerunt, neque subiecta remanent iurisdictioni & administrationi Summorum Pontificum, non videtur id æquum, rationique consentaneum: præsertim si, ante impositum, aut auctum tale subsidium, facta sunt bona secularia, ad priuatosque eorum possessores deuenerunt, titulo præsertim oneroso. Adde, Reges ipsos, ex ea parte decimarum, quæ ipsorum est, neque ad alios adhuc deuenit, non contribuere ad subsidium: quoniam ipsis debetur ex concessione Summorum Pontificũ: nullus autem sibi ipsi debet, ac proinde, neque contribuit ad id, quod sibi debetur: atque ita videmus vsu esse receptum, quòd quanuis Rex conuenerit cum Ecclesijs huius regni, vt sibi certam summam quotannis pro subsidio conferant, ad quam contribuant pro rata omnes, qui bona obtinent Ecclesiastica, neque tamen ipse ad eam sũmam contribuit ex prædicta sua portione decimarum, neque, qui censum annuum emptum ab eo habent quotannis ipsis soluendum, ac consignatum in tertia alicuius Ecclesiæ particularis, neque qui emptam omnino, ac irredimibiliter, ab eo habẽt tertiam decimarum alicuius loci, aut partem aliquam illius, contribuunt: vnde nó video, quo iure reliqui, qui partem aliquam habẽt tertiæ decimarũ alicuius loci, aut integras illius loci tertias, non solùm titulo oneroso, saltem in recompensationem fructuũ ob sequiorum, sed etiam titulo merè lucrativo, cogendi sint soluere ac contribuere ad id subsidium, vt videmus vsu receptũ, eos cogi ac soluere. Respondet Lassarte c. 19. citato n. 35. Quia caritatiuum hoc subsidiũ est onus iniunctum, non quidem Ecclesiasticis personis, sed reditibus potius ac prouentibus totius Ecclesiæ in his regnis, idque adeò generaliter, vt (iuxta mentem ac verba bullæ Pauli tertij, qui primus illud concesit, & aliorum, qui illud auxerunt) reditus quoscunq; ac fructus, qui vere Ecclesiastici sunt cõprehendit, nullo facto personarum discrimine, ad quas deuenerint, siue Ecclesiasticæ sint, siue laicæ; consequens esse, vt, cùm eiusmodi tertiarum fructus, primordialiter, atque ex sua origine Ecclesiastici sint, Ecclesijsque fuerint soluti, eò quòd ex Ecclesiarum dicimis detrahantur, eo ipso, quòd à Summis Pontificibus est prędicto modo vniuersaliter ex bonis Ecclesiarum huius regni concessum, ea omnia bona afficiat, tranleantque proinde cũ eo reali onere ad quascunque personas, etiam si laicę sint, ac proinde teneantur illud soluere, ad illúdve contribuere. Hęc tamen Lassarti responsio ac ratio, solida profectò non est, sed ex multis capitibus infirma ac nulla. In primis enim, ipsemet. n. 36. confitetur, tertias concessas fuisse à Benedicto duodecimo Regibus, coronæque huius regni, liberas omnino, & absq; tali onere subsidij: cùm verò ostensum sit, eo ipso desijsse esse bona Ecclesiastica, & mansisse secularia, exempta è iurisdictione Summorum Pontificum; sanè Pauius tertius & posteriores Summi Pontifices, non potuerũt illis imponere posteà id onus reale, neque id intenderunt sua illa cõcessione illius subsidij in omnibus bonis Ecclesiasticis huius regni, ad quoscunque illa deuenerint, etiá si laici sint: nam illa iam tunc non erãt bona Ecclesiastica, sed fuerant longè antea, & iã tunc non erant: quarè ea concessione subsidij sub illa forma, non censentur comprehendere eiusmodi tertias, neque de eis loqui, sed solùm de bonis, quæ tempore eiusdem concessionis subsidij erant Ecclesiastica, etiamsi à laicis possiderentur. Neque Gigas de pensionibus. q. 38. quem Lassarte in

in confirmationem suę responsionis citat, loquitur de eiusmodi bonis præcisis antea à bonis Ecclesiasticis, & factis secularibus, sed solum ait, pensionarios laicos, de bonis, quę Ecclesiastica permanẽt, subiectáq; iurisdictioni & administrationi Summorũ Pontificũ, teneri contribuere ad eiusmodi subsidia caritatiua bonis Ecclesiasticis, ex quibus ea pensio soluitur, imposita. Deinde, cùm Regibus ipsis, ex forma illa concessionis Pauli. III. & aliorum Summorũ Pontificum, non censeatur impositum id caritatiuum subsidium, vt illud ex tertijs soluant, aut ad illud contribuant, neq; vsu sit receptum, vt ipsi, vel qui ab ipsis titulo emptionis habent partem aliquam iuris, redituúmve, earum tertiarum, ad illud cõtribuant; vtique neque, qui ab ipsis Regibus partem aliquam eius iuris quocunque titulo habent, tenentur, ob eandem Summorum Pontificum formam, quicquam ad id subsidium contribuere: quandoquidem nomine, ac loco, ipsorum Regum, reditus earum tertiarum recipiunt, eo modo, quo illi eos percepissent, si ea pars iuris apud illos perseuerasset. Itẽ ipse Lassarte in principio suæ responsionis ait, subsidium hoc ex mente, & ex verbis Pauli. III. & aliorum Summorum Pontificum, esse onus iniunctum prouentibus, reditibus, ac fructibus, totius Ecclesię huius regni, qui verè Ecclesiastici sunt: ex eo autem, quòd fructus eiusmodi tertiarum, primordialiter, atque ex sua origine, hoc est, antequàm præscinderentur, & donarentur coronæ huius regni, fuerint Ecclesiastici, Ecclesijsq; soluerentur (quod duntaxat probat, eos detrahi ex decimis Ecclesiarum) non sequitur, tempore concessionis eius subsidij, perseuerasse bona verè Ecclesiastica, quin potiùs contrarium supra est à nobis ostensum: quarè non rectè ex eo suo fundamẽto deducit, concessione eius subsidij, mansisse bona earũ tertiarum affecta eo onere reali, cum eoque transijsse, ac transire, ad quoscunque eorum possessores: quin potiùs contrarium ex eodem fundamento rectius colligitur, nempe onus illud ea bona non affecisse, eò quòd iam tunc, neque Ecclesiastica bona essent, neq; subicta dispositioni ac iurisdictioni Sũmorum Põtificũ. His omnibus persuasus, arbitror, eos, qui à Regibus partem iurium earum tertiarum quocunq; titulo ritè obtinuerunt, non teneri ad cõtributionẽ subsidij, quod Regibus de bonis Ecclesiarũ huius regni soluitur: sed per errorẽ de sinitum fuisse, eos ad illud contribuere teneri; esseque id corrigendum.

Dubiũ est, si Ecclesiastic⁹, qui ab alcauale solutione est immunis, moriatur, atq; hęreditate iacẽte, hoc est, nondùm adita per hęredẽ testamẽtariũ vel ab intestato, aut per procuratorẽ datũ hæreditati, vel ad soluẽdos sumptus funeris talis defuncti, vel ad soluẽdum creditoribus defuncti, aut legatarijs, vtrum ex tali veditione alcauala debeatur, an non. Hoc dubium mouet Lassarte cap. 19. citato n. 38. Diui hæreditate iacente: quoniam, cùm per aditionem hæreditatis, hęres dominiũ bonorũ omnium hęreditatis consequatur, transeantque in ipsum actiones omnes passiuę, & actiuæ, defuncti, vt disp. 3. & disp. 155. ostensum est, vtiq;, si quid tunc hæreditatis vendatur, tanquam hæreditatis bonum, siue per hęredem vendatur, siue per testamẽtarios ex præscripto testatoris, siue per curatorem datum hæreditati ob absentiam hæredis, aut ex alia iusta causa, venditur tunc, vt pertinens iam quoad dominium ad hęredem, locoq; hęredis, ac proinde, si hæres immunis sit à solutione alcaualæ, quia Ecclesiasticus, aut aliqua alia ratione, alcaualam ex tali venditione non debet, siue defunctus esset Ecclesiasticus, siue nó, sed esset laicus, qui, si ipse venditionem eam celebrasset, alcaualam deberet. Si verò hæres immunis non sit ab alcaualę solutione, quia laicus, tunc eam debet, estò defunctus esset Ecclesiasticus: quoniam immunitas Ecclesiastici defuncti ad non soluendam alcaualam, erat priuilegium personale ipsius, quod cum bonis non transit ad hæredem. Cum verò hæres is, qui in iure suus nuncupatur, dominus sit bonorum hæreditatis à puncto mortis eius, cui ita succedit, cum facultate tamen eam repudiandi, vt disp. 180. explanatum est, tunc, si quid de tali hæreditate vendatur, antequàm talis hæres eam acceptet, aut repudiet, idem omnino est dicendum, modò posteà is hæres eam hæreditatem non repudiet, nempe, si immunis non sit à solutione alcaualæ, eam deberi, siue Ecclesiastico, siue laico, succedat: si verò immunis sit, eam non debere, estò succedat laico, qui illam deberet. Hinc dico, quando morte alicuius Episcopi, aut alterius beneficiarij, vel clerici, aliqua pertinent ad cameram Apostolicam, tanquam spolia, vel ad sequentem successorem in Episco-

Quæstio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patu, aut beneficio, iuxta ea quæ copiosè à A disput. 142. explicata sunt, deducto tamen inde toto ære alieno, & funeris competentis expensa, tunc si quid eorum bonorum vendatur à puncto mortis talis defuncti, ad æs illius alienũ soluendum, aut ad aliam necessariam impensam, etiam si ea venditio fiat per laicum, vt in hoc regno fieri consueuit per Correctorẽ ciuitatis, in qua est cathedra Episcopalis talis Episcopi defuncti, vtique ex tali venditione non debetur alcauala: quia bona, vnde id venditur, pertinent ad cameram Apostolicam, aut ad successorem in beneficio, qui Ecclesiasti sunt; immunesque à solutione alcualę: laici autem, aut quicunque alij, qui ea bona vendunt, id efficiunt loco ac nomine eorum, ad quos ea bona per mortem talis defuncti spectant, eorumq; negotium ac partes agendo.

Tota difficultas est, quando ex hæreditate adhuc iacente, ad nulliusque proinde dominium adhuc pertinente, aliquid venditur, vel ad funeris impensam, vel ad debita defuncti soluenda, vel ad rem aliam, vtrum ex huiusmodi venditione alcauala debeatur. Lasſarte affirmat deberi, esto defunctus fuisset clericus, aut quicunq; alius exemptus à solutione alcaualæ, & esto postea hæres ab intestato, aut ex testamento, illam adeat, comparetque proinde dominium illius ea aditione, sitque clericus, aut alia ratione exẽptus à solutione alcaualæ, & esto nullus eam adeat, quia bona nõ sufficiunt ad æs alienum defuncti soluẽdum, vendanturque, vt pretium inter creditores distribuatur, & vt sepeliatur defunctus. Ducitur, quoniam priuilegium Ecclesiastici defuncti, vt ex venditione, aut permutatione, suorum bonorum non solueret alcaualam, erat personale illius; quod proinde cum vita illius expirauit, neque ad hæredes illius transit, neque bona, quæ quoad dominium fuerunt eius clerici, comitatur: & quoniam bona illa, ante aditionem, non pertinent ad hęredem, vt ex priuilegio hæredis clerici venditio illa, facta ante talem aditionem, immunis sit à solutione alcauelę: quo fit, vt in omnibus illis euentibus propositis, ex venditione bonorum hæreditatis clerici iacentis, debeatur alcauala.

Decisio 11

Contrarium arbitror esse verum, quãdo hæres, qui postea hæreditatem adit, est Ecclesiasticus, aut ex alio capite immunis à solutione alcauałę, idque siue defunctus, cui succedit, fuerit Ecclesiasticus siue laicus: itemque, quando defunctus fuit Ecclesiasticus, nullusque postea hęreditatem adit, sed bona venduntur ad æs defuncti alienum soluendum, aut ad funeris impensam, pretiumque totum in his insumitur. Ratio primi est, quoniam licèt, quando res dominum habet, ad dominum regulariter spectet eam vendere, aut loco & nomine illius vendi; quando tamen caret domino, vt in eo euentu, vtique ad eum spectat eam vendere, locoque ac nomine illius publica autoritate censetur vendi, qui ius ad illam habet, qualis in re proposita est hæres, ad quem ea hæreditas, vel primò, vel in aliorum defectum, pertinet; sub conditione tamen, si vti velit eo iure, eámve adire velit: vnde hæres ipse, sciens ad se esse iam dilatam hęreditatẽ aliquam, ac dubius, an sibi expediens sit eam adire, vendere illam potest, aut res aliquas ex illa, sub conditione, si illam adeat, rataque erit ea venditio subsequuta aditione, impletáve ea conditione, sub qua est facta talis venditio; vt hæc omnia patent ex dictis disput. 340. iunctis ijs, quæ disp. 337. dicta sunt de venditione sub conditione: neque tunc is venditor, si sit Ecclesiasticus, debitor erit alcaualæ eius venditionis à se factę, siue hęreditas delata ad eum sit morte Ecclesiastici, siue morte secularis: quarè, si aliquid ex ea hæreditate validè vendatur, vel à testamentarijs, vel à curatore dato hæreditati, vel à iudice, ad debita defuncti soluenda, vel ad aliquam aliam rem, venditio censetur facta nomine ac loco hęredis, aut hęredũ, modò sequatur postea aditio per eos hæreditatis, ac proinde, si illi Ecclesiastici sint, immunis erit ea vẽditio à solutione alcacalę. Ratio verò secundi est, quoniam licèt priuilegiũ Ecclesiasticorũ, vt immunes sint ab alcaualæ, & aliorũ tributorũ, solutione, sit personale, ac proinde ipsis cõpetat, & ipsorum bonis, donec ipsorum sunt, neque transeat ad hæredes, neq; comitetur ea bona eo ipso, quòd ad alium transeunt; nihilominùs absque vllo dubio, per epicheiam, est censendum competere Ecclesiasticis quoad ipsorum bona, dum ad alium non transierunt, sed sunt hæreditas ipsorum adhuc iacens, quæ Ecclesiastici defuncti locum præcisè subit, eumq; repręsentat; maximè, quando nullus postea adit hæreditatem, sed diuẽditur ad sepulturam talis Ecclesiastici defuncti, & ad solutionem debitorum illius:

tunc

tũc enim negotium & partes Ecclesiastici A defuncti aguũtur ea venditione, ad exonerandam ipsius conscientiam, & ad præstandum & efficiendum ex eisdem bonis, quæ ad ipsum spectant: credendum autem non est, ita priuilegium exemptionis à soluẽdis tributis Ecclesiasticis fuisse concessum, vt ad eorũ bona in eo statu, atq; ad prędicta; defuncti loco, ex eisdem bonis exequẽda, non se extendat; neque id sanè consonum esset rectæ rationi. Confirmatur, quoniam dum hæreditas Ecclesiastici defuncti ita iacet, neque adita est per hęredem, B etiam laicum, non solum testamenti insinuatio, vt disp. 250. dictum est, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, & non ad secularem, sed etiam constituere curatorem eis bonis, eaque ad prędicta diuendi facere, & soluere debita defuncti, vt Lasſarte ipse vbi supra. n. 44. cum communi doctorum sentẽtia affirmat, in praxique esse receptũ confitetur: quod non aliunde prouenit, nisi quia bona illa adhuc reputantur, & sunt, bona clerici defuncti, quæ ad alium non transierunt, eaq; de causa adhuc gaudent priuilegio fori Ecclesiastici, tãquam C bona adhuc reputata Ecclesiastici, nihil impediente, quòd id fori priuilegium personale sit, neque transeat ad hæredes, neq; comitetur eadã bona eo ipso, quòd hęres secularis eam hæreditatem adit, consequiturq; proinde ea aditione dominiũ illius, illa eadem circa ea bona efficere pertinet ad iudicem secularem: quo fit, vt idem dicendũ sit de hoc alio clericorũ priuilegio, de quo disputamus, nempe extendi ad hęreditatẽ Ecclesiastici adhuc prædicto modo iacentem.

12 Quæ autẽ loca, & quę personæ in particulari, & quousq; exemptę in hoc Castellę regno sint à solutione alcaualę ex rebus, quas vẽdunt, aut permutant, habetur lib. 9. nouæ collect. tit. 18. à lege. 11. vsq; ad. 33. Lege etiam Lasſarte. c. 19. citato à. n. 93.

Quæstio. Dubium est, vtrum quando aliquis publica autoritate cogitur aliquid vendere, quia ita postulat bonum publicum, iuxta ea quæ disp. 341. explanata sunt, immunis is sit à solutione alcaualę ex tali vẽditione. Quòd sit immunis, arbitrãtur Parladorius & Auẽd. relati à Lasſarte. c. 19. citato. n. 99

Arg. pri. Id verò suaderi potest. Primò, quoniam necessitas excussat à solutione tributi, argumẽto. l. Cæsar, & habetur apertè. l. vlt. §. si propter necessitatẽ. ff. de publican. In primo enim iure habetur, si merces aliquæ A a certo die prohibitę erãt extrahi ex loco aliquo, & nauis cum illis ante eum diẽ soluerat à portu eius loci, necessitateq;, vi tẽpestatis, aut metu hostium, ad eum portum est regressa, esto post eum diem cum eisdẽ mercibus iterum egrediatur, non censeri transgressam eam legẽ ac prohibitionem: quoniam merces illæ ante eum diem fuerunt extractæ, & necessitas nauem illã reduxit ad eum locum. In secundo verò habetur; si nauis, aut aliquis cum mercibus, B simili necessitate accedat ad aliquẽ locum, ad quem accessurus non erat, neq; intendat ibi eas vendere, sed, periculo cessante, eas inde deferre, neque vectigal ex illis debere (esto, si aliter accessisset, illud deberet) neque proinde incidere in cõmissum amittendi eas merces ex eo, quòd id vectigal non soluerit, esto merces deposuerit. Idẽ habetur adhuc explicatiùs hb. 9. nouę collect. tit. 22. l. 2. versus finem. § *pero si las dichas*, tit. 27. l. 18. & tit. 29. l. 8. & consentiunt Bart. & alij. l. 1. C. de naufragijs libr. 11. consentaneè ad eum rextum.

C Secundò, quoniam cùm venditio sinè consensu esse non possit; eò quòd venditio mutuo consensu vendentis & ementis perficiatur, vt suo loco est dictum; celebrari nõ potest ac perfici ab inuito: quarè, qui inuitus ac coactus à principe, lege, aut magistratu, rem suam dat, & accipit pretium, non censetur eam vendere ob defectũ cõsensus, sed magis vim pati, ab eoq; ex iusta causa extrahi autoritate publica, & in satisfactionẽ damni reddi ei pretiũ; quod lõgè diuersum est à vera venditione: vnde, cùm ex sola venditione, ac permutatione, alcauala debeatur; cõsequens est, vt ex eo alio negotio alcauala non debeatur.

Secundã.

D Lasſarte autem ibidem. n. 100. rectius arbitratur, veram esse venditionem, tametsi publica autoritate, ac præcepto, ex iusta causa celebratam, ac proinde, cùm à solutione alcaualę non reperiatur exempta, deberi ex illa, ob generalitatem legis. l. tit. 18. lib. 9. nouæ collect. Cęterùm, quando non ob culpam vendentis, cogitur eam rem vendere, sed solùm ex publica ac sufficiente causa iusta, tunc æquitatem, ac iustitiam postulare, vt venditor omnino indemnis seruetur, ac proinde, vt pretium illius rei integrũ, intrà totã iusti latitudinẽ, ei soluatur, quam maximum iustè ei solueretur si inde soluturus non esset alcaualã: imò & aliquid amplius deberet ei solui in recõpensatio-

Decisio 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

nẽ, q̃ inuitus spolietur re sua: & ad quã est A
affectus iuxta l. 2. tit. 1. p. 2. illis verbis; *tenudo es por derecho de le dar ante buen cãbio, que valla tanto, o mas, de guisa que el finque pagado a bien vista de homes buenos*, & insuper vt ei reſarciatur, quod ex alcauala est soluendũ: quãdoquidé nõ sua sponte rem vẽdit, neq; iustè potest cogi vendere cum dãno, vt ex valore, pretióve iusto eius rei suæ, soluat alcaualã: quarè id totũ redũdare debet in ementẽ, qui ex ea causa iusta obtinet, vt ea res vendi cogatur. Dixi, quãdo non ob culpã vendentis, cogitur rem suam vendere: quoniã, si ob suam culpã cogatur eam vendere, vt mancipiũ ob fœnitiã, qua cum eo vtitur, iuxta ea quæ disp. 341. citata dicta sunt; tunc cogi potest illud vendere pro iusto pretio, quod inuenerit, & insuper, vt ex tali pretio soluat alcaualam. B

Ad prim. argum. Ad primum ergo argumentũ in contrariũ dicendum est, aliud esse loqui de vectigalibus, quæ debẽtur ex transitu mercium per aliquẽ locũ, aut ex asportatione earum in eum locum; & aliud de vectigalibus, aut quasi vectigalibus, quæ debentur ex celebratione cõtractus. Iura verò, quę in eo argumẽto citãtur, meritò statuisse, vt quãdo quis necessitate cõpulsus, vel refectionis nauis, vel tẽpestatis, aut periculi hostiũ, vel alterius similis, accedit ad portũ, aut ingreditur aliquos fines, præcisè vt euadat id periculũ, & postea cum eisdẽ rebus ac mercibus egrediatur, non teneatur soluere vectigalia, quæ alioquin ex eo accessu, aut transitu per eum locũ, soluere teneretur. Cæterùm, si is idem, estò causa eius accessus fuerit ea vrgens necessitas, vendat ibi eas merces, & cogitur soluere vectigalia, quæ ex transitu per eum locũ, vel ex accessu ad eum locum, debentur, sicut ea solueret in loco, ad quem res eas asportabat, & cogitur insuper soluere quasi vectigal, quod ex tali venditione debetur, vt eisdem iuribus citatis habetur: quarè necessitas, præsertim iustè imposita, celebrandi aliquẽ contractum, non eximit à solutione tributi, aliàs impositi, vt soluatur ex eo contractu: tametsi, vt dictũ est, quando aliquis absque sua culpa, in ementis bonũ, cogeretur celebrare venditionem, emẽs teneretur eum seruare indẽnem, soluẽdo loco illius id tributũ impositum, estò emẽs esset Ecclesia, aut persona alia, quæ ex venditione rei suę exẽpta esset à solutione alcaualæ. Neq; probo expositiones alias ad iura citata, quas Lassarte vbi supra non rectè adhibet. C D

Ad secũdũ Ad secundum dicendum est, quanuis ad venditionem consensus venditis sit necessarius; quãdo tamen ex iusta causa cogitur quis, seu ei præcipitur, rem suam vendere, satis esse consensum illius inuoluntarium mixtè, ex præcepto illo iusto, coactionẽve illa iusta. Et præterea satis esse consensum publicæ potestatis loco & nomine illius, vt vẽditio perficiatur: licut enim potestas publica, ex rationabili & iusta causa, potest loco subditi remittere, quod ei debetur, & absoluere aliquem à iuramento, quo talí subdito tenebatur: ita, nomine & loco illius, potest celebrare venditionẽ, & quencunq; alium contractũ, etiam illo inuito. Neq; dubito, Regẽ posse simul ex sua propria persona subire rationem emptoris, & loco subditi, tanquam dominus supremus illius, subire rationem venditoris, quando ex iusta causa rem subditi ipsius, illo prorsus inuito, pro iusto pretio sibi vsurpat, celebrareque hoc modo veram vẽditionem, quicquid in contrarium Lassarte vbi supra nu. 108. dicat.

SVMMARIVM.

1 ALCAVALA *debetur ex quacunque vẽditione, ac permutatione rerũ, etiã si merces non sint, & sint res proprij patrimonij venditæ ad subleuandam propriam necessitatem: quod à vectigalibus est alienum.*

2 *Alcauala ex pane cocto non debetur, & quid nomine eius panis intelligendum.*

3 *Alcauala ex tritico & alijs granis debetur. Nisi exteri mari illa Hispalim asportent.*

4 *Alcauala non debetur ex contractu, quo pistrices tot panes coctos pro certa mensura tritici reddunt. Secus si triticum pro panibus commutaretur.*

5 *Alcauala ex venditione, aut permutatione, equi, mulæ, aut muli, quando non debeatur, & quando debeatur.*

6 *Vendi an censeatur equus, aut mula, cum sella, & ornamentis, quibus sunt affecti dum venduntur.*

7 *Alcauala ex distractione monetarum non debetur. Ex venditione verò argenti, & auri, quorsque soluenda, & quid, etiam de ære, quæ cudenda afferuntur.*

8 *Alcauala ex libris non debetur. Neq; debetur quoduis aliud tributum ex libris, qui in hoc regnum aliunde inferuntur.*

9 *Alcauala non debetur ex accipitribus, & ex alijs similibus auibus ad aucupium inseruientium.*

10 *Alcauala non debetur ex bonis, quæ æstimata traduntur in matrimonium. Et quid si ex interuallo,*

teruallo, celebrato matrimonio, & eis traditis æstimentur, & num talis contractus valeat.

11 *Alcauala non debetur ex partitione bonorum communium quo ad dominium inter eos, quibus communia sunt. Et quid si non fit partitio inter hæredes, & interueniat pecunia extranea, aut res alia extranea, qua aliquid cõmune comparetur: aut si, quod commune est, etiam hæreditatis, ab extraneo ematur.*

12 *Alcauala debetur ex rebus hæreditatis venditis in subhastatione, etiam si ab hæredibus emantur.*

13 *Alcauala in quibus alijs euentibus debetur, emente vno hæredum partem hæreditatis.*

14 *Alcauala non debetur si res vendatur tanquã causæ piæ. Item neque ex vestibus ad cultum diuinum venditis, estò benedictæ non sint.* B

15 *Alcauala, nec aliud tributum debetur expinis venditis ad ataraçanas Hispalenses.*

16 *Alcauala non debetur ex solutis ferreis expensis in castris, aut in præsidijs.*

17 *Alcauala non debetur ex armis iam perfectis ad illorum vsum. Et quid armorum nomine intelligatur,*

18 *Alcauala ex quibus farmacis non debeatur, & ex quibus debeatur.*

19 *Alcauala non debetur ex captis bello exhostibus, quando primò venduntur.*

20 *Alcaualæ iam debitæ, & pœnæ eas non soluẽtibus statutæ, quanto tempore præscribantur.* C

21 *Alcaualæ debitores quæ facere teneantur, vt contractur & alcaualas manifestent, ne pœnas, ipsis alioquin statutas, incurrant. Et quas diligentias efficere possint exactores eius tributi.*

Quæ res exemptæ sint, vt de eis alcauala non sit soluenda. Disp. 664.

1 QVONIAM tributum hoc, non mercibus solis est impositum, eomodo, quo vectigalia, seu portoria; solis mercibus adductis, aut trãsportatis imposita sunt; sed co ntractui venditionis, ac permutationis fuit impositum, & à populis ex eisdem contractibus concessum, vt scilicet ex pretio rei venditæ, & ex æstimatione rei permutatæ, trigesima, vigesima, aut decima pars solueretur, qua Regis ærariũ ad publicos sumptus augeretur, nulla omnino facta exceptione in rebus, quæ venderentur, aut permutarentur, neque in D

A causa, ex qua venderentur, aut permutarentur, vtrum scilicet ad subueniendum propriæ necessitati, vel ad negotiationem distraherentur; inde effectum est, vt quanuis vestigalia de iure communi, & huius regni, solùm soluantur ex rebus, quæ mercimonij causa transportantur, adducuntur, aut extrahuntur, atque adeò ex solis mercibus, non verò ex ijs, quæ quis ad suum, suæque familiæ vsum affert, vt habetur l. vniuersi. C. de vectigal. l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publican. & l. 5. tit. 7. part. 5. dictumque disp. 662. est; nihilominùs alcauala soluenda sit ex quibuscunque rebus venditis, aut permutatis, siue illæ merces sint, siue non, & siue sint res venditæ ex proprio patrimonio, siue aliunde comparatæ, atque siue ad subleuãdam propriam necessitatem, siue ob quamcunque aliam causam sint venditæ, vt vsu est receptum iuxta generalitatem legis. 2. in quaternione alcauałę, quæ habet; *que pague el alcauala de todo lo que se vendiere*. Quo fit, vt quanuis negari non possit, tributum hoc esse rigurosum, non solum quoad id, quod soluitur, si integra decima exigatur ac soluatur, sed etiam quatenus impositum est vt soluatur, etiam ex rebus proprij patrimonij, ad subleuandamque propriam necessitatem venditis, aut permutatis; non tamen ex hoc secundo capite subnotandum iniustitiæ sit, vt eum subnotat Dominicus à Soto. 3. de iust. q. 6. art. 7. de qua re disp. 669. redebit sermo.

Quanuis regulariter ex rebus venditis, 4
aut permutatis, alcauala in hoc regno exigatur; à lege tamen. 34. titu. 18. lib. 9. nouæ collect. res non nullæ eximuntur, vt ex earum venditione, aut permutatione, alcauala non debeatur. Atq; in primis ea lege statuitur, vt ex pane cocto alcauala nõ soluatur. Quo loco Lassarte de decima vend. c. 20. n. 4. meritò intelligit quencunq; panẽ coctũ, quo homines, etiã sterilitatis tẽpore, aut pro patriæ more, vescũtur, vt est panis ordeaceus, milleaceus, fauaceus, ex *maiz* in nouo orbe, & alij similes. Licet enim simpliciter nomine, panis, triticeus intelligatur, reliqui verò cum addito, ordeaceus, fauaceus, &c. panes dicãtur, in re tũ proposita, panis quicunq; ex quauis grani farina confectus, intelligitur. Panes autẽ salis, quos Hispanè dicimus, ex cocto sale cõfecti, meritò iudicati sunt nõ exẽpti, vt ex eis alcauala nõ soluatur, vt ibidem Lassarte. n. 5. subiungit. Et idem dicẽdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est de similibus,qui Hispano sermone panes dicuntur, vt *pan de açucar, pan de higos*, tametú materia huius non coquatur.

Quando massę panis aliquid admisceretur,vt caseus,oua,massa alia exfacharo,aut melle,& alijs rebus confecta, vel quoduis aliud, ita vt rem inde confectam, transire faciant in aliam speciem,si,quod ita resultat,vendatur, aut permutetur, debetur alcauala,neq; propter massam veri panis admixtam, quidquam erit de alcauala detrahendum, vt rectè Lassarte ibidem subiungit. Si tamen massæ veri panis tantilú olei, aut buteri ,admisceretur , ita vt resultans simpliciter esset panis , arbitror tunc alcaualam non deberi , etiam propter oleum, butirum,aut lac,admixtum.

3 Ex tritico tamé,aut ex alijs granis,si vendantur,aut permutẽtur ,alcauala debetur. Lege tamen.36.tit.18.lib.9.nouę collect. excipiuntur exteri,qui mari asportant frumẽtum,Hispali vendendũ,idq; his verbis. *Mãdamos que sean frãcos,y no paguen alcauala los estrãgeros de fuera de nuestros reynos , de el pan que traxeren por la mar à vender à Sevilla.* Nomine autem *de pan*, nõ solùm triticum, sed & sechale (*centeno* nostri appellant) & ordeũ,ac milliũ,intelligo. Hæc tñ immunitas solis exteris, illud mari asportantib' vendendũ Hispali, conceditur: non verò naturalibus , estò mari Hispalim ex alijs regnis illud asportent. Estq; illud priuilegium solis exteris concessum quoad primam venditionẽ,aut permutationé: vnde, si posteà iterum vẽdatur, aut permutetur, etiam ab exteris,debetur ex tali véditione, aut permutatione,alcauala,vt rectè Lassarte vbi supra. n.64.obseruat.

Lassarte vbi supra à.n.8.latè disputat,an 4 ex contractu, satis frequenti in hac ciuitate, & alibi, quo pistricibus dantur tot, vel tot, mensuræ tritici cum pacto , vt ex singulis reddant tot, vel tot , libras panis cocti,debeatur alcauala.Ac paucis dicendum est,ex neutra parte deberi.Ratio autẽ est, quoniã est contractus innominatus, qui ad contractũ locationis & cõductionis reducitur , quo pistrices operas suas locãt ad conficiendũ panes ex eo tritico, apponendo industriã, instrumenta,ligna,& sal, pro incremento furfurũ,vel panum,quod superfuerit , redditis tot libris panis talis, vel talis qualitatis , pro vnoquaq; mẽsura: ex sola autẽ venditione, ac permutatione, alcauala debetur. Neq; refert, q̃ pistrices, quę triticũ ex multis sub ea forma contractus accipiunt , panes confectos extritico vnius,alteri tradãt:quoniã id est, quasi mutuo accipere panes ex vno tritico,ad soluẽdum id debitũ, quos posteà persoluent ex panibus ex alio. Et quoniã dominiũ tritici & panũ,in ipsas pistrices transit:eò q̃ contractus ille simul habeat permixtũ contractũ depositi impropriè sumpti , quo triticum , aut pecunia , deposita,transit in dominiũ depositarij,vt reddatur, vel eadẽ pecunia, vel alia, & vt reddantur panes confecti ex eodẽ tritico, vel ex alio,ex neutro autẽ contractu debetur alcauala. Quando B auté aliquis asportaret panes coctos , atq; illos daret in cõmutationem pro tritico, quia túc esset vera cõmutatio,vtiq; qui triticũ pro panibus comutaret,deberet alcaualã,iuxta ęstimationé tritici;eò q̃ triticũ, si permutetur,aut vendatur, exemptũ non sit,vt ex illo alcauala soluatur:qui verò panes pro tritico permutaret,eam non deberet, eò q̃ ex panibus coctis non debeatur.

Lege.34.citata,postquàm dictũ est.*Mãdamos , que no se pague alcauala de pan cozido.* 5 Additur.*Ni de los caualios,ni de las mulas y machos de silla , que se vendieren y trocaren ensillados y enfrenados.* Mexia Pontius in repetitione legis Toleti.p.2.fund. 4.n. 10.à Lassarte vbi supra nu.18. relatus , arbitratur,ex vẽditione,aut permutatione,quorũcũque equorũ, siue afsueti sint sellã gestare, siue non,sed indomiti sint, & siue vendantur, aut permutẽtur,*ensillados y enfrenados* , siue non,deberi ex ea venditione,aut permutatione,alcaualã:easq; conditiones solùm in ea lege afficere *mulas & mulos* ,solumq; proinde necessarias esse,vt ex mularũ,ac mulorũ,venditione , aut permutatione, alcauala nõ debeatur. Ego sanè idem omnino dicerẽ,si ad sola verba eius legis respicerẽ: D quoniam rectè eum patiuntur sensum,etiã si post verbũ,*ni de los caualios*,solùm apponatur virgula,& non punctũ: nam reliqua omnia verba,ad sequens mẽbrum coniunctionis attinere vidétur , nempe,*ni de mulas y machos de silla*:& quoniã recta ratio postulare videbatur, vt in belli , reipublicæque fauorẽ,maius priuilegiũ cõcederetur venditioni ac permutationi equorũ,quàm mularum,ac mulorum. Cæterùm dicendum est cum Lassarte vbi supra , Didaco Perezio,& Celso,quos refert, eas conditiones afficere etiã equos , ac proinde necessariũ etiam esse vt interueniant in venditione, aut permutatione , eorum, vt ex his contractibus alcauala non debeatur: atque ita esse

esse inpraxi receptum testatur Lassarte vbi supra. Id verò persuadet in primis lex. 15. titu. 18.eiusdem.9.libr.nouæ collect. Vbi cùm pronuncietur immune à solutione alcaualæ oppidum *de la Puebla de Villafranca del Arçobispo*,excipitur,*de las azemilas, y postros,y asnos,y yeguas, &c. que no sean de su labrança,ni para su prouey miento y mantenimiento , es nuestra merced que se pague el alcauala.* Vbi vides,ex pullis equinis,& ex equabus (quod intelligendum est , dum sellæ non sunt assueti) etiam eos priuilegiatos soluere alcaualam : nomine autem equorum in ea lege.34.etiã pulli equorũ, & equę, si sellã gestent,& cum ea & freno vẽdantur, B aut permutentur, cõprehenduntur, vt ex eorũ vẽditione,aut permutatione,alcauala nõ debeatur.Idem persuadet lex.2.§. vlt. titul. 17. libr. 6. nouæ collecti. vbi habitantibus à Tago versùs Beticam , & in ipsa Betica , itemque habitantibus in vlteriori parte Tagi *desde los puertos de Guadarrama*, in Toleti regno vsq; ad ciuitacẽsem (*Ciudad Rodrigo* Hispanè dicitur) quibus in locis meliores equi , quàm in reliquo Hispaniarum , generantur ac nutriuntur, in priuilegium conceditur , si equas ad equorum C generationem habeant,vt ex prima venditione quorumcunq; earum partuum, hoc est,equorum, aut equarum , progenitorũ, siue partus primus,siue secundus,siue quicunque alius sit, *agora los vendan ensillados o enfrenados , o encierro,no paguen ni se les lleue alcauala alguna*. Ecce in priuilegium eis conceditur, vt quanuis partus non vendant *ensillados y enfrenados*,non soluant alcaualam: quòd si ex venditione quorumcunque equorum alcauala non deberetur, etiam si sellæ nondum essent assueti, neque affecti D essent conditionibus requisitis in mulis,vt ex eorum venditione non debeatur alcauala, vtique nullum priuilegium peculiare illis hominibus concederetur.

Lasiarte vbi supra obseruat, lege.34.nomine , *de caballos, rocines* etiam intelligi, & vniuersim animalia speciei equinę,nihil impediente,quòd lex. 6. tit. 15.part.6. dum in ea dicitur,*corriere caballo,a rocin*,tãquam diuersa memorentur,intelligi etiã equas: quia in masculino fœmininum etiam intelligitur,maxime in priuilegijs. Et quoniã ad bellũ, si hostes fugere longo tractu necesse sit, vtilior est equa, quàm equus:sed quòd equa currendo mingere possit , non verò equus , sed necesse ut illi subsistere, grauemq; molestiam, maximumq; pericului,equus patiatur ex retentione vrinę currendo. Item quia equa ad multa alia est valde vtilis.

Obseruat item , cum alijs , vt ex venditione,aut permutatione, equorum , mularum, & mulorum , alcauala non debeatur, necesse esse , non solùm assuetos esse sellæ, sellamq; solere gestare, sed etiam vendi *ensillados y enfrenados*, vt lex citata apertè habet. Vnde.si equus, deportationi onerum cum clitellis deputatus , apposita sella ac freno,quibus quondam fuit assuetus, vendatur,aut permutetur, tũc,quia talis equus non est *de silla* , debebitur alcauala. Si tamen possessor illius permixtim illo vteretur, nunc sellam ei apponendo , nunc clitellam, tunc quia verè esset *de silla* , licèt permixtim esset etiã *de albarda*, nõ deberetur alcauala. Idẽ intellige de mulis. Quanuis autem equus,aut mulus, sit *de silla*, si tamen nõ vẽdatur , aut permutetur,*ensillado y enfrenado*,debetur alcauala: quia lex apertè eã conditionem exigit,vt ex his contractibus alcauala nõ debeatur. Vtrum autẽ vendi simul debeant sella & frænum , vnà cum equo, aut mula , vel mulo , vt ex tali venditione alcauala non debeatur: an verò satis sit solùm vendi animal *ensillado y enfrenado*, vt ex illo nõ debeat alcauala. Lassarte vbi supr.n. 25.cũ Didaco Peretio arbitratꝰ, necesse esse vtrunq; vendi, alioquin alcauala debebitur ex equo, mula,aut mulo. Quãdo verò vtrũque venditur , ex neutro deberi alcaualam, nihil impediente, q̃ ex venditione sellæ,aut fræni, seorsim ab equo, mula, aut mulo, deberetur alcauala,vt habetur.l.38.eiusdẽ tituli. Ait verò, deberi vendi solam sellam & frenum vnà cum equo,mula,aut malo,non verò tegumentum sellæ: nam ex illo alcauala debebitur. Quanuis autem sella, & frenum, pretiosa sint, si tamẽ cum equo,mula, aut mulo,prędicto modo vendantur, ex illis,& ex equo,aut mula,vel mulo , alcauala non debebitur.

Quando equus,mula,aut mulus, vendi- 6 tur,nulla facta mentione de sella, & freno, simul venderentur,censeri venditos , non solùm cum sella,& freno,sed etiam cum cęteris ornamentis,vt habetur.l.ædiles. 2.in princ.&.§.vendendi.ff.de ædil.edict. Consentiunt Anto.Gom.2.tom. variar. resol. c.2.n.15.& alij,quos citat. Si verò non ea de causa erant tunc ita ornati , sed iteneris , aut de ambulationis in illis gratia, quanuis lex illa dicat, non censeri tunc vendita ornamenta ; rectè tamen Lassarte

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi supra. n. 27. ait, ex circunstantia legis huius regni, quòd alcauala non debeatur, si simul sella,& frænum vendantur, cẽseri vendita simul sellam,& frænum.

7 Eadem lege. 34. citata additur, alcaualam non esse soluendam *de la moneda amonedada*: quod intelligit Lassarte vbi supra num. 31. de quacunque moneta, qua aliquid ematur, aut quæ permutetur pro alia pecunia, aut pro quacunque alia re, siue permutetur, vt pecunia, siue ratione materiæ, iuxta ea quæ in materia de cãbijs dicta à nobis sunt,& siue moneta; valorem, vt moneta, habeat in hoc regno, siue non: quoniam omnis talis verè dicitur *moneda amonedada*. Lege. 18. tit. 17. lib. 9. nouæ collect. habetur. *Que el platero, o cambiador, o mercader, que comprare plata de qualquier persona que sea, pague cinco maruedis por marco de alcauala, y no mas. Y que si este platero, o cambiador, o mercader, vẽdiere pieça de plata de vn marco, o dende arriba, que pague otros cinco maruedis por marco, y no mas. Y si fuere la venta dẽde a iuso de vn marco de cosas menudas, que sola mente pague el alcauala de lo que ganare en aquella plata, quitada la costa. Y que otras personas algunas no paguen alcauala de la plata que vendieren. Y que estos plateros, y cambiadores, y mercadores, assi en la venta, como en la compra, sean creidos por su juramento. Y en quanto a las cosas de oro, mandamos, que de el oro ageno que labrare qualquier platero, no pague alcauala de la labor. Pero que de el oro que labraren, o hizieren labrar para vender, y de lo que vendieren en qualquier manera, que pague el alcauala a razon de dos maruedis por onça, solamente de lo que ganare en el oro, sacado el precio que le cuesta, y no mas.* Lege. 4. tit. 18. lib. 9. nouæ collect. habetur. *Assi mesmo nose pague alcauala de la plata, y vellon, y cobre, y rasuras, que se compraren, y vendieren para las casas de la moneda, en que nos mandaremos labrar en nuestros reynos, y para qualquier dellas.* Lege verò. 72. titul. 21. lib. 5. nouæ collect. quæ recentior est, sic habetur. *Mãdamos que qualquier, o qualesquier personas, que truxeren de fuera de los dichos nuestros reinos y señorios, o de dentro de ellos, assi por mar, como por tierra, a las dichas nuestras casas de moneda, o a qualquier dellas, que nos mandamos labrar, oro, o plata, o vellon, o plomo, o cobre, o rasuras de monedas, o qualquier cosa dello, o otras qualesquier cosas, que en las dichas nuestras casas de moneda fueren menester, que no sean tenudos de pagar, ni paguen, derechas ningunos de alcauala ni diezmo, ni quintos, &c.* vbi etiam ab omni vectigalium genere hæc omnia immunia

A redduntur. Lege. 2. titu. 22. lib. 9. nouæ collect. §. *de qualquier*, cùm sermo sit *del almoxarifazgo de Seuilla*, sic habetur. *De qualquier oro de tiuar, que se truxere a la dicha ciudad, trayendose para labrar a la casa de la moneda, no pague derechos algunos de almoxarifazgo: pero si lo truxere por mercaduria para vender, o para passar adelante, pague de la entrada cinco maraue dis por ciento, y de la salida dos maruedis y medio por ciẽto. Y si se vendiere, a de pagar el alcauala a la renta, que perteneciere. Et. §. el marco,* habetur. *El marco de plata a de pagar veniendo por tierra, traiendose por trato y mercaduria, seis maruedis por marco de entrada a el dicho almoxarifazgo: secus si viniere para labrarse. Mas si vendiere, pague de cada marco de lo que fuere en pasta, o en rieles, diez maruedis por marco, y de lo que fuere labrado en taças, y jarros, y otras cosas, ocho maruedis por marco a la renta de oro y plata. Y de lo que sacare labrado, o por labrar, por algunos plateros, o por otras personas por trato de mercaduria, pague tres maruedis por cada marco. Pero de la plata que metieren en la dicha ciudad qualesquier personas, o sacarẽ de ella, que sea para su seruicio, iurando que no la lleuan para vender, no paguen della derechos algunos.*

B

8 Eadem lege. 34. titu. 18. lib. 9. nouæ collect. additur, vt non soluatur alcauala de *los libros*, assi de latin, como de romance (adde, vel cuiusuis alterius idiomatis: illi enim, vt frequentiores, sunt expressi) *en quadernados, o por enquadernar, escritos de mano, o de molde.* Hæc enim omnia librorum nomine continentur, iuxta. l. librorum. ff. de leg. 3. Non solùm alcauala ex libris nõ debetur in hoc regno, sed etiam libri, qui afferuntur, immunes omnino sunt ab omni alio tributo. Ita habetur. l. 21. tit. 7. lib. 1. nouæ collect.

C

9 Eadem lege. 34. subiungitur, vt alcauala non soluatur, *de falcones, ni de açores, ni de otras aues de caça.* Intellige, siue ex alijs regnis asportentur, siue in his sint natæ ac nutritæ: ex earum enim vẽditione, aut permutatione alcauala non debetur.

D

10 Lege. 35. lib. 9. nouę collect. sic habetur. *Mandamos que no se pague alcauala de las cosas que se dieren en casamiento, quier sean bienes muebles, o raizes.* Quia enim, quando res, siue mobiles, siue immobiles, æstimatæ dãtur marito in dotem, venditio illarum facta censetur marito, ita vt posteà, dissoluto matrimonio, non spectent ad vxorem, vel hæredes vxoris, bona ita tradita, sed æstimatio, sub qua tradita sunt, vt, dum de contractu societatis inter coniuges habitus est sermo, fuit copiosè à nobis explicatum; in fauorem

uorem dotis, ac matrimonij, statuitur hac lege, vt ex tali venditione alcauala non debeatur. Habet autem id verum, siue à principio, quando dos constituitur, æstimentur bona tradenda in dotem: siue, constituta dote in certa summa valoris tradẽda, soluatur ea summa posteà in rebus mobilibus, & immobilibus, facta æstimatione earum tempore traditionis, vt bene Lassarte cap. 20. citato. n. 36. ait: quoniam in vtroque euentu verè dicitur, *darse las tales cosas en casamiento*, æstimatas videlicèt, ita vt fiat earum venditio. Quando autem res fuissent à principio traditę in dotem non æstimatæ, ita vt earum dominium ad vxorem pertineret, si posteà ex interuallo cõueniret inter vxorem & virum, vt censerẽtur traditæ in tanta, vel tanta, æstimatione, quam vir deinceps deberet loco dotis, ait Lassarte ibidem nu. 37. ex tali venditione deberi alcaualam: quoniam tunc res illæ non dantur marito *en casamiento*, sed anteaerant datæ, & posteà ex interuallo fit earum venditio. Vtrum autem validus sit is contractus inter cõiuges ita ex interuallo. Lex si ita constante, iuncta. l. antecedente. ff. de iur. dot. & l. si mulier. ff. de pact. dotal. validum eum pronunciant, modò id vtile sit vxori. Adde tu, & modò ea via vir non censeatur aliquid donare vxori: nam tunc, quoad id, esset donatio inter coniuges, quæ valida non esset, nisi morte confirmaretur, iuxta ea quæ de donationibus inter coniuges suo loco dicta sunt. Atque ita ad concordiam adduci possunt Couar. de pract. qq. c. 28. n. vlt. vers. 11. & Lassarte vbi supra. n. 38. dum Couar. cum alijs, quos citat, negat eum contractum esse validum, quia esset donatio inter coniuges, & dum Lassarte validum, iuxta iura citata, eum affirmat, si vxori vtilis sit.

A

B

C

11 Eadem lege. 35. subiungitur, vt alcauala non soluatur, *de los bienes de los defuntos, que se repartieren entre sus herederos, aunque interuengan dineros, y otras cosas entre los tales herederos para se igualar.* Lassarte vbi supra à. n. 42. longam texit disputationẽ, vtrum diuisio rerum communium aliquibus pro indiuiso, siue illi hæredes sint, siue socij, qua solæ res ita communes diuidantur ac distribuantur inter eos, quam partẽ quisq; præcipuam, plenoque dominio ac iure, accipere debeat, contractus sit, & qualis contractus dici debeat. Et quidem, contractũ esse, nulli potest esse dubium: cùm sit plurium in idem placitum ac cõsensus, quo singuli cęteris cedunt, ac concedunt dominium pro indiuiso, aut ius, quod habebant in cæteras partes, vt vnusquisque pleno dominio, aut iure, accipiat partem, quam omnes conueniunt, vt accipiat.

D

Qualis autem contractus sit. Lassarte arbitratur esse per mutationem, qua vnusquisque eorum permutat cum reliquis cohęredibus dominium, quod pro indiuiso habet in reliquis partibus, pro dominio, aut iure pleno, partis, quàm diuisione accipit, seu pro dominio, aut iure, quod cohæredes pro indiuiso habebãt in ea parte. Vnde consequenter intendit, estò extranea pecunia ab ea hæreditate, aut extranea alia res, non interueniat, vt diuisio perficiatur, deberi ab vnoquoque, secluso priuilegio huius legis, alcaualam ex tali diuisione ac partitione, iuxta valorem dominij pro indiuiso in reliquis partibus, quod vnusquisque alijs cedit, & permutat, pro simili dominio cæterorum in ea parte, quam ipse pleno iure ex cæterorum consensu accipit. Atque deberi reipsa alcaualam dicturus est ex simili partitione bonorum communium sociorum: eò quod in ea diuisione concessum non reperiatur simile priuilegium ei, quod concessum est partitioni inter hæredes bonorum hæreditariorum. tametsi Lassarte non sibi constet, & tandem concludat, neque ex ea diuisione inter socios deberi alcaualam.

Ego verò existimo, eum contractũ non esse permutationem, sed illi similem, vt affirmat glossa. 2. l. 1. C. commu. vtriusque iud. quicquid in contrarium dixerit, non rectè, Paulus Castrensis: sed neque esse alienationem, vt Lassarte vbi supra num. 47. fatetur, & concinit authenticum de litigiosis in prin. illis verbis; *Quando res litigiosæ per successionem ad hæredes perueniunt, non debet alienatio intelligi earum inter hæredes diuisio*; cùm nulli eo contractu concedatur à reliquis pars bonorũ antea omnibus communium, quæ non esset tota illius totalitate rei, sed non integri ac pleni dominij, sed partialis partialitate dominij; eò quòd singuli essent domini totius partis, & reliquarum, sed pro indiuiso, atque adeò partialiter partialitate dominij, & nõ rei, comparatione omnium, & singularum, quantumcunque minutarum. Meo autem iudicio, contractus ille est innominatus, quo dominium illud totale, totalitate earum omnium rerum, & totalitate dominij, sed comparatione omnium heredum, aut socio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

socíorum, & partiale pro indiuiso, partialitate dominij, & non rerum, comparatione singulorum, communi consensu appropiatur singulis totalitate dominij in diuersis partibus integrantibus eam bonorum vniuersitatem, in ea proportione quoad valorem earum portionum, in qua cohæredes habebant partiale dominium pro indiuiso in toto, cedentibus singulis in reliquis partibus dominio pro indiuiso, vt reliqui similiter cedant. Vnde est contractus innominatus, quo vnusquisque cedit alijs partialitatẽ dominij cęterarum partium, vt ipsi vicissim cedãt partialitates dominij eius integrantis partis, quam ipse accipit, atque adeo reducitur hic contractus ad contractum innominatum, do vt des, non tamẽ est propriè ac verè permutatio, sed longè diuersus contractus. Neque hic contractus, licèt diuisio, aut partitio, bonorum dicatur, habet proprium ac peculiare nomen: quoniam id nomen commune etiam est partitioni, qua aliqui partiuntur inter se rem, in qua vnus habet vnam medietatem designatam, & alius aliam, atque alijs rerum partitionibus id nomen conuenit: vt verò aliquis contractus sit nominatus, necesse est, vt habeat nomen sibi peculiare ac proprium, vt disp. 253. cum Bart. & cum communi doctorum sententia, est dictum. Quia ergo alcauala solùm debetur ex venditione, & permutatione, consequens est, vt ex diuisione explicata bonorum hæreditatis, aut bonorum societatis inter socios, non debeatur: ac proinde, vt ad eximendam eam diuisionem bonorum defuncti inter hęredes à tributo alcaualæ, necessaria non fuerit dispositio ex lege. 35. relata: sed, quod ad eam diuisionem solam attinet, id scriptum sit ad maiorem explicationem, & ad tollenda dubia, quæ ex opinione afferentium, eam esse permutationem, facilè poterant suboriri.

Quando verò in diuisione bonorum eó munium inter hęredes, aut inter socios, interuenit extranea pecunia, aut extranea alia res, qua perficiatur diuisio, & compensetur aliquid domininij pro indiuiso, cui vnus eo hæredum vel socíorum, aut aliqui cohæredum, vel socíorum, cedunt in fauorem alterius, illudque ei concedunt, qui id compensat ea pecunia, aut ea re extranea, tunc vera interuenit vẽditio talis partis dominij, aut iuris, pro ea pecunia, debereturque alcauala ab eam vẽdente, nisi priuilegio legis. 35. relato, cohæres esset exemptus: vera item esset tunc permutatio rei, quæ non esset pecunia, pro ea parte dominij, aut iuris, debereturq; proinde duplex alcauala, vna à permutante eam partem dominij, aut iuris, pro ea re, iuxta æstimationem talis partis dominij, aut iuris, & altera à permutante talem rem pro ea parte dominij, aut iuris, iuxta æstimationem valoris eius rei, nisi vterque priuilegio eiusdẽ legis esset similiter exẽptus à solutione alcaualæ. Atque in his euentibus continet ea lex verum priuilegium, comparatione eorum cohæredum. Quod autem sit vera venditio partis illius dominij pro indiuiso, aut iuris, pro pecunia extranea, quæ non sit pars hæreditatis, quæ diuiditur, facilè constat ex dictis disp. 336. vbi ostendimus, iura & partes dominij, illud quasi integrantes, etiam si sint dominij partes pro indiuiso, posse vendi, esseque veram venditionem, si commutentur pro pecunia. Quod item sit vera permutatio partis illius pro re extranea, quæ non sit pecunia, etiam probatur. Quia est commutatio rei vendibilis, quæ non est pecunia, pro re similiter vendibili, quæ pecunia non est: id autem est permutatio. Et quoniam, quando est vera venditio, si, loco pretij, reddatur res vendibilis, quę non est pecunia, resultat permutatio. Hinc dico, si in diuisione inter socios bonorum societatis, interueniat extranea pecunia à bonis societatis, qua aliquis sociorum compenset partem dominij pro indiuiso, aut iuris, aliorum sociorum, esse veram venditionem talis partis dominij, ant iuris, ac proinde, qui eam vendunt, cùm neque hac, neque alia lege, exempti sint à solutione alcaualæ, eam debere pro quantitate pretij, quam pro ea parte dominij, aut iuris, accipiunt. Similiter, si interueniat res extranea, quæ non sit pretij, qua eadẽ pars cõpensetur, esse verã permutationẽ, ac proinde vtrinque deberi alcaualam, iuxta æstimationem partis dominij, quæ ita permutatur, & rei, pro qua permutatur. Hoc idem similiter dicẽdum est, si inter hæredem & legatarium sit aliquid commune pro indiuiso ex bonis defuncti, & vnus pecunia, aut re alia diuersa ab eo, quod erat commune vtrique, cõpensetpartem dominij alterius: erit enim venditio, aut permutatio, debebiturque similiter alcauala: eò quòd exemptio & priuilegium legis. 35. citatæ, solùm se extendat ad hęredes, dum communia bona defuncti diuidunt inter se: non verò etiam se extendat ad hæredem & legatarium: quod quidam non attendunt. Quia itaque quando diuisio

sio bonorum communium pro indiuiso, perficitur nulla omnino interueniente re extranea, qua compẽsetur pars aliqua eius dominij, solùm fit commutatio dominij antea inter eos diuisi ad diuisionem subiecti talis dominij, in dominium in easdem res diuisum ex parte ipsarum rerum, ac plenũ comparatione cuiuscunq; earũ: quia cùm antea singuli haberẽt dominiũ omnium ac singularũ earum rerũ, sed partiale partialitate dominorum, atque adeò ex parte subiecti talis dominij, posteà habẽt dominiũ totale ex parte subiecti, sed partiale ex parte rerum, atque objecti talis dominij, cęterùm in eadem proportione ex parte rerum & objecti, in qua antea erat partiale ex parte subjecti, & totale ex parte rerum; inde efficitur, vt contractus ille, neque venditio sit, neque vera permutatio rei pro re, sed contractus alius innominatus, quo eóueniunt, vt dominium antea omnium ipsorum, diuisum ad diuisionem subjectorum, iuxta proportionem quotæ hæreditatis, in qua quisque est hæres, redigatur in dominium totale ex parte vnius cuiusque subjecti, & partiale ex parte rerum, in eadẽ proportione ex parte rerum, in qua antea erat ex parte subjectorum, vt vnusquisque integram & liberam habeat administrationem, fruitionem, ac dispositionem eius partis, sicut ea diuisione integrum & plenum illius consequitur dominium: id verò fit, virtute cedentibus eo ipso singulis partibus dominij ad diuisionem subjecti, quas habebant, in partibus, quas alij pleno dominio consequuntur, vt alij similiter cedant partibus similibus dominij eius portionis, quam quisque pleno iure consequitur. Quando autẽ pars dominij ad diuisionem subjecti, compensatur re extranea, si res, qua ita compensatur, sit pecunia, est vera venditio eius partis, vt ostensum est: si verò sit alia res, est vera permutatio, vt etiam est ostensum.

Obieruat verò rectè Lassarte vbi supra. n. 49. si bonum aliquod hæreditatis communis conueniat, vt is illud obtineat, qui plus pro eo dare voluerit, siue is de cohæredibus sit, siue nó, tũc, si aliquis, qui cohęres non sit, illud obtineat, quia plus, quam omnes alij, pro eo obtulit, tunc cohęredes alcaualam ex illo ita vendito debent: quoniam ea venditio, ad diuisionem inter hæredes perficiendam ordinata, non est exẽpta l. 35. citata ab alcauala: eò quòd emptor non sit cohęres, sed quidam extraneus, vt constat verba eius legis expendenti.

Numero. 50. cum Carolo Molinæo subiungit. Si conueniat inter hæredes, vt vel omnia bona hereditatis, vel quędam eorũ vendantur in subhastatione cuicunq; plus pretij obtulerit, vt quotidie fit (*almoneda publica* à nostris dicitur) & aliquis cohæredũ aliquid inde emat, vt quicunque alius emere illud posset, offerendo pro illo plus pretij, quàm alij, tunc ex tali venditione facta, vt pretium hæreditati cedat, & posteà inter cohæredes omnes, vnà cum alijs rebus hereditatis, diuidatur, deberi alcaualam: quia eiusmodi venditio, etiam si à cohęre de fiat, non est, de qua est sermo. l. 35. citata. Arbitratur verò, integram alcaualam tũc deberi, etiam partis, quam pro indiuiso is emptor in ea re habebat: quoniam licèt nullus rem suam emere possit; partem tamen suam, quam pro indiuiso habet, emere potest simul cum alijs, emereque in eo euentu censetur, quãdo totum pretium rei emptæ, accrescit hereditati, vt inter cohęredes omnes, loco rei venditæ, diuidatur, vt illa esset inter ipsos diuidenda. 12

Numero. 52. subiungit. Si sint, verbi gratia, tres, aut quatuor, cohęredes, & vni eorum cæteri tribuant tantum pecuniæ, non de ipsa hæreditate, sed de bonis alijs ipsorum, vt recedat, & cohęredes remanentes integram hæreditatem inter se diuidãt, tũc ex tali venditione partis hæreditatis, quæ ad illum attinebat, debere venditorem illius alcaualam: quoniam illud non est vendere partem aliquam, vt inter omnes cohęredes perficiatur diuisio, de qua sola venditione est sermo. l. 35. citata, dum ea venditio eximitur à solutione alcaualę: sed est vẽditio cohæredibus partis suę, non ad diuisionẽ perficiendã, sed perinde atq; si eodẽ modo vẽderetur cuiuis extraneo. Quòd si ille cederet iuri suo pro re extranea, quę nó esset pretium, esset vera permutatio, de qua similiter sermo non est lege. 35. citata, ac proinde duplex alcauala deberetur. Excipe, nisi trãsactione aliquid ei daretur, vt eo contentus, desisteret à iure, quod pretendebat: nam ex tranfactione alcauala nó debetur. 13

Addit, cùm Carolo Molineo, si diuidendus sit fundus inter cohæredes, qui cómodè diuidi in partes inter eos possit, & vnus eorum, vt retineat integrum fundum, alteri aliunde tribuat pretium, in quo conuenerint, aut rem aliam loco pretij, tunc, quia vẽditio illa, aut permutatio, non fit, vt partitio perficiatur, quæ sinè ea commodè fieri

potest,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest, sed emente vno ab altero fuum ius, perinde atque quicunq; alius emere ab eo illud posset, vtique ex tali véditione, aut permutatione, deberetur alcauala. Si verò res aliter non posset cómodè partiri, quia erat mancipium, equus, aut parua domus, vel magna, quę tamen congruam diuisioné in varias illius partes non susciperet, tunc, quoniam ea emptio, aut permutatio, inter coheredes, ad diuisionem perficiendam ordinaretur, non deberetur ex illa alcauala.

Cum eodem Carolo Molinæo rectè. n. 56. subiungit. Si post perfectam diuisionem inter cohæredes, vnus eorum vendat aliquid de parte, quam accepit, alteri cohæredi, aut cum illo eam permutet, etiam si permutatio fiat pro alia re, quę similiter fuit hæreditatis, tunc non secus deberi alcaualam ex tali venditione, aut permutatione, quàm si celebraretur cum quocunque extraneo. Ratio autem est, quoniam priuilegium illud legis. 35. conceditur, vt partitio inter coheredes perficiatur, atque vsque ad eam partitionem perfectam: quarè venditio, aut permutatio illa, facta post perfectam diuisionem, non gaudet eo priuilegio, vt est perspicuum. Si tamen, post factam diuisionem inter coheredes, aliquis, aut aliqui, conquerantur, non rectè ac iustè esse faciam, & vel cohæredes conueniant, vt iterum diuisio fiat, vel sententia iudicis ad id compelliantur, tunc, si, ad secundò eam perficiendam, necesse sit, aut inter coheredes conueniat, vt alicui aliquid in recompensationem ab aliquo, aut ab aliquibus ex hęredibus reddatur, estò illud sit pecunia extranea ab hæreditate, aut res alia, ex tali compensatione non debebitur alcauala: quoniam facta est ad diuisionem inter cohæredes omnino, exactiúsve perficiendam, vt rectè Lassarte vbi supra. n. 58. subiungit.

Quando necesse est vendi bona aliqua hereditatis ad ex onerandam conscientiam defuncti, soluendo æs alienum, aut ad implenda legata aliqua, etiam pia, quæ impleri vsque ad tantam, vel tantam, quantitatẽ præcepit, aut ad aliud simile, tunc ex ea venditione hæredes, si laici sint, alcaualam debent, eaque computatur inter sumptus exhæreditate necessariò factos, decrescitque id proinde ex hæreditate. Ita, cum Bart. affirmat Lassarte vbi supra. n. 60. testaturque receptum esse in praxi.

Quando autem testator præcepisset, talia sua bona, vel omnia, vendi, & pecuniam insumi in causa pia, tunc ex venditione nõ deberetur alcauala: quoniam venditio facta censeretur nomine ac loco pię causæ, & hæres, qui illam vendidisset ex præscripto testatoris, solùm censeretur habere rationem exequutoris ea in parte testamẽti: pia autem causa cum Ecclesia computatur, vt ex venditione, aut permutatione, rei ad se pertinentis, neque alcaualam, neque aliud tributum debeat.

Lassarte vbi supra. n. 71. refert, cùm vestimenta ad sacrum faciendum, antequàm benedicerentur, vendita essent cuidam Ecclesię, & gabellarius alcaualam ex ea venditione exigeret, latam fuisse sententiam in prætorio valisoletano, nõ deberi: eò quòd consuetum nõ sit, ex his, quę ad res sacras consiciuntur, ac venduntur, solui alcaualam. Idque cum Lassarte approbo, fauore rerum sacrarum ac religionis.

Lex. 37. titul. 18. lib. 9. nouæ collect. sic habet. *Es nuestra merced, que no se pague alcauala, ni almoxarifazgo, ni otros derechos algunos, de los pinos, que qualesquier personas vendieren para las nuestras atarazanas de Seuilla, en qualquier manera, segun que se vso y acostumbro siempre.*

Lege. 38. qui soleas ferreas equis apponunt, eximuntur à solutione alcaualæ earum, quas insumpserint in castris, & in præsidijs.

Armorum quorumcunque, siue offensiua sint, siue defensiua, alcaua non debetur, vt subijcitur ibidem. l. 40. & 41. Atqui, estò aliqua arma prohibita sint, quia tamen non idcirco desinunt esse arma, ex illis etiam, si vendantur, aut permutentur, alcauala nó debetur, vt rectè ait Lassarte vbi supra. nu. 67. Intelligi verò ea lex debet, de armis, quæ propriè talia sunt, vt pote instituta ad defendendum, vel offendendum, vt sunt enses ficę, sulfurea quæcunque tormenta, & alia eiusmodi: secus de cultellis ad mensam, & ad alios vsus, quàm ad defendendũ, vel offendendũ, instirutis, vt bene Lassarte vbi supra. n. 68. ait, nihil impediente, quòd, vt refert, aliquando lata sit in contrarium sententia, & quòd per accidens eis aliquando offensio, aut defensio, fiat. Item, vt ex venditione, aut permutatione armorum, alcauala non debeatur, necesse est, vt vendantur, *estando hechas y acabadas en la forma que se suele y acostumbra vsar de ellas.* Vnde, estò enses acuti iam, & lucidi, cæterùm sinè scapulo vendantur, aut permutentur, ex illis debebitur alcauala: quoniam non vtuntur homines illis ad offendendum, vel defendendum,

dum, sinè scapulo. Vnde in eadem lege sub jungitur. *Pero que de las cosas de que se hazen las dichas armas, y de las mismas armas, no estando acabadas en la forma y perfecion, de que se sue le vsar dellas, y de los aparejos para vsar de ellas, aunque sean tocantes y anexos a las mismas armas, mandamos que se pague el alcauala quando se vendieren, o trocaren.* Nomine verò, armorum, neque sellæ equorum, & sellis annexa, neque frena, & calcaria, comprehenduntur, sed ex horum venditione, aut permutatione, alcauala debetur. l. 38. citata.

18 Cùm. l. 14. titu. 17. lib 9. nouæ collect. sancitum fuisset, vt pharmacopolæ ex medicamentis, & alijs ad suam officinam attinentibus, alcaualam soluerent, postea Catholici Reges anno. 1491. lege quadã, quę habetur post omnes titulos nouę collectionis, decreuerunt, vt solùm eam soluerent ex medicamentis simplicibus, quę venderent: secus verò ex compositis. Hoc verò intelligit Lassarte vbi supra. à. n. 72. quòd ex rebus, quas vendũt, quales à natura sunt productæ, sinè vlla industria arte circa illas appolita, debeant alcaualam: itemque ex eis rebus, quæ, licèt arte compositæ sint, æquè tamen inseruiunt ęgris & sanis, quas exprimit ea lex illis verbis. *Pero que si los dichos boticarios vendieren confites de qualquier manera, o diacitron, o botes de conserua, o otras semejantes cosas, que suelen dar a sanos, que de estas, y de otras semejantes paguen alcauala.* Si autem medicamentũ, aut ad id in seruiens, tale sit, vt arte sit confectum, vt in ea lege commemorantur, *aguas de alquitara*, hoc est, sublimatas aquas, vt borraginis, endiuię, rosarum, & similes (quæ alioquin medicamenta simplicia videbantur appellanda) ex illis diuendi tis alcauala non soluatur.

19 Lege. 10. tit. 18. lib. 9. nouę collect. sic habetur. *Es nuestra merced, que no se pague alcauala alguna de los captiuos, y ganados, & de otras cosas, que qualesquier personas, ansi de cauallo, como de apie, sacaren de tierra de moros en tiempo de guerra, y las vendieren en estos nuestros reinos, ellos o otros por ellos, despues de sacado y puesto en saluo, y que esto se entienda de la primera venta.* Sermo est de captis bello iusto ex hostibus. Et idem intelligerem de captis bello iusto ex quibuscunque alijs hostibus huius regni, quando primò tales res à capientibus, aut ab alijs loco ipsorum, venderentur, aut permutarentur.

20 Alcauale iam debitæ, & pœnæ statutæ eas non soluentibus, quanto tempore, si non exigantur, prescribantur, ita vt deinceps à debitoribus earum exigi nó possint, habetur. l. 19. & 20. titu. 17. lib. 9. nouę collect.

Quæ facere teneantur debitores alcaualarum, vt contractus, & alcaualas, manifestent, ne incidant in pœnas alioquin eis statutas: & quas diligentias facere possint exactores horum tributorum, habetur tit. 19. lib. 9. nouę collect. 21

SVMMARIVM.

1 TRIBVTVM *impositionis Lusitanum, quid, quibus q; in locis soluatur.*

De tributo Lusitano, quod Empositam vocant. Disp 665.

HOC peculiare tributum soluunt in Lusitania Regi ciuitates Olysipo, Euara, & Scalabis (*Santaren* hodie vocant) & earum territoria. Cùm regni illius consuetudine ac statutis, loca, in quibus curia Regis commoratur teneantur toti curiæ Regis præstare hospicium, interim dum curia in eis commoratur; frequentiusque multò in eis tribus locis, quàm in alijs eius regni, curia commoraretur; notabileque grauamẽ habitatores eorum sentirent ex hospitio, attinentium ad curiam, tam frequenti, & tã to tempore; potiùs elegerũt conferre Regi aliud tributum, quàm subjectos esse, vt, vellent, nollent, tenerentur eiusmodi hospites in suis domibus suscipere, interdum nó sinè periculo adulteriorum cum ipsorum vxoribus, & stupri filiarum. Atque, vt ab eo onere (*de aposentaduria*, vt vocant) liberarẽtur, Regi concesserũt tributum quoddam, tùm in quibusdam alijs rebus, quę venderentur, tum præcipuè in vino, quod nó per amphoras integras, sed minutim eis in locis venderetur. Atque statuerunt, vt deinceps vini amphora, quæ antea constabat duodecim mensuris, quas *canadas* vocant, in Castella verò *acumbres* dicimus, diuideretur in tredicim minores, & vna attineret ad Regem in impositionis tributum. Atque, quanuis valorem illius ij Regi soluant, qui vinum vendunt minoribus mensuris, quàm ut amphora; emptores tamen illud soluũt: quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam minores hæ mensuræ tanto pretio venduntur populo, quanto venderentur, si essent maiores, vt pretium vnius extredecim Regi soluatur. De iustitia huius tributi, non est curdubitemus: cùm ex pacto horum populorum cum Rege, loco illius alterius oneris, soluatur: quarè, si illud alterum onus iustum erat, & hoc tributũ est iustum, si per se solùm sumatur. Posteà verò Rex Sebastianus statuit, vt in toto Lusitanię regno, non solùm vini mensuræ, sed etiam tritici, atque aliarum rerũ, essent æquales: atq; ità amphora vini cœpit in eis tribus locis constare solàm duodecim maioribus mensuris, quas *canadas* vocant, vt antea constabat: relinquendo vendentibus vinum, vt in pretio cuiusque harum mensuratum tantum accresceret, quantum satis esset ad soluendum Regi decimam tertiam partem pretij, vt antea soluebatur. Cõsilio verò, & suggestione mea, dum Euoræ docerem, & ibi commoraretur Sebastianus Rex, factum est, vt tributum hoc incapitaretur (vt vocant) non sinè magno tunc emolumento Regis, & maiori illius ciuitatis, sublato simul de medio ingenti periculo animarum, sublatisq; frequentibus scrupilis in confessionibus audiendis, eorum, qui frequentissimè, cùm venderẽt viginti, verbi gratia, amphoras vini per minores mensuras, occultabant dimidium, & interdum plus, atque interdum minus, ne tantum tributi soluerent: neque facilè, neque ab omnibus confessarijs inducebantur, vt restituerent, multiq; ex ijs, qui in id crimen incidebant, nullo scrupulo tenebantur, neque id ad confessionem deferebant. Cùm autem periculum hoc animarum sæpissimè essem expertus; & à quodam viro seculari, prudente, ac timorato, qui bonum populi tunc curabat, intellexissem, non magnos reditus ex eo tributo eius ciuitatis deuenire quotannis ad Regem: fereque totam eam summã insumi in stipendijs publicorum ministrorum, qui curam iudicandi de eo tributo, & vt colligeretur, habebant, quique id efficiebant non sinè magna plebis vexatione, nec sinè multis permixtis abusibus in perniciem suarum animarum, vt in similibus rebus euenire solet, alloquifeci Regem, vt cõtentus esset sibi ipsi tota ea summa, quæ magna ex parte distribuebatur inter ministros illos publicos, & quam deinceps ciuitas ipsa Regi integram solueret, contribuentibus ad illam, qui in ea ciuitate habebant vineas (forè enim hi soli in ea ciuitate vinum vendunt) pro quantitate vinearũ cuiusque, quod & factum est, nõ sinè ingenti lętitia & commodo pupuli, eorum præsertim, qui vineas possidebant. In meo autem discessu ex Lusitania audiui, non defuisse, qui Regi nostro Philippo suggesserit, longè maiorem summam ei obuenturam, si tributum illud solueretur, vt antea soluebatur, obtinuisseque, vt rediret ad pristinum statum, non sinè magno ciuitatis illius mœrore, ac vexatione. Nescio quid hodie hac de re fiat.

SVMMARIVM.

1 TRIBVTA *quis imponere possit.*

2 *Tributa imponens sinè legitima ad id potestate, quas pœnas incurrat, estq; hodie excommunicatus de cœna Domini.*

Quis imponere tributum possit. Disp. 666.

DICENDVM est consequenter, quæ conditiones necessariæ sint, vt tributa sint iusta, ac debeantur in conscientiæ foro. Atque prima conditio ad id necessaria est, vt imponatur ab habente ad id autoritatem. Vt autem doctores communiter colligunt ex cap. super quibusdam. §. prętereà, de verb. signif. ex. c. innouamus de censib. eiusmodi sunt, legitimi Imperatores, Reges, & cõcilia vniuersalia. Nomine Regum intelligũtur, qui non recognoscunt superiorem, vt ferè omnes Reges hodie eum nõ recognoscunt in temporalibus. Aut saltem, qui quo ad administrationem sui regni, tributorum que impositionem, eum non recognoscerent. Intelliguntur prętereà respublicę liberæ, quę superiorem in temporalibus similiter non habent, vt sunt hodie Venetorum, Genuensiũ, & alię similes. Eiusmodi enim respublicę in suos subditos parem cum Regibus potestatem habent. Atque, vt vniuersim dicam, qui superiorem temporalem nõ habent, imponere sibi subditis tributa possunt, si ad sint reliquæ conditiones necessariæ, quas sequẽtibus disputationibus explicabimus.

Sub concilio generali Summus Pontifex intelli-

intelligitur, qui parem cum vniuersali concilio potestatem habet, estque illius caput, & est supra reliquum eiusdem concilij, vt vtrunque in materia de fide ostendimus. Quando autem audis generale concilium, aut Summum Pontificem, imponere posse tributa, intellige, comparatione laicorum minimè sibi quoad temporale dominium subditorum, quantum præcisè necessitas finis spiritualis omnino postulat: secluso enim ea indigẽtia finis spiritualis, Summus Pontifex, & eadem ratione concilium vniuersale, nullam potestatem in laicos habet, vt disp. 29. est ostensum: ac perinde imponere eis non potest tributa. Eis verò, qui quoad temporale dominium sunt ei omnino subjecti, quales sunt, qui de terris sunt patrimonij Ecclesię, imponere tributa potest, vt & cæteri Reges imponere sibi subditis ea possunt: habet quippe Sũmus Pontifex eorum comparatione parem, eandemque, cum Regibus potestatem, vt disp. 29. citata dictum est.

Ciuitates superiorem habentes, & reliqui, qui superiorem in temporalibus recognoscunt, imponere nõ possunt tributa absque suorum superiorũ facultate, vt colligitur aperte ex. c. innouamus de censib. ex. c. super quibusdã de verb. sig. ex. l. vectigalia. ff. de publican. & ex. l. 2. &. 3. C. vectigal. nou. inst. nõ poss. Exeorũ verò facultate imponere ea possunt, quantum eis fuerit permissum, vt ex eisdem iuribus liquet. Hinc est, quòd Reges, & alij principes feudatarij Smoũ Pontifici, eique proinde subjecti, & inferiores in temporalibus, si eam potestatem a Sũmo Pontifice cum tẽporali dominio acceperũt, vt Rex Neapolitanus accepit, imponere tributa possint in terris talis feudi. Ciuitates etiam Regibus subditę, facultatem habere solent ad collectas subditis imponendas ad ea, quæ ad necessarios sumptus publicos necessaria sunt, quando aliunde non habent vnde fiant. Eandem etiam facultatem habere soient cætera oppida. Quin potius id cum regimine ipsorũ est coniunctum.

Qui superiorem non habet in temporalibus, si ex consuetudine antiqua, de cuius initio nulla extet memoria, accipere consueuit tributa aliqua, legitimè in posterum ea recipit, estò non constet de facultate ad id superioris: quoniam ex tanto tempore præsumitur interuenisse omnia ad id necessaria (Excipe, nisi aliunde sint coniecturæ sufficientes, semper ea accepisse cum mala fide) ita habetur. c. super quibusdam. §. prætereà de verb. sig. idque ibi notat Panor. Minus autem tempus, quam hoc, non erit satis ad præscribendum sinè titulo eiusmodi ius vectigalium, & similium rerum, quas supremus princeps sibi ratione suæ dignitatis reseruat, vt notat ibi Panor. & nos cum eodem Panor. Bart. & alijs, ostẽdimus disp. 75. vbi de hac re copiosè diximus, iuraque citauimus Lusitana, & huius regni, quæ cõiecturas tradunt, quando cẽsendum sit possessionem eiusmodi iuris, etiamsi à tempore sit, de cuius initio non extet memoria, fuisse mala fide, ac proinde id non sufficere ad præscriptionem. Ibi etiam diximus cum Couar. non satis esse ad præscribendum eiusmodi ius cũ titulo aduersus principem, spatium quadraginta annorum, sed necessarium esse spatium centum annorũ, Lege quæ eo loco dicta sunt.

Alfonsus à Castro. 1. de leg. pœnali. cap. 10. reprehendit Ioannem Med. q. 13. de restitut. colligentem ex. c. super quibusdam. §. prętereà, de verb. sig antiquam consuetudinem accipiendi tributa, tribuere potestatem imponendi noua tributa ei, qui talẽ habet consuetudinem. Quanuis autem verum sit, id directè in eo capite non contineri, sed solùm ex eo capite haberi, antiquam consuetudinem accipiendi tributum aliquod, parere ei ius viâ præscriptionis illud in posterum accipiendi, qui potestatem alio quin non habet ad illud de nouo imponendum: quanuis item verum sit, consequutionem hanc esse nullam; hic ex antiqua consuetudine, de cuius initio non extat memoria, accipit tale tributum, ergo potest illud augere, aut imponere aliud de nouo; nihilominùs, si aliquis sit in antiqua consuetudine imponendi noua tributa, aut augendi iã imposita, quia probatur, à tempore, de cuius initio non extat memoria, varijs temporibus noua imposuisse tributa, aut auxisse imposita, tanquam qui potestatem ad id haberet, vtique ea consuetudine præscriberet talem potestatẽ ex iusta causa noua imponendi tributa, & antiqua augendi.

Qui sinè legitima, ad id autoritate, tributa imponit, aut imposita auget, excommunicandus est, si, admonitus, non desistat, & non satisfaciat. c. si quis Romiperas. 24. q. 3. & c. innouamus de censib. Imò est hodie excommunicatus excõmunicatione cenæ Dñi, vt inferiùs dicemus. De iure verò Cęsareo, est perpetuo exilio damnandus, vt habetur. l. vlt. C. vectigal. noua inst. non posse.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 TRIBVTVM vt sit iustum ac debeatur, imponi ex iusta causa debet, & quæ talis sit censenda, nec plus imponi debet, quàm causa exigat: eaq; cessante, cessare debet, nisi ad sit alia iusta.

2 Tributum grauius, quàm postulat legitima causa, atque adeò iniustum, si imponat princeps, aut concedant procuratores, & peccant contra iustitiam, & restituere populo tenentur incrementum.

3 Tributum si ad defensionem concedatur, & princeps sua negligentia ac culpa non defendat, restituere tenetur subditis damna ex ea negligentia illis sequuta.

4 Tributa quo vsque populus principi præstare debeat, siue absque sua culpa, siue sua præterita culpa eis indigeat. Et ad quæ princeps subditis tenetur, & cum quanto restituendi onere.

5 Tributa noua exigendi princeps, qui se periculo exponit inordinatis largitionibus assumptibus, contra iustitiam aduersus subditos grauissimè peccat.

6 Tributum si impositum sit in perpetuũ quasi in pactum, non cessat, cessante causa, ob quam fuit impositum. Et quando æquitas esset, vt minueretur: aut certè incrementum asseruari deberet in reipublicæ bonum.

7 Tributa, quæ mercatores soluunt ex mercibus, non tam ipsi, quàm emptores mercium ex ipsis soluunt.

Ex qua causa tributum de nouo imponi aut augeri possit: & num, ea cessante, tributum cessare etiam debeat. Disp. 667.

SECVNDA cõditio necessaria, vt tributum sit iustũ, & debeatur in conscientia, est. Vt imponatur ex iusta causa: neq; plus exigatur, quã causa postulat: & vt, cessante causa, ob quam est impositum, cesset etiam ipsum tributum: nisi fortè superueniat alia, ob quam iustè idem tributum imponi de nouo posset, si antea impositũ non fuisset ob illam aliam causam, quæ cessauit: tunc enim, sicut ex causa superueniente iustè posset de nouo imponi: ita iustè posset in eo exigẽdo ac recipiẽdo perseuerari. Omnis autem causa iusta imponendi de nouo, aut augendi tributum, ad hanc reducitur. Quòd id ita exigat vtilitas ac necessitas publica, cui per ea, quæ principi ad id deputata, concessaq́ue sunt, non possit sufficienter subueniri. Etenim subditi reipublicę, cuius sunt partes, subuenire tenentur, non solùm sua, sed & se ipsos exhibendo, ac exponendo, quando bonum ac necessitas publica id ita efflagitat: eaq́ue de causa, exigente id communi, publicoq́ue bono, cui non possit aliter commodè subueniri, cogi possunt contribuere, quantum postulat, & quandiu id postulat, publica necessitas ac bonum. Cessante verò publica necessitate, princeps in suam, & in suorum priuatam vtilitatem, non potest tributa imponere, aut imposita augere, vel continuare, quæ ob causam, quæ iam cessauit, ritè fuerunt imposita. Neq; enim populus est propter principem, sed è contrario, princeps est propter populum, cui est præpositus, in bonum ac commoditatem illius: eaq́ue de causa tributa, non ad voluntatem, & vtilitatem principis sunt admetiẽda, sed ad vtilitatem ac necessitatẽ publicã eius cõmunitatis, cui tanquã administer, defensor, custos, ac rector, est constitutus: contentusq́ue esse debet princeps ijs, quæ ad competentem sustentationem & sumptus ipsius, pro qualitate status & reipublicę, & ad publicas necessitates sufficiunt, neque plus respublica subditorum tenetur ei tribuere. Vndesi, quę illi à populis tributa sunt, non sufficiunt ad stipendia competentia ministrorum publicorum, ad reparationem pontiũ, domorum publicarum, menium, & ad similes, aut maiores vtilitates ac necessitates publicas, aut ad resistendum hostibus, tunc princeps imponere potest noua tributa, aut antiqua augere, quantum, & quandiu similes causæ id postulauerint: eis verò cessantibus, cessare, ac minui debent tributa, iuxta causas, atque exigentias publicas, quę cessauerint. In hac conditione, & in præcedente, disputatione antecedente explicata, vt tributa sint iusta, & debeantur in conscientia, conueniunt Caiet. in summa verb. vectigal. Ioan. Med. de restitut. q. 13. & 14. Driedo de libert. Christ. lib. 2 c. 5. Castrus. 1. de leg. pœnal. c. 5. & 10. Gab. in. 4. d. 15. q. 5. Syluest. verb. gabella. 3. Angel. verb. pedagium, Sotus. 3. de iust. q. vlt. art. vlt. Couar. reg. peccatũ. part. 2. §. 5. in fine. D. Antoni. 2. part. titu. 1. c. 13. D. Th. in Epistola ad

ad Ducissam Brauantiæ opusc. 21. in respons. ad. 6. interrogationem, & doctores communiter.

b Hinc iam facilè intelligitur, si princeps imponat tributum grauius, quàm causa efflagitat, restituere teneri subditis excessũ, nisi illud insumat in re alia, ad quam iustè etiam imponere posset tandũdem tributi. Peccare etiam grauiter, ad restitutionẽq́ue teneri subditis, in defectum principis, procuratores, quos vocant *de Cortes*, si tributum iniustum concedant principi in damnum populorum. Item intelligetur facilè, si princeps tributa non insumat in eo, ad quod collata à subditis sunt, sed in alijs, ad quæ subditi non tenentur præstare tributa, teneri id subditis restituere, subditosq́ue posse illud compensare, denegando, & occultando, alia tributa debita.

3 Quòd si tributum soluatur, vt subditi defendantur à piratis, aut ab alio incommodo, & princeps sua negligẽtia, aut culpa non defendat, tenetur subditis ad damna eis subsequuta. Atque subditi, si videãt, eum non restituturum damna, & sufficienter ipsis constet, culpa principis nó fuisse impedita, quia, cùm posset, & deberet, ea non impediuit, possunt occultè ea damna compensare. Non tamen est facilè diiudicare, an culpa principis non fuerint impedita: cùm fortè vires sufficientes non habuerit, aut non fuerit in potestate ipsius se tam sedulo sufficienter præparare. Addunt verò doctores, si tributum soluitur ob defensionem, & princeps non defendat competenter, posse ei denegari id tributum: quia, cùm ipse nó stet contractui, illum ex sua parte implendo, neque subditi tenentur ex sua parte contractum implere, soluendo tributum. Lege inter alios Medinam quæst. 14. citata. §. aliud dubium. Quòd si princeps sufficienter prouidit, & dux ei rei præfectus, sua culpa ea damna non impediuit, vt tenebatur, ipse est, qui de suo patrimonio ea tenetur restituere, & non princeps, qui neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniustæ acceptionis, eò quòd sufficienter prouiderit, ad eam restitutionem tenetur.

4 Dubium est. Quid, si princeps sua culpa deueniat ad statum, in quo non habeat competentes sumptus pro ratione eius rei publicę, quam administrat, & cui est præfectus; vt si vanè consumpsit, aut donauit suum patrimonium, bonáve coronæ regni, ac reditus, seu iura, ad id illi collata, vel si intulit bellum iniustum, aut inutile, reipublicæq́ue nociuum, quod in causa fuit, vt ad eam deueniret egestatem, tenẽturne tunc subditi contribuere, vt habeat competentes sumptus ad defensionem & conseruationem reipublicæ, atque ad splendorem, pro eiusdem reipublicæ dignitate?

In primis dicẽdum est. Si sinè sua culpa ad eum deuenisset statum, vel casu aliquo, vel ob sumptus necessarios ad bellum, arbitrio prudentis communi bono necessarium, aut rationabile ac vtile, tunc subditos teneri contribuere, non solùm ad sufficientem conseruationem ac defensionẽ reipublicę, & ad alia eidem reipublicæ necessaria, sed etiam ad competentes sumptus familiæ eiusdem principis, vt æquitas postularet, paterenturq́ue subditorum facultates: id quippe est quasi proprium stipendium a subditis principi debitũ, computaturq́ue inter reipublicę necessaria. Ita Diuus Thomas. resp. sexta citata, Medina quęstione decimatertia citata, & doctores communiter. Ratione verò huius stipendij, reuerentiæ, atque obedientiæ, quæ subditi principi suo debent, ac præstant, ipse vicissim, tanquam ex contractu, illis tenetur, eos gubernare, ac defendere, administrare illis iustitiam, & curare bonum cõmune ipsorum. Quarè si, vel dolo, vel lata culpa, aut leui, ipsius, hostes mari, aut terra, illos diripiant, depopulẽtur, aut in seruitutem redigant, ipse tenetur illis ad restitutionem eorum omnium damnorum. Similiter si dolo, lata culpa, aut leui, ipsius, alicui subditorum non administretur iustitia, vel fures, aut grassatores, aliquem eorum diripant, vel damnum aliud ei inferant, vel patiatur potentes opprimere pauperes, aut quoduis aliud iniustum fieri in sua republica patiatur, tenetur restituere damna omnia ita subditis subsequuta. Secus autem esset, si sine sua culpa, quia non plus potuit, aut culpa ipsius leuissima, aliquid horum eueniret: quoniam regulare est, quando aliquis tenetur ex contractu, qui in vtilitatem cedit vtriusque contrahentium, solùm eum teneri de culpa leui, non autem de leuissima, vt disput. 293. & 295. & aliàs sæpe, dictum est.

Deinde ad dubium propositum directè est dicendum, quando sua culpa ad eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

statũ deueniret, teneri in primis subditos contribuere, quæ necessaria essent ad defensionem & conseruationem suæ reipublicæ, vt æquitas postularet, paterenturq; vires ipsorum, attentisque circunstantijs omnibus concurrentibus. Item teneretur contribuere adsumptus cõpetentes principi, attenta qualitate status illius, ac reipublicæ, atque iuxta circunstantias omnes concurrentes: quoniam illi sumptus computantur inter res necessarias reipublicæ. Ita propendet Medina q.13. citata, legendusque est D. Antoni. 2.p. tit. 1. c. 13. §. 2. Addo, tunc principem contentũ esse debere mediocribus sumptibus. Si autem ad abundantiam temporis progressu deueniret, resarcire deberet, ac teneretur populis, quod sua culpa fecit illos plus insumere, tam contribuendo ad defensionem, & ad alia reipublicæ necessaria, quàm ad sumptus ipsius, si idem ipse esset, qui damnum sua culpa intulit, & qui postea ad pinguem deueniret fortunam.

Hoc loco obseruandum est. Principes, quando inordinatis ac superfluis largitionibus, vltra id, quod postulat ratio & status ipsorum, aliisque superfluis ac vanis sumptibus, periculo se exponunt grauandi in futurum populos, grauissimè peccare lethaliter peccato iniustitiæ, ob nocumentum, quod inde irrationabiliter parãt populis, qui, quoties ea de causa respublica in posterum indiguerit, cogendi sunt contribuere, grauandique sunt nouis exactionibus ac tributis. Quo fit, vt confessarij ac cõsiliarij Regum, ad expendendum peccatum, quod in Regum prodigalitatibus interuenit, & obligationem, quam in posterum habẽt continendi se in suis sumptibus, ne tributis populos vexent, nõ solùm debent attendere, q̃ Reges sua prodigũt, sed simul animaduertere debent, q̃ se iniuste ea ratione exponũt periculo grauandi populos. Adde, Reges tunc prodigere ea, quę populi ipsi à principio, & postea tẽporis progressu eis, coronęve regni, dederunt, vt essent in reditus ad sumptus ipsorum, & ad reipublicæ defensionem. Quo fit, vt principes quada ex parte sint dispensatores potius, quam domini bonorũ coronæ regni, redituumq; eorundẽ bonorũ.

6 Quando supra dictum est, cessante causa, ob quam tributum est impositum, debere cessare tributum, intelligi id debet. Quãdo tributum non est impositum in perpetuum quasi ex pacto, quo princeps pro eo tributo in se suscipit custodiam maris à piratis, faciendo sumptus, qui in futurũ fuerint ad id necessarij, siue multi sint futuri necessarij, siue pauci, aut etiã nulli, vel pro defensione ab hostib' & latronibus in suo regno, vel pro alijs similib' rebus, ac sumptibus reipublicæ necessarijs. Tunc enim licèt nulli sint piratæ ac latrones, nulliq̃ sint necessarij sumptus ad defensionẽ eorum, qui mari, aut terra, merces cõportãt, aut deferunt, decrescantq; ob diuturnam pacem ac securitatem reipublicę sumptus, licitè Rex accipit vectigal pro mercibus, quæ asportantur, ac deferuntur, impositũ, & similia alia tributa in perpetuum imposita; modò paratus sit facere sumptus, qui in futurum ad ea omnia fuerint necessarij. Ita doctores communiter: defensionemque à piratis & latronibus, protectionemque mercatorum, qui merces comportant & exportant, reddit lex. 5. titu. 7. part. 5. tanquam causam iustam accipiendi vectigalia seu portoria ex mercibus, quas afferunt, ac deferunt. Obseruã tamẽ, quod quando principes petituri essent de nouo longè maiora vectigalia, quoties semel constituta non sufficerent ad sumptus, & in stipendium pro defensione asportantiũ merces, vt ordinariè facere solent, æquitas postularet, vt quando res ad eum statum deuenirent, vt pauci, aut nulli, sumptus essent necessarij, vel quia cõfinia regnorum ad eundem principem pertinerent, vel aliqua alia de causa, remitteretur aliquid de vectigalibus: alioquin maxima inæqualitas esset inter principem, & eos, qui illa de causa soluere coguntur vectigalia, cum, crescente causa maiorum sumptuum, subditi cogantur augere tributa, & deficiente causa, princeps nihilominus accipiat eadẽ tributa. Et quidem quando, superueniente causa, ex illa accreuerunt vectigalia, aut alia tributa, illa vtiq; cessante, decrescere debẽt, iuxta ea quę dicta sunt: nisi alia noua aliunde aduenerit, vnde iustè perseuerent, vt dictum est. Quando autẽ vectigalia, & alia tributa, non sunt aucta ex superueniente causa, sed data sunt à principio in perpetuum, modo in hoc. §. explicato, tunc, si pro temporum circunstantijs, ac tranquilitate, & pace, non sint tot necessaria, tenetur princeps reseruare incrementum in publico ęrario, ad necessitates, quę superuenerint, nè tũc opus sit grauare populos nouis tributis, & vt pecunia ita in ęrario publico cõgregata, terrori sit hostibus, ac defensio reipu-

reipublicæ. Quando enim ita est parata, non audent exteri bellũ mouere, aut iniuriam inferre: si verò bellum moueant, aut aliam iniuriam inferant, facilè ea pecunia exercitus instruitur, quo Respublica defendatur, & arceantur piratę, ac vindicẽtur illatę iniuriæ.

7 Illud est hoc loco obseruandum. Vectigalia, quæ ex mercibus soluere coguntur mercatores, non tam redundare in grauamen ac sumptus ipsorum, quàm in grauamen & sumptus eorum, qui illas ex ipsis sunt empturi. Mercatores quippe, quò cariùs emunt merces, quas asportant, & quò plura tributa ex eis soluunt, maioresque sumptus cum illis faciunt, eò cariùs eas vendunt, quatenus, computatis omnibus, competens extrahant lucrum. Quo fit, vt grauamina eiusmodi magna ex parte redundent in populos, seu in emptores earum mercium, & non in mercatores: tametsi emptores ad id non attendant, neq; tantum molestię ita sentiant, quantũ sentirent, si emerent res minori pretio, alioquin iusto, & insuper cogerentur soluere ea tributa, quæ emendo cariùs ob illa iam antea à mercatoribus soluta, reipsa soluunt.

8 Si Rex propter aliquid, quod concedit, aut remittit, imponat aliquod tributum, vt disp. 665. dictum est in Lusitania Olyssiponi, Euoræ, & Scalabi, fuisse impositum tributum Emposition is loco hospitij debiti curię Regis, tunc, si Rex non stet cõcessis, eive, quòd remisit, & tenetur restituere tributum, quod accepit à tempore, quo non stetit contractui, & populi non tenentur ei soluere tale tributum. Quòd si ex parte non stetit contractui, tenetur pro rata restituere, quod accepit, & populi pro rata possunt denegare ei tale tributũ, tantundemve aliunde compensare.

SVMMARIA.

TRIBVTVM vt iustum sit ac debeatur, quæ forma, & quæ proportionalis æquitas seruanda.

2 Modus colligendi tributum seruitij huius regni, & alia, imposita fisa, cur damnandus nõ videatur. Etiam quo ad exteros, qui illud tũc etiam soluunt, cum alioquin non teneantur.

Quæ forma in tributo imponendo sit seruanda, vt sit iustum. Disp. 668.

TERTIA CONditio, vt tributum sit iustum, & in cõscientiæ foro deb eatur, est. Vt in eo debita seruetur forma, hoc est, æqualitas, & commensuratio, non solùm per comparationem ad causam, ita videlicet vt non excedat, quod necessarium est ad id, ob quod imponitur, & vt sit commensuratum viribus eorum, quibus imponitur, nec sit impossibile, vt vtrunq; disputatione antecedente circa secũdam conditionem, vt tributum sit iustum, est explicatum: sed etiam vt in eo seruetur æqualitas proportionis geometricæ inter personas, quibus imponitur, ita scilicet vt, iuxta proportionem ac facultatem vtrius cuiusque, imponatur ac exigatur, neque pauperes cogantur tantum contribuere, quantum diuites & potentes, quando non est res modica præcipuè imposita in signum subiectionis. Partes enim reipublicę iuxta vires cuiusque subuenire tenentur communi bono, necessitatibusque publicis. Hoc autem intelligendum non est mathematicè, sed moraliter, vt recta ratio præscripserit ac docuerit æquum esse vnumquemque contribuere, attento statu reipublicę, ac viribus cuiusque. Præterea intelligendum est, quando tributum exigitur ob commune bonum, quod æquè ad omnes spectat; quãdo verò exigitur propter bonum, quod peculiariter respicit quosdam, illi præcipuè sunt grauandi. Vt mercatores, & alij, qui peculiariter indigent defensione à piratis, grassatoribus, & latronibus, præcipuè sunt grauãdi tributo ad sumptus ad id necessarios: tametsi, vt in calce disputationis præcedentis dictum est, id tandem emptores mercium maxima ex parte soluant, dum pretium pro eis reddunt. Item, si aliquis legitimè sit exemptus à solutione tributi, eo q̃ ipse, aut ipsius maiores, aliquid vtiliter egerunt in cõmune bonum, nõ est iste grauandus, vt cęteri, quoad id, in quo est exemptus. In conditione hac, vt tributum sit iustum, & debeatur in conscientia, cõueniũt doctores cõmuniter, Caieta. in summa verb. vectigal, Driedo de libert. Christ. lib. 2. c. 5. Alfon. à Castro. 1. de lege pœnali. c. 5. & c. 16. Gabriel. in. 4. d. 15. q. 5. Med. de rest. q. 13. Sotus. 3. de iust. q. vlt. art. vlt. & alij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Ex hac cõditione necessaria, vt tributũ A sit iustũ, Castrus. c. 5. citato infert, iniustũ esse modum illũ, quo tributum seruitij ordinarij & extraordinarij huius regni, soluendum a singulis iuxta cuiusque facultates, & aliæ similes contributiones, in hac ciuitate Conchensi, & in quibusdam alijs locis, colliguntur impositæ sisa quibusdam rebus, quæ venduntur, modo disput. 661. explicato, vt ementes, pro rata copiæ earum rerum, quas emunt, ex pretij augmento contribuant ad illius solutionem. Cùm enim, inquit, mechanici, qui non multum diuitijs abundant, sæpe habeant necesse plura ex illis rebus emere, ob maiorem familiam, quam ad suum officium exercendum est illis necesse habere, quàm sit necesse emere ex eisdem rebus ditioribus, qui minorem habent familiam; sanè in cõtributione illa ad id tributum soluendum, non seruatur geometrica æqualitas, vt pro quantitate facultatum cuiusque, plus, aut minus, contribuant, sed sæpe euenit, vt, qui minores habuerit facultates, plus contribuat, quàm, qui habuerit maiores. Ego verò, licèt videam eum modum colligendi id tributum, expositum esse illi in æqualitati, non tamen auderem illum condemnare. Præsertim cùm vsu sit receptus plurimis in locis. Et cùm de illo nulla vnquam fuerit audita querimonia, neque à priuatis audierim fuisse vnquam optatum, vt modus ille mutaretur: quin potius, si attentaretur mutari, vt singuli no illo modo, sed simul contribuerent pecuniam pro cuiusque diuitijs, omnes reclamarent, vt potiùs priori hoc alio modo colligeretur. Ducor, quoniam populus minus grauatur, minorem quę molestiam sentit, ita per partes adeò minutas soluendo tributum illud dum res emunt, quàm si illud solueret simul. Præsertim cùm, ad soluendum illud simul, necessarij essent exactores, qui impignorationibus, & stipendio ea de causa ipsis debito, occasio essent longè maiorũ sumptuum, molestiarum, ac inquietudinũ. Ducor item, quoniam, quãdo populus est magnus, & per capita est singulis familijs summa aliqua destribuenda iuxta vires & facultates cuiusque, ordinariè solet oriri longè maior inæqualitas ex eorũ arbitrio, qui ad id iudicandum, ac statuendum sunt electi, coniuncta cum longè pluribus querimonijs, & odijs, aduersus arbitratores, & cum grauioribus conscientiarum periculis, quam oriantur ex hoc alio modo con- A tribuendi ad id tributum. In ijs autem rebus, in quibus mathematicè attingi non potest æqualitas, is modus est eligendus, qui suauior est, & in quo plura euitantur incommoda, minusque à iusto deuiatur, eoque modo contenti esse debent priuati de republica. Præsertim cùm lex sit communis, euenerit quę per accidens, eos esse eius conditionis, vt plus cæteris grauentur, quod contra accidere potuit, euenireque poterit in futurum.

Maius dubium est de ijs, qui non sunt de eodem populo, qui, quando res eiusmodi emunt, soluũt incremẽtũ illud; cùm tamẽ B ad peculiare eius populi tributum non teneãtur. Ac sanè subueniri huic incõmodo deberet, si cõmodè id fieri posset. Nisi, cum Medina de restitu. ad finẽ quæstionis. 15. id excusemus. Tum quia præscripta antiqua consuetudine est receptum. Tum etiam quoniam nullus exterorum cogitur emere eiusmodi res, illudque est pretium earum in eo loco. Tum denique quoniam mutuò id compẽsatur, quando ij, qui sunt huius populi, emunt similiter in alijs populis: regiminaque prouinciarum, ac populorum, postulent, vt quãdo simile quid in vno populo ritè est secundùm se sanci- C tum id ferant, qui ad eum populum accedere voluerint, & in eo commerciũ circa id habere, etiam in transitu per eum locũ. Hæc verò omnia dilucidiora redduntur ex sequenti disputatione.

SVMMARIVM.

1 TRIBVTVM *vectigalis, aut quasi vectigalis alcauałæ, solùm ex rebus, quæ negotiationis causa asportantur, extrahuntur, aut venduntur, solui deberet, si sufficienter, illo ita soluto, subueniretur bono cõmuni.*

D 2 *Tributũ idem imponi licitè potest vt ex alijs etiam rebus soluatur, quando aliter non sufficienter subueniretur bono communi.*

3 *Cur iniquum non sit, exteros etiam illud soluere.*

Licitúmne sit tributum, vt non solùm ex ijs, quæ negotiationis causa asportantur aut venduntur, pars aliqua soluatur, sed etiam ex cæteris rebus, quæ asportantur, extrahuntur, aut vẽduntur, id soluatur. Disp. 669.

HAEC

HAEC disputatio A ad formam seruandã in tributis imponendis spectat, appendixq; proinde, & quasi membrum est præcedẽtis. Caiet. verb. vectigal in princ. & in fine, vt multa condemnat vectigalia, quæ imponuntur pro rebus, quæ non negotiationis causa, sed ad proprium vsum, ipsiúsve familię, asportantur. Idem diceret de triburo, quod soluitur ex venditione, aut permutatione rerum, quæ non negotiationis causa venduntur, emuntur, aut permutantur, quale est alcauala huius regni, & sisa Lusitana, vt disput. 663. & 664. dictum est. Ducitur, quoniam tunc, qui plus indigent, & plures habent filios, plus grauantur, quam alij, qui ditiores sunt, & minorem habent familiam: quippe cùm, qui plus indigent, pluresque habent filios, plura necesse habent vendere, emere, & asportare, ad propriam subleuandam necessitatem. Confirmat item suam sententiam ex. l. vniuersi. C. de vectig. vbi præcipitur, vt ex rebus, quæ ad vsum proprium, aut ruris colendi gratia, vehuntur, non exigantur vectigalia, & pœna capitis statuitur accipientibus vectigalia pro eiusmodi rebus. In eadem sententia sunt quidam alij, Sotus etiam. 3. de iust. q. vlt. art. vlt. & Ledesm. 2. 4. q. 18. art. 3. iniustitiæ damnare videntur, quòd pro his, quę venduntur ad subleuandam propriam necessitatem, accipiatur decima pars pretij: & quòd in Lusitania, qui ad propriũ vsum ac familię emit, cogatur soluere dimidiũ sisę. B C

Prima cõclu. 4 Prima verò conclusio sit. Si ad competenter subueniendum communi bono, satis esset accipere vectigal de ijs, quę asportantur, extrahuntur, emuntur, aut venduntur, negotiationis causa, tunc æquitas postularet, vt de ijs, quæ asportantur, emuntur, aut venduntur, ad propriam familiæve, subleuandam necessitatem, vectigal, aut quasi vectigal alcaualæ, seu Lusitanæ sisæ non acciperetur. Quoniam id ad humanitatem, ac decentiam quandam spectaret, tolleretque aliqua minus decentia, propter quæ lata fuit l. vniuersi citata, quæ ad humanum ius spectat, non verò ad naturale: eaque de causa potest per sequens aliud contrarium statutum, aut per contrarium vsum, abrogari.

Secũda cõclus. 2 Secunda conclusio. Quando, vt competenter bono communi subueniretur, necesse esset exigere vectigal, aut quasi vectigal, etiam de his rebus, quæ asportantur, extrahuntur, emuntur, aut venduntur, ad propriam, familiæve, subleuandam necessitatem, non est temerè damnandum, quòd de his etiam rebus exigatur vectigal, aut quasi vectigal alcaualæ, seu sisæ Lusitanæ. Præsertim cùm, non solùm in Hispanijs, sed etiam in multis alijs locis, sit id more introductum. In hac conclusione conueniunt Driedo de libert. Christ. libr. 2. cap. 5. Medina quæst. 15. de restitu. in posteriori quæstionis parte, Gabr. in. 4. dist. 15. quæst. 5. D. Anto. 2. part. titu. primo cap. 13. §. vltim. Sylvest. verb. gabella 3. num. 14. & sequentib. Nauar. in Manu. cap. 17. in calce nu. 202. & alij. Probari autem potest, quoniam, vt probè argumentatur Medina, decimæ, quæ præcipiuntur solui in stipendium ac sustentationem ministrorum Ecclesiæ, nihil continent iniustitiæ; cum in veteri lege fuerint de iure diuino, & in noua fuerint præceptæ ab Ecclesia: at in solutione earum non cernitur proportio Geometrica, vt vnusquisque de Ecclesia contribuat iuxta vires & facultates suas, quin potius, qui pauperiores sunt, sæpe plus contribuunt: cæterùm, cùm ingens quædam copia imponenda fuerit Dei populo in sustentationem ministrorum Ecclesiæ, qui ipsis inseruiunt, quæsitus fuit ille suauis modus subueniendi, vt de fructibus, quos quisque perciperet, decimæ partem ad id contribueret: id quod minus molestum est fidelibus, quam si ingens illa copia distribueretur soluenda quotannis per capita iuxta patrimonium & vires cuiusque, difficiliusque multò colligeretur, & magna cum perturbatione ac querimonia: pari ergo ratione, cùm princeps cogere subditos possit, vt, iuxta vires cuiusque, tantam summam contribuant per capita, quantam ex vectigalibus, & quasi vectigalibus, colligit, etiam de rebus, quæ asportantur, & emuntur, ac venduntur, ad propriam ac familiæ subleuandam necessitatem; quandoquidem ea tota necessaria est ad subueniendum competenter bono communi; sanè eligere potiùs hunc suauiorem modum poterit, quem minùs sentiunt populi, nihil impediente, quòd ex ea lege ac modo, alioquin omnibus æquali ac com- D

Universidad de Deusto
Biblioteca

muni, per accidens in æqualitas sequatur, quia videlicet accidit, hos esse pauperiores, opusq; illis esse plura, quàm alios, emere, aut vendere, vel asportare ad propriã, ac familiæ subleuãdã necessitatẽ; cum ecõtrario potuerit res euenire, possitq; in posterum mutari in contrariũ. Confirmare verò possumus, hunc modũ suauiorem esse populis. Quoniam, si Rex eis proponeret, vt quantam summam per partes ita soluunt, interse per capita, iuxta vires cuiusque, diuiderent ac soluerẽt, vtiq; potius eligerẽt eam soluere per partes eo modo, quo illam soluunt, quàm per capita, nisi soluẽdo per capita ingens summæ illius fieret remissio.

3 Antequàm autem conclusio proposita vlterius cõfirmetur, diluenda est quædam quasi obiectio. Obseruant enim in re proposita doctores aliqui. Quòd, cùm huiusmodi vectigal, aut quasi vectigal, de rebus emptis, venditis, aut asportatis, ad quotidianum vsum, & ad subleuandã propriam necessitatem, soluatur loco talliæ, & collectæ, quam per capita princeps imponere posset cuique subditorum iuxta vires & facultates cuiusq; æquitas nõ patitur, vt exteri illud soluant. Responderi tamen potest, cõsuetudine esse receptũ, vt, quando tale vectigal, aut quasi vectigal, impositum est in aliquo regno, illud exteri ibi soluant quando aliquid emunt, vẽdunt, aut asportant, sicq; contribuant ad necessitates eius regni, atque ea quasi lege admitti ad commerciũ in eo regno. Id verò, quod ita contribuunt ad necessitates eius regni, compensatur ex eo, quod subditi eiusdẽ regni in simili euentu cõtribuunt in alijs regnis. Itẽ cum, dum exteri sunt in aliquo regno, protegantur ab eo regno, & ius in illo, si opus fuerit, illis dicatur, administratioque eius Reipublicæ in ipsorum commodum cedat, nulla sanè videtur iniquitas, si ex eis, quę vẽdunt, emunt, aut asportant, ad quotidianum vsum, propriamque subleuandam necessitatem, perinde contribuere cogantur, ac naturales.

Confirmatur deinde conclusio proposita. Quoniam vectigalia, aut quasi vectigalia, quæ mercatores soluunt ex ijs, quæ asportant, emunt, aut vendunt, negotiationis causa, potiùs resultant in grauamen aliorum, qui eas res empturi sunt ad subleuandam propriam, suæque familiæ necessitatem, quam redundent in grauamen ipsorum mercatorum, vt in calce disput. 667. est ostensum: quoniam, quò mercatores ex rebus, quas asportant, emunt, aut vendunt, negotiationis causa, plura vectigalia, aut quasi vectigalia soluũt, eò cariùs res easdem vendunt, coguntque proinde emptores refundere ipsis in pretio eadem tributa. Quo fit, vt quæ in æqualitas obijcitur ex eo, quòd tributum, aut quasi tributum, soluatur ex ijs rebus, quę asportantur, emuntur, aut venduntur, ad subleuandam propriam necessitatem, cernatur similiter in eo, quod mercatores vectigalia, aut quasi vectigalia, soluant ex rebus, quas asportant, emunt, aut vendunt, negotiationis gratia: quando quidẽ hæc ipsa tributa tandem soluunt, qui eas res emunt ad subleuandam propriam necessitatem.

SVMMARIVM.

1 TRIBVTVM *vt licitè ab aliquo exigatur, necesse est, vt exemptus is non sit ab illo soluendo.*

2 *Ecclesiæ, & ecclesiastici, etiam quo ad bona ipsorum patrimonialia, exempti sunt a solutione tributorum.*

3 *Ecclesijs, & Ecclesiasticis, tributa imponẽtes, ab eis exigentes, ac recipientes, aut ad id cooperantes, quas pœnas incurrant.*

De exemptione Ecclesiarum, & Ecclesiasticorũ, à tributorum solutione: & de pœnis statutis tributa eis imponentibus, aut illa ab eis exigentibus, vel accipientibus. Disp. 670.

QVARTA conditio necessaria, vt tributum sit iustum, & in conscientia debeatur, est. Vt non illi imponatur, neque ab eo exigatur, qui exemptus est ab illo soluendo. Quarè hęc conditio solùm reddit tributum iniustum, comparatione eius, qui legitimè est exemptus ab eo soluendo, si imponatur, vt ab illo soluatur, vel si ab eo exigatur.

2 Ab oneribus, & tributis soluendis, exempti cùm primis sunt Ecclesię, & Ecclesiasticæ personę, adeò vt Ecclesiastici, neque de bonis suis patrimonialibus, soluere teneantur tributa, vt constat. c. non minùs, &. c. aduersus, de immunita. Eccles. c. quanquam de censibus libr. 6. clementina

tina præsenti de censib. c. 1. de immunita. Eccles. libr. 6. & in authentica item nulla communitas. C. de Epis. & Cleric. vbi prohibetur, collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, imponere Ecclesijs, pijs locis, & Ecclesiasticis personis. Per quæ iura sublata sunt iura ciuilia antiquiora, quæ præcipiebãt accipi onera aliqua ab Ecclesijs, aut ab Ecclesiesticis personis. Quo autem iure exemptio hæc Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, bonorumque eorum, introducta sit. Disp. 31. præsertim conclusione. 5. ostendimus, de iure humano, ciuili, & canonico, concurrente Principum, seculariq; Reipublicę, donatione fuisse introductã, neq; reuocari posse per seculares potestates. Atque, præter doctores ibi citatos, lege Ioã. Medi. de rest. q. 15. Couar. de pract. qq. c. 31. & alios, quos Couar. citat.

3 Pœnę statutæ eis, qui Ecclesijs, Ecclesiasticis personis, & eorum bonis, onera, aut tributa imponunt, vel ab eis exigunt, aut recipiunt, sunt, quæ sequuntur. Capite non minus, iuncto cap. aduersus, de immunit. Eccles. consules ciuitatum, & quicunque alij potestatem habentes, & fautores eorum, qui Ecclesias, Ecclesiasticos viros, bona eorum, aut pauperum vsibus deputata, grauant talijs, collectis, aut exactionibus, si admoniti non desiterint, sunt ipso facto excommunicati, neque ab ea excõmunicatione possunt absolui, donec competenter satisfaciant. Eandem pœnam incurrunt, qui eis in officio successerint, nisi & ipsi, intrà mẽsem à pũcto successionis in officio satisfecerint. Quod intellige, quãdo pœnes ipsos est, vt cõmunitas, vel qui ad id tenetur, satisfaciat. De suo enim, si ipsi inde nõ facti sint locupletiores, satisfacere non tenẽtur: & absq; sua propria culpa incurrere non possunt excommunicationẽ.

Item. c. quanquam de censib. lib. 6. iuncto. cap. primo de immu. Eccles. libr. 6. ipso facto excõmunicantur quæcunq; personę, cuiuscunq; sint conditionis, aut status, quę ab Ecclesijs, vel à personis Ecclesiasticis, pro personis ipsis Ecclesiasticis, vel pro rebus earũ, aut Ecclesiarum, exigunt, vel extorquent, perse, vel per alium, suo nomine, vel etiã alieno, pedagium, vel guidagiũ: modò res, quas Ecclesiastici deferunt, aut deferri faciunt, nõ deferant negotiationis causa: nã pro eiusmodi rebus, negotiationis causa delatis, exigere possũt ab eis quęcunq; tributa ab alijs debita, vt infra dicetur. Ibidẽ etiam præcipitur, vt à prędicta excõmunicatione, quã illam incurrerit, nõ priùs absoluatur, quàm exacta pedagia, aut guidagia restituat, & pro trasgressione cõpetenter satisfaciat. Itẽ præcipitur, vt si cõmunitas fuerit, quæ id delictum cõmisit, locus illius ipso facto incurrat sententiã interdicti, à quo nõ priùs relaxationẽ obtineat, quàm simili modo restituat, ac satisfaciat. Nomine verò pedagij. c. quanquam citato, intelliguntur quæcunq; portoria ac vectigalia, hue accipiantur pro personis, siue pro rebus, mari, aut terra, asportatis, vel extractis, aut pro rebus emptis, aut venditis. Vnde nõ solùm, qui ab Ecclesiasticis exigunt tributa pro rebus ipsorum, mari, aut terra, non negotiationis causa, asportatis, vel extractis, incidunt in hanc excommunicationem, sed etiam, qui exigunt alcaualas, vel sisas, tam Lusitanas, quàm huius regni. Ita Nauar. in Manu. cap. 27. n. 128. & consentit Caiet. verb. excommunicatio. c. 40. iuncto. c. 39. Qui autẽ imponunt collectas, seu tallias, non incurrunt excõmunicationem capitis quanquam, iuxta Caiet. c. 40. citato. Ratio autem est, quoniã tributa illa non cõprehenduntur nomine pedagiorũ. Incurrunt tamen excõmunicationem capitis non minus, & capitis aduersus, de quibus supra loquuti sumus: itemq; incurrunt excommunicationes, quas subijciemus.

Cùm autẽ facere soluere quęcunq; tributa de bonis Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorũ, quę negotiationis causa non deferuntur, sit contra Ecclesiæ libertatem, vt Caiet. verb. excommunicatio. c. 31. & alij obseruant, atq; ex se esse satis perspicuum, cõstat autores statutorũ, vt eiusmodi tributa soluantur, aut vt Ecclesiasticis onera quęcunq; imponantur, scriptoresq; eiusmodi statutorũ, necnon potestates, consules, rectores, ac consiliarios locorũ, in quibus talia statuta, aut consuetudo, edita, aut seruata fuerint, itemque eos, qui iuxta ea statuta, aut consuetudinem, iudicare præsumpserint, aut in publicã formã redigere, quod ita sit iudicatum, incidere in excommunicationis sententiam latam prædictis omnibus. c. nouerit de sent. excomu. Ab hac tamen, & à quacunq; alia, excõmunicatione excusabit probabilis ignorantia, quòd illis de causis incurratur. Lege circa hæc Nauar. c. 27. citato. n. 19. & 20.

Quin hodie, qui eiusmodi statuta, pragmaticas, aut decreta, fecerint, ordinauerint, ac publicauerint, vel eis fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsi, sunt excómunicati in Bulla cæna Domini clausula. 14. Eaq; de causa, qui iuxta eiusmodi statuta, tributa, aut quæuis alia onera, exegerint ab Ecclesiasticis, sunt excommunicati de cæna Domini.

Hoc loco inserendæ essent censuræ capitis clericis, de immunit. Eccles. libr. 6. nisi id caput reuocatum esset Clementina vnica de immunita Eccles.

Clementina prælenti, de censib. Diœcesanis præcipitur, vt postquàm nouerint aliquos in sententias incidisse excómunicationis, aut interdicti, à iure statutas, quòd proprio, vel alieno nomine exegerint pedagia, aut guidagia, ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis, de bonis, quæ non negotiationis causa detulerint, eas denuntient, & faciant à suis subditis denunciari, donec, qui eas sententias incurrerunt, restituant, & de transgressione competenter satisfaciant.

Postremò hodie quicunque Ecclesijs, personis Ecclesiasticis, aut ipsorũ bonis, imponunt quodcunque tributi genus, vel onus quodcunque (siue reale sit, siue personale, aut mixtum, modis disp. 661. explicatis) aut id exigunt, vel ab spõte dante accipiunt, vel perse, vel per alios, directè, aut indirectè, aliquid horum facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium, palam, vel occultè, præstare nõ fuerint veriti, sunt ipso facto excómunicati excommunicatione Bullę cænæ Domini. Et quanuis id ex parte constet ex clausula 5. (de qua sermo erit paulò post) appertissimè tamen liquet ex clausula. 17. quę inter alia, ita habet. *Excommunicamus, qui collectas, decimas, tallias, præstantias, & alia onera, clericis, prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac corũ, & Ecclesiarum, monasteriorũ, & aliorũ beneficiorũ Ecclesiasticorũ bonis, illorumq; fructibus, reditibus, & prouẽtibus huiusmodi, absq; Romani Pontificis speciali & expressa licentia, imponunt, & diuersis, etiam exquisitis, modis exigunt, aut impositis, etiam ab sponte dantibus et concedentibus, accipiunt: nec non qui perse, vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium, palam, vel occultè, præstare non verentur, cuiuscunq; sint præeminentiæ, &c.* Ex quibus constat, etiam exactores eiusmodi tributorum, aut onerum, & omnes ad ea imponendum, exigendum, aut recipiendum, quoquo modo cooperantes, esse excommunicatos ea excommunicatione Bullæ cænæ Domini. Excusabuntur tamen ratione obedientiæ à peccato, & percontione sequens à censura, subditi, qui, ignorantes aliquid horum indebitè peti, aut (facta debita diligẽtia) ea de re dubitauerint, iussi à principe, aut à potestatibus publicis, hęc exegerint. Nam subditus, in dubio, parere tenetur superiori, vt in materia de bello, ac alibi ostẽdimus. Ij autem, qui subditi non fuerint, aut qui non iussi, in dubio, an id sit licitum, ea exigunt, neque à peccato excusantur, neque à censura.

Nauar. cap. 27. citato. n. 128. arbitratur eos, qui exigunt portoria, sisas, & gabellas, ab Ecclesiasticis de ijs, quæ non negotiationis causa asportant, aut vendunt, incurrere quidem excommunicationẽ. c. quanquam de censib. libr. 6. quæ reseruata non est Summo Pontifici; non tamẽ incurrere excommunicationem Bullæ cænæ Domini. Id sibi persuadet, quoniam quanuis quinta clausula eius Bullæ sic habeat; *Anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas, ad id potestatem non habentes, imponunt, vel exigunt*; nihilominùs, inquit, in ea clausula non excommunicãtur, qui exigunt pedagia, aut gabellas, prohibitas comparatione cęterarum personarum, putà Ecclesiasticarum, aut militum priuilegiatorum, sed qui exigunt pedagia & gabellas in se prohibita: quo fit, inquit, vt, qui à clericis ea exigunt pedagia & gabellas, quæ licitè exiguntur à laicis, quanuis peccent, & incurrant excommunicationẽ. c. quanquam de censib. libr. 6. non tamen incurrãt excommunicationẽ Bullæ cænæ Domini. Hæc eadem fuit sententia Caiet. verb. excómunicatio. c. 71. Idem sibi persuadet Nauar. quoniam arbitratur, clausula 17. paulò antea à nobis relata, solum prohiberi tributa & grauamina circa reditus Ecclesiasticos, nõ verò circa patrimonialia bona clericorũ, aut circa quęcũq; alia eorũ bona postquàm iã facta sunt clericorũ. Atq; in eadẽ etiã sententia fuit Caiet. verb. excómunicatio. c. 27. Rejicienda tũ proculdubio est hæc sententia: quoniam clausula. 17. apertè excommunicat imponentes quęcunque onera personis Ecclesiasticis, aut eorum bonis. Atque in fine innouat pœnas capitis non minus, & capitis aduersus, de immunit. Eccles. quæ capita de pedagijs & grauaminib⁹ impositis personis Ecclesiasticis, eorũq; bonis patrimonialibus loquũtur. Quòd verò attinet ad quintã clausulã, probabilior est sententia Angeli verb. excommu-

cómunicatio. 7. casu. 23. Sylues. verb. excómunicatio. 9. casu. 21. summæ Tabiensis verb. excommunicatio. 5. casu. 19. qui omnes affirmant, ex communicationem capitis quanquam de censib. libr. 6. comprehendi in ea quinta clausula. Confirmatur, quoniam eiusmodi tributa prohibita sunt à iure imponi Ecclesiasticis: quod autem prohibitum est comparatione aliquorum, simpliciter dicitur prohibitum: quo fit, vt, qui eiusmodi tributa exigit ab Ecclesiasticis, incidat in excommunicationem illius quintę clausulæ, quæ excommunicat exigentes tributa prohibita.

SVMMARIVM.

1 *ECCLESIARVM, & Ecclesiasticorum nomine, vt eis tributa imponi non possint, quid intelligatur.*

2 *Religiosus nouitius immunis est à solutione tributorum ex bonis suis patrimonialibus.*

3 *Errare ostenditur, & excommunicationem incurrere, affirmantem, nostros religiosos, qui, peractis duobus probationis annis, vota emiserunt, ante professionem personas non esse Ecclesiasticas, deberiq; tributa de bonis, quorum adhuc dominium retinent.*

4 *Beneficium Ecclesiasticum obtinentes, etiam si sacris ordinibus non sint initiati, ecclesiasticæ sunt personæ, nec tributum debẽt de bonis suis patrimonialibus.*

5 *Tributa soluunt in Hispanijs clerici omnes in minoribus, qui beneficium non habent ecclesiasticum.*

Quid nomine Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, in re proposita intelligatur. Disp. 671.

1 ANTEQVAM D euentus subijciamus, in quibus fas est ab Ecclesijs, & ab Ecclesiasticis, accipere tributa, explanandũ est, quid nomine Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, in re proposita intelligatur. Atque Ecclesiarum nomine, etiam pia loca, vt hospitalia, & similia, intelliguntur, ac res deputatæ in eleemosynas, & in sustentationem pauperũ, & alia pia opera. Authentica enim item nulla communitas. C. de Epis. & cleri. etiam piorum locorum meminit: &. ca. non minus de immunit. Eccles. meminit bonorum pauperum Christi vsibus deputatorum, & vtrunque disputatione præcedente relatum est: eadem verò est ratio de bonis deputatis ad res alias pias.

Religiosi omnes, & religiosæ, approbatæ religionis, & si qui sunt eremitę, qui professionem emittant, inter Ecclesiasticas personas computantur. Alij autem, qui in ermitis, quas vocant, inseruiunt, vel in eremo, etiam cum habitu particulari, degunt, sed mẽbra nõ sunt religionis alicuius approbatæ, quia Ecclesiasticæ personę non sunt, neque immunes sunt à solutione tributi: nisi peculiare priuilegium, quoad hoc eis concedatur, vt l. 50. titu. 18. lib. 9. nouę collect. concessum est quibusdam inclusis inter parietes gratia pœnitentiæ, quas in hoc regno *emparedadas* dicimus.

De nouitijs autem approbatę religionis, num quoad hoc inter personas Ecclesiasticas sint computandi, ita vt ipsorum patrimonialia bona eo tempore immunitate, vt ex illis tributum non soluatur, gaudeant. Lassarte de decim. vend. c. 19. n. 50. ait, cũ lis ea de re mota esset, inter conductorem alcauałę, & talem nouitium, eũmve, qui partes illius agebat, rem transactione fuisse compositam. Arbitratur verò, si ea de relata fuisset sententia, ferendam fuisse in fauorem conductoris alcauałę, vt scilicet de eis bonis venditis, non negotiationis gratia, solueretur. Ducitur, quoniam ante professionem, dum nouitius est, non est vere religiosus, sed redire pro libito ad seculum potest. Arbitror tamen inter personas Ecclesiasticas esse computandum, eoque tempore bona illius patrimonialia immunia esse à solutione tributi. Ducor, quoniam revera eo ipso, quod, vt nouitius, receptus est in religione approbata, pars est communitatis eius religionis, quæ verè est communitas personarum Ecclesiasticarum, estque is nouitius in via, vt perfectè, & indissolubiliter, vniatur eidem communitati, ac proinde eo ipso reputatur persona Ecclesiastica, & gaudet, tum priuilegio canonis, si quis suadente diabolo, tũ etiam priuilegio fori, vt exemptus sit, non solum à secularibus potestatibus, sed etiam ab ordinario Ecclesiastico: solumque subest potestatibus eius religionis, vt vtrunque ostendetur tract. 3. sequenti: quarè reputari etiam debet persona Ecclesiastica, vt gaudeat hoc alio priuilegio

Universidad de Deusto
Biblioteca

privilegio Ecclesiastico, vt scilicet ipse, bonaque patrimonialia ipsius, immunia sint à solutione tributi. Et quidem, quod attinet ad tributa, quæ vectigalia, aut quasi vectigalia, non sunt, & quæ licet vectigalia sint, nó tamen debentur ratione bonorum, sed personæ, vt extranситu per pontem, nullus dubitabit, eiusmodi nouitium immunem esse à solutione talium tributorum, idque consuetudine est receptum, neque aliunde id prouenit, nisi quia computatur inter personas Ecclesiasticas, vereque est persona Ecclesiastica, tametsi cum facultate, liberaue potestate, redeundi ad seculum, definendi que esse personam Ecclesiasticam: quarè, tanquam persona eodem modo Ecclesiastica, immunis etiam erit à vectigalibus ex bonis suis patrimonialibus, dum ita fuerit nouitius, idque postulat recta ratio, fauor que religionis, & Ecclesiæ.

3 Lassarte vbi supra, cùm definiuisset, ex sua sententia de bonis patrimonialibus nouitiorum religionum deberi tributum, addidit hæc verba. Quod est magni momenti aduertisse pro fratribus Societatis Iesu: etenim isti, non vt cæteri religiosi post annum probationis, iuxta tex. in c. ad Apostolicam de regul. & sanctum Concilium Tridentinum sess. 25. eodem titu. c. 15. sed multos post annos in religione illa sanctissima profitentur, vt refert idem Sanctum Concilium vbi supra. c. 16. atque adeò fiet, quòd si procurator monasterij vendiderit aliqua bona cuiusuis iuuenis, eam religionem ingressi, qui nec professus fuerit, neque sacros ordines susceperit, regiæ decimæ locum faciat. Hæc ille. Qui supponit in hac sua sententia, omnes, qui in hac nostra Societate professionē nondum emiserunt, aut sacros ordines non susceperunt, non esse personas Ecclesiasticas, etiam peractis duobus annis probationis, neque esse verè religiosos, eaque de causa ex bonis eorum patrimonialibus deberi tributa. Hæc verò ex ignorantia instituti nostri, atque duarú definitionum hac de re Gregorij decimi tertij, profecta sunt. Et quòd, sicut in alijs religionibus non sunt plures gradus, quàm nouitiorum, & professorum, ita credidit rē habere in nostra: cum tamen ex ipsa religionis institutione, approbationeque, atque definitione sedis Apostolicæ, in nostra religione inter nouitios nostrę Societatis, & professos, sint tres alij gradus verè ac simpliciter religiosorum, qui disp. 139. à nobis explicati sunt, vbi etiam attulimus desi-

A nitiones duas Gregorij decimi tertij, promulgatas, quibus id definit, prohibens sub pœna excommunicationis latę sententiæ, & sub alijs pœnis, id in controuersiam reuocare, nedùm contrarium sentire, aut affirmare. Quarè hic autor, nisi ignorantia excusaretur, certè in eas pœnas incidisset hęc affirmando. Quo fit, vt error sit affirmare, nostros religiosos, finito nouitiatu, emissisque tribus votis consuetis, religiosos non esse verè ac simpliciter ante professionem, & consequenter affirmare, non esse personas Ecclesiasticas, deberique ex bonis ipsorum patrimonialibus tributum, nisi sacros ordines susceperint. Lege quę disput. 139. copiosè hæc de re dicta sunt.

Nomine etiam personarum Ecclesiasticarum, in re proposita, intelligũtur omnes ordinibus sacris initiati. Item quicunque beneficium obtinent Ecclesiasticum, etiã si ordinibus sacris initiati non sint, vt omnes conueniunt, & habetur l. 2. titu. 4. libr. 1. nouæ collect. 4

Medina de rect. q. 15 asseruit, intelligi 5
etiam, qui vel sola prima tonsura sunt insigniti. Quòd si id intelligat etiam de conjugatis, est sententia, etiam ante definitionem Concilij Tridentini, apertè falsa, & contra. c. vnicum decleric. coniug. lib. 6. vbi habetur, clericos coniugatos, solùm gaudere priuilegio canonis, vt scilicet, qui violentas manus in eos suadente diabolo injecerit, sit excommunicatus; & priuilegio fori, videlicet vt judicari non possint pro delicto ciuiliter, aut criminaliter, à iudice seculari: non gaudere verò reliquis priuilegijs Ecclesiasticis. Vnde colligunt glosa ibi, & cõmunis doctorum sententia, quam Couar. de pract. qq. c. 31. n. vlt. refert ac sequitur, eos non esse immunes à tributis, quibus laici subjacent, dictumque à nobis est disp. 571. In eodem etiam capite additur, vt gaudeant duobus priuilegijs explicatis, necesse esse, vt contraxerint cum vnica & virgine, & vt deferant tonsurã & vestes clericales. Et Concilium Tridentinum sess. 23. c. 6. de reformatione, aliam conditionem addidit clericis coniugatis, vt gaudeant priuilegio fori, nempe, quòd ab Episcopo sint deputati ministerio alicuius Ecclesiæ. In reliquis verò, qui non essent coniugati, statuit, vt non gauderent priuilegio fori, nisi beneficium haberent Ecclesiasticum, aut deferrent habitum & tonsuram, & simul, de mandato Episcopi, inseruirent ministerio alicuius Ecclesię, vel nisi in seminario clerico

clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos, versarentur.

Solùm ergo est dubium, vtrum eiusmodi clerici primæ tonsuræ aut in minoribus constituti, teneantur soluere tributa, quæ laici soluunt. Et quidem, stãdo in solo iure canonico, dicendum videtur, eos immunes esse à tributis: quandoquidem cap. vnico de clericis coniug lib. 6. & Concilium Tridentinum vbi supra, solum restringunt priuilegium eorum fori, non verò reliqua eorum priuilegia, atque ita sentiunt Couar. & multi alij, quos refert. n. vlt. citato. Rex tamen Philippus Secũdus post Concilium Tridentinum l. 2. titu. 4. lib. 1. nouæ collect. statuit, vt eiusmodi omnes clerici, qui beneficium non haberent Ecclesiasticum, quoad causas merè ciuiles, non gauderent priuilegio fori, sed iudicarentur à iudicibus secularibus; & vt immunes non essent à solutione tributorum, sed perinde ea soluerẽt, ac cęteri laici. Idem, quoad solutionem tributorũ, statuerat Rex Emmanuel in Lusitania. l. 12. titu. 3. part. 5. legum extrauag. vt, argumẽto à contrario sensu, ex ea lege, que solum eximit a tributis constitutos in ordinibus sacris, & beneficiarios, perspicuè constat: atque hoc in his duobus regnis cõsuetudine est receptum: consuetudoque videtur cœpisse introduci propter multitudinem eorum, qui sinè delectu prima tõsura, aut minoribus ordinibus, initiabatur, solo intuitu gaudendi priuilegijs Ecclesiasticorum, quoad fori, & quoad alia: quod redundabat in præiudicium principis, qui ea de causa multis tributis defraudabatur: atque in præiudicium cęterorũ laicorum, inter quos solos seruitia & onera erant distribuenda, & quos necesse erat plus grauari tributis, taciteque consensisse videtur Ecclesia, permittendo, vt huiusmodi ea de causa cõsuetudo hęc in his regnis introduceretur.

SVMMARIVM.

1 IN quibus euentibus licitè ex Ecclesiasticis tributa accipiantur.

2 Princeps quamuis præcipere possit vt Ecclesiastici, & alij ex empti, manifestent, quæ asportauerint; non tamen possunt sinè Ecclesiastici corum superioribus, pœnam imponere id transgredientibus. Neque coarctare eos possunt, vt certo tempore manifestent, quæ in futurũ sunt asportaturi.

3 Tributum soluere tenetur Ecclesia, aut perso-

A na Ecclesiastica, ex re, quæ affecta iam aliquo tributo tanquam onere mero reali, ipsius rei, ad ipsam pertransit.

4 Ecclesiæ & Ecclesiastici ad quæ contribuere non teneantur, estò sint in commune bonum ipsis cum laicis, & ad quæ contribuere teneãtur, & à quo ad id compellendi.

5 Contribuere ad aliqua ex rationabili causa possunt Ecclesiastici, sed non nisi de consensu Summi Pontificis. Quando tamen esset periculum in mora, sufficeret consensus Episcopi & cleri. Et quãdo sub lethali culpa cõtribuere debeant.

6 Immunes Ecclesiastici vt non sint à tributis, inualida est quæcunque consuetudo.

In quibus euentibus licitè tributa ex Ecclesiasticis accipiantur. Disp. 672.

1 IN sequentibus euẽtibus licitè tributa ex Ecclesiasticis accipiũtur. Primus est. Quãdo aliquid deferunt, aut asportant, emunt, vendũt, vel permutãt, negotiationis gratia: tunc enim licitè coguntur soluere ea omnia tributa, quæ eisdem ex rebus soluerent laici, vt habetur. c. quanquam de censib. lib. 6. clement. præsenti eodem tit. iũcto. c. vlt. de vita & honest. clericor. Neque hic euentus, aut quicunque alius, in quo licitè ex Ecclesiasticis tributa accipiuntur, censendi sunt comprehensi in bulla cœnę Domini: mens quippe Summi Pontificis in ea bulla est, excommunicare eos solos, qui onera, aut tributa, iure non permissa imponi Ecclesiasticis, aut eorum bonis, eis imponunt, aut ab eis exigunt, vel accipiunt. Illud admonuerim, legem. 12. Lusitanam tit. 3. part. 5. leg. extrau. plus iusto coarctare priuilegium Ecclesiasticorum, dum statuit, si emant bona immobilia, exceptis ijs, quę, attenta ipsorum qualitate, inseruiunt ad eorum habitationem, aut competentem statum, teneantur soluere sisam. Dicendum nanque est, esto emant aliqua ipsis superflua, modo tamen ea non emant ad reuendendum ac lucrandum illis rebus, non teneri soluere sisam. Etenim ius canonicum, cui hac in parte est standum, solùm permittit accipere tributa ex contractu Ecclesiasticorum, aut ex asportatione, vel delatione rerũ, si id efficiant negotiationis causa: quo fit, vt accipientes tributa ex eis, quę

emunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

emunt, non causa negotiationis, incidant A in excommunicationem Bullæ cenę Domini, nihil impediente, quòd ea superflua Ecclesiasticis sint. Quando autem clericus dicendus sit, aut non sit, asportare, aut deferre, emere, vendere, aut permutare aliquid, negotiationis causa, copiosè disp. 342. est à nobis explanatum. Lege etiam, quæ supra disp. 663. circa exemptionem Ecclesiasticorum à solutione alcauałę dicta sunt.

Dubium. Dubium est, vtrum comparatione Ecclesiasticorum, sit in usu statutum illud Lusitanum, lexve illa Alfondegæ, qua præcipitur, vt personæ priuilegiatę, quę aliquid ex aliquo loco sunt asportaturæ, teneantur mense Ianuario scribere illud in catalogo priuilegiatorum eius domus (quod *alcaual*, quod est asportandum, dicitur) alioquin, si quid asportauerint, quod eo mense no fuerit priùs in eo catalogo scriptum, teneantur, perinde ac cęteri, soluere ex illo tributa.

Prima conclusio. Huic dubio satisfaciendum est sequentibus conclusionibus. Prima est. Bene potest Rex præcipere, vt quæcunque personæ, etiam Ecclesiasticę, quæ exemptę sunt à solutione tributi, teneantur nihilominùs manifestare tributorum receptoribus, quæ asportauerint, aut vendiderint: non tamen potest statuere pœnam personis Ecclesiasticis, quæ id omiserint, sinè autoritate Summi Pontificis, aut prælatorum ipsorum, & multò minùs eam ab illis exigere. In hac conclusione conueniunt doctores. Quoniam iure optimo potest Rex velle scire, quæ asportantur, aut venduntur, vt discernat, an vere sint Ecclesiasticorum, & an verè immunes sint à tributo, vel non: debentque Ecclesiastici ei statuto se conformare, vt pote rationabili & æquo. Quia tamen Rex, comparatione Ecclesiasticorum, nullam vim habet coerciuam, vtique, neque pœnam potest illis D statuere, neque illam exequutioni mandare, absque Summi Pontificis autoritate. Vnde videmus lege. 12. Lusitana titu. 3. part. 5. leg. extrauag. nulla apposita pœna, statui, vt quãuis Ecclesiastici immunes sint à solutione tributorum ex ijs, quæ, non causa negotiationis, asportauerint, aut vendiderint, teneantur tamen ea manifestare publicis ministris ad id constitutis.

Secũda cõclus. Secunda conclusio. Iniustum, & contra libertatem Ecclesiasticam, est statutum, vt Ecclesiastici ita mense Ianuario teneantur manifestare ac scribere, quæ sunt asportaturi, vt nisi illa eo mense scripserint, vel asportare ea nó possint, vel, si asportauerint, teneantur soluere ex illis tributum. Probatur conclusio. Quoniam id restringit priuilegium Ecclesiasticum, priuatque Ecclesiasticos iure suo: cùm fieri possit, vt mense Ianuario non indigeant rebus, aut animum non habeant eas asportandi, & posteà, vel eis indigeant, vel animum mutẽt. Quo fit, vt condentes id statutum, aut illud quouis modo exequutioni mandantes, incidant in excommunicationem Bullæ cœnæ Domini. Nescio tamẽ an in eo regno adhuc id statutum perseueret: scio enim ea de re Regẽ B Henricum fuisse admonitum, dum nódum ad regni fastigium deuenerat.

Quando dubitatur, an id, quod Ecclesiasticus asportat, aut vendit, sit suum, vel alterius, aut num illud afferat, vel vendat, negotiationis causa, standum est iuramento talis personę Ecclesiasticæ, vel ministri publicus probare debet contrarium: nisi, attenta qualitate rei & personę, perspicuum esset, rem non esse talis personę Ecclesiasticę, aut asportari, vel emi, ac vendi, negotiationis causa. Ita fieri præcipitur. l. 12. citata titu. 3. part. 5 leg. extrauag.

Secundus euentus, in quo Ecclesia, aut Ecclesiastica persona, tenetur soluere tributum ex aliqua re, est. Quando res aliqua, antequàm deueniret ad Ecclesiam, aut ad personam Ecclesiasticam, habebat onus reale, vt inde vel tributum, vel pensio aliqua, solueretur: tunc enim, quia res onere aliquo merè reali affecta, transit cum suo onere, vtique, si ad Ecclesiam, aut ad personam Ecclesiasticam, deueniat, tenetur ea Ecclesia, aut persona Ecclesiastica, soluere ex illa id tributum, aut onus reale: secus autem, si ex re deberetur, interim dum, erat talis, vel talis possessoris, iuxta ea quę disp. 661. dicta sũt. Ita. Inno. & Panor. c. nó minus de immũ. Eccles. Sylvest. verb. immunitas. 1. n. 19. & alij.

Vt autem intelligatur tertius euentus, in quo Ecclesiæ, & Ecclesiasticę personæ, cõtribuere tenentur ad aliqua, animaduertendum est. Esse dubium inter doctores, *Dubium.* num Ecclesiæ, & Ecclesiasticę personæ, cõtribuere ad ea teneantur, quæ ad bonum, Ecclesiasticis cum laicis commune, spectant, vt ad reficiendos pontes, muros, aquæ ductus, ad sternendum vias, & ad his similia. Innoc. & quidam alij ex iurisperitis, quos Sylvest. verb. immunitas. 1. n. 20. citat, affirmanter respondent. Atque id probant

bant ex. l. ad instructiones. C. de sacro sanct. Eccles. vbi id apertè habetur. In contraria tamen sententia sunt Panor. Bar. & plerique alij, quos Sylvest. ibidem etiam citat.

Prima cõclu. Sit verò prima conclusio. Si bonum publicum, Ecclesiasticis cum secularibus cõmune, ad quod tributum imponitur, nõ respicit bona Ecclesiæ, Ecclesiasticasque personas, nisi quodammodò remotè, quatenus scilicet Ecclesiæ, Ecclesiasticęque personæ, sunt partes eius reipublicæ, quę proinde ea ratione similiter, ac reliquæ reipublicę partes, gaudere debent eo bono, vt quando tributa imponuntur ad reficiẽdos muros, ad construendam arcem, ad confi- B ciendum, vel reficiendum, publicum pontem, ad mundandum, vel aperiendum publicum puteum, vel ad fontem publicum, aut aquæductum, non tenentur Ecclesiastici soluere id tributum: quin potiùs, qui illud eis imponunt, aut ab eis exigunt, vel accipiunt, incurrunt ex communicationes disp. 670. relatas. Cóclusio hæc est Panor. c. non minùs de immu. Eccles. & plurium aliorum, quos refert Sylvest. vbi supra, & colligitur apertè ex. c. nó minùs citato. Cõ firmari autẽ potest, quoniã si quotiescunq; bonum, ad quod tributum imponitur, cõmune est, modo explicato, Ecclesiasticis cũ laicis, tenerentur Ecclesiastici ad illud cõtribuere, illudque soluere, tunc nullum esset priuilegium Ecclesiasticorum quoad tributa: quandoquidem omnia soluuntur in bonum illo modo Ecclesiasticis cum laicis commune, nempe in conseruationem, defensionem, splendorem, & augmentum reipublicæ. Ad legem verò, cui contraria sententia nititur, dicendum est, abrogatam esse per authẽticam item nulla communitas. C. de Epis. & cler. & per alia iura canonica disp. 670. relata.

Secũda cõclus. Secunda conclusio. Quando bonum, ad quod contribuitur, respicit peculiaria aliqua prædia, ita quòd soli eorum domini, ob emolumentum, quod inde talibus prędijs resultat, debent ad id cõtribuere; tũc, si Ecclesię, aut Ecclesiasticæ personæ, habeant ibi aliqua prædia, quæ eodem modo eo emolumento perfruuntur, ac reliqua prædia, debent perinde ad id contribuere, ac domini laici cæterorum prędiorum. Vt, si vermes depopulentur aliquos agros in particulari, aut vis fluminis perdat aliquos agros in particulari, atque ad subueniendum ei malo, necesse sit dominos, aut possessores eorum agrorum, contribuere; tũc A Ecclesiæ, personæve Ecclesiasticæ, quę ibi habuerint agros, tenentur pro rata contribuere ad eos sumptus. Similiter, si agri aliqui, propter nimiam humiditatem, sint infructiferi, atque, vt fructiferi reddantur, necesse sit aperiri fossam, quò confluat, & deriuetur aqua eorum agrorum, tunc si Ecclesia, aut Ecclesiastici, domini sint aliquorum eorum agrorum, contribuere tenentur pro rata ad eam fossam aperiendam, ac conseruandam. Idem est, si ad irrigandos aliquos agros, necesse sit facere aquæductum, & in similibus alijs euentibus. Ratio autem est. Quoniam bonum, quod intenditur, & ad quod contribuitur, directè ac proximè respicit bona Ecclesię, & Ecclesiasticorum. Ita Panor. lococito, & alij, quos Sylvest. vbi supra refert ac sequitur. Idem meritò dicunt esse, si vicini omnes contribuant ad sternendam lapidibus viam, quæ est ante ianuas ipsorum: tũc enim Ecclesiastici, qui ibi habent domos, tenentur similiter contribuere.

Tertia conclusio. In euentu præcedentis *Tertia cõ* conclusionis, seculares non possunt per se *clus.* ipsos compellere Ecclesiasticos, vt contribuant, si Ecclesiastici renuant, sed id efficere debent per Episcopum, aut per alium legitimum judicem talium Ecclesiasticorũ. Imò, si res ad multos Ecclesiasticos pertineat, fieri debet de consensu, non solùm laicorum, sed etiam Ecclesiasticorum, habita ea de re consultatione inter Episcopum & Ecclesiasticos. Quod enim ad diuersos attinet, de omnium consensu statui, mandarique debet exequutioni. Ita Panor. c. non minus citato, & alij. Neque ad eiusmodi cõ tributionem, quæ eo modo priuatum commodum Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorũ, respicit, necessarius est consensus Summi Pontificis. Neque ea de re est sermo. c. aduersus de immun. Eccles. aut in Bulla cœnę Domini.

Quartus euentus, in quo tributum, aut grauamẽ, iustè ac licitè imponitur & exigitur ex Ecclesijs, & ex Ecclesiasticis personis, est. Quando id ex rationabili causa fit, de consensu & facultate Summi Pontificis. Ita colligitur ex. c. aduersus de immu. Eccles. & ex Bulla cœnæ Domini clausula 17. tesque ex se est satis perspicua. Quondam. c. non minus de immunit. Eccles. permissum erat, vt, si Episcopus & clerus conspicerent publicam necessitatem, aut commoditatem, remotè in sensu explicato conclusione prima euentus precedentis, ad ipsos

per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertinentem, cui soli seculares nó possent commodè subuenire, statuere possent certam contributionem, per Ecclesias, aut Ecclesiasticas personas, faciendam, ad subueniendum ei necessitati, aut commoditati: ita tamen, vt ad eam faciendam compelli nópossent per seculares, sed seculares illá acciperét tanquam gratiam ab Ecclesiasticis impensam. Non tamen sufficiebat Episcopus solus ad id statuendum, sed simul erat necessaria consultatio Episcopi cum clero, & vtriusque consensus. Postea verò. c. aduersus eod. titu. & clausula. 17. Bullæ cænæ Domini, ad obuiandum aliquibus in commodis, sancitum est, vt absque consensu Summi Pontificis, deinceps id constitui non posset. Obseruant tamen Panor. cap. non minus citato, Sylvest. verb. immunitas. 1 n. 20. & alij. Quando necessitas esset tenta, adeoque vrgens, vt absque periculo communis boni, ac scandali, expectari non posset responsum Summi Pontificis, posse Episcopum & clerum concedere eam Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, contributionem. Quoniam præsumendum non est, Summum Pontificem velle in eo euentu, vt ipsius expectetur beneplacitum: id enim esset irrationabile & iniquum. Adderé, si bonum commune omnino periclitaretur, si Ecclesiastici non contribuerent, lethaliter peccare, nisi cõtribuant, & nisi sua cõtributione bono communi subueniant: atque adeò tunc lethale peccatum esse expectare Summi Pontificis beneplacitũ, si ex ea mora commune bonum notabile pateretur detrimentum.

6 Illud postremò hoc loco addiderim, inualidam esse aduersus Ecclesiasticam libertatem quancunque contrariam consuetudinem, atque adeò nullo tempore aduersus eandem libertatem præscribi. Ita habetur in authentica cassa. C. de sacrosanct. Eccles. c. non minus de immun. Eccles. & alijs iuribus.

SVMMARIVM.

1 EXIMI ex rationabili causa possunt aliqui, etiam quoad suam posteritatem, à tributis. Sine rationabili verò causa eximi à principe non possunt. Et nullus exemptus censetur, nisi id probetur.

2 Exemptio à tributorum solutione licèt vendi alienando licitè posit, quin & iura tributorum, granarijq; censibus posint: rarò tamen, & ex vrgenti valde causa id fieri debet.

A *Qui alij à tributorum solutione sint exempti. Et num liceat, aut expediat, aliquos ita eximi, aut reditus tributorum diuendi. Disp. 673.*

1

IN hoc regno ij, quos *hidalgos* vocant, ab oneribus sunt exempti, & à tributis pressè, nó verò à vectigalibus & quasi vectigalibus, vt disp. 661. & sequentibus, dictum est. Qui autem alij in particulari sint exempti, vel omnino, vel ex parte, tam in hoc quam in alijs regnis, ex cuiusque priuilegijs est intelligendum: & qui sufficiens ad id priuilegium non ostenderit, tanquam minimè exemptus est habendus. Titulo autem. 18. lib. 9. nouæ collect. traduntur loca aliqua, & personę, in hoc regno exempta, vt dict. 663. dictum est.

Quod autem ad secundam partem, in titulo disputationis propositam, attinet, nempe vtrum fas, expedienséque sit, aliquos ab oneribus, & tributis eximi, dicendum est. Fas, expedienséque, id esse, quãdo ita postulat commune reipublicæ bonum. Vt in remunerationem pro rebus in bello, aut alibi, in reipublicæ non modicam vtilitatem, communeq; bonum, gestis, fas est aliquos immunes reddere ab oneribus, & tributis, eximendo etiam totam eorundem posteritatem, si ita recta ratio postulet. Hoc modo in hoc regno ij nobiles, quos *hidalgos* vocant, quorum maiores hoc regnũ de Maurorum potestate extraxerunt, aut aliqua in eo valde vtiliter gesserunt, quique ornamẽto sunt reipublicæ, & peculiariter ad illius defensionem tenentur (tametsi, qui non ex priuilegio tales sunt, sed ex antiqua generis nobilitate, non soleant cogi ad bellum, sed solùm inuitari, eaq; inuitatio sufficiat, vt Otalora de nobilitate part. 2. c. 6. refert) exempti sunt ab oneribus, & tributis prestè, vt dictum est. Rationabilibus item ex causis possunt aliqui ab oneribus, & tributis eximi, vt medici, doctores in quacũque facultate, milites, & alij similes, qui vtiles sunt reipublicæ, ad tuendam hominum salutem, ad rempublicam gubernandam, ac bonis moribus imbuendam, ad illius defensionem, & ad similia alia. Expediret verò, quando reliqua tributa, quæ principi soluũ

tur, sufficiunt ad illius competentes sumptus, ad Reipublicæ defensionem, & ad subueniendum bono communi, vt si Rex aliqua ex causa rationabiliter aliquem eximeret à tributorum solutionè, id decresceret principi ex summa tributorum ipsi à tota communitate præstanda, ne, exemptione quorundam, alij plus grauarentur. Quando quidem tributa ad id, inter alia, principi soluuntur, vt inde competenter remuneret res bene gestas in reipublicę vtilitatem. Quando autem oppidum aliquod eximeret medicum, aut alium, cuius opera indiget, à solutione tributorum, tunc id reddare non debet in imminutione summæ tributorum, quæ ex eo oppido principi debetur, sed oppidani, vel de communibus bonis oppidi, vel de suis bonis priuatis, id resarcire debent principi. Quando autem, principe iusta de causa eximente aliquos à solutione tributorum, non ramanerent illi sufficientes reditus ad suos competentes sumptus, & ad subueniendum bonò cómuni, tunc licite à reliquis exigere posset tantam summam, quanta ad id est necessaria, cogereque proinde reliquos, vt, quæ exempti soluere debebant, ipli soluant. Ratio autem est, quoniam ad rempublicam spectat, remunerare vtiliter gesta in commune bonum, atque ad id contribuere, quando reliqua, quæ contribuit, ad id nó sufficiunt.

Absque legitima autem causa, nefas est principi eximere quosdam à tributorum solutione, etiamsi ab alijs non exigat, quòd illi erant soluturi. Ratio autem est. Tum quia nefas est absque rationabili causa eam efficere inæqualitatem in republica, vt ali qui contribuere teneantur ad bonum cõmune, aliqui non item. Tum etiam quoniã, si temporis progressu tributorum reditus non fuerint sufficientes ad subueniendum bono communi, reliqui cogendi sunt augere tributa. Tum denique, quoniam si à principio, quando tributa statuuntur, lex fieret, qua sanciretur, vt quidam illa soluerent, alij non item, nulla tunc interueniente legitima causa eius inæqualitatis, vtique lex esset iniusta: idem verò est quando postea temporis progressu idem statuitur priuilegijs irrationabilibus, ex iustáue causa ortum non habentibus.

2 Vtrum autem, vrgente necessitate, quia princeps non habet competentia bona ad subueniendum bono communi, fas illi sit vendere aliquibus pro copia aliqua pecu-

A nię exemptionem deinceps à tributorum solutione, atque ab alijs oneribus subeundis. Respondendum est affirmanter cum Soto. 3. de iust. q. vlt. art. vlt. & cũ alijs, quã do populi parati nõ sunt ad contribuendũ, vt vrgenti illi necessitati, quantum satis sit: subueniatur. Ratio autem est, quoniam sicut princeps tunc augere posset tributum subditis omnibus: ita, releuando reliquos ab eo augmento, poterit quosdam pro summa non modica pecuniæ eximere omnino ab onoribus & tributis. Eadem ratione, vrgente necessitate, nec populis facilè volentibus contribuere, quantum satis est, vt ei necessitati subueniatur, posset princeps vendere reditus tributorum alicuius oppidi, aut oppidorum, vel vendere annuum cẽsum redimibilem super eisdem reditibus. Hæc tamen omnia, quoad fieri poterit, vitanda sunt. Tum ne venæ, quibus in ærario publico ad publicos sumptus congregantur diuitię, præscindantur, temporisq; progressu necesse sit alias aperire in populi grauamen ac pernicię, imponendo noua tributa. Tum etiam quoniam emptores eiusmodi vectigalium, solent longe seueriùs, quàm princeps, ea exigere: cum tamẽ aliquandò æquitas, imò & iustitia, postulet, vt seuerè non exigantur, sed multum de illis remittatur. Aliqua circa hęc tangit Panor. c. peruenit de immu. Eccles. & Sylvest. verb. gabella. 4. n. 9. & 10.

SVMMARIVM.

1 TRIBVTVM quousque licitè imponatur iusto bello deuictis.

2 Principes licita tributa imponere possunt suis subditis: neque id prohibetur Bulla cænæ Domini.

3 Tributa iustè imposita, si non soluantur, peccatum est lethale pro materiæ quantitate, cum restituendi onere. Pœnæ tamen incursæ non debentur ante latam sententiam.

4 Tributa, si sint iniusta, peccant exigentes, cum restituendi onere, & quousque liceat ea denegare.

5 Sententiam etiam excommunicationis de cæna Domini incurrunt.

6 Tributa vetera quousque censenda iusta, in eisq; locum habeat præscriptio ex parte principis.

7 Tributa noua, de quorum iustitia non constat, illicitè petuntur, cum restituendi onere, & quousque denegari possint.

8 Ad prexim confessionum, & vt res ex parte elucidet

Universidad de Deusto
Biblioteca

elucidetur, multa de tributis, quæ ad id conducunt.

9 De alcauala ad eandem praxim.

10 Qui compensationem alterius debiti, quod Rex ei debet, potest facere in tributis, quæ ipse Regi debet, potest etiam illam facere, etsi Rex sua tributa alteri locata habeat. Secus si ritè donata, aut vendita alteri habeat.

11 Alcaualam, aut aliud tributum, quando Rex ex iusta superueniente causa licitè auctius exigit, non possunt idem efficere alij, qui antea habebant alcaualas in aliquibus oppidis titulo oneroso, aut lucrativo, ritè acquisitas.

12 Tributum si quod licitè mercatores in mercibus defraudent, curandum est confessarijs, ne iterum illud accipiant ab emptoribus earum mercium in pretio.

13 Tributi circa solutionem si facta sit conuentio cum publicano, quando non constat esse omnino iniustum, soluendum illi est in foro conscientiæ, quod cum illo fuerit conuentum.

Quousque tributa in conscientiæ foro sint soluenda. Disp. 674.

1 HACTENVS explicauimus conditiones necessarias vt tributum, iustũ, sit, & in conscientiæ foro debeatur. Obseruat verò Victoria de iure belli in posteriori relectionis parte. n. 37. dictum què à nobis est disp. 121. deuictis bello iusto hostibus, fas esse imponere illis tributum in recompensationem sumptuum belli, & damnorum, atque in pœnam, iustámve vendictam; modò tamen tributum commensuratum sit dãnis, sumptibus in eo bello iusto factis, & culpæ deuictorum, spectatis circunstantijs omnibus concurrentibus. In euentu etiá, quod terra tota iustè ab eis posset auferri, & tradi alijs, licitè concedi victis posset sub tanto tributo, cum quanto ex pacto licitè posset alijs tradi. Concinit scriptura Deuter. 20. Vbi habetur, si ciuitas, aduersus quam est bellum iustum, aperuerit portas, & se ipsam dederit, populus, qui in ea est, saluabitur, ac seruiet sub tributo. Ad hanc itaque causam est etiam attendendum, vt iudicetur, an tributum sit iustum.

2 Quando conditiones, à disp. 666. explanatæ, concurrunt, tunc tributa, iuxta eas impositæ, sunt iusta. neque, qui illa de nouo imponunt, peccant, aut incurrunt aliquem excommunicationem, neque ea fuit vnquá mens Summi Pontificis in Bulla cœnæ Domini, quicquid aliqui trepidauerint vbi nó erat timor. Neque enim Summus Pontifex coarctare potest legitimam potestatem, quam principes seculares in suos subditos habent, imponendi illis noua tributa, antiquáque augendi, quando concurrunt conditiones, vt illa iusta, ac licita sint, explanatę. Quin potiùs tunc, etiam renuẽtibus subditis, nolentibusque ea acceptare, potest princeps eos cogere, vt illa acceptent, ac soluant: eò quòd iustitia tunc à parte ipsius pugnet. Vnde ad ostendendum non fuisse vnquam mentem Summi Pontificis impedire in eo euentu imponere noua pedagia, aut gabellas, aut augere imposita, adduntur hodie in quinta clausula Bullę cœnę Domini verbá illa; *ad id potestatem non habentes*; quæ antea non apponebantur.

His ita constitutis, vt mentem nostram circa quæstionem in titulo disputationis propositam, aperiamus, sequentes statuendæ sunt conclusiones.

Prima est. Quãdo tributa imposita sunt concurrentibus conditionibus omnibus explicatis vt sint iusta, tunc, qui ea non soluunt, peccant lethaliter, modò quantitas, quam soluere omittunt, tanta sit, quæ ad culpam lethalem in materia furti sufficiat, atque in conscientiæ foro ad restitutionẽ non solutorum tenentur: non tamen tenetur restituere pœnam statutam ea non soluẽtibus, aut nó manifestibus merces, vel aliquam aliam deligentiam omittentibus, antequàm condemnentur. Quando autem aliqui conducta habent tributa, ipsis facienda est restitutio: quoniam cõduxerunt ius totum, quod princeps ad illa habebat. Ita affirmat communis doctorum sententia, quam sequuntur Ioan. Med. de rest. q. 15. Castr. de leg. pœnal. c. 10. Sotus. 3. de iust. q. vlt. art. vlt. Caiet. verb. vectigal, Couar. reg. peccatum part. 2. §. 5. & multi alij, quos Couar & alij citat. Tametsi paucissimi alij refragentur, non attendentes, tributa non esse pœnas impositas per leges tributorũ, neque deberi solùm ex obediẽtia, quia præcepta solui quocunque modo, sed deberi vt res solui præceptas iuxta id, quod postulat natura rei, ac debitum subditorum suæ reipublicę, ac principi, vi institutionis ipsius reipublicæ, in reipublicæ bonum ac cõseruationem, atque pro administratione ac defen-

Prima cõclus. 3

defensione reipublicę, esseq; proinde res eo ipso ex iustitia debitas, quòd concurrentibus conditionibus explicatis statuuntur, ac solui præcipiuntur: solum verò vt meliùs ab omnibus soluantur, pœnæ eisdẽ legibus statuuntur tributa non soluentibus, aut alia transgredientibus, quæ ad maiorem cautelam merito sunt statuta. Quo loco obserua, quando cõpetẽtia alia bona non sunt deputata supremo capiti ac principi reipublicę, vnde competenter sustentetur, persoluat ministros publicos, conseruet ac defendat rempublicam, esse illi iure naturali debita in genere tributa competentia ad ea omnia, idq; vi ipsius institutionis reipublicæ, vt dictum est: determinationem verò eorum, nempe quòd tantum, vel tantum, soluatur, & quòd hoc, vel illo modo, & ex his, vel ex illis rebus soluatur, attinere ad ius positiuũ: eo tñ ipso, q hæc iustè, ac iuxta conditiones explicatas, sunt taxata, ac cõstituta, debita sunt à subditis obligatione iustitię: quoniá cõstituta iuxta ius iustitię, quod princeps habet, nó solum, vt ea cõstituat, sed etiã, vt soluantur: quarè, qui illa soluere omittũt, non solum peccãt cõtra obedientiã principi debitam, sed etiã cõtra iustitiã, nó minus quàm, qui trãsgreditur pretiũ iustũ frumẽti lege taxatum, peccat, non solùm contra obedientiam, sed etiam cõtra iustitiam, ac proinde vtrique ad restitutionem in foro conscientiæ tenentur. Neque, vt eiusmodi tributa sint simpliciter ac plenè debita, quando de eorum omnium iustitia omnino constat, quia videlicet in eis omnibus imponendis seruatæ sunt conditiones omnes explicatę, necesse est à publicanis, ab alijsve ministris publicis, exigantur: eáque de causa, qui in absentia publicanorum venduntur, aut permutant, vel aliquid asportãt, aut deferunt, vnde tributa debeantur, & multò magis, qui fraudulenter hæc efficiunt, tributaq; occultãt, tenẽtur ad eorũ restitutionem in conscientiæ foro, quãdo de eorum omnium iustitia & æquitate omnino, vt dictũ est, constat. Hæc nostra sententia ita explicata confirmatur ex illo ad Rom. 13. *Ideò & tributa præstatis; ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes.* Quasi ratione ministerij, quod exercent, reipublicæque administrationis, debita principibus fiunt tributa. Vnde statim subiungit Paulus. *Reddite ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal, &c.* Confirmatur item ex illo Matt. 22. vbi interrogatus Christus, *Licet cẽsum dari Cæsari?* Respondit. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Quo in loco Hieron. de tributo id intelligit. Et Matt. 17. quando ministri publici dirachma exegerunt, licèt ostenderit se immunẽ esse à tributo, apertè tamẽ innuit reliquos tributi esse debitores. Atque, vt hominibus ea in parte exemplum in sua persona relinqueret, miraculo est vsus, vt pro se, & pro Petro, tributum solueret.

Secunda conclusio. Quando constat tributa esse iniusta, quia scilicet cõstat, aliquam ex conditionibus expleatis, vt tributum sit iustum, deficere, tunc, qui illa imponunt, auget, exigunt, aut exigi faciũt, & denique, qui ad quoduis horũ quoquomodo cooperantur, lethaliter peccant, & ad restitutionem tenentur eis ipsis, à quibus acceptum est, quod ita in tributum iniustum fuerit acceptum. Subditi verò non tenentur in conscientia illa soluere, possuntq;, non solum tributa, & id vnde exiguntur, occultare, & fraudibus ad id vti, dummodò mendacia & periuria in his nó interueniant, sed etiam possunt ea apertè denegare: modò tamen inde non sequatur scandalum, grauéve malum publicũ: tunc enim locum habet illud Christi Matth. 5. *Qui vult tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Hęc omnia notissima sunt: quoniam contra iustitiam tunc exigerentur. Secũda cõclus. 4

Vtrum autẽ, qui eiusmodi tributa laicis de nouo imponũt, aut augent, sint excõmunicati excõmunicatione Bullæ cœnæ Domini, & similiter, qui ea exigunt. Conueniunt omnes, quando eiusmodi tributa sunt iniusta, atque adeò imponi prohibita, ob defectum potestatis in imponente, incurrere excommunicationem quintę clausulæ Bullę cœnæ Domini, propter verba illa eiusdem clausulæ; *ad id potestatem non habentes.* Probabilius tamen existimo, omnes, qui à tempore, quo clausula illa quinta apponi consueuit in ea Bulla, tributa quouis modo iniusta imposuerũt, vel imponunt, aut illa augẽt, vel exigũt, incurrere ea excõmunicationem: quia re vera tributa prohibita imponunt, augent, aut exigunt. Verba autem illa; *ad id potestatem non habentes*; solùm fuerunt apposita ad declarandũ, mentem Summi Pontificis non esse, arctare manus principibus, vt tributa iusta imponere nó possint, vt supra dictum est. Illud obserua, quondam fuisse inter doctores controuersum, an, qui tributa iniusta solùm augent, incurrant eam ex-

Ee commu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicationem. Et quosdam affirmasse, eam incurrere. Ducebantur, quoniam augere iniustè tributum, erat de nouo imponere id incrementum iniustum. Alij verò negarunt, eam incurrere: quoniam id non erat nouum tributum imponere. Ad dirimendam verò eam controuersiam, approbandamque priorem illam affirmatem sententiam, quæ verà erat iuxta legislatoris mentem, iam hodie in ea clausula apponuntur verba illa; *vel augent*; quę antea non apponebantur.

6 Quando dubitatur, an tributa imponantur, vel imposita fuerint, concurrentibus omnibus conditionibus necessarijs, vt sint iusta, & potissimùm quando dubitatur, an imposita fuerint concurrente causa ad id iusta, distinguunt doctores. Quoniam vel tributa sunt antiqua, de quorũ initio nulla extat memoria, vel sunt noua. Si sint antiqua, de quorum principio non sit memoria, affirmant communiter, ea à subditis in conscientia deberi. Quoniam præsumendum est, iusta ex causa fuisse imposita, cæteraque necessaria, vt fuerint iusta, interuenisse. Et quoniã in dubio melior est cõditio possidentis: princeps autem est in possessione accipiendi ea tributa tanquam sibi verè debita. Item, quoniam, estò causa à principio non fuerit iusta, aut aliud ad iustitiam talium tributorum defuerit, debita tamen iam nunc sunt principi in conscientia, & in foro exteriori, titulo præscriptionis. Confirmatur hæc sententia ex. c. super quibusdam. §. præterea, de verb. signif. quo in loco, inter tributa minimè interdicta, connumerantur ea, de quorum initio nõ extat memoria. Et quanuis caput illud, si rectè expendatur, solùm loquatur de tributis non interdictis ex parte autoritatis eius, qui illa imponit, statuatque, vltra supremos principes, etiam eum posse illa imponere, qui à tempore, de cuius initio non extat memoria, illa imponit, licitéve eum accipere id tributum, quod ipse, antecessore sque ipsius, acceperunt à tempore, de cuius initio non extat memoria: eadé sanè est ratio, quòd præsumantur iusta, censeanturque proinde non interdicta, ex cæteris capitibus necessarijs, vt iusta sint: quando quidem ex tempore, de cuius initio non extat memoria, non minus præsumentur interuenisse cætera capita, quàm interuenisse præsumatur autoritas ex parte imponentis, qui alioquin eam non habet, imò magis cætera capita præsumuntur. Sententiam tamen hanc communem doctorum intelligo, quando nunquam fuit suspicio, & controuersia de iniustitia eius tributi, aut de cessatione causæ, ob quam fuit impositum. Si enim temporis progressu fuit semper querimonia de aliquo tributo, vt de graui & iniusto, ac sine sufficienti causa introducto: aut quòd cessauerit causa, & quòd cum ea id tributum cessare omnino debuerit, aut ex parte; certè antiqua consuetudo id recipiendi, non est sufficiens ad pacandas principum conscientias, & ad auferendum ius suum à subditis. Ratio autem est, quoniam in eo euentu non est præsumenda in principibus bona fides in hoc sensu, quasi absque dubio, quòd hoc tributum sit iustum, fuerint in possessione illud exigendi ac recipiendi, & quòd, orto dubio, fecerint debitam diligentiam ad veritatem inquirendam, retrahente, & excęcante, eos tributorum cupiditate. Et quoniam rari sunt, qui verum illis ea de re loquantur, quiq; his de rebus dubiũ vllum mouere illis audeat, cupientes eis placere, o diumque illorum extimescentes. Et quoniam populi, quorum id interest, non audẽt se principibus opponere ea in re, neq; sufficienter audiuntur. Quarè in antiquis tributis non facilè videtur admittenda præscriptio, neque item præsumptio de iustitia eorum: sicut præsumptio non est de iustitia nouorum tributorum, quando non constat de iustitia causę, ob quam sunt imposita, & de reliquis conditionibus necessarijs, vt sint iusta, de qua re mox dicemus. Longè verò maiori cum ratione nõ est admittenda præscriptio in tributis antiquis, quando semper fuit notum, causam fuisse iniustam, aut de ea semper non debili coniectura fuit dubitatum. Solùm ergo erit admittenda præscriptio circa antiqua tributa, idque, quod communis doctorũ sententia circa illa tradit, quando non est memoria de initio alicuius tributi, & simul ignoratur causa, ob quam fuit impositum; aut, si causa scitur, iustitia tamen illius nũquam in cõtrouersiam fuit adducta; vel, si adducta aliquando fuit, leuiter fuit adducta, debilibusq; fundamentis. Atque iuxta hęc acciperem, quę Med. de rest. q. 13. &. 14. hac de re tradit.

7 Quando tributa sunt noua, & nõ cõstat de illorum iustitia, sed dubitatur, an desit aliquid ex requisitis, vt sint iusta, affirmant doctores communiter, non deberi in conscientia, sed posse defraudari, modò periuria, & mendacia, non interueniant: imò denegari posse, cessante scandalo, & graui damno publico. Ita Caiet. verb. vectigal, Angel. verb. pedagium. n. 6. Syluest. verb. gabella. 3. n. 9. Gabr. in. 4. d. 15. q. 5. concluſ. 7. Medi. de rest. q. 13. & alij, quos citant. Ratio autem est, quoniam in dubio, melior est populi conditio possidentis. Et quoniã in iure eiusmodi noua tributa præsumuntur iniusta, quando de contrario nõ constat. Vnde. c. quanquam de censib. lib. 6. dicitur, tributa regulariter esse contra iura, tum canonica, tum ciuilia. Et. c. peruenit de censib. ait Summus Pontifex, necesse esse scire prius causam, propter quam census sit soluẽdus, quam soluatur. Quòd si subditis causa tributi alicuius reddatur, & de iustitia illius dubitent, necesse est vt consulant peritos, debitamque adhibeant diligẽtiam ad iustitiam, vel iniustitiã, illius indagandam, ne fortè principé debito priuent tributo: interim tamen dum de iustitia causæ illius non constat, non tenentur in conscientia soluere id tributum. Princeps autem, qui, dubitans, an causa sit iusta, tributum imponit, lethaliter peccat: quoniã periculo se exponit iniustitiam exercendi in subditos. Neq; cõparatione tributorũ, quæ ita accipit, dicitur possessor bonæ fidei: eaque de causa tenetur ad illorum restitutionem, nisi, post illa accepta, ei cõstet de iustitia causę. Qui verò nomine principis ad exactionem talium tributorũ cooperatur, si sciat, principem de iustitia causę dubitare, & ipse etiam dubitet, lethaliter peccat ea exigendo, atque ad restitutionem tenetur, nihil impediente, quòd eidẽ principi sit subditus, & quòd à principe iussus, id efficiat. Ratio autem est, quoniam ea exactio est cooperatio ad principis peccatum. Quando autem subdito non constat, principem peccare in ea exactione, tunc, estò ipse dubitet de iustitia causæ, iussus à principe licitè exigere potest ea tributa, neque ad aliquam tenebitur restitutionem, estò postea ipsi constet de iniustitia causæ; modò ex tributis non sit factus locupletior: nam tunc tenebitur, quãtum se inuenerit inde locupletiorem, & non amplius: eò quòd non teneatur ex parte iniustę acceptionis, quia non peccauit parendo in dubio principi, sed tenetur solùm ex parte rei acceptæ. Quòd autem non peccauerit parendo in dubio principi id iubenti, inde constat, quòd obedientia in dubio, an, quod præcipitur, sit licitum,

excusat subditum à peccato, vt disp. 113. & alias, dictum est. Quando aliquis non esset subditus, si, dubius de iustitia causæ, exigeret tributa, aut, estò subditus esset, si, non iussus, illa exigeret, lethaliter peccaret, iuxta ea quæ disputatione citata dicta sunt, atque ad restitutionem teneretur: quoniam exponeret se periculo ad iniustitiam cooperandi, neque eum excusaret tunc obedientia sui superioris, id illi præcipientis.

8 His omnibus ita propositis ac explicatis, vt ad praxim eorum, qui confessiones audiunt, ad casuſque conscientiæ respondent, aliquid, velut necessitate ductus, sub aliorum iudicio, addam, in primis dico. Facillimum in re proposita esse hanc conclusionem in vniuersali statuere ac definire. Nempe, tributa, de quibus constat iusta esse, quia in illis concurrunt conditiones ad id necessariæ, atque à disp. 666. explicatæ, deberi in conscientia, eaque defraudantes teneri ad integram eorum restitutionem, quin & debitores talium tributorum, teneri ea offerre ministris publicis, quando ministri publici ignorant ea deberi, vt in hac disputatione definitũ, comprobatumque à nobis est. Difficillimum verò esse definire, an tot tributa, quot hodie in vnaquaque prouincia sunt statuta, iusta sint, vt quicunque aliquid ex illis defraudauerit, cogendus in foro conscientiæ sit, id totum restituere ac offerre: definireque quousque iusta sint, aut non sint, cogique proinde homines in cõscientię foro debeãt, aut non debeant, ea in particulari restituere.

Deinde, cùm ex vna parte tam multæ conditiones explicatę, necessarię sint, vt singula tributa sint iusta: ex alia verò parte, tot tributa in vnaquaque prouincia sint hodie multiplicata, & aucta: inde effectum est, vt ius canonicum, & doctores, tributa noua, augmentaque noua veterum tributorum, præsumant iniusta, quando de eorum iustitia non constat, vt supra dictum est, ac proinde in conscientiæ foro non obligent ad eorũ solutionẽ. Consentaneè ad hãc doctrinã Caiet. verb. vectigal sic dixit. *Vt cõditiones exigantur ad iusta vectigalia, vt difficilè fortè sit inuenire vectigalia iusta: et propterea merito dãnata regulariter dicuntur utroque iure.* Hęc ille. Driedo quoq; lib. 2. de libert. Christ. c. 5. hęc protulit verba. *Cæterùm quia his nr̃is seculis impositiones, seu exactiones, vectigaliũ, seu pedagiorũ, propter alicuã ex suprà dictis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatuor causis contingit plerunque esse illicitus, ideò non facilè iniungendus est scrupulus eiusmodi vectigalia defraudantibus, præsertim pauperibus, &c. Mitto alia his consentanea, quę ab alijs dicuntur.

Antequàm autem conclusiones generales subijciam ad praxim accommodatas, quibus aperiam, quod sentio, aliquid in maiorem lucem dicam de aliquibus tributis in particulari. Quod ad ea vectigalia attinet, quæ in confinijs regnorum ex rebus terra, aut mari, asportatis, vel delatis, soluuntur, & portoria, ac pedagia dicuntur, B obseruandum est. Causam, ob quam sunt imposita, affirmari, defensionem ac securitatem eorum, qui merces extrahunt, & asportant. Quòd si ea causa fuit, sanè omnino, aut maxima ex parte, cessauit, maximè in confinijs regnorum Hispaniarum, quę parent eidem Regi, & in quibus transitus terra est ab vno in aliud. Videmus verò ejusmodi pedagia, non solùm immiuta, sed valde aucta esse, vt constat ex varijs legibus ea de re latis, quæ habentur lib. 9. nouæ collect. varijs titulis, & de quibus ex parte in superioribus habitus est sermo. Victoria autem in commentarijs manu scriptis in. 2. 2. quæst. 62. art. 3. eiusC modi vectigalia, antequàm augerentur, appellabat latrocinia: fortè ductus, quòd causa cessauerit, & quòd rigurosè exigerentur, maximaque cum vexatione transeuntium: cùm verò hodie valde sint aucta, & longè maiori cum rigore exigantur, nescio quid de illis hodie diceret. Fortasse autem prima origo quondam horum vectigalium, non fuit solùm onus defendendi asportantes, & extrahentes merces, sed etiam vt principes inde quoque haberent ex parte vnde rempublicam defenderent, & vnde sumptus in ea necessarios facerent. Atque legibus, quibus aucta eiusmodi vectigalia sunt, ea causa redditur, quòd D cùm exhaustum esset patrimonium regiũ, diuenditis, cum pacto de retro vendendo, plurimis ex reditibus regni, & accrescerent valde necessitates regni ingentibus sumptibus diuersorum bellorum, visum fuit, nullibi commodiùs, minoriquè cum grauamine ac molestia subditorum, posse reditus augeri, quibus regni necessitatibus subueniretur, quàm auctis tributis in eiusmodi mercibus, & rebus, quæ ex vno regno extrahuntur in aliud, aut ex alio inferuntur. Et quanuis mercatores hęc tributa in egressu, & in ingressu regnorum A soluant, maxima tamen ex parte redundant in detrimentum, non ipsorum, sed eorum, qui eas merces sunt postea empturi, quibus cariùs ob ea tributa veneuntur, quiquè proinde in eo augmento pretij eas soluunt. Redundat etiam aliqua ex parte in detrimentum eorum, qui illas vendiderunt in regno, vnde extrahuntur: mercatores enim, attendentes ad magna tributa, quæ ex illis postea sunt soluturi, nolunt eas emere, nisi minori pretio. Atque ita videmus, postquàm lanis in earum extractione, quouisque ex portubus Hispaniarum naues soluunt, tot tributa sunt aucta, minori pretio alienigenas eas emere à nutrientibus greges, valdeque decreuisse lanarum pretium in hac ciuitate Conchensi, & alibi: id quod in causa est, vt greges in minori numero nutriãtur, præsertim cùm adeò etiam accreuerint herbarum pretia, vt reditus Regij augeantur: quod in causa est, vt in detrimentum regni, ipsorumquè reditnum regiorum, decrescant hæ naturales diuitiæ lanarum & gregum, quæ non infimum locum tenent inter naturales Hispaniarum diuitias. Illud, præter alia, circa hęc tributa, scrupulũ ingerit, quod, C vt dictum est, incolæ alterius regni, in quod merces inferuntur, tandem soluunt tributa, quæ in egressu ex alio regno ex mercibus soluuntur: æquitas autem non patitur, vt ad subueniendum necessitatibus vnius regni, tributa imponantur subditis alterius regni. Responderi tamen potest, principem mercibus, dum sunt in suo regno, id tributum imponere, neque cogere, vt extrahantur, neque permittere velle, vt ex suo regno extrahãtur, nisi cum eo onere: per accidens autem esse, quòd inde in alio regno accrescat pretium earum, & quòd subditi alterius regni eas carius emant.

D Quod ad alcaualam attinet, de origine illius in hoc regno disput. 665. dictum est, 9
à principioquè solam vigesimam, aut trigesimam, partem pretij fuisse concessam, solumquè ad tempus: posteà verò creuisse vsque ad decimam partem: nunquam tamen magna cum exactione, summoquè cum rigore, fuisse exactam: neque credo populos vnquam omnino spontaneè illam soluisse, sed magnis cum querimonijs, & quia aliud eis non permittebatur. Atque ante tempora Regis nostri Philippi secundi, magna ex parte per capita familiarum soluebatur quotannis, iuxta cuiusque negotia,

negotia, neq; soluebatur isto modo pars vigesima. Item quoad id, quod non per capita, sed ex venditionibus ipsis ac permutationibus soluebatur, valde remissè exigebatur, & pro modico pretio compositio fiebat cum publicanis, seu exactoribus. Tempore verò Regis Philippi, cum valde exhaustum esset regale patrimonium ob ingentes bellorum sumptus, & indies eadem de causa vrgerẽt magis ac magis regni necessitates, hoc tributũ, non sine querimonia & clamore populi, cœpit integrè, & cum rigore exigi. Multi verò populi elegerunt potiùs soluere ingentem quandam summam quotannis per capita familiarum, iuxta venditiones ac permutationes cuiusque, quæ tamen re ipsa longè minor est, quàm idem tributum integrè persolutum, quàm ferre exactorum molestias, illudq; integrè soluere. In Lusitania verò idem tributum, quod *sisa* vocant, primùm fuit impositum ad tempus à Rege domino Petro, deinde à Rege domino Ferdinãdo, posteà à Ioanne primo, ad bellum contra Castellanos, & non ad Ceptam capiẽdam, vt aliqui dixerunt, & inde videtur perseuerasse vsque in hodiernum diem. Et quãuis tempore Ioannis secundi, & Ioannis tertij, populus petierit, vt tolleretur; his tamen Regibus committẽtibus negotium hoc viris doctis, constitutum, responsumque populis fuit, ob multas causas, quæ temporis progressu superuenerunt, permanere debere ac solui, vt in capitibus comitiorũ (*de las Cortes* vocãt) regni habetur. Et fortè iam hodie, si tributum hoc, præcipuum inter reditus coronæ regni, auferretur, ægrè magestas Regia sustentari posset, qualiter tempore Regum Lusitanorum sustinebatur, subueniriquè ægrè posset bono communi: tametsi semper populi minimè spontaneè, sed coacti potiùs, soluisse videantur hoc tributum. Cardo iustitiæ huius tributi in hoc versatur, vt expendatur, num totum hoc, simul cum omnibus alijs, necessarium sit ad sumptus competentes Regiæ maiestatis, & ad competenter subueniendum publicis necessitatibus. Si enim necessarium est, iustum est, nihil impediente, quòd populus renuerit: quoniam, vt in superioribus est dictũ, si concurrant conditiones omnes requisitæ, vt tributum sit iustum, potestatem habet princeps ad cogendum populũ, etiam renuentem, vt illud soluat. Quòd si tributum hoc immoderatum est, attentis alijs A omnibus tributis ac reditibus regijs, non tenetur populus in conscientię foro restituere excessum, estò fraudibus vratur ad illud non soluendum, occultando merces aliquas, aut decipiẽdo ministros publicos, qui illud exigunt.

Sotus. 3. de iust. quæst. vlt. art. vltim. & Victoria. 2. 2. quæst. 62. art. 3. loquentes de hoc tributo huius regni ante tempora Philippi, & Ledes. 2. 4. quæst. 18. art. 3. loquens de eodem in hoc regno, & in Lusitania, affirmant, si sinè fraude ac dolo, non se occultando dum aliquid vendunt, sed celebrando contractũ modis, quoad eum locum, consuetis, illud non soluant, quia B non accedit publicanus, neque alius minister publicus, qui illud exigat, non teneri in conscientia illud restituere. Ducuntur, quia consuetudine non est receptum, vt homines soluant hoc tributũ, nisi quando ab eis exigitur. Et quoniã cum tributũ sit graue & magnũ, lex esset intolerabilis, quæ præciperet, vt seuerè solueretur, & vt tenerentur homines quærere publicanum ad illud soluendum: eaquè de causa esset fortè vltra potestatem, quam princeps à C republica accepit, ad condendas leges, atque adeò iniusta. Atque ad id, inquiunt, attendentes principes, non solent exigere seuerè hoc tributum, sed per ministros publicos compositionem faciũt cum subditis, vt aliquid minus soluant, quàm debeant. Qua eadem de causa, non puniunt eos, vt fures, qui illud defraudant. Quia ergo, inquiunt, consuetudine non est receptum, vt vendentes quærant publicanum, & multò minus vt restituant, quæ, publicano non comparente, non consoluunt, cogendi non sunt in conscientiæ D foro illud restituere. Si autem fraudibus, aut se occultando, aliquid non soluerint, aut venienti publicano, & interroganti circa quantitatem mercium, aut circa aliquid aliud, non protulerint verum, tunc, inquiunt, renentur in conscientiæ foro restituere totum, quod ita defraudauerint.

Contrarium sanè principes suis legibus intendunt, atque statuunt, tam circa alcaualam, quàm circa alia tributa, quę habent imposita, etiam in confinijs regnorum, & in alijs locis, vt constat legenti eas leges lib. 9. nouæ collect. varijs in titulis, & legenti quaterniones, instructiones, ac leges circa id latas in domibus aduanarum, & in alijs locis. Eis quippe apertè intendunt, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtatuunt, vt omnia vniuerſim tributa impoſita, integrè ipſis ſoluantur, tanquam omnino ipſis debita: præcipiuntq;, vt omnes miniſtris publicis ad id deputatis manifeſtent quæcunque vendiderint, aut permutauerint, antequam ea vendant, vel permutent, aut intra certos dies à celebrato contractu, etiamſi non interrogentur, neque requirantur à miniſtris publicis, & vt quæcunque aſportauerint, aut extraxerint, ſimiliter manifeſtent, etiam non requiſiti, adeundo domus ad id deputatas, miniſtroſque ipſos publicos: grauiſsimæque pœnę ſunt ſtatutæ, integrè hęc omnia non ſeruantibus, amittendi merces ipſas, aut ſoluendi duplum, vel quadruplum, ſeueriſsimeque exequutioni mandantur, vt experientia ipſa teſtatur: quòd ſi, vt autores citati affirmant, qui res vendunt, aut permutant, ex quibus alcauala debetur, non tenentur, etiam in foro conſcientiæ, quærere miniſtros publicos, eiſque manifeſtare, quæ vendunt, aut permutant, vt alcaualam recipiant, ſanè iniuſtæ eſſent tales pœnę, neque exigi vlla ratione poſſent: eò quòd pœna imponi nó poſsit, & multò minus exigi, niſi ob verā culpam. Id etiam, quod Nauar. in Manu. c. 17. in fine. n. 202. docet, nępe quādo publicanus petit ab aliquo, vt iuret, an vendiderit, & qantū vēdiderit, vt inde cōſtet, quātū tributi debeat, nó teneri iurare, idq; in onus ſuę cōſcientiæ recipere, ſed ſatis eſſe, ſi dicat, ſe paratum eſſe ſoluere, quæcunque publicanus probauerit ipſum debere: hoc, inquam, quod Nauarrus ſic docet, friuolum ſanè eſt, contrarium legibus his de rebus ſtatutis, cogeturque in foro exteriori ſoluere, quantum publicanus petierit, eſtò publicanus id non probet, niſi, qui à publicano interrogatur, ſub iureiurando affirmet, quæ, & quanto pretio ea vendiderit: imò ſi legem fuit transgreſſus, non manifeſtando illas tempore congruo, illas amittet, aut in aliam pœnam, lege ſtatutam, incidet.

Meæ partes hoc locō non ſunt, definire, quæ tributa in particulari iuſta ſint, & quæ iniuſta: neque vtrum omnia ſimul ſumpta iuſta ſint, an non, ſed ſit aliquis exceſſus, quem principes moderari, & auferre teneantur. Quoniam neque, ſi id vellem definire, poſſem: eò quòd neque origines & cauſas ſingulorum ſciam: neq; reipublicæ neceſsitates in particulari, & quantum cuique earum ſit neceſſariū, vel quouſque vnaquęque prouincia, ex diuerſis, quæ eidem principi parent, teneatur ad eam contribuere, eive neceſsitati ſubuenire, maximè ſi ad commodum alterius prouinciæ, & non ad ſuum proprium, ſpectat; neque item ſciam quomodo, & in quibus, expendantur tributa, quæ à populo colliguntur; & vtrum ceſſauerint cauſæ, ob quas tributa aliqua fuerunt impoſita, an non, ſed potiùs vel eędem perſeuerent, vel aliæ æquales, aut maiores, ſuperuenerint; & num principes ea exequantur, ad quæ tributa ſunt impoſita, vel non: neque ſummam tributorum omnium intelligam, & cæterorum redituum coronę regni, diuerſorūmve regnorum eidem Regi ſubditorum, & quantum ex illis ſit denatum, aut diuenditum, cum pacto ſaltem de retro vendendo: ex quorum tamē omnium, multarumque aliarum rerum, perfecta cognitione pendet ea definito. Neque quiuis facilè, etiam his omnibus cognitis, & examinatis, idoneus ad id ſufficienter definiendem iudicabitur. Quo ſit, vt nullum tributum in particulari, neq; omnia ſimul ſumpta, huius, vel alterius prouincię, condemnem, neque id munus meum hoc loco ſit. Princeps ſupremus, & qui illi ſunt à conſilijs, tenentur ſub reatu culpæ lethalis, oneris reſtituendi, atque interitus ęterni, hæc examinare, & attendere, ne plus iuſto populum tributis grauent: temperareq; tenentur à largitionibus, & ſumptibus non neceſſarijs, eò magis, quò populos plus ſentiunt grauatos tributis, ob vrgentes & maximas reipublicæ, atque Eccleſiæ, neceſsitates, regaleque patrimonium ære alieno preſſum. Curare item tenentur, cauſis vrgentibus ceſſantibus omnino, aut magna ex parte, populum etiam recreare, leuando illum à parte oneris tributorum: & fugere occaſiones bellorum minimè neceſſariorum, & aliarum rerum, vnde graues reipublicæ neceſsitates accreſcunt, aut non, vt pars eſt, minuuntur. Neque enim principes gratia ſui ſunt, ſed ſunt gratia populi, vt bono illius maiori proſpiciant, ipſumque foueant ac defendant. Ad praxim verò confeſsionū, atque ad ſolum conſcientiæ forum, quod hoc loco potiſsimum intendo, ſequentes addam concluſiones, conſentaneè ad ea, quę hactenus à nobis dicta ſunt, neq; alia egent probatione.

Tertia in ordine eſt. Qui ſibi perſuaſerit, omnia vniuerſim tributa alicuius prouinciæ, eſſe iuſta, is in conſcientiæ foro reſtituere

Tertia cōcluſ.

ſtituere cogat, quicquid inde quouis modo fuerit defraudatum, aut non ſolutum, etiamſi miniſtri publici non comparuerint.

Quarta cōcluſio. Quarta cōcluſio. Qui certò nouerit aliquod, aut aliqua tributa eſſe iniuſta, is non ſolūm non cogat reſtituere, quod ex talibus tributis iniuſtis fuerit defraudatū, ſed etiam permittat facere compenſationem eorum, quæ in tributum ita iniuſtum ſoluerit, defraudando tantundem ex alijs tributis iuſtis.

Quinta cōcluſio. Quinta concluſio. Qui in tanta multitudine tributorum (attenta præſumptione iuris, & doctorum, ea in parte, & attentis omnibus, quæ hactenus dicta ſunt) dubius fuerit, an ſit aliquis exceſſus iniuſtus, is, ante factum, inclinet populum ad ſolutionem, præſertim quādo ſolutio ex illo exigitur: poſt factū verò non cogat reſtituere, quando, quæ defraudauit, attenta qualitate perſonæ, & negotiorum eius, non excedunt id, quod, comparatione talis perſonæ, ſuſpicatur, aut dubius eſt, eſſe exceſſus in tributis populo impoſitis. Ita Sylueſt. verb. gabella. 3. §. vlti. Quod confirmat, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis. Et quoniam confeſſarius præcipiendo in eo euentū reſtituere, exponeret ſe periculo auferendi, quod ſuum eſt, ab eo, cui ita præciperet reſtituere. Conſentiunt, quæ ex Caietano, & ex Driedone, ſupra à nobis relata ſunt. Illud etiam in horum maximam confirmationem eſt hoc loco obſeruandum. Si tributa omnia integrè & fideliter ſoluerentur, ſanè principes non imponerent tot, quot imponunt; quia pauciora impoſita ſufficerent: atque ſola alcauala integrè ſoluta, ad ingentem ſummam perueniret: cum ergo principes tot tributa imponant ac multiplicent, quoniam ſingula non integrè ac fideliter ſoluuntur, ſanè non eſt cur, qui, attenta qualitate ſuę perſonæ, & negotiorum, moderatè defraudauerit, vel ex alcauala, vel ex alio tributo, etiamſi fraude aliqua vtatur, cogatur in foro conſcientiæ vſque ad vltimum quadrantem reſtituere: ſi ex reliquo tributorum, quod non defraudauit, competenter contribuit ex ſua parte ad neceſsitates publicas. Princeps ergo, prout viderit tributa ſibi deberi, inuigilet per ſuos miniſtros exactioni, eoque vſque in tributis exigendis ſit rigoroſus, quouſque ei conſcientia dictauerit id eſſe æquum, eccedente ſimul conſilio peritorum. Nos verò, qui priuati ſumus, neque facilè principes condemnemus: neque eos, qui moderatè defraudant, & competenter contribuunt, cogamus in conſcientiæ foro reſtituere, plus iuſto eos in dubio grauantes, oſtiumque ſalutis ęternæ eis pręcludētes, ac denegantes illis abſolutionem. Iuxta hæc cenſendum, dicendūq; eſt de illis, qui alcaualam defraudāt. Qui enim, iuxta hactenus dicta iudicauerit, eum, qui alcaualam moderatè defraudat, cogendū in foro conſcientię non eſſe reſtituere is, eſtò cōperiat aliquē intra eos limites defraudaſſe cum fraude, nō cogat eum reſtituere: quoniam fraus in re propoſita non facit quenquam obnoxium reſtitutioni qui, ſi idem ſinè fraude eſſe cęret, non teneretur reſtituere. Curandum quidem eſt, vt periuria non interueniant: quoniàm id eſſet lethalis culpa periurij: item vt non interueniant mendacia, quæ eſſent culpę veniales, eaq; ratione omnino vitandæ; non tamen ea de cauſa iniungenda eſt obligatio reſtituēdi. Curandum item eſt, vt ſemper populum inclinemus ad obediendum principibus, ad rectęq; de illis ſentiendum, vt pax reipublicę, atque obedientia, & reuerentia, principibus debitę, conſeruentur. Quarè his, quæ hactenus in fauorem populi dicta ſunt, ſumma cum dexteritate vti debent confeſſarij, ſolum ne iugum ſacramenti pœnitentiæ efficiant graue, & ne cogant reſtituere, quod in coſcientia cogere non poſſunt, & ne viam ſalutis æternæ pręcludant multis, qui, eſtò præcipiantur, non reſtituent, diſcedentque ex hac vita cum cōſcientia erronea, non conſuleutes ſaluti animæ ſuæ. Poſt quam hęc ſcripſi legi cōmentarium Nauarri. c. fraternitas, qui habetur in fine ſuorum conſiliorum, in quo à nu. 41. cum hac doctrina ex alio fundamento conſentit. Eum legito.

Dubium eſt hoc loco. Vtrum, ſi Rex aliquid debeat alicui, quod aliter nó poſsit commode ab eo recuperare, niſi faciendo occultam compenſationem in bonis illius; & Rex locata habeat tributa, fas ſit facere eam compenſationem in tributis, quæ is debet, nihil impediente, quòd inde per accidens damnum ſequatur ijs, qui conducta à Rege habēt ea tributa. Ad quod quicquid alij in contrariū dicant, affirmanter eſt reſpondendum. Ratio autē eſt, quoniā per contractū locationis non abdicat Rex à ſe dominium, aut quaſi dominium iuris ad tributa, ſed ſolum concedit cōductoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus ius aliud, vt loco & nomine sui recipiant ea tributa, sintq; proinde eis debita, qua tenus, secluſa ea locatione, Regi sunt debita, atq; id sanè est locare illis ius, quod apud se manet: sicut, qui locat alicui domum, non abdicat à se dominium domus, sed domum, cuius manet dominus, ei locat, concedendo illi ius ad vsum & fruitionem illius nomine & loco sui tanto, vel tanto tempore: & sicut, qui habet beneficium, quod in iure quodam spirituali cõsistit, illudque locat, non abdicat à se dominium, aut quasi dominium, iuris spiritualis, in quo ratio beneficij consistit, neq; illud conductori concedit, sed solum vi locationis transfert in illum ius quoddam temporale longè diuersum, ad percipiendos fructus illius loco & nomine sui, & vt illi loco talis beneficiarij sint debiti, eo modo præcisè, quo beneficiario sunt debiti, neq; plus potest illi cõcedere: quarè, cùm eo ipso, quòd quis habet iustam compensationem aduersus Regem partis tributorum, ea illi non debeat, vtique neque debet illa conductori, cui loco & nomine Regis sunt debita præcisè quatenus debita sunt Regi. Neque Rex locatione iuris tributorum, potest deteriorem facere conditionem eorum, qui illa ei debent & quorum sunt domini, aut equani illa soluant, plus iuris aduersus debitores transferendo, quàm ipse aduersus eos habeat, aut sit in posterum habiturus. Neque valet exemplum eorum, cum quibus disputamus, quo aperte decipiũtur. Dicũt enim, quod sicut, si Rex vendat, & transferat dominium sui equi in alterum, non possum ego facere compensationem eorum, quæ mihi Rex debet, in eo equo, qui fuit Regis, & iam non ad Regem, sed ad alterum pertinet: ita, postquàm Rex tributa locauit, & transtulit ius ad illa in conductorem, non possum ego facere occultam compensationem eorum, quæ mihi Rex debet, in tributis, quæ debeo. Est quippe longè diuersa ratio in equo, & in tributis. Quod enim Rex locat, non sunt tributa à me soluenda, neq; eorum dominium in alterum transit sed apud me manet interim dum ea non soluo: quod autem Rex locat, est suum proprium ius ad tributa accipienda, quod apud se manet, & solum transfert per locationem ius longè diuersum, ad tributa loco & nomine ipsius percipienda, quatenus præcisè fuerint ei debita, vt explicatum est: quarè ego, cõpensando quæ mihi Rex debet, in tributis, quæ nondùm solui, non facio compensationem in re, cuius dominium ad alterum spectat, sed in re, quæ est mea & quam deberem locatori loco & nomine Regis, nisi haberem ius ad eam compensationem.

Quando Rex donasset, aut vendidisset, tributa alicuius oppidi, ita vt dominium, aut quasi dominium, eius iuris tributorum in alterum transtulisset; tunc, quia nõ Regi deinceps deberentur tributa, quæ oppidani illius loci debent, sed deberentur illi alteri, vtique oppidani illi non possent facere compensationem eorum, quæ Rex ipsis debet, in illis tributis.

Nonnulla sunt obseruanda. Primum est. Cùm ante tempora Philippi secundi, alcaualæ in hoc regno non exigerẽtur summo rigore, ad rationem vnius pro decem, neque tunc fortè exigi eo rigore potuissent, sanè, quòd ob vrgentes posteà regni necessitates, fas fuerit Regi alcaualas maiori cum rigore exigere, id non tribuit ius eis, qui vel titulo donationis, vel emptionis, antea habebant alcaualas aliquorum oppidorũ, vt possint similiter maiori illo cum rigore eas exigere: quoniã ipsi non habent eam iustã causam grauandi plus eo modo, eõue tributo, suos subditos, quam habet Rex: quarè ipsi non plus, quàm antea, posse sunt exigere: quòd si exigant, tenentur id restituere eis ipsis, à quibus id acceperunt. Ne autem in regno esset inæqualitas, Rex ipse posset illis augere id incrementum, illudque sibi accipere, nihil impediente titulo donationis, aut venditionis: quoniam non plus tunc eis est donatum, aut venditum, quàm soluitur consueuerit.

Secundum est. Tributa, quæ mercatores ex mercibus, rationeve earum, soluũt, regulariter redundare in alios, qui eas ab eis, aut ab alijs, posteà emunt; eò quòd tanto carius eis vendantur, quanto maiora tributa sunt ex eis soluta, vt in hac, & in præcedentibus disputationibus, dictum est. Hinc attendere debent confessarij, & qui ad casus conscientiæ respondent, ne, si mercatores aliquid de tributis aliquãdo defraudent, quod, iuxta hactenus dicta, restitutioni non sit obnoxium, illud posteà, vendendo merces, recuperent ab emptoribus: sed tantò vilius eas vendant, quantum ex tributis defraudauerint: alioquin ipsi non soluerent id tributi principi, & nihilominùs illud recuperarent in pretio ab emptoribus: quod est manifesta

nifesta iniustitia, nisi mercatores sufficientem rationem reddant, qua ea iniustitia purgetur.

13 Tertium est. Quãdo cum publicano facta est compositio circa alcaualam, aut circa aliud tributũ, de cuius iustitia, aut iniustitia, neutra ex parte omnino constabat, tũc, quia id est velut quædam transactio, maximè, si in ea conuentione aliquid de tributo fuit remissum, soluendum in conscientia esse, quòd inter vtrunque fuerit conuentum, cùm semper contractibus iustis sit stãdum.

SVMMARIVM.

1 TRIBVTVM si iustè aliquis ex aliquibus mercibus non soluit, non tenetur illud soluere is, in quem merces titulo emptionis transierunt, neque in extertiori foro potest fieri exequutio aduersus eum, nisi facta priùs exequutione in bonis eius, qui illud non soluit.

Quando ex mercibus solutum non fuit tributum debitũ, an, qui titulo emptionis, aut alio, eas posteà obtinent, teneantur in conscientia foro illud soluere. Disp. 675.

PARTEM affirmantem videntur amplecti Sylvest. verb. gabella. 3. in calce. n. 18. Potest verò confirmari. Primò, quoniam id tributum est onus reale eius rei, ex qua debetur: quippe cùm ex illa debeatur: res autem, ad quencunque pertranseat, trãsit cum suo onere reali: eaque de causa is, ad quem pertranseunt merces, ex quibus non est solutum tributum, tenetur illud ex eis soluere.

Arg. primum.

Secundum

Secundò, quoniam bona omnia eius, qui tributũ debet, sunt tãcitè hypothecata fisco pro eiusmodi tributo, vt patet. l. 1. &. 2. C. in quib. caus. pig. vel hyp. &. l. 1. C. si propter publicas pẽsit. ergo princeps, cui tributum debetur, habet ius in re in merces, vnde debetur, ac proinde ad quencunque transeant, transeunt cum eo onere reali, vt ex ipsis soluatur.

A Nostra verò conclusio est. Etiam si quis, sciens ex mercibus non esse solutum tributum, vel quia non habebant id sigillum Regis, quod indicat ex illis fuisse solutum, vel aliqua alia ratione, eas emat, aut alio titulo in dominium illarum deueniat, non tenetur soluere ex illis tributum, nisi in defectum eius, qui illud non soluit, qui non habeat alia bona, vnde illud soluat, sed onus totum pertinet ad eum, qui illud ex illis debabat, nec soluit, interimque dum ille habet bona, vnde soluat, ille solus tenetur illud soluere, in solisque illius bonis potest fieri exequutio, etiam in foro exterioris: in re verò, vnde tributum debebatur, solùm potest fieri exequutio, quando nulla alia fuerint reperta bona principalis debitoris, in quibus exequutio pro eo debito fiat. Conclus. 1

Atque in primis, quod ad tributum alcaualæ attinet, ac sisæ Lusitanæ, cùm illud nõ debeatur ex re vendita, aut permutata, neque debeatur pars rei illius, sed debeatur ex venditione, aut permutatione, decima pars pretij, aut valoris, atque in hoc regno totum tributum debeat venditor, & in Lusitania dimidium debeat venditor, & dimidium emptor, satis apertè cõstat, illud esse debitum personale, estò dicamus rem venditam, aut permutatam, esse tacitè pro illo hypothecatam: quando autem debitum est personale, estò habeat hypothecam, solùm tenetur illud soluere persona, quæ illud debet: ex hypotheca autem, quæ alterum deuenit, solui non debet, neque dominus illius, tenetur soluere id debitũ, nisi facta priùs excussione in bonis debitoris personalis, cõpertoque non habere bona, vnde soluatur, vt à disp. 534. dictũ est. Idẽ constat esse dicendum, quando ex mercibus non debetur in tributum pars aliqua, sed certa pecunia: est enim eadem ratio. Idem est dicendum, quando non debetur pars aliqua mercium, sed debetur quota valoris earundem mercium in pecunia, vt in hoc regno deberi ex rebus, quæ mari, aut terra, in illud ex alijs regnis asportantur, aut ex eo extrahuntur, atque introductum iam hodie esse in Lusitania disp. 662. dictum est.

Præcipua autem difficultas est, quando ex mercibus debetur decima pars earundẽ mercium, atque in mercibus soluitur, vt quondam in Lusitania soluebatur. Si autẽ probauerimus, neque tũc emptorem mercium, ex quibus tributum non esset solutum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, teneri ad illius solutionem, nisi in de- A
fectum eius, qui illas portauit, illudque de-
bebat, idque solùm in euentu, in quo, facta
priùs excussione in bonis illius, nó inueni
rentur bona, vnde solueretur, aut nisi, dú
merces existunt, Rex intentet actionem,
vt ex illis decima pars ei soluatur, propter
tacitam hypothecam in illis, vt ex eis sol-
uatur, sane liquidò constabit, multó ma-
gis nostram sententiam veram absolutè
esse in reliquis euétibus. Id verò probatur,
quoniam dominiú totum earú merciú, que,
verbi gratia, mari, aut terra, asportaban- B
tur, antequàm deuenirent, erat totum eius,
qui illas asportabat, aut cuius nomine ac
loco asportabantur, & nullum ius interim
Rex ad illas, aut ad partem earum, habebat:
eo autem ipso, quod peruenerunt, atque
introductæ sunt, comparauit sibi Rex, non
quidem dominium, sed ius, ad partem deci
mam earum indeterminatè, cum tacita hy-
potheca in eisdem mercibus, & in reliquis
bonis illius, cuius erant, vt solueretur: nihil
autem horum impedit translationem do-
minij illarum omnium in emptorem, aut in
quencunque alium, ad quem deuenit quo C
uis alio titulo oneroso, aut lucratiuo, mo-
dò tamen accedat traditio; sed solùm ma-
nent tales merces obnoxiæ, vt ex illis sol-
uatur Regi decima pars: quod onus perti-
net ad eum, qui illas introduxit, tanquá ad
personalem debitorẽ eius tributi, nó verò
ad eum, à quem postea dominium earum
translatum est, nisi in defectum principalis
debitoris, factaque priùs excusione in bo-
nis illius: tametsi propter tacitam hypothe-
cam in illis, vt ex illis decima pars indeter-
minatè Regi soluatur, habeat Rex ius illam
extrahendi ex illis, interim dum extant, si
eam petat: quòd si non petat, solus, qui illas
introduxit, & cuius tunc erant, tenetur sol
uere Regi id tributum: nouus verò domi-
nus, non, nisi in defectum bonorum prio-
ris debitoris, aut, si ex illis decima pars exi-
gatur interim dum extiterint. Sicut, si eæ-
dem merces obnoxię non essent solutioni
talis tributi ex illis, &, dominus earum,
partem decimam illarum indeterminatè
vendidisset vni, nec tradidisset, subijcien-
do illi hypothecæ easdem merces, & re-
liqua sua bona, in securitatem contra-
ctus, & postea vendidisset, ac tradidisset
eas omnes merces cuidam tertio, vtiq; ter-
ius hic comparasset dominium illarum om-
nium, neque teneretur quidquam satis-
facere priori emptori, sed venditor te-

neretur illi ad damna subsequuta ex eo,
quòd venditionem illã non persecerit om
nino & completè cum ipso, traditione il-
lius decimę partis, vt disp. 369. dictum est;
tametsi interim, dum existeret merces ille,
posset primus emptor, propter hypothe-
cam in illis, vt ex eis decima pars sibi solue
retur, & adimpleretur contractus, exigere
decimam partem, eamque de potestate eas
merces possidentis, extrahere.

Ad primum ergo argumentum in con- *Ad prim. arg.*
trarium dicendum est. Ex eo, quòd aliquid
ex re aliqua debeatur, nó sequi, id esse onus
reale eius rei, sed poterit esse debitum per
sonale duntaxat ratione eius rei: in re autẽ
proposita, propter priuilegium fisci, cui có
cessa est tacita hypotheca in bonis debẽtis
tributum, vt id tributũ soluatur, esse onus
reale, sed hypothecæ vniuersalis duntaxat:
quæ non reddit eum, in quem hypotheca
pertransit, ob noxium, vt ex illa soluat id
tributum, nisi in defectum principalis debi
toris, & facta priùs excussione in bonis il-
lius, vt dictum est.

Ad secundum dicendum est, ex ea tacita *Ad Secun-*
hypotheca nó plus probari, quàm quod *dum.*
proximè explicatum est. Quanuis autem in
vtraq; lege prima citata, non videatur esse
sermo de omni vniuersim tributo, sed so-
lùm de reali, quod expręs dijs de iure com-
muni debebatur; intentum tamen iuris vi-
detur esse, vt ob quodcunque tributum
bona illud debentis sint fisco tacitæ hypo-
thecata. Adde, quasi cõtractum interuenire
re inter asportantem merces, & fiscum, vt
ex eis id tributum soluatur: bona autem cõ
trahentis cum fisco, eo ipso sunt tacitè hy
pothecata pro impletione contractus, vt
habetur l. 2. citata. C. in quibus caus. pig.
vel hypot. D

SVMMARIVM.

1 DIFFICVLTAS vnde oriatur.
2 *Alcauala ex rebus mobilibus venditis, vbi soluenda, & cui.*
3 *Alcauala non debetur ex re collocata in regnõ, in quo alcauala non debetur, si ibi sit tradenda, estò venditio celebretur in alio regno, in quo alcauala debetur. E contra verò debetur vbi est sita & tradenda, si ibi alcauala debetur, estò venditio sit facta in alio regno, in quo alcauala non debetur.*
4 *Alcauala vt intelligatur vbi debeatur, in quo loco censetur celebrata venditio, quando per procuratorem, internuncium, aut epistolam celebratur inter absentes.*

Con-

5 *Cõtractur factus in vno loco nomine alterius, estò ratihabitio illius alterius præstetur in alio loco, censetur in illo alio celebratur.* A
6 *Alcauala vt in aliquo loco ratione traditionis debeatur, non attenditur ad acquisitionem possessionis in loco alio per clausulam constituti, sed ad realem traditionem.*
7 *Alcauala rerum immobilium ibi debetur, vbi res sitæ sunt. Et quid excipiatur.*
8 *Idem de iuribus, quæ cum rebus immobilibus computantur: debetur enim in loco, vbi sunt res immobiles, in quibus collocantur.*
9 *Arbores venditæ, affixæ quidem, sed vt excidã tur ac separantur, res mobiles venditæ reputã tur. Immobiles verò reputantur, si vendantur, vt solo affixæ maneant.* B
10 *Alcauala vt intelligatur cui, & vbi debeatur, si vendatur actio ad rem, siue mobilem, siue immobilem, censendum est vendi rẽ mobilẽ in venditore ipso existentem, atq; in loco, in quo venditor celebrauerit venditionem.*
11 *Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, si hæreditas vendatur, censendum est, venditas esse res ipsas mobiles, aut immobiles, quibus ea hæreditas constat.*
12 *Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, quando venditur rei venditionis actio, non ad rem vendicandam, sed ad actionem ac ius vendentis, est attendendum, vt in alijs actionibus, quæ venduntur.* C
13 *Alcauala ex permutatione debetur in loco, in quo fuerint res, quæ permutantur, siue mobiles sint, siue immobiles, & quando traduntur, quin quando tradita fuerit vltima, & non antea.*
14 *Alcauala si incapitata sit in aliquo loco, & aliquis in medio anni transferat inde domicilium, vbi soluere debeat, & quantum incapitationis.*

Tributum vbi solui debeat. Disput. 676.

QVOD propositũ est, erit consequen- 1 D
ter examinandum: eò quòd peculiares
habeat difficultates, præsertim cir-
ca alcaualæ solutiõnem. Quoniã verò
sæpe contingit, vt
varijs in locis sint varij domini, quibus al-
cauala debetur, & varij, qui ab eodẽ, vel à
diuersis dominis cõductas eas habẽt, qui-
bus proinde debẽtur, atq; etiã cõtingit, vt
diuersis tẽporib', nó solum varijs in locis,

sed etiã in vno & eodẽ loco, varij sint, qui- A
bus debeatur, vel quia mortuus est prior
dominus, & alius successit, cui debeatur,
vel quia diuersis annis varij sunt conducto
res, quibus eo in loco debeatur, quanuis
disp. 337. dictum sit, alcaualam, quæ debe-
tur ex cõtractu venditionis, deberi eo ipso,
quòd contractus perfectus censetur mu-
tuo consensu contrahentium, deberique
domino, aut conductori, qui tunc est: quia
tamen contractus potest eo modo celebra
ri, & perfici in vno loco, & res vendita esse
potest in alio, & tradi potest in loco etiam
diuerso, explicandum est, cuius loci domi-
no, aut conductori, debeatur alcauala loci
ne, in quo celebratur cõtractus, aut in quo
erat tunc res vendita, vel in quo facta est
traditio. Maximè, quia ad obuiandum frau
dibus, leges peculares hac de re latæ sunt:
neque idem constitutum sit circa venditio
nem rerum mobilium, & immobilium.

Quod ad res mobiles, comprehenden- 2
do in eis se mouẽtes, hoc est, animalia, attí-
net, lata est l. 5. tit. 17. lib. 9. nouæ collect.
quæ sic habet. *Muchas dudas acaecen, sobre en
que lugar, y à que arrendador, se à de pagar el al-
cauala de las ventas de los bienes muebles y se mo
uentes. Y por euitallas, y tambien por obuiar los
fraudes, que los vendedores, y compradores, sue-
len hazer, mandamos, que la alcauala de todos los
tales bienes muebles, y se mouentes, se pague en el
lugar donde se celebrare la venta, entregandose en
el lo que se vende, o estando en el al tiempo de la
venta, aunque despues se entregue en otra parte.
Pero, si en vn lugar se vendiere la cosa mueble, o
se mouente, que estuuiere en otro, mandamos, que
entregandose en el lugar do estuuiere, se pague
alli el alcauala. Mas, si lo que se vende no esta en
el lugar do se haze la venta, sino en otro, y se ven-
de con condicion, que se aya de entregar en otro lu
gar differente de aquel do estaua, y de aquel do se
hizo la venta, mandamos, que el alcauala se pague
en el lugar, do tenia el vendedor, lo que assi vendio,
quando se otorgo la vẽta. Saluo, si el lugar, donde
estaua la cosa vendida, es lugar frãco de alcauala:
ca en tal caso mandamos, que el alcauala de esta vẽ
ta se pague en el lugar realengo donde se entrega-
re. E si el tal lugar, donde se entregare, no fuere
realengo, y fuere de señorio, de que nos no cobra-
mos alcauala, se pague en el lugar realengo mas
cercano del lugar de señorio, donde se entregare,
con el quatro tanto del alcauala: y que no sea escu-
sado de la pagar, aunque muestre que la pago en
otra parte. Y que las justicias de la tal ciudad, villa,
o lugar, do esto acaecie e, executẽ luego en los ta-
les vendedores y en sus bienes por la dicha alca-*

uala,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uale, con la dicha pena de el quatro tanto.

Quoniam res mobiles, ob suum motum, variis in locis tradi possunt, lata est hęc lex ad fraudes vitandas, & difficultates dirimé das: quæ lex vim habet, estò nulla interueniat fraus: quoniam finis vitandi fraudes, solùm fuit causa motiua & impulsiua ad hoc modo statuendum, atque ad sic distinguendos hos euentus.

Quando tempore celebratæ venditionis, res vendita erat in loco, vbi celebrata est venditio, statuitur hac lege primus euentus, vt scilicet, tunc alcauala in eo loco soluatur, estò traditio eius rei fiat posteà in alio loco, vel quia casu id ita factum est, vel ex pacto præcedéte, vt in eo distincto loco tradaretur. Hinc sequitur, quòd, si locus, in quo ita erat res, & celebrata fuit venditio, erat immunis à solutione alcauałę, alcauala non debeatur, estò traditio posteà fiat in loco immuni. Excipitur, nisi in priuilegio aliud contineatur: quo pacto l. 18. titu. 18. lib. 9. nouæ collect. priuilegium concessũ incolis oppidi de *Symancas*, vt non soluant alcaualam, arctatum est, dum modò res venditas ibi tradant, alioquin soluunt ex illis alcaualam. Sic enim habent verba illius legis; *que todas y qualesquier personas que vendieren qualesquier mercaduerias y otras cosas en el dicho lugar de Symancas, y las entregaren alli realmente y sin fraude, que no paguen alcauala alguna dellas.* Rectè verò Lassarte de decim. vend. c. 4. n. 5. ait, si aliquis ex eis incolis vendat in eo oppido rem ibi existentem, & eam tradat in alio loco, vbi alcauala debetur, debere alcaualam, non ei, ad quem pertinent alcaualæ loci traditionis, sed ei, ad quem pertinent tributa de *Symancas*: quoniã eo ipso, quòd in eo oppido res ibi existens venditur, & propter traditionem in alio loco exempta non est ea venditio à solutione alcaualæ, debetur ex ea venditione in oppido, vbi celebratur venditio, & non in oppido, vbi fit traditio rei venditæ. Illud verò circa hunc primum euentum obserua, eo ipso, quòd res vendatur, deberi alcaualam gabellario, qui in eo loco tunc est, illumque posse illam statim exigere, nulla expecta traditione: quoniam non debetur ex traditione, sed ex venditione, vt disp. 337. ostensum est: & in hoc euentu, non est pendens ex traditione, vt intelligatur, ad cuius loci gabellarium pertineat, vt pendens est in alijs, de quibus statim erit sermo.

Secundus euentus est, quãdo res existẽs in vno loco, venditur in alio diuerso, & traditur in eo loco, vbi fuit venditio celebrata: tunc enim alcauala debetur gabellario loci, in quo vendita & tradita est res; non verò gabellario loci, in quo erat res tempore venditionis. Hic euentus constat ex illis verbis legis. 5. relatæ; *la alcauala de todos los bienes muebles se pague en el lugar dõde se celebrare la venta, entregandose en el lo que se vende.* Quia verò, nisi in eo loco fieret etiã traditio, alcauala nó deberetur gabellario eius loci, vt ex eadem lege constat, & ex dicendis erit manifestum, vtique, facta venditione in loco diuerso ab eo, in quo est res vendita, pendens est à traditione futura, vt intelligatur, ad cuius loci gabellarium alcauala pertineat. Quia tamen alcauala non debetur ex traditione, sed ex venditione mutuo consensu ementis & vendentis celebrata, atque eo ipso, quòd ita celebrata est, vt disp. 337. est ostensum, vtique, sequuta postea traditione, nõ debetur gabellario, qui fuerit tempore traditionis in loco, in quo alcauala est soluenda, sed gabellario, qui erat tempore celebratę venditionis, si diuersi erant in eo loco vno, & alio tempore. Ita Lassarte vbi supra. n. 6. Qui. n. 7. ab hoc secundo euentu excipit, quando res, quæ erat in loco non immuni ab alcauala, vendi tur & traditur in loco immuni, quasi tunc solui debeat alcauala in loco non immuni, vbi erat tẽpore vẽditionis, iuxta. l. 4. tit. 20. lib. 9. uouę collect. exceptis quibusdã locis immunibus ibi exceptis & commemoratis. Cęterùm ibi nõ videtur esse sermo, quãdo res tẽpore vẽditionis erat in distincto loco ab eo, in quo vẽditur, sed de rebus, quę deferũtur ad nundinas, *& mercados francos*, & ibi venduntur, præcipitque solui alcaualam earum in locis vnde delatæ ad eas nundinas sunt, exceptis quibusdam locis priuilegiatis ibi commemoretis. Eam legem videas.

Tertius euẽtus est. Quando cõtractus vẽditionis celebratus est in vno loco, re vẽdita existẽte tunc in alio, si traditio fiat in loco, in quo res tunc erat, ibi debetur alcauala, & non in loco, vbi celebratus fuit contractus venditionis. Ita disponitur l. 5. relata illis verbis. *Pero si en vn lugar se vẽdiere la cosa mueble, que estuuiere en otro, mandamos, q̃ entregãdose en el lugar do estuuiere, se pague allí el alcauala.* Quanuis enim ex contractu celebrato per mutuũ consensum debeatur alcauala, & nõ ex traditione: eaq; de causa, iuxta dictadisp. 337. soluenda alcauala esset in loco cõtractus; ad vitandas tamen fraudes, voluit. l. 5. relata, vt quando res tempore con-

tractus esset in vno loco, & ibi fieret traditio, ibidẽ solueretur alcauala, & nõ in alio diuerso, in quo celebratus esset contractus. Quo fit, vt, si, locus, in quo res erat, & in quo est tradita, erat immunis à solutione alcaualæ, non debeatur alcauala, etiamsi locus, in quo celebratus fuit contractus, immunis non esset: è contra verò, si locus, in quo celebratus fuit contractus, erat immunis, & locus, in quo erat res, & in quo fuit tradita, non erat immunis, alcauala debeatur, vt bene ait Lassarte vbi supra. n. 12. Obseruandum tamen est cum Lassarte ibidem n. 13. quòd cùm etiam in euentu, de quo disputamus, debeatur alcauala ob contractũ, & ex contractu antea celebrato, & non ex traditione, sed solùm res & traditio inseruiant, vt, iuxta dispositionem eius legis, intelligatur cuius loci gabellario debeatur alcauala; vtique debebitur gabellario loci, in quo res sita erat, & tradita sit: cęterum debebitur gabellario eius loci, qui erat tẽpore, quo vẽditio in illo alio loco fuit celebrata, non verò gabellario, qui fuerit tempore traditionis, si contingat in loco traditionis fuisse diuersos tempore venditionis celebratæ, & tempore traditionis rei venditæ. Quia tamen, antequàm traditio rei venditæ in eo euentu fiat, est in pendenti, cuius loci gabellario debeatur alcauala, sanè quinque dies lege. 31. titu. 19. lib. 9. nouæ collect. præscripti à puncto contractus vẽditionis celebrati, in quibus venditor certiorem teneatur facere gabellarium de ea venditione, currere in eo euentu non incipient ante consummatam venditionẽ per traditionem: quia ante talem traditionem nescitur, cui gabellario alcauala sit soluenda, ac proinde ad quem sit recurrendum, vt rectè Lassarte ibidem subjungit.

Lassarte vbi supra. n. 15. arbitratur, si venditio rei, quæ non est in hoc regno, celebretur in hoc regno, tradenda extra hoc regnum, vbi illa est, putà in Aragonia, vbi alcauala non debetur, in Gallia, aut in Italia, deberi alcaualam in hoc regno in loco vbi ea venditio fuerit celebrata, siue ab hominibus huius regni, siue ab exteris. Ducitur, quoniam re vera ex solo contractu venditionis debetur in hoc regno alcauala, eique contractui, nudo consensu perfecto, hoc tributum est impositum: & quanuis, quando res tempore cõtractus erat in alio loco, & traditio ibidem subsequeretur, præcipiatur, vt alcauala soluatur, nó gabellario loci, in quo est celebratus contractus, sed loci, in quo est res, & fit traditio, id intelligendum est, quando res est in eodem regno, nó verò, quando est in alio: quo fit, vt in euentu, de quo disputamus, alcauala ex contractu venditionis celebrato in hoc regno, debeatur in hoc regno in loco, vbi celebratus fuerit contractus. E cõtrario verò vult, si venditio celebretur in alio regno, de re sita in hoc, atque tradenda vbi est sita, non deberi alcaualam. Ego verò potiùs in vtroque euentu dicerem contrarium. Quoniã alcauala videtur per epicheiam imposita vẽ ditionibus ex reb⁹, quę sunt in hoc regno, saltem tempore traditionis: non verò de rebus, quę neque sunt, neque traduntur, in hoc regno: quoniam id non videbatur postulare recta ratio: & quoniam hanc fuisse mentem institutionis huius tributi, satis cõstat ex. l. 5. relata, quoad res mobiles, iuxta quam contrarium est dicendum in vtroque euentu: & quoad res immobiles constabit ex inferiùs subijciendis. Si tamen res esset in loco ditionis Hispaniarum, ad quem se se extendunt leges Castellanæ de alcauala, tunc, estò res esset in vno regno, & venditio celebraretur in alio eiusdem ditionis, perinde esset iudicandũ de alcauala, in quo eorum locorum deberetur, ac si res esset in vna ciuitate, & venditio celebraretur in alia eiusdem regni, vt si res hic esset Conchæ, & venditio celebraretur Hispali.

Quartus euentus est. Quando res tempore venditionis erat in vno loco, & venditio celebrata est in alio, & conuenit, vt traditio fieret in quodam tertio loco distincto ab illis alijs duobus, tunc alcauala debetur in loco, in quo res erat tempore venditionis, & non in loco, in quo venditio fuit celebrata, neque in loco destinato ad traditionem rei venditæ. Excipitur, si alcauala pertinebat ad Regem, & locus, in quo res vendita erat tempore venditionis, exemptus erat à solutione alcaualæ: nam tunc debetur in loco destinato ad traditionem: nisi alcaualæ eius loci pertineant ad alium dominum, quàm ad Regẽ: nam tunc præsumptione iuris & de iure, destinata præsumitur traditio in eo loco in fraudem alcaualę Regis: atque tunc præcipitur solui alcauala in loco, in quo alcaualæ ad Regem pertineãt, qui huic fuerit vicinior, & in pœnam fraudis illius præsumptę, statuitur, vt in eo vicinori loco quadruplum alcauałę soluatur, & vt id exequutioni mandari curet iudex eius loci vicinioris, in quo in eo euentu alcauala est soluenda. Hic quartus euentus cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum duabus exceptionibus additis, habetur prælpicuè, lege. 5. relata ab illis verbis; *Mas si lo que se vende no esta en el lugar a do se hazen la venta*; vsque ad finem legis Quoloco obserua, quartum hunc euentum, vt scilicet in eo alcauala soluatur in loco, in quo erat res vendita tempore traditionis, esse vniuersalem, siue alcauala illius pertineat ad Regem, siue ad quencunque alium, neque aliâ pati exceptionem, nisi quando est exemptus, &, secluſa ea exemptione, alcauala deberet pertinere ad Regem: nam tùc in Regis fauorem, sancitum est, vt alcauala soluatur in loco destinato ad traditionem: quod intellige nisi similiter sit exemptus: nam tunc alcauala omnino non debetur. In his conuenit Lassarte vbi supra a.n.16. qui multis ea disputat. Et rectè.n.19.ait, quando locus, in quo erat res, immunis erat ab alcauala, atque destinando ibi traditionem, venditor esset omnino immunis ab ea soluenda, durum esse, præsumi fraudem in vẽditore, destinante traditionem in loco, in quo alcaualæ ad dominum aliquem partieularem spectant, ac proinde illi tunc imponi ratione eius culpæ pœnam quadrupli: quia potius est præsumenda commoditas emptoris, aut vẽditoris, ex traditione in eo loco. Atque ego iudicarem abrogandam esse, non solum eam pœnam, tanquam iniustam vt pote impositam ob culpam, cuius nulla extat legitima præsumptio, sed etiam abrogandam esse totam eam limitationẽ ei quarto euentui appositam.

Dubium. Dubium est Quid, si res tempore celebratæ venditionis sit in vno loco, & venditio celebretur in alio, neque deueniatur ad traditionem, quia fortè emptor illam remisit venditori, aut resciſus fuit contractus ante traditionem, aut res ante traditionem perijt. Lassarte vbi supra. n. 21. arbitratur, soluendam tunc esse alcaualam in loco celebratæ venditionis, & non in loco vbi erat res vendita: quoniam alcauala debetur ex cõtractu, neque est expressum, vt in eo euẽtu alcauala soluatur in loco, in quo res ven*Decisio.* dita erat tempore contractus. Contrarium existimo verum, soluendam videlicet esse in loco, in quo erat res vendita. Atque in primis, si tempore venditionis conueniſſet, vt traderetur in loco celebratæ venditionis, tunc vtique in eo loco soluẽda esset alcauala: neque de hoc euentu loquutus est Lassarte. Si item conuenit, vt traderetur in loco, in quo erat res vendita neque deuentum est ad traditionem, in eo sanè erit soluenda. Si autem conuenit, vt traderetur in tertio loco, neque locus, in quo erat res vendita, immunis erat à solutione alcaualæ, sanè estò ad traditionem tunc non deueniatur, solui alcauala debet in loco, vbi erat res vendita, idque est, quod decidere expressè videtur lex. 5. relata in vltima sui parte: neque tunc traditio actualis in tertio loco, impedit, quominùs locus rei præferatur loco contractus, quoad solutionem alcaualæ in eo: quarè neque impedire debet, estò ad traditionem in eo loco non sit deuentum. Quando autem locus, in quo erat res vendita, erat exemptus ab alcauala, & locus destinatus ad traditionem, exemptus non erat, tunc, quoniam eo ipso, quòd ita conuentum fuit, alcauala debeatur in loco, in quo destinata est traditio, credo in eo debere solui, estò ad traditionem non sit deuentum. Quando autem nihil de traditione fuit conuentum, credo locum, in quo res erat tempore celebrationis contractus, præferendum esse, quoad solutionem alcaualæ in eo, loco celebrationis contractus. Tum quoniã verisimilius est, traditionẽ futurã fuisse potius in eo, quã in loco celebrationis contractus. Tum etiam quoniã, quãdo traditio sit in tertio loco, locus, in quo erat res, præfertur loco celebrationis contractus, vt ex vltima parte legis. 5. relatæ constat; cùm tamen traditio tunc non magis vni aliorum locorum faueat, quàm alteri: ergo, cæteris paribus, locus, in quo erat res tempore celebratæ venditionis, præfertur loco venditionis celebratæ.

4 Lassarte vbi supra.n.23. cum Baldo, obseruat. Si venditio per nuncium, aut epistolam, perficiatur inter absentes, vt disp. 337. posse perfici est ostensum, tunc in eo loco censeri celebratam venditionem, ad effectum, vt ex parte loci, in quo fuit celebrata, iuxta hactenus dicta, intelligatur, ad quem gabellariũ alcauala pertineat, in quovtriusque consensus interuentu nuncij, aut epistolę, coniungitur, atque exprimitur. Vnde, si per procuratorem suum, aut mandatarium, ad eum celebrandum contractum nomine ipsius, vnus absens celebret contractum cum alio, vtique in eo loco in quo procurator, aut mandatarius exprimit consensũ, existente ibi alio, qui simul consensum suũ exprimat, censetur celebratus contractus. Idem est, si ibi vterque absens exprimat cõsensum per suum procuratorem, aut mandatarium. Quòd si per internuncium, qui solum referat voluntatem & consensum alterius,

alterius, solumque proinde subeat rationẽ meri nuncij, vel per epistolam, quæ consensum similiter explicet, contractus celebretur, Lassarte ait, censeri celebratum in loco, in quo, acceptu ita nuncio, aut epistola, alter consentit. Ego verò multum dubito. Etenim consensus debet deuenire ad notitiam alterius, vt perficiatur venditio, quando alium non substituit loco sui, qui eum consensum acceptaret: eaque de causa venditio perfici ac consummari censetur in loco, in quo vltimo recipitur mutuus alterius consensus. Hoc tamen aliorum iudicio relinquo plenius definiendum.

5 Quando vnus, credens eam esse voluntatẽ absentis, vẽdit rẽ illius in vno loco, aut eam nomine illius emit, & posteà sequitur ratihabitio absentis in alio diuerso loco, dubium est, in quo istorum duorum locorum censeatur facta vẽditio ad effectum, vt iuxta hactenus dicta, intelligatur, ad quem gabellarium, ratione loci contractus, alcauala pertineat. Lassarte vbi supra. n. 24. consentaneè ad quandam eiusdem autoris opinionem, quam disp. 337. retulimus, ac impugnauimus, asseuerat, censeri celebratam venditionem in loco ratihabitionis: quoniam à ratihabitione pendebat is contractus, vt esset validus ac firmus. Contrarium verò est dicendum, iuxta ea quę disputatione citata explicata sunt. Ratio autem est, quoniam ratihabitio solum est conditio, sinè qua contractus antea celebratus non erat validus, seu à qua pendebat, vt à principio esset validus, sequutaque proinde ratihabitione, retrotrahitur, vt contractus à principio, & in loco, in quo fuit celebratus, fuerit validus ac firmus: quarè, sequuta ratihabitione, in illo alio censetur perfectus, atque à puncto, in quo in eo fuit celebratus, atque adeò ibi ex parte loci debetur alcauala, vt satis liquet ex natura ipsa ratihabitionis, & ex ijs, quæ disp. 337. dicta sunt.

6 Dubium est, si res existens in vno loco, vendatur in alio, & per clausulam constituti venditor in loco celebrati contractus se constituat possidere nomine emptoris, atque adeò per eum actum fictum possessionem illius illi tradat, censeatur res tradita in loco vẽditionis ad effectum, vt in eo potiùs, quàm in loco, vbi res vendita erat tẽpore venditionis, debeatur alcauala. Meritò Lassarte vbi supra.n.25. negat. Quoniam in lege. 5. relata sermo est de traditione vera & reali, quæ adhuc restat facieda, trãslata possessione in emptorem per eum actum fictum, vt in materia de maioratibus dictum est, quæque sola est vera traditio. Adde, per eum contractum trãsferri in emptorem possessionem solam ciuilem rei existentis in alio loco, non verò tradi ipsam rem in loco celebrati contractus, de qua traditione sermo est lege. 5. relata.

Illud est obseruandum, quanuis, vt dictum est, alcauala regulariter non debeatur in loco traditionis rei venditæ, aut ad eam traditionem constituto, quando diuersus est à loco, in quo celebrata fuit venditio, & à loco, in quo erat res tempore venditionis; nihilominùs in contractibus, quando res promissa fuit tradi, aut solui, in loco diuerso ab eo, in quo celebratus fuit cõtractus, exigendam esse in loco destinato ad eã traditionem, & coram iudice eius loci, non verò in loco, vbi celebratus fuit contractus. Ita habetur. l. contraxisse. ff. de actionib. & oblig. l. heres. §. vlt. iuncta glosa vlt. ibi. ff. de iudicijs, &. l. 3. ff. de bon. autorit. iud. poss.

7 Quando bona immobilia vendũtur, aut permutãtur, alcauala soluenda est in loco, vbi tales res sitæ sunt, non verò vbi celebrata fuit venditio, si in loco distincto fuit celebrata. Ita habetur. l. 9. titul. 17. libr. 9. nouæ collect. quæ sic habet. *Mandamos, que el alcauala de los bienes de raizes, que se vendieren, o se trocaren, se pague en el lugar donde estuuieren los bienes.* Lassarte vbi supra. n. 30. ait, propter vniuersalitatem eius legis, id locũ habere, etiamsi deuentum nunquam sit ad traditionem, vt quia remissa fuit res vendita ante traditionem, vel quia resciſus fuit contractus. Subiungit verò, se contrarium in hoc euentu fuisse dicturum, vt dixerat supra de re vendita existente in alio loco, nunquamque tradita. Nos verò eam ipsius opinionem supra impugnauimus, & cum nostra sententia consentit decisio huius legis. 9. circa alcaualam bonorum immobilium.

Eadem lege. 9. sit sequens exceptio. *Mãdamos, que las alcaualas de las heredades, que los vezinos de la ciudad de Seuilla vendieren, o trocaren, en la dicha ciudad y su tierra, y en los señorios de el Axarafe, y ribera, assi a vezinos de la dicha ciudad de Seuilla, como de otras qualesquier partes, sea para los arendadores de las alcaualas de la dicha ciudad de Seuilla, y no para los arendadores de los lugares do estuuieren las tales heredades.*

8 Nomine bonorum immobilium, etiam quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ cum immobilibus computantur, intel A
liguntur ea lege.9. vt scilicet in loco, vbi
illæ fuerint, alcauala soluatur; vt si venda-
tur, aut permutatur, vsusfructus fundi ali-
cuius, seruitus talis, aut annuus census in re
immobili, & his similia, soluí debet alcauala
gabellario loci, in quo fuerit ea res immobi
lis, cuius hæc sút veluti partes, & in quibus
hæc collocantur. Ita Lassarte vbi supra à.
n.30. & nos copiosè disp.384 diximus, ex
venditione, ac permutatione, census realis,
deberi alcaualam in loco, in quo sunt res
immobiles, super quas collocatur, aut est
collocatus: & quando collocatur in diuer B
sis rebus, variis in locis existentibus, debe-
ri in omnibus eis locis, in vnoquoque pro
rata valoris prædij, aut prædiorum, quę ibi
sunt, ad valorem prædiorum, quæ sunt in
alijs locis. Lege quæ ibi dicta sunt.

9 Dubium est, si vendantur arbores ali-
quot, solo adhuc affixæ, num venditio illa
censenda sit rerum immobilium, vt alcaua-
la pertineat ad conductorem alcaualæ hæ
reditatum, & vt venditio illa, quoad alcaua
lam, sequatur regulas venditionis rerum
immobilium: an verò venditio illa censen-
da sit rerum mobilium. Plantę quippe, dũ
adhuc solo sunt affixæ, partes rerum immo
bilium censentur, dominiumque earum ad
dominum soli spectat, vt sæpe in hoc secũ
do tractatu dictum est, esto alius emptione
ius habeat eas excidendi, suasque separatio
ne efficiendi. Placet vero sententia Lassar-
ti vbi supra.n.33. cum Tiraquello. Nempe,
si arbores illæ vendantur, vt excidantur, à
solóve separentur, & fiant res mobiles, at-
que ementis, venditionem illam censendã
esse rerum mobilium, perinde atque quan-
do fructus pendentes venduntur vt separé
tur: licèt enim dum emuntur & pendent,
partes sint rei immobilis, putà prędij, in
quo plantæ sunt affixę: separanti tamen res
sunt mobiles, atque per epicheiam, etiam D
dum pendent, censendi sunt empti, vt res
mobiles, quando quidem emuntur vt sepa
rentur, fiantque separatione res mobiles.
Si verò plantæ aliquot emantur, vt perse-
uerent affixæ in eodem solo, indeque fruc
tus ab emente ex illis percipiantur, tunc
emptio earum plantarum censenda est emp-
tio rerum immobilium, partisve hæredita-
tis, in qua sunt affixæ.

10 Dubium est, si vendatur actio ad rẽ, siue
mobilem, siue immobilem (vẽdi enim posse
disp.340. ostensum est) vtrum censenda sit
vendita res mobilis, aut immobilis, & vbi
censenda sit tunc esse res vendita. Ad hoc
dicendum est, vt ex dictis disp.202. & 465.
facilè patet, non censendam esse venditam
rem propriè mobilem, aut immobilem, sed
rem incorporalem, quę ad tertium quoddã
genus rerum spectat. Atque, quod ad rem
præsentem attinet, censendam esse ven-
ditam rem mobilem, hoc est, ius & actio-
nem competentem creditori ad eam rem
mobilem, aut immobilem, quod ius &
actio in ipso met creditore illud venden-
te residet, ac proinde res vendita cen-
setur esse in loco, vbi fuerit creditor ipso
tempore venditionis, ac cessionis talis iu-
ris & actionis, vt probè Lassarte vbi supra
à.n.36. ait. Eo autem ipso, quòd venditio
est perfecta, atque solutum est pretium, trã
sit, sinè vlla cessione, actio vtilis ad rem de
bitũ, facta verò cessione per venditorẽ eius
actionis ac iuris, transit etiam actio directa,
vt disp. 340. citata comprobatum est. In
quo ergo loco soluenda sit alcauala talis
venditionis, regulãdum id est iuxta ea, quæ
de venditione rerum mobilium dicta sunt.
Atque censendum est, rem venditam esse,
vbi fuerit venditor tempore celebrationis
venditionis.

C Quòd si vendatur hæreditas (vẽdi enim 11
eam posse postquàm fuerit delata, disput.
340. ostensum est) tunc, cùm eo ipso, quòd
illam vendit, estò antea illam non adierit,
censeatur eam adiro, velleque esse hæres,
aditione verò ipsa comparet dominium
bonorum hęreditatis, vt disp.3. ostẽdimus;
vtique, vt probè Lassarte vbi supra.nu.30.
ait, non solùm censetur vendere ius hære-
ditatis incorporale, sed etiam res ipsas, quę
ea aditione ipsius sunt quoad dominum;
ac proinde alcauala rerum immobilium ta
lis hæreditatis, quoad valorem pretij, quod
eis correspondet, debetur in loco vbi fue-
rint res illæ immobiles (quemadmodum
ad retractum in hoc regno rerum immobi
lium, quando vendita est hæreditas, distin-
guuntur in hæreditate vendita res immobi
les à rebus mobilibus, vt in solis immobili-
bus habeat locum retractus) alcauala verò
rerum mobilium eiusdem hæreditatis, per-
tinet ad locum, aut ad loca, vel celebratæ
venditionis, vel vbi tempore venditionis
fuerint, aut vbi traditę emptori fuerint, iux
ta regulas supra traditas circa venditionem
rerum mobilium.

Iuxta hęc, quæ de hęreditate vẽdita dicta
sunt, vult Lassarte vbi supra.n.40. Si is, cui
rei vendicatio competit, quia dominium
rei,

rei, quam alius possider, ad se spectat, ven- A
dat cuidam tertio eam rei vendicationis ac
tionem, quę non secus vendi potest, ac cæ-
terę actiones, tunc, ad intelligendum ad
cuius loci gabellarium spectat alcauala eius
venditionis, non esse attendendum ad ac-
tionem incorporalem, quæ venditur, & ad
locum, in quo est venditor, quando illam
vendit ac cedit emptori, iuxta ea quæ vni-
uersim de actionum venditione cum hoc
eodem autore dicta sunt supra: sed atten-
dendum esse ad locum rei, quæ est vendicã
da, nempe vbi existat tempore, quo cele-
brata est venditio actionis, quasi res ipsa
sit tunc vendita, & ad locum, in quo fiet il- B
lius traditio, iuxta ea quæ de rebus hæredi
tarijs proximè dicta sunt, quando hæredi-
tas fuit vendita. Ducitur, quoniam emptor
talis actionis, non consequitur dominiũ rei
vendicandę, quòd erat apud venditorem,
ante traditionem rei vendicandę, &, quan-
do ea traditione illud consequitur, non cõ
sequitur illud ab eo, de cuius potestate ex-
trahitur, & qui eam tradit, sed à venditore
12 titulo emptionis, atque cessionis eius actio
nis, eodem emptionis titulo. Contrarium
existimo esse dicendum, nempe excipien-
dam non esse actionem rei vendicationis à
numero actionum vniuersim, quoad doc-
trinam de eis venditis traditam. Neque est
eadem ratio de hęreditate adita, ac vẽdita,
& de actione rei vendicationis. Etenim,
quando adita hęreditas est vendita, domi-
nium rerum hęreditariarum pertinebat ad
venditorem, tempore celebratæ venditio-
nis, & possessio etiam, si illam apprehẽdit:
quòd si nondùm eam apprehendit, nullius
tunc erat possessio; sed ad hæredem, qui
hęreditatem vendidit, pertinebat eam ap-
prehendere, &, facta venditione, & cessio- D
ne hęreditatis in emptorem, pertinet ad
emptorem eam apprehendere, non extra-
hendo illam de potestate alterius, sed ven-
ditore ipso illam tradente: quarè res ipsæ
hęreditatis simul venduntur, tradendæ ab
ipso vẽditore, siue ipse illas iam possideat,
siue non. Quòd si alius possessionem hære
ditatis apprehendisset, tanquam suæ, & le-
gitimus hæres eam adijsset, ac vendidisset
cuidã tertio, & cessisset in eum ius suum,
vt lite illam extraheret de potestate alte-
rius, tunc non censerentur venditæ res
hæreditatis, sed sola hæreditas incorpora-
lis, & actio ad res illas, atque tunc idem di-
cendũ esset de hęreditate ita vẽdita, quod
de actionibus venditis supra dictum est.

A Quando autem reiuendicatio venditur,
sola actio venditur, & non res, quæ est in
potestate alterius, nisi remotè, & in conse-
quentiam alterius, scilicet ipsius actio-
nis, quatenus vi talis actionis restat obti-
nenda quoad dominium, ac possessionem,
seu traditionem. Licèt autem emptor con
sequatur posteà dominium rei vendican-
dæ, titulo emptionis, atq; quatenus erat,
& perseuerabat vẽditoris; traditionẽ tamẽ
consequitur ex tertio possessore, ex quo
vendicatur, & vnà cum traditione ac pos-
sessione, consequitur dominium titulo vẽ-
ditionis ac cessionis talis actionis, quod vs
B que ad tale instans perseuerauit venditoris:
vnde, quòd tunc dominium non consequa
tur à tertio possessore, nihil impedit, quòd
à principio, non res, sed sola reiuendicatio
nis actio sit empta. Hæc de alcauala ex ven
ditione.

Quod verò ad eam attinet, quę exper- 13
mutatione debetur: cùm non debeatur, nisi
ex contractu permutationis perfecto: per-
mutatio verò re perficiatur, hoc est, mutua
traditione vtrinque facta, vt ex vocabulo
ipso permutationis liquet, & copiosè disp.
253. & 254. est dictũ; consequès perfectò
est vt semper in eodem loco concurrant,
C celebrari permutationis cõtractũ, & existe
re rẽ, quę permutatur, ac tradi, ac proinde,
vt semper in eodem loco, in quo existunt
ac tradũtur res, quæ permutãtur, debeatur
alcauala, tum rerum immobilium, tum
etiam mobilium, ac proinde vt, quod attí-
net ad alcaualam ex permutatione, ser-
uendum sit, etiam in rebus mobilibus,
quod legem.9. titu. 17. libr.9. nouæ col-
lect. supra est relatum disponere circa
venditionem & permutationem rerum im
mobilium: quin alcauala nõ debebitur, nisi
quando tradita sit res vtraque, quę permu-
tatur. Lassarte vbi supra.n.30. & copiosiùs.
D c.17.n.36. iunctis antecedentibus, & sequẽ
tibus, quanuis primum admittat, quando
permutatio incipit a traditione rerum,
quę permutantur, nullo præcedente pacto
de permutando in futurum; quado tamen
præcessit pactum, quo aliqui se astrinxe-
runt in posterum permutare res mobiles,
censet ex illo pacto, attento iure huius reg
ni, quo pactum illud nudum, estò valla-
tum nõ sit stipulatione, neq; alio vestimen
to contractuum, parit hodie obligationem
ciuilem, neq; licet ab eo pœnitere, vt disp.
253. & 257. est ostensum, deberi alcaualã,
perinde atque ex venditione rerum mobi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium mutuo consensu consummatam, ac proinde ad intelligendum, ad cuius loci gabellarium alcauala ex eo pacto pertineat, attendendum esse ad locum, in quo erant res ex eo pacto permutandæ, quando tale pactum celebratū fuit, & ad locum, in quo postea fiet earum traditio, regulaque traditas circa venditionem rerum mobilium, similiter esse seruandas circa eiusmodi rerum mobilium permutationem. Contrarium existimo verum cum Parladorio lib. rerum quotidianarum c.3.§.3.n.53. Nempe illam non esse permutationem, sed contractum de permutando; & cum alcauala in hoc regno solum debeatur ex venditione ac permutatione, non verò ex aliis pactis, siue nominatis, siue innominatis, & siue nudis, siue vestitis; vtique, sicut ex pacto de vendendo in futurum, esto vallatum sit stipulatione, aut alio contractus vestimento, non debetur alcauala in hoc regno, vt idem Lasarte affirmat, eò quòd non sit vēditio; ita ex pacto de permutando non debebitur. Quare, esto ex illo oriatur ciuilis obligatio in hoc regno, & detur actio, si tamen contrahentes mutuo consensu illud reciprocant, neque deueniant ad actualem permutationem, non debebitur ex illo alcauala. Id verò, vnde Lasarte ducitur, vt illā aliam sibi persuadeat opinionem, certè nullius est momenti. Fingo enim in hoc regno non esse tale ius, quod ex quocúque pacto, etiam nudo, oriatur ciuilis obligatio ac detur actio, sed vigere solum commune ius, certe, si præcederet pactum de permutando vallatu stipulatione, aut cohærens in cōtinenti cum alio contractu, ex quo oriretur ciuilis obligatio, ac daretur actio, vel esset confirmatum iuramento, ex tali pacto de permutando in futurum, non deberetur alcauala: quia non esset permutatio, sed pactum de permutando, ex quo non debetur alcauala, nisi opere compleatur, transeatq; in consummatam permutationem; cum tamen ex illo oriatur ciuilis obligatio, & detur actio, stando in iure communi: cum ergo non aliud circa pactum de permutando in futurum, & circa alia similia pacta nuda, sancitum sit in hoc regno, nisi quòd ex illis oriatur ciuilis obligatio & detur actio, perinde ac si vallata essent stipulatione; cōsequens profectò est, vt id ius peculiare huius regni, non tribuat pacto illi, vt sit permutatio, ac proinde vt ex illo debeatur alcauala antequam opere compleatur, transeatque in permutationem perfectam & cō summatam, ex qua solùm, & ex venditione, sancitum est in hoc regno, vt alcauala soluatur, ac proinde vt vniuersim in hoc regno alcauala ex contractu permutationis solùm debeatur in locis, vbi fuerint res ipsę permutatæ, hoc est, in locis vbi facta fuerit ipsarum, aut quarundā earū, traditio, siue tales res mobiles sint, siue immobiles. 14

Vltimo loco est obseruandum cum Lasarte de decim. vend. c.4.n.41. in conditione.65. conuentionis regni fuisse sancitum, quando alcauala in aliquo loco *está encabeçada*, ita quòd ad summam conuentionis contribuere debeāt incolę, seu vicini eius loci quotannis dum conuentio illa, seu *encabeçamiento* durat, tunc, quāuis integrum sit cuicunque incolę, seu vicino, transferre domicilium in alium locum, iuxta legem. 1. titul. 9. lib. 7. nouæ collect. si tamen illud transferat, & locus, vnde illud transfert, habet vltra trecentos vicinos, tenetur contribuere ad eam summam in vno quoque eorum oppidorum, pro rata temporis eius anni, in quo in eis habitauit. Si verò locus, vnde domicilium transfert, nō habeat vltra trecentos vicinos, tūc eo anno contribuit ibi totū, quod cōtributurus esset, si integro eo anno ibi habitaliet: in alio verò loco, ad quem domicilium transtulit, nihil eo anno contribuet, sed sequentibus. Quando autem domicilium mutatur in locum desertum, seruandum est circa hoc, & circa ea tributa, quæ *pedidos* vocant, quod. l.40. tit.6. lib.7. nonę collect. est sancitum.

SVMMARIVM.

1 ALCAVALAM *tenetur soluere is, cuius nomine ac præscripto res venditur, aut permutatur. Si autem venditor, aut permutator, excedat mandati, quoad excessum tenetur ipse eam soluere. Tabernarij tamen, quando vinum personæ ab alcauala non exēptæ venduntperinde tenentur eam soluere, ac si suum esset vinum.*

2 *Alcaualam non debet exemptus vendens, aut permutans, per non exemptum, nec debet vectigal ex re, quam per eum exportat, aut extrahit. E contra verò ea tributa debet non exemptus, qui per exemptum ea exercet.*

3 *Alcaualæ quantitatem retinere tenetur emptor ex alienigena quousque sibi constet, solutā esse gabellario, etiam si incola, emptore id sciēte, vendat rem alienigenæ. Emptore verò id ignorante, incola tenetur.*

4 *Alcaualam debet is, sub cuius ratihabitione res illius venditur, si ratem eam venditionem* posteà

posteà habeat. Si verò ratam illam non habeat, nullus alcaualam debet, esto venditor de rato emptori cauerit.

5 *Vendens, aut permutans, rem alienam vt suā, ad alcaualam tenetur, si emptor ignorabat alienam esse. Si id sciebat, contractus est nullus, alcaualaq; non debetur.*

Quando aliquis rem alterius vendit, permutat, aſportat, aut extrahit, quis ad alcaualæ, vel alterius tributi solutionem teneatur. Disp. 677.

1 RES aliena duobus modis vēdi, aut permutari potest. Vno vt aliena, atq; loco & nomine eius, cuius ea res est. Altero, vt propria vendentis, esto ipsius non sit, siue id venditor ignoret, siue sciat alienā esse, & malè faciat, ac paceat, eam ita vendendo, aut permutando. Si priori modo illam vendat, aut permuter, tanquam mandatarius, aut procurator, ea in parte domini illius rei, aliquo ex modis explicatis, præsertim disp. 548. 551. & 552. tunc non ipse est, qui debet ex tali venditione, aut permutatione, alcaualam, sed is, cuius est ea res, & cuius nomine ac loco facta est venditio, siue mandatum (latè sumpto vocabulo, vt comprehendit constitutionem procuratoris) ignorēt emētes, aut cum illo permutantes, siue illud sciant. Quòd si mandatarius excedat mandatum, & quoad excessum sit inualidus cōtractus, comparatione domini, cuius est ea res, quatenus videlicet quoad talem excessum, est in præiudicium eius, nec teneatur ipse stare tali venditioni, iuxta ea quæ disp. 552. explanata sunt; tunc, quemadmodum mandatarius quoad excessum tenetur emptori, aut secum permutanti, de euictione, & emptor, aut secū permutans, tenētur illi de pretio, aut de re vicissim permutata, vt eadē disp. 552. visum est, ac proinde, etiam quoad cum excessum, est valida ea venditio, aut permutatio, ex parte talis mādatarij, & emptoris, aut secum permutantis: ita, quo ad eum excessum, tenetur mandatarius soluere alcaualam, & non dominus rei venditæ, aut permutatæ. Quod autem, quando res aliena de mandato domini venditur, aut permutatur, neque manda-

tum exceditur dominus rei teneatur soluere alcaualam, & non mandatarius, habetur ex prelle. l.8. titu. 17. lib. 9. nouæ collect. quæ sic habet. *Aunque el dueño de la cosa vendida, vendiendose en su nombre, es obligado a pagar el alcauala, y no el que la vende.* Consentit lex vlt. ff. de institor. act. & affirmant Lassarte & doctores, quos citat, de decima vēd. c.15. à n.5. Nihilominùs tñ eadē. l.8. citata statuitur, vt tabernarij, aut quicunque alij, vēdentes vinū alterius personæ, quæ exēpta non sit à solutione alcaualæ, teneantur in se retinere alcaualam ex vino, quod ita vendiderint: & perinde tenentur recurrere ad collectores alcaualæ, & reliqua præstare, ac si vinum esset suum, & vt collectores alcaualæ, possint illam exigere in differenter, vel ab illis, facta exequutione in ipsorum bonis, si eam continuò non soluāt, vel à domino vini venditi.

Illud verò est obseruandum cum eodē Lassarte vbi supra. n.9. & cum alijs, quos citat. Quòd si dominus rei venditæ, aut permutatę, immunis sit à solutione alcaualę, vt si clericus sit, quanuis eam vendat, aut permutet, per laicum, absque negotiatione tamen propriè dicta, non deberi alcaualam: quoniam exemptio attendi debet ex parte eius, cuius est res vendita, aut permutata, & cuius loco ac nomine venditur, aut permutatur, & non penes instrumentum, aut mādatarium, quo mediante venditur, aut permutatur. Consentit lex. 8. citata, illis verbis; *que los tabernneros, y otros, que vēdierē vino de qualquier persona que deuia alcauala, sean tenudos de retener, etc.* Vbi satis innuitur, exceptionem attendendam esse penes personam, cuius est res vendita, & non penes instrumentum, quo venditur. Idem est, si iudicis autoritate vendatur res eius, qui immunis est à solutione alcaualæ: neque enim ex ea re illius vēdita ipso inuito, debetur alcauala. Ait verò bene. n.9. citato Lassarte, quod ad effectum exemptionis à tributo, satis est quòd is, cuius est res, & ex cuius mandato venditur, aut permutatur, exemptus sit à solutione alcaualæ, modò constet de mandato illius vendi, aut permutari, esto id ignorauerint emptor, aut cum eo permutans. Licet enim mandatarius, si mandatum nō manifestauit emptori, neque expressit nomine alterius vendere teneatur ipse venditori, & venditor ipsi, & non domino rei, interimque dum de mandato non constat, teneatur etiam ipse ad alcaualæ solutionem: eo tamen ipso, quod mandatum antecedēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostenderit,ac legitimè probauerit, & constet simul rem esse mãdantis,eamque exẽptum esse à tributo,non debebitur tributũ ex ea venditione,aut permutatione,de mãdato illius facta. Eodem modo, si quis nomine exempti à tributo , negotiumque illius ea in parte agens,asportet,aut extrahat aliquid,de quo, nisi esset personę ita exẽptę,deberetur vectigal,eo ipso, quòd sufficienter constet,nomine,& vt rem ita exẽpti, deferri, vectigal illud non debebitur. E contrario autem, si exemptus vendat,permutet,asportet,aut extrahat , rem minimè exempti , debetur tributum ; peccatque exemptus,& ad restitutionem tenetur:si tãquam suam eam rem vendat,permutet, aut asportet, vel extrahat.

3 Cùm.l.32.tit.19.lib.9.nouæ collect.sanctũ sit,vt si rei venditor, aut permutator, incola non sit eius loci , teneatur emptor, aut qui cum illo permutat , tantum pretij, aut valoris,penes se retinere, quantum satis sit ad integrè alcaualam soluendã,quouis que debitor illius chirographum collectorum alcaualæ afferat , quo testentur ipsis esse satisfactum: alioquin emptor,aut permutator,illam de suo soluat. Cùm hæc,inquam,ita sancita sint,ait rectè Lasarte vbi supra.n.8.quod si incola eius loci vendat in eo rem exteri alicuius , ac manifestet emptori,se illam vendere de mandato, aut nomine illius exteri,tunc emptorem tenere seruare tantum de pretio quantum satis sit,vt soluatur alcauala , interim dum non constat, satisfactum esse collectori alcaualæ:quoniam exterus ille rem vendit, ac debet alcaualam;non verò mandatarius , qui loco & nomine illius eam rem vendidit. Si autem incola ille rem vendens , non manifestet, se illam vendere de mandato,aut nomine illius exteri,tunc ipse censetur illam vendere ad effectum, vt teneatur emptori de euictione,& vt ipse soluere teneatur alcaualam,quando dominus rei eam non soluerit,ac proinde emptorem tunc non teneri retinere de pretio donec alcauala soluatur.

4 Quando autem aliquis venderet,aut permutaret,rem alienam sinè mandato eius, cuius est,attamen nomine,& loco illius, eius negotium agens , idque manifestans, tunc quia venditio non est valida, nisi dependenter à ratihabitione eius, cuius est ea res,vt disput.337.ac alibi dictum est, vtque,si ratihabitio posteà sequatur, debetur alcauala ab eo,cuius ea res erat,& cuius nomine venditio facta est.Si verò ratihabitio non sequatur,nulla debebitur alcauala:quoniam ex venditione, aut permutatione nulla, alcauala non debetur, vt eadem disputatione, & alibi dictum est. Habet autem id verum,etiam si venditor deratihabitione cauerit emptori. Licèt enim tunc venidtor emptori teneatur ad interesse,vt disput.268.§. tertius , comprobatum est; quia tamen non idcirco ea venditio est valida,neque venditor tenetur ad interesse vi talis venditionis,sed ex pacto de rato insuper addito, quod non est venditio,neque permutatio,ex quibus solis contractibus alcauala debetur , vtique ex eo quòd,qui de rato cauit , ad interesse emptori teneatur,non sequitur deberi alcaualam ex ea venditione.

5 Quando aliquis rem alienam vendidit, aut permutauit , non demandato domini rei,neque negotium illius agens , sed suum,siue ignorans eam rem esse alienam, siue sciens alienam esse, eam vendat , aut permutet,modò tamen emptor , aut qui cum eo permutat,non sciat esse furtiuam, validus est contractus ad effectum,vt venditor dominium pretij,aut rei in commutationem acceptæ, acquirat , teneaturque alteri de euictione, ac proinde venditor, ac permutator, ad alcaualam tenetur tanquam ex vero contractu venditionis , & permutationis,nomine proprio celebrato. Quòd autem validus sit vterque contractus modo explicato,ac proinde quòd venditor,& permutator, ad alcaualam ex eisdem contractibus teneatur , copiosè est comprobatum disp.327. neque est necesse illa hoc loco repetere . Quando autem emptor sciebat rem esse furtiuam,eamque emit,tunc invalidus est is contractus, vt ibidem ostensum est,ac proinde ex eo contractu inualido alcauala non debebitur:pretium tamen amittetur illis , quibus eo loco explicatum est. Atque hæc de hac disputatione sufficiant.

SVMMARIVM.

1 DIMIDIVM *alcaualæ soluit in Lusitania emptor, Id. m quondam erat in hoc regno. Hodie totam soluit venditor. Neque contrarium habet ius commune.*

2 *Alcaualæ dimidiũ quãdo habet emptor soluere in*

in hoc regno teneatur. Et quousque emptor teneatur etiam facere certiorem gabellariũ, Et quando retinere teneatur alcaualam ex pretio.

3 *Alcaualæ solutionem si pacto venditor in emptorem reijciat ,gabellarius adhuc illam petit a vẽditore. Sed vẽditor recursum aduersus emptorẽ habet. Neque gabellarius cogere emptorem potest eam soluere, nisi venditor illi actionem cesserit.*

4 *Alcaualam in prædicto euentu(non interueniente cessione venditori)si gabellarius petat ab emptore,& emptor coram iudice respondere incipiat,cogetur illam ei soluere neque gabellarius, exacta ea actione , recursum vllum habet aduersus venditorem.*

5 *Alcaualam non debet emptor , estò venditor,immunis à solutione alcaualæ , dicat se vendere illi talem rem tanto pretio franco à solutione cuiusque tributi.*

6 *Alcauala rei venditæ tanto pretio franco, quanum talis fuerit arbitratus,debet emptor venditori,si ante id arbitrium ius recipiendi alcaualas ad venditorem deueniat. Alcaualam item debet gabellario , qui gabellario aliquid vendit.*

7 *Alcaualæ centum & decem aurei debentur, quando venditur prædium mille aureis francos.*

8 *Ex vendito actio competit , vt impleantur pacta in cõtinenti addita vẽditioni , si addita sint velut in recompensationem parti pretij: secus si non intalem velut incompensationem sint addita.*

9 *Alcauala non debetur ex additione in continenti alterius contractus venditioni in recompensationem partis pretij rei venditæ, nisi contractus ita additus ,permutatio , aut venditio sit.*

10 *Alcaualæ solutio iniustè cum restituendi onere reijcitur in emptorem, si triticum lege sit taxatum quatuordecim argenteis, & quis illo pretio vendat cum pacto, vt emptor alcaualam insuper soluat.*

11 *Alcaualæ solutio si in emptorem reijciatur, quod soluitur in alcaualam,est addendum reliquo pretio , vt intelligatur, an res vendita sit vltra dimidium iusti pretij.*

12 *Alcauala an debeatur minor ex venditione rei minori pretio, quàm valeat , sed compensatione facta eius incrementi aliquo alio.*

13 *Venditio rei cum pacto en fauorem venditoris , efficit illam minoris valoris quoad eam venditionem.*

An aliquando emptor ad alcaualam teneatur. Et nonnulla circa pactũ, vt ad eam teneatur. Disput. 678.

1 IN Lusitania teneri emptorem ad dimidium alcaualę, & venditorem ad alterũ dimidium, sæpe est dictum. Atq; idẽ ius fuisse quondam in hoc regno, refert Lassarte de decima vend.c.15.n.1. Posteà verò sancitum est,vt solus venditor ad integrum teneatur , vt sæpe est relatum. Quanuis, vt pluries in præcedentibus affirmauimus , id regulariter redundet in emptores,quibus eò carius res venduntur, quòd plus alcaualæ,& aliorum tributorum,ex eis soluitur:id quod,cum Cornel.tacito,& AEmelio Ferrato, affirmat Lassarte vbi supra.n.3.

Doctores plurimi quos copiosè refert Aries Pinel.l.1.C. de rescind. vend. part. secunda cap. 3.num. 40. colligunt ex.l. debet.ff. de ædict.edict.deiure communi alcaualam , & similia tributa ex venditione, indubio potiùs deberi ab emptore, quàm à venditore, quasi de iure communi potiùs ac frequentius imponerentur emptori, quàm venditori. Meritò tamen idem autor cum Carolo Molinæo, & Lassarte.c.15.citato.n.1.&.2. contendunt,nihil tale ex eo iure colligi. Etenim in eo statuitur, si emptor ob vitium rei, culpa venditoris non derectum,agat redhibitoria,contractusque rescindatur,venditorem,non solum teneri reddere pretium,sed & expensas omnes , quas emptor fecit,non suo marte, & ex mera sua voluntate,sed vi contractus, aut ex conuentione & præscripto venditoris. Quòd si(subiungit textus)fortè debeatur vectigal ex tali contractu & fortè iure aliquo priuato sancitum sit,vt illud soluat emptor, hoc etiam teneri reddere venditorem emptori: quia vi contractus illud soluit: & quia venditor , qui ita fuit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

culpa, tenetur seruare emptorem omnino indemnem ex eo contractu. Sanè, cùm textus ille bis apposuerit particulam sortè, non innuit, solere frequentiùs id tributum imponi emptori, sed solùm Posse euenire, vt ei imponatur.

2 In hoc itaque regno, in quo sancitum est, vt solus venditor alcaualam soluat, quærimus, num aliquando, maximè ex pacto, illam soluere teneatur emptor, & quousque tunc conueniri possit, aut debeat. Atque iam in superioribus ex. l. tertia, & quarta, titul. 17. & ex. l. tertia, titul. 18. libr. 9. nouæ collect. est dictum, ex oleo, quod Hispali venditur, non Regis, sed priuatorum, dimidium alcaualæ soluere emptorem, & dimidium venditorem. Lege item. 31 in fine titul. 19. libr. 9. nouę collect. quanuis solus venditor præcipiatur soluere alcaualam, & efficere certiorem collectorem intrà quinque dies à celebrato contractu sub pœna dupli, ad maiorem tamen cautelam præcipitur etiam emptori, vt ipse quoque collectorem certiorem efficiat de re, quam emerit, aut permutatione acquisierit, & à quo, intrà tres dies à contractu celebrato, sub eadem pœna. Si tamen venditor certiorem faciat collectorem intrà quinque dies, emptor non subiacet pœnę, estò certiorem illum non affecerit. Lege verò. 32. subiungitur, si venditor, aut permutator, non sit incola loci, in quo celebratur contractus, aut estò sit incola, *fuere hombre poderoso, o official nuestro el tal lugar*, emptor teneatur reseruare ex pretio, quantum satis sit ad soluendam alcaualam, donec sibi constet, satisfactum esse collectori, aut compositionem cum illo esse factam, sub pœna, vt ipse emptor soluat illam duplam. Excipitur, quando venditur vinum, aut venduntur alia ad victum spectantia, *pormenudo*: nam tunc D emptor ad id non tenetur. Lasserte cap. 15. citato. n. 10. nomine *de poderoso*, intelligit, etiam venditorem, aut permutatorem, adeò pauperem, vt periculum sit, eum posteà non habiturum vnde alcaualam soluat. Quia tamen lex illa est pœnalis, & nomen potentis, neque im propriè, comprehendit pauperem; sanè reijcienda est ea ipsius sententia.

3 Si quis vendat rem aliquâ tanto pretio *franco*, hoc est, libero a solutione alcaualæ, ita vt pacto inter ipsum & emptorem A reijciat in emptorem onus soluendi alcaualam, quòd posse fieri ex se liquet, & colligitur ex. l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de act. empt. tunc nihilominùs gabellarius cogere potest venditorem soluere alcaualam: quoniam priuatorum pacta, neque fiscum, neque quenquam alium, priuare possunt iure, quod aduersus aliquem habeat, reijciédo suum onus in alium, vt constat ex. l. inter venditorem. ff. de pact. Quarè lex. 8. titul. 18. libr. 9. nouæ collect. quæ statuit, si clericus à laico emat rem aliquam pretio *franco* à B solutione alcaualę, posse nihilominùs gabellariũ alcaualam petere à tali laico, qui ita vendidit, nihil statuit supra id, quod ius commune habet. Véditor tamen, qui rem vendidit pretio franco, reijciendo in emptorem onus soluendi alcaualam, recursũ ex eo pacto habet aduersùs emptorem actione ex vendito, vt sibi soluat alcaualam, quam venditor ipse soluit, vel vt præueniat gabellarium, eique satisfaciat, vt constat ex. l. inter debitorem citata, iuncta glos. ibi, ex. l. 2. C. de hæred. vel act. vend. & ex. l. ea conditione. C. de rescind. vend. Vtrum autem vi talis pacti C inter venditorem & emptorem, possit gabellarius compellere emptorem, vt sibi alcaualam soluat, meritò Lassarte vbi supra numer. decimotertio negantur respondet, nisi venditor priùs gabellario cesserit actionem ex illo pacto, & consentit apertè. l. 2. C. de hæred. vel. act. vend.

Quanuis, vt dictum est, gabellarius 4 non possit cogere eiusmodi emptorem, vt sibi alcaualam soluat, nisi venditor illi actionem cesserit, quia emptor excipere, seu opponere poterit, ipsum eam illi non debere; nihilominùs, si gabellarius agere cœperit ad eam alcaualam aduersùs emptorem, & emptor iudicium sua sponte suscipiat, ita gabellarius prosequi cum eo iudicium debet, vi pacti cum venditore ad illam soluendam, & oneris emptoris eodem pacto in se suscepti, vt, estò gabellarius recurrere velit ad venditorem, vt eam soluet, repellere optimè eum possit venditor, iuxta dispositionem legis. 2. C. de pact. quæ habet, quando quis vendidit hæreditatem aliquibus, licèt creditores, quibus aliquid hæreditas debet, actionem non habeant aduersùs emptores, sed aduersus hæredem, qui hæreditatem

tem vendidit, qui rursùs actionem habet A aduersùs emptores, vt id, & cætera onera hæreditatis sustineant; nihilominùs, si creditores actionem intentent aduersùs emptores, emptoresque sua sponte actionem suspiciant, eiusmodi: creditores non habent posteà recursum aduersùs hæredem, sed repelli possunt exceptione ex pacto tacito, vt lege citata habetur: idemque prorsus est in re, de qua disputamus. Glossa vltima ibi, & doctores communiter, id intelligunt, de pacto eo ipso tacito eiusmodi creditorũ cum hærede, quòd nollunt eum conuenire, sed contenti sint conuenire emptores hæreditatis. Atque B tunc, cùm ad pactum tacitum consensus tacitus vtriusque partis sit necessarius, dicendum erit, ex parte creditorum esse consensum tacitum, qui colligitur ex actione, quam aduersùs emptores hæreditatis intentant, prætermisso hærede: ex parte verò hæredis, esse consensum omnino præsumptum, quòd id gratum sibi fit, illudque velit, estò id ita fieri ignoret, neque ea de re interrogetur.

Lassarte vbi supra num. 16. potiùs existimat eam legem esse intelligendam, de pacto tacito inter creditores hæreditatis, C & emptores eiusdem hæreditatis, vt prætermisso hærede, locoque hæredis, emptores hæreditatis conueniantur: eo enim ipso, quòd creditores aduersùs emptores actionem intentant, & emptores sponte iudicium illud subeunt, vt posteà euitent iudicium hæredis de re eadem aduersùs ipsos, tacitè censentur vtrique in eo pacto conuenire; idque validum est, estò hæres non paciscatur, quatenus liberari hæredem, cedit in commodum emptorum hæreditatis, argumento. l. si vnus. §. quod si sinè. ff. de pact. Magis verò D lex secunda citata loqui videtur de hoc pacto tacito inter creditores hæreditatis, & inter emptores, quàm de illo alio creditorum cum hærede, vt bene Lassarte. n. 16. citato probat.

5 Ex hactenus dictis infert bene Lassarte vbi supra num. 17. estò in hoc Castellę regno venditor, qui lege, aut priuilegio, immunis est à solutione alcaualæ, dicat se vendere tanto pretio franco rem suam, subijcereque emptorem oneri, vt soluat quodcumque tributum ex illa fuerit debitum, non proinde emptorem teneri soluere alcaualam, neque gabellarium posse A illam ab eo exigere, nisi expressè in fauorem gabellarij, dixerit venditor, dum rem vendebat, se renunciare priuilegio suo, quo immunis est à solutione tributi. Ratio autem est, quouiam solus venditor debet in hoc regno alcaualam, & non emptor, neque vi pacti, quòd pretio franco res vendatur, & quod emptor teneatur ad tributa, quæ ex illa debentur, aliter censetur emptor debitor alcaualæ, aut alterius tributi, quàm quatenus venditor ad illud teneatur: quarè cùm, in re proposita, venditor ratione sui priuilegij ad alcaualam non teneatur, neque B emptor ad illam tenebitur, ac proinde gabellarius exigere iustè ab illo eam non poterit.

Idem Lassarte num. decimo octauo, ex 6 eodem capite affirmat, si quis vendat fundum suum tanto franco pretio, quantum Titius fuerit arbitratus, atque post venditionem ea forma contractam, eueniat vt alcaualæ hæreditatum eius loci ad venditorem pertineant, quia videlicet illas conduxit tanto pretio, & posteà sequatur Titij arbitrium, venditorem vltra pretium à Titio taxatum, non posse petere ab emptore alcaualam. Ducitur, quia emptor non tenetur ad illam, nisi ratione venditoris, & quantum venditor teneretur: eo autem ipso, quod alcaualæ ad venditorem pertinent, venditor alcaualam non debet; eò quòd nullus sibi ipsi quicquam debere possit: ergo tunc emptor alcaualam non debet. Potiùs tamen existimarem contrarium, nisi Titius in eo euentu, vltra pretium alioquin francum, arbitratus esset incrementum alcaualæ soluendum venditori. Ratio est, quoniam venditor censetur vendidisse tota latitudine pretij franci & alcaualæ, quæ tota latitudo est pretium iustum rei suæ: & quoniam illa alcaualæ ad se pertinet, non nomine proprio, sed nomine & loco Regis, neque ad se pertinet titulo gratuito, sed oneroso: quarè in eo euentu ex eo, quòd per accidens titulo oneroso ad ipsum deuenerit ius recipiendi alcaualas loco & nomine Regis, æquitas non patitur, vt priuetur emolumento illo, parteque illa iusti pretij rei suæ, quod ex conuentione debebetur Regi loco sui, atque ex re sua, & sibi loco Regis. Idem Lassarte ibidem cum Parladorio rectè subiungit. Si venditor

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditor gabellario ipsi fundum suum vendat centum aureis, gabellarium, per soluto pretio, posse exigere alcaualam, aut eam deducere de pretio antequàm pretium soluat: quoniam est distinctum debitum, quod venditor ex venditione illa debebet gabellario.

7 Illud cum Lassarte vbi supra num. decimonono, Carol. Molinæo, Parladorio, & alijs, est notandum. Si quis vendidit fundum pretio franco, hoc est, *borro de alcauala*, mille aureis, non satisfacere emptorem gabellario, si insuper illi soluat cētum aureos, qui sunt decima pars mille aureorum: quoniam alcauala soluenda ex venditione, est decima pars integri prētij, atque adeò, quod in alcaualam soluitur, computandum est in latitudine tota pretij, vnde alcauala soluitur: ex milie autem & centum aureis pretij, debentur in alcaualam centum & decem; centum quidem ex mille, & decem ex alijs centum. Atque hoc iure, inquit, Lassarte vtimur. Subiungit autem, neque iterum ex illa decem debet solui vnum in alcaualam, & ex illo vno decima pars, & ita consequenter: quoniam, quando venditur res pretio franco mille aureis, tantum ascendere debemus in pretio vltra mille, quo vsque soluta integrè alcauala, maneant venditori mille aurei. At certè, nisi & ille ascensus totus in pretio fiat, remanere non possunt emptori mille, persoluta integrè gabellario ex pretio alcauala: quarè, in rigore, totus ille ascensus, quicquid Lassarte in contrarium dicat, fieri debet. Tametsi æquitas postulet, vt in eo rigoroso ac graui tributo, non tanta ex actio fiat. Quo fit, vt, si id non habeat vsus, vt habere non videtur, standum sit consuetudini.

8 Est verò ad negotium alcaualæ, de quo disputamus, & ad pleraque alia magnopere obseruandum, ex. l. qui fundum, ex. l. fundi partem. ff. de contrah. empt. ex. l. tenetur. §. primo. ex. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empt. ex. l. si vendidero, in fine, iuncta. l. sequenti. ff. de seruis export. pacto venditionis alicuius rei pro aliquo pretio, multipliciter posse coniungi in continenti pactum aliud. Primò, quasi in augmentum pretij, seu recompensationis pro ea re vendita; quia scilicet interest vendēti tale aliud pactum impleri, eaque de causa rem vendit minori pretio, quàm alioquin illam vēderet, nisi simul intetueniret ea recompensatio impletionis illius alterius pacti. Sic, inter alia iura, habetur. l. fundi partem citata, quæ est Iaboleni iurisconsulti, vt habent codices emendatiores, & non Labeonis, à cuius sententia in ea lege discreditur. Verba eius legis hæc sunt. *Fundi partem dimidiam ea lege vendidisti, vt emptor alteram partem, quam retinebas, annis decem, certa pecunia in annos singulos, conductam haberet: Labeo & Trebatius negant, posse ex vendito agi, vt id, quod conuenerit, fiat. Ego contra puto; si modò ideò vilius fundum vendidisti, vt hæc tibi conuentio præstaretur: nam hoc ipsum pretium fundi videtur, quòd eo pacto venditus fuerat: eoq; iure vtimur.* Hactenus lex illa. Secundò, quia licèt res iusto alioquin pretio vendatur, interest tamen venditori, non aliter eam vendere, quàm sub pacto alio in continenti subiuncto. Vt, si alicui offeratur pretium iustum pro domibus, quas inhabitat; & quia non habet alias ad habitationem, neque fortè facilè eas commodè inueniet, deducat in pactum, vt emptor simul alias suas domos in tot annos certo aliquo pretio ipsi locet, quia aliter non vult vendere, nec deserere domus suas: quia enim hoc ad interesse spectat venditoris, quo iustè non vult carere, quia alioquin molestiam, iacturam, & incommodum patietur, vtique iustè hoc grauamen exigit ac imponit emptori pro domibus suis, quasi in partem insuper pretij, seu interesse pro suis domibus. Hoc itaque differt hic posterior euentus à priori, quòd in priori aliquid de pretio iusto rei venditæ detrahitur propter grauamē ex pacto adiecto, quæ pars pretij eo pacto adiecto cōpensatur: in posteriori verò ob pactū adiectū nihil de pretio iusto detrahitur, quo res vēderetur, si domorū dominus alias domus haberet ad suam commodam habitationem; attamen sicut venditor, propter id suum incommodum, quod ex venditione sequitur, posset, dum rogatur, petere augmentum pretij, quo id incommodum compensaretur, ita, loco eius augmenti, petere poterit in eandem compensationem, celebrationem simul illius alterius contractus. Quod ad rem itaque præsentem attinent, parum refert, siue propter contractū adiectum venditor minuat de pretio iusto rei, siue nōminuat, sed com-

compenset aliquod suum detrimentum, in cuius compensationem iustè exigere posset pretij augmentū: nam virtute vtrobiq; aliquid de pretio, quod poterat iustè exigi, minuitur propter pacti m adictum. Quia ergo, quando in aliqua venditione permiscetur aliquid permutationis, aut alterius cōtractus, siue nominati, siue innominati, quo, vnà cū pretio cūstituto, cōpēsatur totus valor rei vēditæ, aut pretiū totum, quod pro illa ex quacunque circunstantiā poterat iustè exigi, contractus simpliciter quoad compensationem totam reputatur venditio, vt disput. 537. ostensum est (modò tamen pretium excedat reliquum valoris, quod pactis alijs permixtis atque in continenti additis compensatur) inde efficitur, quòd omnibus iuribus citatis concedi dicatur actio ex vendito ad impletionem similium contractuum in continenti venditioni adiectorum, aut ad interesse, si impleri iam non possint: id quippe totum pertinet ad exactionem integri pretij, seu valoris constituti pro re vendita: pretium autem, & res loco pretij, quæ ex venditione debetur, actione ex vendito exiguntur.

Illud insuper obserua, contractui venditionis posse addi in continenti pactum minimè ad substātiam venditionis spectās, vt pote ad interesse, aut quasi interesse, vendentis, pro re, quæ venditur, nihil attinens: & tunc, estò in continenti pactum illud adijciatur venditioni, simulque cum illa celebretur, imò estò vendens non vellet rem vendere, nisi celebrando simul id aliud pactum, non cōpetit venditori actio ex vendito ad cogendum emptorem, vt impleat hoc pactum, aut ad interesse ex eo, quòd illud non impleuerit: sed agere debet ex illo alio pacto, siue nominato, saltem quia stipulatione vallato, siue innominato, vestito tamen cohærentia in continenti contractus venditionis, cum quo est simul celebratus. Nisi tamen pactum contineret quid inhumanum, & irrationabile, attentis circunstantijs concurrentibus; vt si mancipium venderetur certo pretio, appositio pacto certę pœnę, si illud manumittat: tunc enim ea pœna exigi non posset, estò stipulatione sit promissa, vt habetur. l. si venditor. ff. de seruis export. Exempla eius, quod præcipuè obseruanus, sunt, verbi gratia, si Petrus simul vendidit Ioanni agrum, & illi locauit domos, aut equum, vel ab eo conduxit, vel ali-

A quod aliud pactum celebrauit, non quasi in commutationem simul pro re vendita, aliquo ex duobus modis supra explicatis, non competit Petro actio ex vendito aduersus Ioannem, vt adimpleat eos contractus, aut vt soluat interesse, si illos tempore congruo non impleuit: quoniam cōctus illi nihil attinent ad contractum venditionis, ad illiusve substantiam: sed agere debet ex ipsismet contractibus, locationis, conductionis, stipulationis, aut alterius, quem simul cum venditione celebrauit, vt consentit apertè. l. fundi partē citata, & habetur. l. si venditor citata. Vbi additur, si quis vendit ancillam cum pacto, ne prostituatur, aut ne in alia loca deportetur; quoniam id interest vendenti, atque ad pium illius affectum attinet, idque quasi in partem pretij, & recompensationis pro ancilla, exigerit; agi poterit ex vendito, vt eis pactis stetur, & impleantur.

Quæ dicta sunt intendit Lassarte de decima vend. cap. 15. citato à num. 19. cum Carolo Molinæo, Andræa ab Exea, & alijs, quos citat; tametsi non ita exactè ea explicent. Illud verò non probo, quod Lassarte vbi supra à num. vigesimoquarto, ex hactenus dictis intendit. Nempe in euentibus, in quibus dictum est, pactum in continenti venditioni appositum augere pretium pro re vendita, eaque de causa competere venditori actionem ex vendito, vt id pactum impleatur, posseque ex vendito agere ad interesse, si tempore cōgruo non impleatur, in eis, inquam, euentibus, prudentis arbitrio æstimādum esse, quantum ex tali pacto accrescat pretij conuenti pro re vendita, vt inde etiam alcauala exigatur, ac soluatur. Hoc profectò non probo. Quoniam alcauala in hoc regno, & in Lusitania, solùm debetur ex mera venditione, quoad verum ac formale pretium conuentum pro re vendita, & ex permutatione: quòd si venditioni permisceatur aliquid permutationis, vterque contractus, præcisè vnus ab alio, consideratur, atque ex mero contractu venditionis, spectato præcisè à permutatione, debetur vna alcauala: ex permutatione verò, præcisè spectata à venditione, debetur duplex alcauala, vt disp. 337. cū hoc eodē autore cōprobatū apertèest. Quòd si venditioni, aut permutationi, admisceatur aliquis alius cōtractus, siue nominat', siue innominat', ex illo profectò nō debetur alcauala.

9 Quæ dicta sunt intendit Lassarte de decima vend. cap. 15. citato à num. 19. cum Carolo Molinæo, Andræa ab Exea, & alijs, quos citat; tametsi non ita exactè ea explicent. Illud verò non probo, quod Lassarte vbi supra à num. vigesimoquarto, ex hactenus dictis intendit. Nempe in euentibus, in quibus dictum est, pactum in continenti venditioni appositum augere pretium pro re vendita, eaque de causa competere venditori actionem ex vendito, vt id pactum impleatur, posseque ex vendito agere ad interesse, si tempore cōgruo non impleatur, in eis, inquam, euentibus, prudentis arbitrio æstimādum esse, quantum ex tali pacto accrescat pretij conuenti pro re vendita, vt inde etiam alcauala exigatur, ac soluatur. Hoc profectò non probo. Quoniam alcauala in hoc regno, & in Lusitania, solùm debetur ex mera venditione, quoad verum ac formale pretium conuentum pro re vendita, & ex permutatione: quòd si venditioni permisceatur aliquid permutationis, vterque contractus, præcisè vnus ab alio, consideratur, atque ex mero contractu venditionis, spectato præcisè à permutatione, debetur vna alcauala: ex permutatione verò, præcisè spectata à venditione, debetur duplex alcauala, vt disp. 337. cū hoc eodē autore cōprobatū apertèest. Quòd si venditioni, aut permutationi, admisceatur aliquis alius cōtractus, siue nominat', siue innominat', ex illo profectò nō debetur alcauala.

Quarè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarè, si pro re vendita minus veri pretij, A
hoc est, pecuniæ, conueniatur, quàm talis
res vendita valeat, & loco alterius partis
valoris eiusdem rei, ineatur simul alius cō-
tractus locationis, conductionis, vel alius
similis, nominatus, aut innominatus, quo
compensetur illa alia pars valoris rei ven-
ditæ, vtique neque ex tali locatione, con-
ductione, aut alio contractu, debebitur al-
cauala, vt est notissimum; neque item ex
compensatione ipsa talis partis æstimatio-
nis rei venditę eo contractu in continenti
appositio, quæ virtute est distinctus alius B
contractus innominatus, do eandem rem
venditam, quoad id æstimationis, seu eam
partem æstimationis remitto, vt mecum
simul ineas hunc alium contractum: ex
nullo siquidè contractu innominato, præ-
ter permutationem, alcauala debetur, vt di
ctum est. Equidem æquiuocatio fuisse vi-
detur, quæ hunc fefellit autorem in re, de
qua disputamus. Etenim quando in ven-
ditione, vnà cum vero pretio, hoc est, cum
pecunia, compensatur res vendita aliqua
alia re, si pretium superet valorem alterius
rei, contractus reputatur solum venditio, C
ad effectum actionis, quę ex illo competit,
vt integer compleatur, quæ actio nuncu-
patur ex vendito: idque, quo res vendita,
vnà cum pretio, compēsatur, pretium, seu
pars pretij, talis rei veditæ reputatur: quo-
niam non extrahit contractum à ratione
venditionis veræ, vt disp. 337. dictum est:
atq; iuxta hanc doctrinam, & in hoc sensu,
loquuntur. l. fundi pars. & alia iura supra
citata, quæ in eo euentu actionem ex ven-
dito concedunt. Cæterum, quod ad alca-
ualam attinet, solum reputatur venditio,
quod vero pretio compensatur, & quate-
nus vero pretio compensatur, vt ibidem D
ostensum est. Quod si admisceatur simul
permutatio, inde etiam duplex alcauala de
bebitur. Ex admixtione verò cuiuscunq;
alterius contractus, siue nominati, siue in-
nominati, nulla sanè alcauala debetur, vt
sæpe dictum est.

10 Iuxta hactenus dicta, rectè Lassarte vbi
supra nu. 25. infert aduersus Ludouicum
Mexia, falsam esse illius sententiam, qua
asseruit, si triticum lege iusta sit taxatum
quatuordecim regalibus argenteis pro fa-
neca, quam vocant, licitè venditorē posse
recipere ab emptore quatuordecim rega-
les pro ea, cum pacto, vt emptor soluat in-
super alcaualam. Ducitur, quoniam in eo
euentu, venditor solum accipit in pretium
quatuordecim regales lege taxatos. Cùm
verò alcauala in hoc regno à venditore sit
soluēda de ipso pretio, vti quę, reijciendo
onus alcaualæ in emptorē, plusquam qua-
tuordecim regales accipit in pretium: imò
tunc maiori pretio vltra quatuordecim re
gales, quàm sit decima pars eorum, cense-
tur vendidisse: quoniam eam decimam par
tem, & insuper decimam partem eius de-
cimę partis, cum minimū cogetur soluere
emptor loco venditoris, vt supra osten-
sum est. Quarè, non solùm id erit in frau-
dem legis, cum onere restituendi totum
eū excessum, sed etiam si vltra vēditionem
tritici pro quatuordecim argenteis, initū
cum ea sit aliquod aliud pactum in grauā-
men emptoris, & in'commodum vendito-
ris, quod pecunia sit æstimabile, id etiam
factum censetur, ac verè est, in fraudem
legis, cum onere restituendi eam æstima-
tionem, vt habetur. l. 1. tit. 25. lib. 5. nouæ
collect. & disp. 364. dictum est.

Ex dictis facilè constat, si res, cuius pre- 11
tium lege non sit taxatum, vendatur cum
pacto, vt emptor soluat alcaualam, ad iudi-
cādum, an pretium sit vltra dimidium, aut
infra dimidium, iusti pretij, in eo esse com-
putandum, etiam quod emptor soluit in
alcaualam, vt est satis perspicuum, & ob-
seruat Lassarte vbi supra. n. 27.

Quòd si res, quæ longè minus valet, 12
vendatur maiori pretio, sed compensante
venditore id, quod plus accipit, vel loca-
tione alterius suæ rei eidem emptori mi-
nori pretio, vel aliquo alio, quod det ei,
aut faciat in fauorem illius, tunc contra-
ctus ex ea compensatione redditur æqua-
lis ac iustus. Quod si id, quod insuper dat
in compensationem, sit vendibile, censē-
tur facta venditio vtriusque rei pro eo pre
tio, atque ex tota latitudine pretij debe-
bitur alcauala. Si verò non fiat illius ven-
ditio, sed sit locatio, aut contractus alius,
tunc, in rigore, atque in conscientiæ foro,
non debebitur ex toto eo pretio alcauala,
sed solùm ex ea parte, ex qua resultat iusta
venditio illius rei. In foro tamen exteriori
fortasse non audietur venditor, qui ita cō-
traxisset, sed ex toto pretio accepto titulo
venditionis illius rei, cogetur soluere al-
caualam.

Lassarte vbi supra nu. 33. obseruat, si res 13
vendatur cum pacto in fauorem vendito-
ris, quod rem ipsam afficit, neque ita libe-
ram relinquit emptori, ac esset, si sinè eo
pacto venderetur, tunc id pactum minoris
valoris

valoris illam reddere ad talem venditionē. A
Vt si vēdatur cum pacto de retro venden
do, aut cum alio, quo integrum venditori
relinquatur, resoluere venditionem; vel si
res vendatur cum pacto, vt ex ea insuper
certus annuus census soluatur, vel mancī-
pium vendatur cum pacto, vt intrà tātum
tempus manumittatur; vel vt non extraha-
tur ex tali prouincia.

SVMMARIVM.

1 ALCAVALA *debetur de toto pretio rei venditæ, non deducendo expensas factas in illa vendenda.*

2 *Alcauala ex eo pretij augmento, quod promitidos vocant, non debetur.*

3 *Tributorum exactores, & ad id custodes, ad quam restitutionem teneantur, si debitè munus suum non exequantur.*

Vtrum de parte pretij, quæ non deuenit ad venditorem, soluere teneatur alcaualam. Et quid de ministris, qui exigere tenentur tributa, & inquirere, ac manifestare ea occultantes, neque id efficiunt. Disp. 679. C

1 DVBIVM EST, vtrum de pretio, pro quo res venditur, deduci debeāt expensæ à veditore factæ in re vendenda, vt in illa asportanda ad locum, in quo est vendenda, item quod datur ei, qui loco domini eam vēdit, & quod datur proxenetę, atq; similiter aliæ expensæ, ita vt de solo reliquo pretij, quod ad venditorem deuenit, soluere debeat alcaualā, nō verò de illa parte, quæ consumitur in similibus expensis. Licèt quidam, quos Lassarte de decima vend. c. 16. n. 1. refert, arbitrati fuerint, de pretio rei venditæ deducendas esse similes expen sas, & de sola reliqua parte eius pretij soluendam esse alcaualam: dicendum tamen est cum eodem Lassarte ibidem. n. 3. Parladorio, & alijs, in hoc regno soluendam esse de toto pretio, pro quo res venditur, nullas omnino deducendo expensas in re vendenda effectas: sicut etiam Ecclesię soluitur decima omnium fructuum, non deducendo expensas in eis colligendis fa- D
ctas; cùm tamen fructus intelligi soleant, qui remanent deductis expensis. Ratio autem potissima huius assertionis est, quoniam hoc tributum impositum est, vt soluatur ex toto pretio, pro quo res vendita fuerit: sic enim lex. 1. titu. 17. lib. 9. nouæ collect. habet. Que paguen por razon della (alcaualæ scilicet) *de cada diez maravedis vno, de todo el precio porque vendieren.* Atque ita receptum est in praxi. Ac sanè, si expensæ essent deducendæ de pretio, ostium magnum litibus, ac defraudationibus alcaualę, aperiretur.

Dubium deinde est, quando in rebus, 2
quæ venduntur in publica subhastatione, B
iuteruenient *promettidos*, quos vulgus vocat, vt, verbi gratia, quòd quicunq; licitatus fuerit supra alios, accipiat quartam, aut tertiam, partē eius pretij, quod supra alios fuerit licitatus, ita vt si nullus supra ipsum sit posteà licitatus, sed ipsi res vendatur, retineat de incremento illo eam tertiam, aut quartam partē ipsi promissam: si verò alius supra ipsum sit licitatus, vltimus, qui fuerit licitatus, & cui res fuerit vendita, teneatur de integro pretio illi soluere eam tertiam, aut quartam, partem pretij, quod ipse auxit supra alios. Dubium, inquam, est, vtrum quando in venditione interueniunt eiusmodi *promettidos*, quæ soluenda ac deducenda sunt de toto pretio, quod vltimus, cui res venditur, fuerit licitatus, sit soluenda alcauala à venditore de toto integro pretio, an verò solùm de eo, quod ad ipsum peruenit, deducta reliqua parte, quæ ad *promettidos* spectat. Parladorius à Lassarte vbi supra. n. 4. relatus, censet, alcaualam solùm esse soluendā de parte pretij, quæ ad venditorem deuenit, deducta reliqua, quæ ad *promettidos* spectat. Lassarte verò vbi supra nu. 6. contrarium affirmat. Ratio autem illius est, quoniam id totum verè est pretiū rei illius venditę, & vt tale tenetur vltimus licitator anterioribus soluere, quæ ipsis debentur de *promettidos*, tanquam debita illis à venditore, quæ vltimus licitator ex pretio rei venditæ illis soluit loco & nomine venditoris, qui ea illis promisit sub ea conditione, si liciarentur, vt reipsa liciati sint. Item quoniam venditor duo genera contractus in eo euentu celebrat. Vnum, venditionis cum vltimo liciatore, cui rem vendit pro integro pretio pro illa ab eo promisso. Alterum verò genus est contractuum innominatorū cum singulis liciatoribus, nēpe

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de tertiam, aut quartam, parté pretij, quod licitando auxeris, vt ita augeas ac licieris, siue tibi res vendatur, siue non; modò tamen illa in tali publica subhastatione tandem vendatur: quòd autem impleto hoc contractu innominato à singulis licitantibus, eis à venditore debeatur ea pars pretij, quæ detrahenda est de integro pretio, pro quo res tandem fuerit vendita, vtique non impedit, quominùs res tandem pro toto eo pretio sit vendita, ac proinde quòd venditor ex toto eo pretio debeat alcaualam soluere. In hanc sententiam inclinaré, nisi audirem contrarium in more esse po- A situm: cui est standum, maximè in materia hac odiosa.

De custodibus, & alijs ministris publicis, qui ex officio tenentur inquirere asportantes merces, & celebrantes venditiones, aut permutationes, & alia, ex quibus tributa debentur, tum vt ea soluant, tum etiam vt transgredientes leges ea de re latas, ac se occultantes, pœnis eisdem legibus statutis afficiantur, neq; id opere præstant, commodiùs dicetur inferiùs in materia de restitutione, dum sermo fuerit, ad B quam restitutionem teneatur nó obstans, & non manifestans. 3

FINIS.

INDEX DISPVTATIONVM, quæ in hoc opere continentur.

Disputatio.

576 E Varijs in Hispanijs bonorú vinculis.

577 D Maioratus, seu primogeniũ, quid.

578 Licitene Hispaniarum primogenia instituantur.

579 Maioratus institutio ex legitimis alijs debitis, quando valida sinè Regis facultate, ex consensu eorum, quibus legitimè illę debentur. Et quædã alia rei huius occasione examinantur.

580 Maioratus qui legales, & qui ex aliorum institutione.

581 De maioratibus titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio simili, à principibus institutis, quãtam perpetuitatem, ac indiuiduitatem, quoad titulos ipsos, & res, quibus sunt annexi, habeant.

582 De maioratibus, qui à priuatis, ex regia facultate, aut sinè illa, instituũtur: & quæ eorum institutio vtilior.

583 Maioratus, ac melioratio, tum vltima voluntate, tum etiam contractu, fieri possunt. Et quando reuocabiles sint ab institutore, interim dum viuit; quando verò irreuocabiles.

584 Vtrum, vt maioratus institutio, ac melioratio in tertio, irreuocabiles reddantur, necessaria sit traditio per actum verum, an sufficiat per actum fictum, vt per clausulam constituti. Et de alijs duobus actibus, quibus eędem dispositiones irreuocabiles efficiuntur.

585 Vtrum, vt maioratus institutio, aut melioratio in tertio, contractu inter viuos factæ, irreuocabiles reddãtur, satis sit traditio rei vnius, an requiratur omnium ad illas attinentium. Et an traditione irreuocabiles reddantur, etiam quo ad bona futura.

586 Quibus alijs actibus maioratus institutio, & melioratio, irreuocabiles reddantur.

587 Vtrum, vt maioratus institutio, aut melioratio, irreuocabiles sint ex capitibus quatuor disputationibus præcedẽtibus explicatis, necesse sit accedat acceptatio. Atq; ex quibus capitibus reuocari adhuc nihilominùs eiusmodi institutiones possint.

588 Instituens maioratũ ex suis bonis, ad eumque vocans filium suũ primogenitum, & descendentes illius, nulla alia vocatione omnino facta, an finitis descendentibus ex illo, maioratus expiret, & bona illa libera reddantur.

589 Vtrum deficientibus omnino descendentibus ex primo institutore maioratus, expiret maioratus; an transeat ad collaterales consanguineos institutoris.

590 Quando in institutione mentio non est facta de maioratu, quibus verbis ac coniecturis censendum erit institutum esse maioratum.

591 Qui facultatem obtinuit ad vnum maioratum instituẽdum, num possit instituere duos. Et qui facultatẽ obtinuit ad duos instituendos, vtrum instituere possit vnum tantùm.

592 De institutione maioratus, vt in eo succedat, quem vltimus possessor, aut alius, elegerit.

593 Is, cui electio est cõmissa, si semel eligat, an possit iterũ eligere, & variare in persona electa. Quòd si ad maioratum non eligat, quis in eo succedat.

594 Vtrum is, cuius voluntati electio ad maioratus successionem commissa est, teneatur eligere digniorem, vel possit dignũ, aut etiam indignum, eligere, digniore prætermisso.

595 Vtrum is, cuius arbitrio electio ad maioratus successionem cõmissa est, teneatur eligere digniorem, vel possit dignum, aut etiam indignũ, eligere, prætermisso digniore. Et quantum peccatũ sit, tam hunc, quàm eum, cuius voluntati electio commissa est, non eligere digniorem.

596 De maioratuum consuetudine titulo præscriptionis.

597 Regis facultas, aut confirmatio, qualis necessaria, vt ea institutio maioratus sit valida, quæ Regis facultatem, vt valida sit, requirit.

598 Vtrum princeps institutionem maioratus inualidam, quòd ex Regis facultate non fuerit facta, confirmare possit, ac validã reddere, post mortem institutoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

599 Quando ad maioratus institutionem, necessaria est regia facultas, num satis sit, si ea sit concessa, an verò requiratur, vt literis sit expedita ante maioratus institutionem, & vtrum expiret, re integra, morte concedentis. Et quid de confirmatione maioratus quoad hæc omnia.

600 Maioratus institutio, vt sit valida, nú scripturá requirat. Et vtrum, sinè insinuatione, valida sit vltra summam, quæ sinè insinuatione donari potest.

601 Vxor vtrum sinè facultate viri possit maioratum instituere.

602 Vsu rationis carens, mutus, minor, & prodigus, num maioratum instituere valeát.

603 Filiusfamilias vtrum maioratum instituere possit.

604 Religiosus num maioratum instituere possit.

605 Damnati ad mortem naturalé, & alij serui pœnę, an instituere possint maioratum.

606 Ex quibus bonis maioratus institui possit. Et num institutio illius ex omnibus bonis sit valida. Et vtrum ab Ecclesiasticis de suis bonis institui possit.

607 Maioratum an instituere possit vxor, vel meliorare vnum filiorum, ex bonis, quæ ex altero marito, sibi obuenere, aut ex medietate lucrorum, si, superstitibus filijs prioris mariti, transeat ad secundas nuptias.

608 Maioratus de re aliena institutus, quatenus validus. Et vtrum ex re emphyteutica, feudali, aut ex censu, institui valeat. Et quovique institui valeat de rebus in alio regno cóstitutis. Et vtrum institutio ex regia facultate possit contingere legitimas filiorum clericorum, aut religiosorum, vel etiam filiorum, qui posteà nascentur.

609 Vtrum in filio vnigenito institui valeat maioratus de tertio, saltem ex regia facultate. Et num tunc seruari debeat dispositio legis. 27. Tauri.

610 Vtrum in legitimato, aut etiá inillegitimo, institui valeat maioratus.

611 Leges seu conditiones, quæ in maioratuú institutionibus adhibentur, quádo veræ conditionis, & quando modi, rationem habeant, & quovique obligent.

612 Conditio, aut modus, impossibilis, maioratus institutioni appositi, an eam vitient, vel non, sed habeantur pro non appositis. Et decisio quorundam dubiorum.

613 De conditionibus appositis vocationibus ad maioratus circa matrimonia celebranda.

614 De conditionibus, aut modis, vt vocatus ad maioratum ducere non possit vxores certæ qualitatis, aut vt ducere teneatur vxorem arbitrio, vel consilio alterius.

615 De conditionibus, aut modis, circa nominis ac armorum delationem.

616 Institutores maioratus, aut etiam successores in illo, quoviske descendentibus institutoris præbere teneantur alimenta, vel etiam dotes fœminis.

617 Vtrum in Hispanorum maioratibus iure sanguinis, an iure hæreditario, succedatur. Et an successor, vel etiam institutor variare possit conditiones, modos, & vocationes, prima institutione maioratui appositas.

618 Num in Hispanorum maioratibus iure directo an obliquo, succedatur.

619 Maioratus possessor num satisdare teneatur successori de rebus maioratus integrè restituendis.

620 Infamis num in maioratu succedere possit. Et rum maioratus sit dignitas.

621 Vtrum amens succedere possit in maioratu.

622 Vtrum surdus simul ac mutus, itemque cæcus, succedere in maioratu possint.

623 Vtrum religiosus, aut clericus, succedere possit in maioratu.

624 In maioratuum Hispanorum successione, an maior natu sit cęteris præferendus. Et quovsq; illegitimè natus succedere possit in eisdem maioratibus.

925 Fœminæ quovsque à successione in maioratu excludantur, & ad succedendum in eo admittantur.

626 Repręsentatio quovsque in feudis, in successione regni, & in maioratibus Castellæ, admittenda sit.

627 In regno, aut in alijs maioratibus Castellę, quovsqve collaterales succedant, admittendaque sit repræsentatio in ea successione. Et num succedat proximior vltimo possessori.

628 Num vltimo maioratus possessori succedere debeat consanguineus ipsi proximior, an verò proximior maioratus institutori. Idem de fideicommisio familiæ relicto. Et num in eo locum habeat repręsentatio.

629 Exponitur postrema pars legis. 20. Tauri circa successionem in maioratibus ex præscripto illos instituentium.

In

630 In successione in maioratibus de bonis coronæ regni Lusitani iuxta legem mentalem, an locum habeat repræsentatio, præferendusque sit nepos patruo, an econtrario.

631 In maioratibus Lusitanis de bonis patrimonialibus institutis, an locum habeat repræsentatio, neposque patruo sit præferendus.

632 Vtrum in successione in ipsamet regni Lusitani corona, locus sit repręsentationi, ac proinde nepos ex primogenito prædefuncto, prę ferri debeat patruo.

633 Examen quorundam dubiorum in maiorem eorum lucé, quæ hactenus de successione in regno, & in alijs maioratibus, dicta sunt.

634 Maioratus esse ne possit in pendenti, an non, sed ab vltimo possessore transeat irreuocabiliter ad proximè vocatum ex existentibus, etiam si posteà nascatur alius proximius vocatus.

635 Fructus bonorum maioratus pendentes tempore, quo ad successorem defertur, vtrum integri ad nouum successorem pertineant, an verò cum prædecessore, seu cum successoribus in bonis illius, sint diuidendi.

636 Dominium, & possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, delato maioratu, iure Castellæ ad sequentem successore ipso iure, absque vllo prorsus actu, transit.

637 De remedio possessorio, quod maioratus successori ex l. 45. Tauri solet concedi pro consequenda actuali tenutá rerum maioratus.

638 Nonnulla dubia circa præcedentia examinantur.

639 An viuente maioratus possessore, is, qui post eius mortem successionem prætendit, possit intentare actionem, vt declaretur verus, post mortem illius, successor.

640 Successor in maioratu, an ad debita institutoris teneantur.

641 Successor in maioratu, an teneatur soluere debita prędecessoris in illo, qui eius maioratus institutor non fuit.

642 Augmentum factum in rebus maioratus, quotuplex. Et num augmentum quasi naturaliter, & casu tempore vnius rebus maioratus obueniens, ad successores pertineat.

643 Augmentum per se potens consistere, seu ex trinsecú, quod rebus maioratus, possessoris industria, aduenit, an ad maioratum, successoresq; proinde in illo, pertineat.

644 Vtrum augmentum intrinsecum, seu ita industria possessoris accidens rebus maioratus, vt non possit per se constitere, pertineat ad maioratú, ad successoresq; in illo.

645 Vtrum ex maioratu Trebellianica, aut falcidia, detrahi possit. Et quovsque maioratus possessor emolumenta ex maioratu percipere possit.

646 Ad quæ onera maioratus possessor teneatur. Et num facere teneatur inuętarium de rebus maioratus.

647 Maioratus quovsq; ab institutore dissolui possit. Et num bona illius à possessore maioratus propria autoritate alienari valeant, saltem per compromissum, aut transactionem. Et num sententia lata aduersus possessorem, prejudicet vlteriùs ad eum maioratum vocatis.

648 Num bona maioratus, ac fideicommissi, alienari absque regia facultate aliquibus in euentibus possint.

649 Quovsque princeps concedere possit facultatem maioratus possessori ad bona maioratus alienanda.

650 Vtrum si maioratus institutor prohibuit ea bona, etiá de Regis facultate, alienari, successoresq; prohibuit eá facultatę petere, aut ea vti, possint nihilominus eadem bona ex causis prædictis, ex regiaq; facultate alienari. Et num, quando ex regia facultate alienantur, vendi in publica subhastatione debeant.

651 Qui ex facultate regia ré maioratus emit, an curare teneatur, vt inde alia res maioratui subrogetur. Et num, quod in compensationem pro re maioratus redditur, subijciatur eo ipso vinculo eius maioratus.

652 Examé ac decisio quorundam dubiorum circa facultates ad alienandú res maioratus, & circa earum alienationem, vi earundem facultatum.

653 Bona maioratus, etiam ex regia facultate permissa alienari, aut obligari, an existętibus alijs bonis liberis possessoris maioratus, alienari, & obligari possint.

654 Maioratus successor num ob ingratitudinem, vel in institutorem, vel in anteriorem maioratus possessorem, possit successione in illo priuari.

655 Possessor maioratus an illo priuari possit ob dissipationem bonorum, quibus is maioratus constat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

656 Maioratus ex bonis patrimonialibus, num ex delicto possessoris, qui institutor illius non est, confiscari valeat.
657 Vtrum propter grauia delicta læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, vel ob crimen Sodomiæ, possessoris, confiscari possit maioratus de bonis patrimonialibus ab alio institutus.
658 Vtrum ob crimẽ læsę maiestatis humanę, aut diuinę, commissum à possessore maioratus, qui eum non instituit, excludantur eius liberi, transeatque ad vlterius ad eum vocatũ. Et de crimine læsæ maiestatis humanæ.
659 Vtrum ob delictũ institutoris possit maioratus confiscari.
660 Num maioratus de bonis coronæ regni, confiscari ob delictũ possessoris possit: & regnum propter Regis delictum.
661 De varijs tributorum nominibus ac generibus.
662 De Varijs vectigalium, eisque affinium, nominibus, ac generibus.
663 De alcauala, ssa in Lusitania dicta, & qui à solutione illius sint immunes.
664 Quæ res exemptæ sint, vt de eis alcauala non sit soluenda.
665 De tributo Lusitano, quod *empoſiçam* vocant.
666 Quis imponere tributum possit.
667 Ex qua causa tributum de nouo imponi, aut augeri possit: & num ea cessante, tributum cessare etiam debeat.
668 Quæ forma in tributo imponendo sit seruanda, vt sit iustum.
669 Licitúmne sit tributum, vt non solùm ex ijs, quæ negotiationis causa asportantur, aut venduntur, pars aliqua soluatur, sed etiam ex cæteris rebus, quæ asportantur, extrahuntur, aut venduntur, id soluatur.
670 De exemptione Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, à tributorum solutione: & de pœnis statutis tributa eis imponẽtibus, aut illa ab eis exigantibus, vel accipientibus.
671 Quid nomine Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, in re proposita intelligatur.
672 In quibus euentibus licitè tributa ex Ecclesiasticis accipiantur.
673 Qui alij à tributorũ solutione sint exẽpti. Et num liceat, aut expediat, aliquos ita eximi, aut reditus tributorum diuendi.
674 Quo vsque tributa in conscientiæ foro sint soluenda.
675 Quando ex mercibus solutũ non fuit tributum debitum, an qui titulo emptionis, aut alio, eas posteà obtinent, teneantur in conscientiæ foro illud soluere.
676 Tributum vbi solui debeat.
677 Quando aliquis rem alterius vendit, permutat, asportat, aut extrahit, quis ad alcaualæ, vel alterius tributi, solutionem teneatur.
678 An aliquando emptor ad alcaualam teneatur. Et nonnulla circa pactum, vt ad eam teneatur.
679 Vtrum de parte pretij, quæ non deuenit ad venditorem, soluere teneatur alcaualam. Et quid de ministris, qui exigere tenentur tributa, & inquirere ac manifestare ea occultantes, neq; id efficiunt.

INDEX LOCORVM SACRAE scripturæ, quorum explanatio intelligi ex hoc opere aliqua ex parte potest. Numerus, columnam indicat: litera, lineæ, partem.

Geneseos.

25 VENDE mihi primo genita tua. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. 20. C.
3 In ipsa effusione infantium vnus protulit manum, &c. 367. A.

Numerorum.

26 Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habeãt, sed tantùm filias, &c. 379. C.
27 Iustam rem postulant filię Salphaad. Da eis possessionem inter cognatos patris sui, &c. 379. D.
36 Accesserunt autem & principes, &c. vsque ad finem capitis. 380. A.

Deuteronomij.

20 Si reciperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. 863. D.
21 Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosę primogenitus, voluerit que substantiam inter filios suos diuidere, non poterit filiũ dilectæ efficere primogenitum, & præferre filio odiosæ: sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitq; ei de his, quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. 20. D.

Matthæi.

5 Qui vult tunicam tollere, dimitte ei, & pallium. 866. C.
9 Vidit hominem sedentem in telonio. 784. D.
17 Accesserũt, qui didrachma accipiebãt, &c. Et inuenies staterem, &c. 773. C.
17 A quibus accipiunt tributum vel censum? 774. C. 866. A.
22 Amice, non facio tibi iniuriam. An non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? 195. D.
22 Licet censum dari Cæsari, an non? Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari. 771. B. 774. C. 865. D.
22 Ostendite mihi num misma census. At illi obtulerunt ei denarium. 775. D.
27 Hunc angariauerunt. 783. D.

Ad Romanos.

13 Ideò enim tributa præstitis. Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita; cui tributũ, tributum; cui vectigal. vectigal. 774. D. 865. D.

Ad Hebræos.

12 Profanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua. 20. D.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX PRAECIPVARVM

rerum, quæ in hoc opere continentur. Numerus columnam indicat: litera columnæ partem.

Actio.

ACTIO aduersus diffamãtem, seu iactãtem aliquid, quo vsq; cõpetat, ante motã litem circa id, quod iactat ac diffimat. Et num agi eo modo possit etiam coram iudice actoris. 572. B.

Adoptatus.

Adoptatus non censetur de familia eius, à quo adoptatur. Legitimatus verò censetur de familia eius, à quo descendit. 158. D.

Aduana.

Aduana quid .784. D.

Alcauala.

Alcaualæ origo. Et vnde dicta. Quid sit & in quanta quantitate à principio, & téporis progressu fuerit concessa. 791. B.

Alcauala ex venditione soluitur. Et duplex ex permutatione. Et quis eam in hoc regno soluat, & quis in Lusitania. 793. A.

Alcaualam qui soluere teneantur, & qui ab ea soluendã sunt exempti. 793. B.

Alcaualam non debet Rex ex rebus ipsius, quæ venduntur, aut permutantur. Neque item illam debet in aliquo loco dominus alius alcaualæ eius loci. 794. C.

Alcaualæ à solutione immunes sunt Ecclesiastici, nisi quando, negotiantur. 795. B.

Alcaualam soluere tenentur laici, etiam si Ecclesiasticis vendant. Quin res venditæ transeunt ad eos cum onere, vt, in defectum vendentium, ex illis alcauala soluatur. 795. C.

Alcaualæ à solutione quouisque commendatarij immunes sint, aut non sint, in hoc regno, & in Lusitania, 796. D.

Alcauala quousque debeatur ex re indiuidua Ecclesiastico cum laico communi, si vendatur, aut permutetur. 797. B.

Alcaualam debet laicus ex fructibus rei Ecclesiasticæ suos iam effectos, si illos vendat, aut permutet. 797. D.

Alcauala debetur, si laicus ius aliquod suum donatum, aut emptum ex Rege, tertiarum decimarum Ecclesiarũ huius regni vendat, aut permutet, aut fructus illius. 798. A.

Alcauala non debetur ex bonis hereditatis iacientis vendentis, si successor posteà illam adiens, sit Ecclesiasticus: aut si defuntus sit Ecclesiasticus, nullusque omnino illam adeat. 802. A.

Alcaualæ à solutione quæ loca & personæ in hoc regno exempta. 805. D.

Alcauala debetur ex re, quam quis vendere cogitur. Si tamen in vtilitatẽ alterius ac publicã vẽdere illã cogatur, persolui etiam ab emptore alcauala debet. 806. D.

Alcauala debetur ex quacunque venditione ac permutatione rerum, etiam si merces nõ sint, & sint res proprij patrimonij venditæ ad subleuandam propriam necessitatem: quod à vectigalibus est alienum. 809. D.

Alcauala ex pane cocto non debetur, & quid nomine eius panis intelligendum. 810. C.

Alcauala ex tritico & alij granis debetur. Nisi exteri mari illa Hispalim asportent. 811. B.

Alcauala non debetur ex contractu, quo pistrices tot panes coctos pro certa mẽsura tritici reddunt. Secus si triticum pro panibus commutetur. 811. D.

Alcauala ex venditione, aut permutatione equi, mulæ, aut muli, quando non debeatur, & quando debeatur. 812. C.

Alcauala ex distractione monetarum non debetur. Ex venditione verò argenti, aut auri, quousq; debeatur. Quid etiã de ære, & de illis, quæ cudenda afferuntur. 815. A.

Alcauala ex libris non debetur. Neque debetur quoduis aliud tributum ex libris, qui alunde in hoc regnum inferuntur. 816. C.

Alcauala non debetur ex accipitribus, & alijs auibus ad aucupium inseruientibus. 816. C.

Alcauala non debetur ex bonis, quæ æstimata traduntur in matrimoniũ. Et quid si tradita sint inæstimata, &, contracto matrimonio, postea ex interuallo æstimentur. Et num validus sit talis contractus. 816. D.

Alcauala non debetur ex partitione bonorum communium quoad dominium inter eos, quibus communia sunt. Et quid si non sit partitio inter hæredes, & interueniat pecunia extranea, aut res alia extranea, qua aliquid commune comparetur: aut si, quod commune est, etiam hæreditatis, ab extraneo ematur. 817. D.

Alcauala debetur ex rebus hæreditatis venditis in subhastatione, etiã si ab hæredibus emantur. 812. A.

Alcauala in quibus alijs euentibus debeatur, emente vno cohæredum aliquid hæreditatis. 822. C.

Alcauala non debetur si res vendatur tanquam causę pię. Item neque ex vestibus ad cultum diuinum venditis, estò benedictæ nondùm sint. 823. D.

Alcauala, nec aliud tributum, debetur expinis venditis ad *ataraçanas* Hispalẽses. 824. B.

Alcauala non debetur ex soleis ferreis expeditis in castris aut in præsidijs. 824. B.

Alcauala non debetur ex armis iam perfectis ad illorum vsum, & quid armorum nomine intelligatur. 824. C.

Alcauala ex quibus farmacis non debeatur, & ex quibus debeatur. 825. B.

Alcauala non debetur ex captis bello ex hostibus, quando primò venduntur. 825. D.

Alcaualę iam debitę, & pœnę eas non soluentibus statutę, quanto tempore præscribantur. 825. D.

Alcaualę debitores quę facere teneantur, vt contractus & alcaualas manifestent, ne pœnas, ipsis alio quin statutas, incurrant. Et quas diligentius efficere possint exactores eius tributi. 826. A.

Alcaualę circa tributum ad praxim confessionum. 872. D.

Alcaualam, aut aliud tributum, quando Rex ex iusta superueniente causa licitè exactius, & auctius exigit, non possunt idem efficere alij, qui antea habebant alcaualas in aliquibus oppidis titulo oneroso, aut lucratiuo, ritè acquisitas. 880. B.

Alcaualæ tributum ex rebus mobilibus venditis vbi soluendum, & cui soluendum sit, aut non sit. 886. B.

Alcauala non debetur ex re collocata in regno, in quo alcauala non debetur, si ibi sit tradenda, estò venditio celebretur in alio regno, in quo alcauala debetur. Econtra verò debetur vbi est sita & tradenda, si ibi alcauala debetur, estò venditio sit facta in alio regno, in quo alcauala non debetur. 890. A.

Alcauala vt intelligatur vbi debeatur, in quo loco censeatur celebrata venditio, quando per procuratorem, internuncium, aut epistolam, inter absentes est facta. 892. C.

Alcauala vt debeatur, censetur venditio celebrata vbi sub ratihabitione alterius celebrata est, estò ratihabitio præstetur posteà in alio loco. 893. B. C.

Alcauala vt in aliquo loco ratione traditionis debeatur, non attenditur ad acquisitionem possessionis ciuilis per clausulam constituti in loco alio, sed ad naturalem possessionem, veramque traditionem. 893. D.

Alcauala rerum immobilium ibi debetur, vbi illę sitę sunt. Idem de iuribus, quæ cum rebus immobilibus computantur, & in rebus immobilibus collocantur. 894. C.

Alcauala vt intelligatur cui, & vbi debeatur, arbores solo affixæ cum solo immobili computantur, si vendantur, vt solo affixæ maneant. Secus si vt excidantur. 895. B.

Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, si vendatur actio, seu ius ad rem, siue mobilem, siue immobilem, censetur res mobilis vendita, existens in ipsomet vẽditore, atque in loco, in quo venditor celebrauerit venditionem. 895. D.

Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, quando hæreditas venditur, censendum est vendires ipsas mobiles, & immo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

immobiles, quibus ea hereditas constat. 894. C.
Alcauala vt intelligatur vbi, & cui debeatur, quando venditur rei vendicationis actio, non ad rem vendicandam est attendum, sed ad actionem ac ius vendentis, vt in alijs actionibus, quę vendũtur. 897. B.
Alcauala ex permutatione debetur in loco, in quo fuerint res, quæ permutãtur, siue mobiles sint, siue immobiles, & quando traduntur, quin quãdo tradita fuerit vltima, & non antea. 898. B.
Alcauala si incapitata sit in aliquo loco, & inde aliquis incœpto anno transferat domicilium, quantum ibi incapitationis soluere debeat. 900. A.
Alcaualam tenetur soluere is, cuius nomine ac præscripto res venditur, aut permutatur. Si autem venditor, aut permutator, mandatum excedat, quoad eũ excessum tenetur ipsi eam soluere. Tabarnarij tamen, quando vinum personę ab alcauala non exemptæ vendunt, perinde ad illam tenẽtur, ac si suum esset vinum. 901. B.
Alcaualam non debet exemptus, qui per non exemptum aliquid vendit, aut permutat. Illam verò debet non exemptus, qui per exemptum vendit, aut permutat. 902. B.
Alcaualæ quantitatem retinere tenetur emptor ex alienigena quo vsque sibi cõstet solutam esse gabellario, etiam si incola, emptore id sciente, rem vẽdat alienigenę. Emptore verò id ignorante, incola tenetur. 903. B.
Alcaualã debet is, sub cuius ratihabitione res illius venditur, si ratã eam venditionẽ postea habeat. Si verò ratam eam nõ habeat, nullus alcaualã debet, estò venditor emptori de rato cauerit. 903. D.
Alcaualam soluere tenetur vendens rem alienam vt suam, si emptor ignorabat alienam esse. Si verò id sciebat, contractus est nullus, alcaualaque non debetur. 904. B.
Alcaualæ dimidiũ soluit in Lusitania emptor. Idem erat quandam in hoc regno. Hodie totam soluit venditor. Neque cõtrarium habet ius commune. 906. A.
Alcaualę dimidium quando emptor soluere in hoc regno teneatur. Et quousque emptor etiam teneatur admonere gabellarium. Et quando retinere teneatur alcaualam ex pretio. 907. A.
Alcaualę solutionem si pacto venditor in emptorem rejiciat, gabellarius adhuc illam petit à venditore: sed venditor recursum habet aduersus emptorẽ. Atque vt gabellarius eam petere ab emptore posset, vẽditor illi cedere deberet actionem. 907. D.
Alcaualam in prędicto euentu (non interueniente cessione venditoris) si gabellarius petat ab emptore, & emptor coram iudice respondere incipiat, cogetur illã ei soluere: neque gabellarius, cœpta ea actione, recursum vllum habet aduersus venditotem. 908. C.
Alcaualam non debet emptor, estò venditor immunis à solutione alcaualę, dicat se vendere illi talem rem tanto pretio franco à solutione cuiuscunque tributi. 909. D.
Alcaualam rei vẽdite tanto pretio franco, quantum talis fuerit arbitratus, debet emptor venditori, si ante id arbitrium ius percipiendi alcaualas eius loci ad yẽditorem deueniat. Alcaualam item debet gabellario, qui gabellerio aliquid vendit. 910. B.
Alcaualę centum & decem aurei debẽtur, quando prędium venditur mille aureis *francos*. 911. A.
Alcauala non debetur ex additione incõtinenti alterius contractus venditioni in recompensationem partis pretij rei venditæ, nisi contractus ita additus, permutatio, aut venditio sit. 914. C.
Alcaualæ solutio ininstẽ cum restituendi onere rejitur in emptorem, si triticum lege sit taxato quatuordecim argenteis: & quis illo pretio vẽdat cũ pacto vt emptor alcaualam insuper soluat. 915. D.
Alcaualæ solutio si in emptorem reijciatur, quod soluitur in alcaualam, est addendum reliquo pretio, vt intelligatur an res vendita sit vltra dimidium iusti pretij. 916. B.
Alcauala an debeatur minor ex venditione in maiori pretio, quàm valeat, sed cõpensatione facta eius incrementi, aliquo alio. 916. C.
Alcauala debetur de toto pretio rei venditæ, non deducendo expensas factas in ea vendenda. 917. D.
Alcauala ex eo pretij augmento, quod *prometidos* vocant, non debetur. 918. B.

Alienatio

Alienentur vt bona maioratus, non potest princeps absque rationabili ac legitima causa concedere facultatem, & quæ causę legitimæ ad id censeantur. 641. C.

Alimenta.

Alimenta non alia iure naturali à parentibus filijs debentur, quàm ea, sinè quibus vitam conseruare non possent. 36. B.
Alimenta non comprehenduntur in renunciatione successioni iuramento cõfirmata, si renuncians aliunde ea non habeat, nisi aliud exprimatur, aut constet de mente renunciantis. Et de alimentis necessarijs omnino ad vitę conseruationem, esset nulla ea renunciatio. 78. B.
Alimenta non plus tenetur successor in maioratu præbere descendentibus institutoris, quando maioratus legitimas aliorum non contigit, quàm si ea bona vinculo maioratus alligata non fuissent. 299. A.
Alimenta quæ, & qualia relinquenda singulis, quibus legitima debebatur, quando maioratus ex regia facultate instituetur contingendo aliorum legitimas, & cur non expediat concedi eam facultatem. 299. C.
Alimenta eiusmodi quibus debeantur, & debentur etiam à matre, si ipsa ita maioratum instituit, etiam si filij aliunde cõpetentia habeant alimenta. 300. C.
Alimentis eiusmodi nullum imponi potest grauamen. 302. C.
Alimenta eiusmodi necesse non est relinqui titulo hæredis. 303. A.
Alimenta eiusmodi si non relinquantur, aut si non relinquantur competentia, non redditur nulla institutio, sed agitur vt ex bonis maioratus soluantur. 303. D.
Alimenta competentia si institutor maioratus filijs illegitimis non relinquat. agunt vt de bonis vinculatis ipsis soluãtur. 305. B.
Alimenta si institutor maioratus semel cõpetenter tribuit *ijs*, quibus legitimæ debebantur, aut ex bonis maioratus eis tributæ sunt, neque ipse, neque successores postea in maioratu, tenẽtur illis, aut alijs, alimenta aliter præbere, quàm si ea bona titulo maioratus non haberent. Et quousque consanguineis, & quo ordine, alimenta præbere teneantur. 305. C.
Alimenta & dos quando sororibus præstãda. 307. A.
Alimenta, quæ ob egestatem à consanguineis debentur, iudicis officio petuntur, & quomodo exequatio fiat: quæ verò debentur ratione legitimæ, iure actionis petuntur. 308. C.
Alimenta annua, aut menstrua, anticipata sunt soluenda. Et vt is, cui debentur, illis se posset alere extra domum debebitoris, si velit. 309. B.
Alimenta à iudice taxanda sunt. Qualiter causa summariè tractari debeat. Neq; de illa cognoscit iudex Ecclesiasticus inter laicos, nisi incidenter cum causa alia Ecclesiastica. 309. C.
Alimenta an pacto, vel transactione, componi possint. 309. D.
Alimentis alioquin debitis, priuari quis potest ex causis, ex quibus potest exhęredari, exceptis necessarijs ad vitam cõseruandam. 310. A.
Alimenta si semel integrè tradita sint, & iterum is alimentis indigeat, quando ei tradi debeant, etiam de bonis vinculatis. 310. C.
Alimenta quando vnus petit, & alius ei non deberi contendit, quando debitor cogi debeat ea præstare, & sumptus ad litem, & quando non. Et quando, cui præstari iubentur, teneatur cautionem prębere, quòd ea restituet, si succũbat. 312. B.

Amens.

Amens succedit in maioratu iurisdictionem & munus exercendum annexa nõ habente. 347. A.
Amentem excludendum esse à regno nondum adepto, & ab alijs maioratibus iurisdictionem, aut dignitatem annexam habentibus, nondum adeptis, qui afurment. 347. D.
Amens non priuatur regno, aut alio maioratu, quando post illa adepta in amentiam incidit. Et quid, quando natus est sanæ mentis, & ante illa adepta in amentiam incidit, & quando habet lucida interualla. 349. A.
Amens, aut aliter ex defectu naturali ineptus regimini regni, aut alterius maioratus, excludi non debet ab eis nõdum adeptis, sed tradi illi debet curator & gubernator loco illius. Excipitur in hoc regno, nisi sit collateralis, qui alioquin in regno succedere debeat. 350. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angaria & parangaria.

Angaria & parangaria quid. 783.C.

Annus.

Annus indiuisione fructuum maioratus, vnde incipit. 510.C.

Appellatio.

Appellari de iure communi non potest à sententia circa possessionem: secus de iure Castellæ, habetque ea appellatio effectum suspensiuum. 531. C.

Appellari de iure communi potest à sententia possessionis, quando agitur simul de proprietate, habetque ea appellatio effectum suspensiuum. In hoc regno remedium summarium circa tenutam maioratus, licèt inuoluat causam proprietatis, à sententia tamen circa tenutam, appellatio, seu supplicatio, solum habet effectum deuolutiuum. 531.D.

Augmentum.

Augmentum rebus maiorarus quotuplex. Et quando sit bonum maioratus, quando non item, sed liberum. 591. D.

Beneficium.

Beneficia Ecclesiastica qui conferunt, aut ad illa eligunt, nihil ea de causa accipere possunt, neque vllum grauamen pensionis, aut aliud, possunt apponere. 176. B.

Beneficiũ habens curã animarũ, quando est prohibitum haberi cum alio beneficio, id non intelligitur, si annexè habeatur ad aliud beneficium non incompatibile. 342. B.

Beneficij fructus quousq; ad antecedentẽ, hæredesve illius, & quousque ad sequẽtem, à puncto quo vacauit, spectent. 505. D.

Beneficiarius, hæredesque illius, tenentur de leui culpa damnorum in bonis Ecclesię, quæ administrant. 620. C.

Beneficiatus si tantundem suis sumptibus ac industria meliorauit res suæ Ecclesiæ, quantum damnum sua culpa, saltem leui, fuerat eis secutum, locus est compensationi. 622. B.

Beneficium qui dimisit occasione, quòd ipsi collatum est aliud incompatibile, quod accipiens ignorabat eius collationem ad sedem Apostolicam attinere, si statim ac scit à sede Apostolica collatũ esse alteri, illud sine mora & contradictione dimittat, potest liberè occupare; beneficium à se dimissum, est ò cuicunque alteri sit collatum. 666. D.

Bona.

Bona omnia libera censentur, nisi contrarium probetur. 200. A.

Bona damnatorum, seruorúmve pœnæ, quousque de iure communi varijs temporibus ad fiscum pertinerent, intestabilesque essent, aut consanguineis eorum à fisco relinquerentur. Et quid in hoc regno sancitum hodie sit. 238.A.

Cæcus.

Cæcus non excluditur à regno, aut à successione in quouis alio maioratu iurisdictionem habente. Excipitur in hoc regno, si collateralis sit comparatione vltimi possessoris, & agatur de successione in regno. 355.B 357.C.

Cæcus iudex esse non potest. 357. D.

Capella.

Capella quando institutio sit censenda, vt totæ iurisdictio ad Ecclesiã pertineat, & quando maioratus, vt in Lusitania sit definitum. 18. D.

Capellæ, sepulchri, aut alterius ædificij institutor, si præcepit arma, aut nomen ibi apponi, implendum est. Secus si præciperet aliquid Gentilitatem sapiens, minimeque decens. 297. C.

Capellis & alijs rebus, quæ in diuisæ deuenire ordine quodam debent ad vnũ, quousque maior natu, præferatur cęteris. 366.C.

Capellarum in successione idem ordo in hoc regno seruatur, qui in successione in maioratibus. 423.C.

Carbonianum edictum.

Carbonianum edictum seu priuilegium comparatione impuberis, etiam dum in ventre matris est inclusus, quid sit, latè explanatut. 535. D.

Carbonianum edictum locum non habet in maioratibus Hispanis. Et quando status causa in tempus pubertatis differenda. 543. D.

Cardinalis.

Cardinales sanctę Romanæ Ecclesiæ non solùm qui contingunt, sed etiam qui hostiliter insequuntur, & cooperatores ad id, quibus puniantur pœnis instar criminis læsæ maiestatis. 748. A.

Cautio.

Vide maioratus.

Census.

Census quot modis vsurpetur. Accipitur pro tributo, eoque duplici. Quoddam quod ex bonis, patrimonióve, soluebatur pro illius æstimatione & erat mixtũ inter merè reale & personale. Aliud erat tributum capitis. 771. A.

Clausula.

Clausulæ à ministris publicis in instrumẽtis appositæ, nisi apertæ coniecturæ sint in contrarium, censentur appositæ de partium consensu. 139. C.

Clericus.

Clerici à nullorum maioratuum successione excluduntur, nisi in institutione sit clausula, qua excludantur. Et quæ per alios tunc exercere debeant. 363. C.

Commendatarius & commenda.

Commendatarij Hispaniarum instituere possunt, maioratum, exceptis Diui Ioannis. Et facilius his Diui Ioannis potest Summus Pontifex concedere facultatem ad licitè instituendum maioratum, quàm alijs religiosis. 237.A.

Commentarij coniugati, & qui tales esse possunt, non excludũtur à successione in quibuscunque maioratibus, etiam si clausulam habeant excludentem religiosos. 362.D.

Commendatarum fructus à puncto, quo vacarunt, quousque ad antecedentem, hæredesve illius, & quousque ad sequẽtem spectent. 507. C.

Commendatarij in hoc regno, & in Lusitania, quousq; immunes sint, aut nó sint, ab alcaualæ solutione. 796. D.

Comes.

Vide dignitas.

Conditio.

Conditio, si ingrediar religionem, eamve profitear, non vitiat renunciationem hæredidati iuramento confirmatam. 61.B.

Conditionum rationem regulariter non habent leges ac conditiones, quæ apponuntur in ipsa maioratus institutione, sed habent rationẽ modorum. Et quando cõditionum rationẽ habeat. 257.A.

Conditio vera de futuro, de præterito, aut de præsenti, apponi solet maioratus institutioni quo ad personarũ ad eum vocationes. Onera verò & grauamina imponi solent sub modo, & quando rationem habeant conditionis, etiam ad comparandum dominium, & possessionem ciuilissimam: & quando sit modus æquipollens conditioni, resoluensque in nihilum vocationem, adeò vt fructus percepti restitui etiam debeant. 258.C.

Conditione sub potestatiua, si quis vocetur ad maioratum, vel ad aliam institutionem, vel sub modo ita vt æquipolleat conditioni, quia in nihilum redigat vocationem, ac si nunquam esset facta, tradi debet maioratus ita vocato, præstita prius ab eo cautione mutiana, aut simili mutianæ, de reddendo maioratu cum fructibus ex eo perceptis, si conditio, aut modus, seruata non fuerint. Secus si modus non redigat in nihilum vocationem, ac si nũquam facta fuisset. Et quàm variè modus apponi soleat, & quando & quousque obliget. Et num aliquando obliget deserere maioratũ in conscientiæ foro, nulla expecta sententia. 261.C.

Conditio possibilis non vitiat dispositionem, sed illam suspendit. 267. A.

Conditione sub impossibili quocunque modo facta vltima voluntate maioratus institutio, est valida, & conditio habetur pro non apposita. In hoc tamen regno, si facta sit sub cõditione impossibili, non natura, sed facto, nulla est. 267. B.

Conditio impossibilis si apponatur institutioni maioratus factæ contractu irreuocabili, nulla ea institutio redditur quo ad id præcisè, quod sub ea fuerit institutum. Si verò apponatur institutioni factæ contractu reuocabili, cõditio habetur pro nó apposita, estq; proinde valida institutio. 267. D.

Conditio iniuncta per vltimam voluntatem, vt quis iuret aliquid facturum, aut præstaturum, in futurum, remittitur regulariter à iure quo ad obligationem id iurandi, non vero quo ad obligationem implendi id, quod iurare obligabatur. 268. C.

Conditio iniuncta per contractum irreuocabilem iurandi aliquid facturum, aut impleturum, in futurum, non remittitur à iure: secus per reuocabilem. 269.D.

Conditio, aut modus, vt contrahere teneatur cum persona de tali familia, vel cum tali persona singulari, cum qua validè id possit efficere, validè apponitur vocationi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione ad maioratum.274 B.
Conditio apposita vocationi ad maioratum per vltimam voluntatem, aut per contractum reuocabilem, si duxeris cõsanguineam, habenda non est pro non apposita, siue addatur, si dispensauerit Summus Põtifex, siue non 275.A.276.D.
Conditio, si contraxerit cum tali, quando apposita fuit vocato ad maioratum, pro impleta habetur, si ita vocatus, non fuit in mora, & per alterum stetit. Et quid si vocatus moriatur ante aduentũ temporis impletionis talis cõditionis. 278.D.
Conditione sub eadem si quis vocatus sit ad maioratum, delatoque maioratu, dicat se non velle contrahere cũ illa, aut contrahat cum alia, transit maioratus ad alium, estò posteà cõtrahat cum illa, defuncta priori vxore. Si autẽ ante delatũ maioratũ ducat aliam, & ea mortua, delationis tempore ducat, quã ducere fuerat grauatus, cõsequitur maioratũ. 280. A.
ódition sub eadem si quis sit grauatus, & mulier alteri nubat, non tenetur illam ducere, etiam viduam effectam, qui sub ea conditione fuerat vocatus. 280. C.
Conditio, si contrahat cum aliqua in vltima voluntate, aut in contractu reuocabili, si apponatur, & stet per mulierẽ habetur pro impleta. Si verò apponatur in contractu irreuocabili, nõ habetur pro impleta, sed restituenda esset res sub ea cõditione tradita, cum fructibus ex illa perceptis. Hæc verò intelligenda sunt, nisi in vtraque parte huius doctrinæ, cõtrarium colligatur ex mente disponentis, aut contrahentium. 280.D.
Conditio si apponatur vocato ad maioratum, vt, si ducat mulierem talis cõditionis, amittat, maioratũ vlteriùs vocato, si nõ seruetur, maioratus amittitur. 284.C.
Conditionem eam qui ignorantia inuincibili non seruat, eam ducendo, quę conditionis prohibitę nõ reputabatur, num maioratum amittat, ex mente præsumpta institutoris pendet. Et in dubio, qualis fuerit illius mens, censendum est, eũ non amittere. 285.C.
Conditionis talis transgressio eo modo si sit facta, & res esset occulta, non teneretur possessor eius maioratus in foro conscięti ę illum deserere antequàm res manifestaretur. 286.A.
Conditio apposita vocato ad maioratum, si vxorem ducat arbitratu, aut voluntate alterius, vel iuxta illius consilium, invalida est, habeturque pro non apposita. Si autem cõditio sit, vt consulat aliquem circa vxorem ducendam, valida est. Quòd si difficilẽ, admodum peti ab illo possit consilium, obligatio nõ esset seruandi eam conditionem. 287.P.
Conditio si apposita sit vocationi ad maioratum, aut alteri relicto, si is consulat aliquem ad matrimonium contrahendum, inualidę non redduntur illę dispositiones, si ideò is non consulatur, quia mortuus erat nuptiarum tempore. 288. D.
Conditio vera si apponatur, vt vocatus ad maioratum assumat agnomen & insigna institutoris, neque dominum, neq; possessionem ciuilissimam comparat, nisi priùs conditionem impleat. Atque eo ipso, quòd illam transgreditur, restituere tenetur successori res cum fructibus ex eis perceptis. Et quid quando id apponitur tanquam modus, vt regulariter fit. 291.D.
Conditionẽ an sumendi agnomen & arma quando vocatus censendus sit transgressus, vt maioratus ad vlteriùs vocatum transeat. 292.D.
Conditione si astrictus sit vocatus ad maioratum assumere agnomen & arma institutoris, tenetur illa assumere, estò minus decentia sint 294 B.
Conditionem si habeat vnus maioratus, vt successor assumere teneatur agnomen & arma institutoris sinè admixtione alterius agnominis & armorum, non potest aliquis habere illũ simul cum alio, qui conditionem, aut modum habeat assumendi agnomen & arma. Secus si institutores vtriusque solùm obligent, assumere agnomen & arma. 295.A.

Confirmatio

Confirmatio quæ in forma communi, & quæ in forma speciali, & ex certa scientia. Et quid vtraque requirat, vt valida sit, nec surreptitia censeatur. 202. C.
Cõfirmatio in forma cõmuni, validum nõ reddit actum alioquin inualidum. Confirmatio verò in forma speciali, validum eum reddit, nisi surreptitiè sit obtenta. 203.D.

Contractus.

Contractus, quo quis filiæ promittat, se æquali portione institurũ eam hæredem cum filio, aut quo promittat, nullũ filiorum melioraturum præcæteris, aut se æqualiter diuisurum omnia bona sua inter filios, inualidus est de iure cõmuni. Validus tamen redditur, si iuramento confirmetur. 46.D.
Contractus inter viuos, quo quis in hoc regno promittit se non melioraturũ alium quem suorum descendentium, validus est, redditque nullam meliorationem, si fiat; modò ea de re instrumentũ publicũ conficiatur, aut confirmetur pactum iuramento. Potest probari testibus, contractum fuisse factum scriptura publica, si fuit deperdita. 48.A.
Contractus in hoc regno factus circa meliorationem alicuius descendentium in tertio & quinto causa matrimonij, aut ex alia onerosa, valet. Si autem non fiat, facta censetur mortuo, qui illam efficere promisit. 48.D.
Contractu validè se astringens non meliorare filium, censetur se astringere, nec nepotem, nec alium descendentem meliorare. 49.D.
Contractus validus in hoc regno, meliorãdi filium, aut filiam, estò cum ipsis solis meliorandis fiat, & estò, qui intuitu illius cum ipsis contraxit, illum remittat, aut sinè liberis discedat, valet. 50.B.
Contractus validus de meliorando ex causa onerosa, aut factus instrumento publico de non meliorando alio, expirant, si is, cui facti sunt, discedat sinè sobole: secus si sobolem relinquat. 50.D.
Contractus eiusmodi vt obligare desinãt, non satis est remissio eius, cui facti sunt, si alter vi illorum cum eo contraxit, etiá si iuramento confirmetur ea remissio: sed vtriusque necessaria est remissio, ac sufficit. 51.B.
Contractus eiusmodi inualidi hodie sunt post legem Caroli quinti in fauorẽ dotis filiarum vltra suas legitimas matrimonij causa, etiam si iuramento confirmentur. Secus comparatione filiorum, atq; etiam filiarum ad ingrediendam religionem, & ad alia onerosa, quæ matrimonium non sint. 51.C.

Crimen.

Vide lęsæ maiestatis crimen.

Custos.

Custodes vt soluantur tributa vide tributum.

Damnati.

Damnatorũ bona, seruorúmve pœnę, quousque de iure communi varijs temporibus pertinerent ad fiscum, irrestabilesque essent, aut cõsanguineis eorum à fisco relinquerentur. Et quid in hoc regno sancitum hodie sit. 238. A.

Debitum.

Debita omnia maioratus institutoris ex vniuersa hæreditate, etiam si legata aliqua simul relinquat, tenetur soluere, nõ solùm primus successor, sed etiã sequẽtes, si primus ea non soluit, etiã si necesse ad id sit alienare aliquid de vinculo. 574.D.
Debita eadem omnia tenentur similiter soluere successores, si maioratum testamẽto instituit de vniuersis bonis, aut de vniuerso patrimonio. Idemque est in effectu, si similiter illum contractu instituit. 576.A.
Debitorum ad æqualem solùm partem proportionalem tenẽtur successores in maioratu, quando institutor illud instituit ex quota hæreditatis, hoc est, ex medietate, tertia, aut alia simili hæreditatis parte, siue titulo hæredis, siue legati, siue etiam contractu illum instituerit. 577.D
Debita nulla institutoris tenentur soluere successores in maioratu, quando institutus fuit ex quota bonorum, aut patrimonij. Si tamen plus in maioratum acceperunt, quàm, deducto toto ære alieno, ad eam quotam attinebat, id repetunt hęredes, indeque debita soluunt. Idem si ex rebus certis institutus sit maioratus. Et quid de actionibus realibus. 579.B.
Debita institutoris soluere non tenentur successores in maioratu, quando irreuocabiliter institutus fuit ex certis bonis, & debita post eam institutionem fuerũt contracta. 570.B.
Debita si ex regia facultate contraxit possessor maioratus in maioratus vtilitatẽ, aut pro reipublicę vtilitate, pro eisque bona maioratus obligauit, soluenda sunt à successoribus, etiam si necesse sit ex eadem regia facultate aliquid de vinculo alienare. 582.D.
Debita contracta pro fructibus ex maioratu percipiendis, non tenentur soluere successores. Si tamen concernerent vtilitatem maiorem sequentium in eodem maioratu, cogi vnusquisque posset contribuere prorata. 583.C.

D.

Requirere, quæ hic desunt, per literam. E.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eligere tenetur ſtatim ac fuerit requiſitus. 185.B.
Electio ſi relicta ſit in electoris voluntate, vt eligat, quem voluerit, inualida eſt, ſi eligat incapacem, aut affectum qualitate qua affectos excludit inſtitutor. Secus ſi eligat aliter indignum. 186.D.
Electio ad maioratum ſi alicui ſit conceſſa libera ex filijs ac filiabus, valida eſt electio minoris natu, etiam fœminæ, pretermiſſo maſculo primogenito digniori. 187.B.
Eligendi ad maioratum ſi inſtitutor liberam facultatem alicui conceſſit, in quo euentu eligere poterit inimicum inſtitutoris, & in quibus non. 188.A.
Eligendi pauperes ad eleemoſynam, quam relinquit, ſi quis liberam alicui facultatem, concedat, valida eſt electio inimici relinquentis eam eleemoſynam. 189.B.
Electio indigni non redditur nulla ex eo, quòd facta ſit ex odio digni, quando, ſe cluſo eo odio, non eſſet nulla. 190.C.
Electio eadem indigni non redditur ex eo nulla, quòd facta ſit pretio, ſed annullanda in pœnam, applicando fiſco pretium. 191.C.
Electio indigni eſſet nulla, ſi, qui liberam facultatem eligendi, quem vellet, obtinuit, fraudibus illam obtinuiſſet, ſecurũ reddendo concedentem, ſe electurum, dignum, aut digniſsimum. 192. B.
Electio quando cenſenda ſit commiſſa, nó in voluntatem, ſed in arbitrium electoris. 193. C.
Electio ſi in arbitrium electoris ſit commiſſa, & is eligat indignum, prætermiſſo digno, retractanda eſt, eligendusque eſt dignus: ſi verò eligat dignum, prætermiſſo digniori, retractari no poteſt. 193. D.
Electio vt fiat digni, aut dignioris, qualiter quis iudicandus ſit dignus, aut cæteris dignior, comparatione rei, ad quam ſit electio. 194. C.
Eligens, vt inſtituat maioratum de bonis, de quibus iuxta præſcriptum legum poteſt ita diſponere, dignum, prætermiſſo digniori ac maiori natu, etiam ſi is maioratus iuriſdictionem in alios habeat, nó peccat. Idem de ſimiliter meliorante, aut inſtituente fideicommiſſum. 195. C.
Eligẽdi ad maioratum, ad melioratione, vel fideicommiſſum, habens liberam facultatem, ſi eligat indignum, idem ferè eſt dicendum, quod de inſtitutore ipſo, qui eodem modo diſponeret, eſt dictũ: quanuis grauiùs peccaret. Quando autem inſtitutor, ſiſus de illo, quòd eligeret digniorem, eam liberam facultatem illi reliquiſſet, in conſcientię foro idem eſſet cenſendum, ac ſi in ipſius arbitrium eam electionem reliquiſſet. 198. B.
Electio ſi in arbitrium alicuius ſit commiſſa, tenetur is in conſcientiæ foro eligere digniorem & tenetur ad reſtitutionem digniori. In foro tamen exteriori ſuſtinebitur electio minus digni, non verò indigni. Et minus dignus ad nullam reſtitutionem tenetur digniori, etiam in foro conſcientiæ. 198. D.

Emphyteuſis.

Emphyteuta, qui ad emphyteuſim nominare poteſt, licèt non poſſit imponere grauamen rei emphyteuticæ, pro beneficio tamen nominationis ad illam, accipere emolumentum poteſt. 176. D.
Emphyteuſi in ſucceſsione, quando ad vnum indiuiſa deuenire debet, idẽ ordo ſeruatur in hoc regno, qui in ſucceſsione in maioratibus. 423. C.
Emphyteuticis in bonis, hoc eſt, quoad vtile tantùm dominium poſſeſsis, eſtò deriuata ſint à corona regni, & eſtò regni corona habeat dominium directum, locum non habet lex mentalis Luſitana, in eiſque perinde ſucceditur, atque in alijs bonis emphyteuticis. 485. A.
Emphyteuſibus in Luſitanis, ſiue deriuatæ ſint ex corona regni, ſiue non, ſi ad vnũ indiuiſæ deuenire debeant, qualiter ſuccedatur, & quis cui præferatur. 485. D.
Emphyteuticæ rei fructus, emphyteuſi finita & cõſolidata cum proprietate, quo vſque ad proprietarium pertineant. Denoluta verò emphyteuſi ad aliũ emphyteutam, quouſque ad nouum emphyteutam attineant. 504. C.
Emphyteuſis quæ ob dictum emphyteutæ non conſiſcetur, & quando commoditas ex illa ad fiſcum pertineat. 712. C.

Epiſcopus, & Epiſcopatus.

Epiſcopatus quando ad alterum deuoluitur, pœnæ fiſcales ex delictis commiſsis tempore anteceſſoris, quouſque ad anteceſſorem pertineant, etiam ſi ſententia feratur, aut exequutio fiat tempore ſedi vacantis, aut ſucceſsoris. 515. C.
Epiſcopus, hęredeſque illius, tenentur de leui culpa damnorum rebus Epiſcopatus ſubſequutorum. 620. C.

D.

Debita contracta à prędeceſſore ex ſumptibus in maioratus vtilitatem, minimè tamen ad illius conſeruationem neceſſarijs, ſiue ex Regia facultate, ſiue non, quo vſque ſucceſſores ſoluere teneantur, aut nó teneãtur. Neq; pro illis obligari poſſunt maioratus bona. 584. C.
Debita contracta ad neceſſariam conſeruationẽ bonorum maoiratus, aut ad longè maius illorum commodum, ſoluenda ſunt à ſucceſſoribus de maioratus bonis, pro eiſq; eadem bona obligari poterũt. Habet autẽ id verũ, etiã poſt legem 40. Taur. cõparatione quoq; vxoris pro ſua dote ac bonis paraphernalib⁹. 585. B
Debita anteceſſoris in maioratu ſi contracta non fuerunt pro neceſsitate, aut vtilitate maioratus, non tenetur ad illa ſucceſſor de bonis maioratus. Si tamen ſimul hæres illi exiſtat, tenetur de ipſa hæreditate ea ſoluere pro rata portionis, quæ ipſum contigerit. 588. D.
Debita ſui prædeceſſoris in regno, quo vſq; ſucceſſor ſoluere teneatur. 589. C.
Debita quædam ſui anteceſſoris quo vſq; in Luſitania ſoluere teneatur ſucceſſor in maioratu de reditib⁹ maiorat⁹. 590. D.

Dignitas.

Dignitas Comitis, Marchionis, & ſimiles, quot modis concedi ſoleant. 99. D.
Dignitas eadem ſimpliciter ſinè alia expreſsione conceſſa, expirat cum eo, cui eſt cõceſſa, niſi à principe vlteriùs prorogetur, & quando prorogari ab eo cenſeatur. Cõceſsa itẽ alicui, filio illius, ac nepoti, expirat illis defunctis. 99. D.
Dignitas eadẽ alicui & ſuis deſcendẽtibus ac ſucceſsoribus cõceſſa, tranſit ad omnes, ad quos iuxta conceſsionis formã ſe extendit. Sed indiuiſa tranſit ad primogenitum tanquam maioratus. Et alicubi eſt conſuetudo, vt licèt ad vnum ſolum tranſeat, deſcendentes tamen omnes ex illa nuncupentur. 100. C.
Dignitas eadẽ ſi concedatur cum oppido, aut cum alio territorio, accipienti & ſũceſsoribus illius, vtrunque iure maioratus deriuatur in perpetuũ inſtar regni. Et vtrunque in Luſitania legi mentali eſt ſubiectum, niſi ab illa concedatur exemptum. 101. A.
Dignitas eadem ſi alicui in titulum concedatur in aliquo ſuo oppido, aut oppidis liberis, partibilia manent, nec maioratus rationem ſubeunt, & dignitas cum eo, cui fuit conceſſa, expirat, niſi aliud ſit expreſsum. 102. A.
Dignitas eadem ſi ſimul donetur ad vitam ſolùm accipientis, ſed cum oppidis ſibi ac ſucceſsoribus, oppida rationem maioratus non habent, ſed partibilia ſunt, eſtò filius eãdẽ dignitatẽ poſteà à Rege obtineat. Secus in Luſitania. 102. B.
Dignitas eadem ſi in vno oppido ſibi & ſucceſsoribus concedatur, & ſimul donentur alia oppida, illud, cui annexa eſt ea dignitas, rationem maioratus obtinet: reliqua partibilia ſunt. In Luſitania omnia ſubeũt maioratus rationẽ. 102. C.
Dignitas ſi cõceſsa ſit cum oppidis in feudum, maior natu ſuccedit in dignitate, & in omnibus oppidis, eſtò partibilia ſint quo ad commoditatem, ſoluendo legitimas fratribus in alijs bonis, aut ex ſola oppidorum commoditate. Secus res habet extra feuda. 102. D.
Dignitas preſsè, vtà perſonatu, preſsè etiã ſumpto, diſtinguitur, quid. 337. B.
Dignitas latè, quid. In materia fauorabili latè ſumitur. In odioſa ſtrictè. 338. B.
Dignitatis qui incapax eſt directè & in ſe, non eſt incapax illius quãdo eſt annexa ad aliquid aliud, cuius ſit capax. 340. B.
Dignitatis iuriſdictionis, iudicandi, & officij publici, licèt ſit incapax mulier, nó tamen eſt, quando id annexũ eſt regno, alteri maioratui, aut quibuſuis alijs bonis, quorum ita ſit capax. 341. A.
Dignitatibus quib⁹ infames ſũt incapaces. Talis erit dignitas inſtituta à republica cũ reditibus acceſſorijs dignitati. Et nó quaſi ipſa acceſsoria ſit reditib⁹. 344. A.

Diſpenſatio.

Diſpenſatus ad obtinendam præbendam vnam integram in aliqua Eccleſia, ſi in ea ſint præbendæ aliquæ diuiſæ in duas, aut in plures, non poteſt vitalis diſpenſationis obtinere dimidiam, aut aliam minorem partem. 166. A.
Diſpenſatus ad permutãdum ſuum beneficium cum alio, nõ poteſt illud permutare cum duobus. 166. A.
Diſpenſatus ad duo, vti ea diſpenſatione poteſt ad vnum eorum ſolum. 170. C.
Diſpenſare non poteſt Summus Pontifex vt matrimonium nullum ob impedimẽtum iure humano dirimens, fuerit legitimè celebratum. Et licèt cum prole diſpenſare poſsit quoad canonicas inhabilitates, vt habeatur ac ſi fuiſſet legi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

timè nata, idque etiam si impedimentũ iure diuino esset dirimens, non tamen, quoad inhabilitates ciuiles, dequarũ numero est successio in maioratu. 370. C.
Dispenset si Summus Pontifex, vt qui inualidè ob impedimentum iure humano dirimens contraxerunt, prolemque susceperunt, possint denuò legitimè contrahere, non cẽsetur legitimare prolem antea susceptam, aut cum illa dispensare in inhabilitatibus. 372. A.

Facultas.

Facultas obtenta à Rege ad instituendum vnum maioratum, non se extendit ad instituendos duos. 165. D.
Facultate regia si instituatus sit vnus maioratꝰ, & petatur ac obtineatur alia ad instituẽdũ aliũ, surreptitia erit secũda, nisi sit expressũ, obtẽtum fuisse illã aliã. 166. C.
Facultas si petatur ad instituendum alium maioratũ, post vnum institutũ ex tertio & quinto, surreptitia est, nisi ex primatur institutũ else illũ aliũ maioratũ. 166. D.
Facultatẽ regiã habens ad instituendũ vnũ maioratum, non potest instituere alium ex tertio & quinto, si vterq; quantitatẽ tertij & quinti excedat. 168. C.
Facultatem qui à Rege habet instituendi duos maioratus, regulariter instituere potest vnum solùm. 169. C.
Facultatem qui habet instituendi maioratum, substitutiones & nominationes ad eum efficiendo, quas voluerit, committere poterit vltimo possessori, aut vltimis possessoribus, vt eligant, quem voluerint. 172. D.
Facultas obtẽta à principe ad alienãdũ bona maioratus vt surreptitia nõ censeatur, quarũ clausularũ institutionis mentio ei fieri debeat, quarũ nõ itẽ. 649. C. 652. C.

Falcidia.

Falcidia detrahi ex maioratu nõ potest quacunq; ratione instituatur. 612. D.

Familia.

Familia alicuius duobus modis sumitur. Vno, pro descendẽtibus omnibus illius vnà cũ ipso. Alio, pro familia agnationis illius: cuius est pars familia priori modo sumpta. 157. C.
Familiæ pars cẽsentur legitimatus, etiã rescripto principis: secꝰ adoptatus. 158. D.

Feudum.

Feudi titulo si concedatur dignitas, & oppida, maior natu succedit in dignitate & in omnibus oppidis, estò partibilia sint quo ad cõmoditatẽ, soluendo legitimas fratribus in alijs bonis, aut ex sola oppidorum commoditate. Secus res habet extra feuda. 102. D.
Feudum deficiẽtibus descendẽtibus eius, cui primò fuit cõcessum, expirat. 156. D.
Feudum amittit feudatarius, si non leuem contrahat infamiam. 346. B.
Feudo, si seruitium personale exigat, succedere non possunt mutus, aut cæcus, etiam si à natiuitate tales nõ sint. 353. A.
Feudorũ in successione locũ habet repræsentatio, nõ solum si hæreditaria sint, sed etiã si sint ex pacto & prouidẽtia. 389. A.
Feudorum in successione idem ordo seruatur in hoc regno, qui in successione in maioratibus. 423. C.
Feudum quando finitur & consolidatur cum propietate, ad quẽ pertineant fructus rei feudalis eius anni. Et quatenus id seruandum. 503 C. 508. D.
Feudum quod, ob delictum feudatarij nõ confiscatur, & quis in illo succedat, quando foret confiscandum. 712. D.
Feuda ob crimen ea possidentium quatenus confiscari possint. 726. D.

Fideicommissum.

Fideicõmissum familiæ relictum quid, & quo ordine in illo succedebatur. Fas testatori erat facere in illo substitutiones, vincula, & grauamina, quæ vellet. 23. A.
Fideicõmissũ, siue vniuersale, siue particulare, cp restituet fideicõmissario, satisdare tenetur hæres, aut legatarius, grauatus illud restituere. 327. C.
Fidecommisso familiæ relicto succedunt proximiores vltimis possessoribus, licèt alij sint testatori proximiores. 425. D.
Fidecommisso si nominatim sint expressi aliqui successores, & post illos vocãtur, qui sunt de familia, intelliguntur quo ad primos successores post illos, qui fuerint proximiore testatoris ipsi. 429. D.
Fideicommissum familiæ si sit relictũ, siue vniuersale, siue particulare sit, locus in eo non est repræsentationi. 433. D.
Fideicommissi fructus ad fideicommissarium pertinent à puncto traditæ hæreditatis, vel quo grauatus eam tradere, in nora est illam tradendi. 504. B.
Fideicõmissũ maioratus, aut alterius iurisdictionis, si ad aliquem deuoluatur, quo vsq; pœnę fiscales eius iurisdictionis ad fideicõmissarium pertineant. 515. B.
Fidei-

Fideicommissario tenetur hæres grauatus de culpa leui damnorum fideicommisso subsequutorum, si is hæres grauatus commodum aliquod ex eo fideicommisso reportauit. 621. A.
Fideicommissi res si hæres grauatus tantum suis sumptibus ac industria meliorauit, quantum damnum sua culpa, saltem leui, fuerat eis rebus sequutum, locus est compensationi. 622. B.
Fideicommisso detrahere potest grauatus, aut grauata, si aliunde non habeat competentem dotem, aut donationẽ propter nuptias, quantum ad id sit satis, si is, qui grauauit, ascendens erat comparatione grauati, aut grauatæ. Et ad quæ alia sit extendendum. 632. A.
Fideicommisso detrahi idem potest, non solum si testator tacitè solùm prohibuit alienari res fideicommissi, fideicõmissum instituendo, sed etiam si expressè in genere prohibuit eas res alienari: secus si addiderit, in nullo euentu, aut si expresserit, nec causa doris. 635. A
Fideicommissum si pater grauatus restituere filio suo familias, dolo, & nõ sola culpa dissipet, & detrimentum sit notabile, nec facilè reparari possit, priuatur pater fideicommisso & fructibus illius. Si verò interueniat sola culpa, aut reparari facilè possit, vel non sit graue, solùm remouetur ab administratione, & ex fructibus reparatur damnum. 703. C. 705. D.
Fideicommissum si quis non sit grauatus restituere filio suo familias, sed cuicunque alteri, ob dissipationem solùm priuari potest administratione, & ex fructibus reparari debẽt damna; residuum verò illorum, hæredi ita grauato restitui debet. 708. B.

Filia & filius.

Filiæ dari, aut promitti tacitè, vel expressè non potest in dotem vltra suam legitimam post legem Caroli. V. si autẽ contrarium fiat, inualidum est id quo ad incrementum, etiam si iuramento sit confirmatum. Possunt nihilominùs parentes meliorare filiam per vltimam voluntatem in tertio & quinto. 511. C.
Filius familias quo vsque maioratum vltima voluntate instituere nõ possit, aut possit. 230. D.
Filius familias quousq; instituere cõtractu, etiam donatione causa mortis, maioratum possit, aut non possit. 232. C.
Filiabus in successione in possessionibus distributis per tribus & familias, licet veteri lege præponerentur filij, ipsæ tamen omnibus transuersalibus præponebantur. Quando tamen ita in defectũ fratrum ipsę succedebant, nubere non poterant nisi homini de sua tribu ac familia, vt distributio possessionum maneret in eisdem tribubus ac familijs, no taque esset distinctio & successio tribuum & familiarum, vt tempore aduentus Messiæ intelligeretur ex tribu ac familia, ex quibus erat promissus, descendere, tanquam vna è notis veri Messiæ. 379. C.

Fiscus.

Fisco attinẽtia bona, quãdo coronę regni vnita censeantur in Lusitania. 14. A.
Fisco quousque de iure cõmuni bona seruorum pœnę varijs temporibus pertinerent, intestabileq; essent, aut consanguineis eorũ à fisco relinquerentur. Et quid in hoc regno sanctum hodie sit. 238. A.
Fiscales pœnæ, quæ inter fructus computantur dominij iurisdictionis, etiam Ecclesiasticę, num ad antecessorem, vel ad successorem in ea iurisdictione pertineant, vel inter vtrunq; sint diuidẽdæ, varij euentus explicantur. 512. B. 514. B
Fisco quando maioratus deueniat, aut non deueniat, ob delictum possessoris; & quando commoditas ad fiscum pertineat. 711. A.
Fisco ob delicta ea possidentis non acquiruntur ius parronatus & iura alia, quę in hæredem extraneum non transeunt. 712. B.
Fisco quæ emphyteusis ob delictum emphyteutę nõ deuoluatur, & quando cõmoditas ex illa ad fiscũ attineat. 712. C.
Fisco quod feudũ ob delictum feudatarij non adueniat. Et quis in illo succedat, quando foret confiscandum. 712. D.
Fisco non deuoluitur bonum ob delictum illud possidentis, quando in aliorum vtilitatem tacitè, aut expressè, prohibitum erat ei illud alienare. 713. B.
Fisco quæ bona ob delictum ea possidentis amittantur, quæ non item. 713. C.
Fiscus solùm obtinet cõmoditatẽ maioratus, aut vsusfructus, quãdo ob delictum possessoris maioratus, aut vsufructuarij, bona cõfiscatur. Et trãsit in fiscũ ea cõ-

moditas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

moditas, estò institutor disposuerit, vt maneret in eo euentu apud possessorem maioratus, aut apud vsufructuarium. 714. C. Secus si diceret, quòd à puncto commissi delicti, maioratus cum tota commoditate ex illo, transiret ad vlteriùs ad illum vocatum. 716. A.

Fœmina.

Fœminarum exclusio à maioratu comparatione masculorum eiusdem gradus, fauorabilis est, lateque proinde intelligenda. Comparatione verò masculorú vlterioris gradus, est odiosa, strictéque intelligenda. 383. C.

Fructus.

Fructus rei feudalis anni, in quo finitur feudum & regreditur ad proprietatem, ad quem pertineant. Et quatenus id seruandum. 503. C. 508. D.

Fructus rei vsufructuarię, quando vsusfructus finitur, qui ad proprietarium, & qui ad vsufructuarium, hęredésve illius pertineant. 503. D.

Fructus fideicómissi ad fideicomissarium pertinent à puncto traditæ hęreditatis, vel quo, grauatus eam tradere, in mera est illam tradendi. 504. B.

Fructus rei emphyteuticæ, emphiteusi finita & consolidata cum proprietate, quovsq; ad proprietarium pertineant. Deuoluta verò emphyteusi ad alú emphyteutam, quo vsque ad nouum emphyteutam attineant. 504. C.

Fructus rei venditę ad quem pertineat. 505. B.

Fructus dotis dissoluto matrimonio quo vsque ad maritum, hæredésve mariti, & quovsque ad vxorem, hæredésve vxoris, de iure communi attineant. 505. B.

Fructus beneficij & commendarum quo vsque ad antecedentem, hæredésve illius, & quovsque ad sequentem à puncto, quo vacauit, spectent. 505. D.

Fructus pensionis tempore, quo vacauit, quovsque ad pensionarium, & quovsque ad beneficiarium pertineant. 507. D.

Fructus maioratus pro rata anni diuidentur inter successorem & prædecessorem, hęredésve illius, nec res habet vt in fideicommisso. 509. C.

Fructuum maioratus in eadem diuisione, vnde annus computandus. 510. C.

Fructuum coronę regni inter prædecessorem, hęredésve illius, & successorem, quo modo diuidédi, & vnde annus supputandus. 512. A.

Fructus iurisdictionis sunt pœnæ fiscales talis iurisdictionis, & quovsq; eiusmodi pœnæ ex delictis commissis tempore prædecessoris exequutioni mandatæ tẽpore successoris, ad prædecessorem, vel ad successorem, aut ad vtrunque pertineant. 512. B. 514. B.

Fructus iurisdictionis ac munerum, qui. 616. B.

Gabella.

Gabella quid. 784. D.
Vide tributum.

Gemini.

Gemini quando nascuntur, quis primogenitus dicatur. Et quando duo masculi, aut duæ fœminæ simul essent natę, ignoraturq; quis prior esset egressus, pro indiuiso succederent simul in maioratu. In regno verò mitti sortes deberent, quis eorũ futurus esset Rex. 367. A.

Gratiæ.

Gratia statim ac est concessa per verbum, fiat, valida est in conscientiæ foro, estò literæ non sint expeditæ. Et quanuis expeditio literarum requiratur, vt fidem de ea faciant in foro exteriori, si tamen sint expeditæ, etiam tempore sequentis Summi Pontificis, valet gratia à puncto, quo fuit concessa. 213. D.

Gratia licèt sit ad aliquid faciendum, valida est modo explicato ante literarum confectionem, modò non sit talis, quæ, iuxta stylum Cancellarię, non sit expedienda, aut sit limitanda. 216. B.

Gratia concessa, etiam si sit ad aliquid iuxta eam faciendum, non expirat morte concedentis, estò nullus ea gratia fuerit vsus, nec literæ essent confectæ successorq; debet ea de re literas conficere, suo tamen nomine. Expirat tamen, quando gratia est concessa per ministros, dependéter à subscriptione principis, si literæ integrè non erant confectæ tempore mortis eius principis. 217. A.

Grauamen.

Grauamen imponere non potest, eligens ad maioratum ex præscripto institutoris. Eligés ad beneficiú, aut illud conferens. Pater tamen substituens pupillariter filio impuberi, imponere potest grauamen bonis illius, etiã legitimę. 174. A.

Cuidagium.

Cuidagium tributum quid. 789. A.

Hæres.

Hęres non suus, vt succedat in hæreditate testamento sibi relicta, necesse est vt capax ipse sit illius tempore confecti testamenti, mortis testatoris, & additionis hæreditatis, estò inter medijs temporibus capax non fuerit. 374. C.

Hæredes implere tenentur vota realia defuncti de bonis hæreditarijs, dummodò non contingant ipsorum legitimas: non verò de bonis vinculatis, quibus onus imponere defunctus non potuit. 394. A. 395. B.

Hæreticus.

Hæretici, credentes, receptatores, defensores, fautoresque eorum, ipsorumque descendentes, quibus pœnis afficiãtur. Neque filij inhabiles sunt ad succedendum, vt sunt filij committentium crimen læsę Maiestatis humanæ. 748. D.

Hæreticorum filij, qui nati, aut concepti sunt, ante crimen patris commissum, non incurrunt pœnas filijs ita delinquentium statutas. 752. B. 753. D.

Hæreseos ob crimẽ patris possessoris maioratus ex bonis patrimonialibus, non excluduntur filij à successione in illo, si concepti fuerunt ante id crimen patris. 762. D.

Hæreseos ob crimen commissum à patre eiusmodi maioratus possessore, filij concepti post crimen patris, non excludun tur à successione in illo ex eo solo capite, quòd incapaces sint officij publici ac dignitatis. Et quid de titulo Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, si is maioratus eum titulum habeat annexum. 764. C.

Hæreseos ob crimen commissum à maioratus institutore, non confiscatur maioratus irreuocabiliter ante id crimen institutus. Neque confiscatur ob crimen ante institutionem irreuocabilem commissum, modò irreuocabiliter fuerit institutus ante latam sententiam, quando ob id crimen non confiscantur bona ipso iure, sed per sententiam. 765. D.

Hæreseos crimine institutoris, & quocunque alio crimine, quo bona illius confiscantur, confiscatur maioratus reuocabiliter, etiã donatione causa mortis, ab eo institutus. 766. A.

Hæreseos crimine institutoris non confiscatur maioratus ab eo antea cotractu inter vinos reuocabiliter institutus, nisi ipse dum vixerit, illum reuocet. 766. C.

Hæreseos ob crimen an confiscari possit maioratus de bonis coronę regni. Valet autem priuilegium, aut conuentio, vt confiscari ob crimen non possit: non tamen vt commoditas illius maneat apud delinquentem. 768. B.

Hidalgo.

Hidalguia alicuius si in controuersiam vocetur, sententiaque aduersus illum feratur, quibus noceat, pariatq; aduersus illos exceptionẽ rei iudicatæ. Et quibus consanguineis illius nõ noceat. 628. A.

Hidalgos in hoc regno à quibus tributis sint exempti, & à quibus non. 781. A.

Hidalgos in hoc regno à quibus muneribus sint exempti. 783. A.

Hidalgos exempti non sunt à vectigalium solutione pręstẽ sumptorum. 789. D.

Illegitimus.

Illegitimo in filio naturali, quovsq; maioratus instituti possit, iure etiã Lusitano. 254. C.

Illegitimo in filio spurio institui nó potest maioratus, neq; in facultate regia censendi sunt spurij comprehensi, nisi id exprimatur. Et quid de matre & alijs cósanguineis spurij. 255. C.

Illegitimis filijs si maioratus institutor cõperentia alimenta non reliquat, agunt vt de bonis vinculatis ipsis soluantur. 305. B.

Illegitimus spurius, capax est maioratus dignitatem annexam habentis, modò aliunde non sit impeditus succedere in bonis, quibus ea dignitas est annexa. 344. D.

Impubes.

Impuberis comparatione, etiam dum ventris matris est inclusus, Carbonianum edictum, seu priuilegium, quid sit, latè explanatur. 535. D.

Inditum & indictio

Indicti tributum quod, & quomodo soluebatur. Et vnde initiũ supputandi per indictiones. Vnde etiã origo supputãdi per olympiades. Et quid superindictũ. 777. D.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infamia.

Infamia, quæ non inteſtabilem efficit, nec priuat ſucceſsione in bonis liberis, non priuat ſucceſsione in maioratu, qui dignitas non eſt. Quando autẽ is infamis in pœnã delicti inſuper priuaretur omnibus ſuis bonis, priuaretur etiam eo maioratu. 339.D.

Infamis eodem infamiæ genere, non eſt incapax dignitatis tituli, aut iuriſdictionis, quæ annexa ſit bonis maioratus, quorum eſt capax, eſtò incapax ſit dignitatis directò acquirendę, hoc eſt, non annexæ ad aliud. 340.B.

Infamia quibus dignitatibus priuet. Talis erit dignitas inſtituta à republica cum reditibus annexis dignitati, & nõ quaſi ipſa acceſſoria ſit reditibus. 344.A.

Infamiam non leuem ſi contrahat feudatarius, feudum amittit. 346.B.

Ingratitudo.

Ingratitudine in anteceſſorem, aut inſtitutorem maioratus, aut in anteceſſorem in regno, quãdo priuandus quis ſit ſucceſsione in maioratu, aut in regno. 694.D.

Inimicitia.

Inimicum inſtitutoris, quando eligere ad maioratum is poterit, cui ab inſtitutore libera facultas ad eligendum fuit conceſſa, quando non item. 188.A.

Inimicũ defuncti pauperẽ eligere ad eleemoſynã defuncti quis poterit, quando defunctus liberam ad pauperes eligendos facultatem reliquit. 189.B.

Inſinuatio.

Inſinuatione cur maioratus non indigeat, ſiue reuocabiliter, ſiue irreuocabiliter ſit inſtitutus, quando quingentos ſolid. 5 excedit. 120.D.

Inſinuatione non indiget melioratio facta contractu ob cauſam: ſi facta contractu ſit nõ ob cauſam, inſinuatione indiget. 121.C.

Inſinuatione indiget donatio ſimplex de quinto, facta contractu. 122.A.

Inſinuatione non indiget maioratus inſtitutio. 224.C.

Inſtrumentum.

Inſtrumentorum publicorum clauſulæ, niſi apertæ coniecturæ ſint in contrarium, appoſitæ cenſentur de partium conſenſu. 139.C.

Iudex & iudicium.

Iudex deputatus, ſi ante literas talis deputationis cõfectas ac intimatas, iudicium incipiat, eſt nullum. 214.C.

Iudices eſſe non poſſunt ſurdus, aut cæcus. 357.D.

Iuramentum.

Iuramento ſi confirmetur pactum, quo quis filiæ promittat, ſe æquali portione inſtituturum eam hæredem cum filio, aut quo promittat nullum filiorũ melioratum præ cæteris, aut ſe æqualiter eſſe diuiſurum omnia bona ſua inter filios, validum eſt, modò in Luſitania iuramentum ſit adhibitum de facultate Regis. 49.C.

Iuramentum, quo parens poſt legem Caroli quinti, confirmet ſe non melioraturum alios filios, in augmentum dotis filiæ, aut ſe melioraturum filiam in augmentum ſimiliter dotis vltra legitimã, inualidum eſt, nec eis promiſsionibus robur tribuit. 53.B.

Iuramento nec vi, nec dolo, nec metu extorto, ſi confirmetur renunciatio ſucceſsioni alicui, valida redditur, & quãm late ſit intelligenda. Exceptis nonnullis, de quibus diſp. 149. eſt dictum. Neque poſt eam renunciationem factam à filio patri, ſuccedunt auo nepotes ex eo filio, eſtò is filius mortuus ſit ante auũ, niſi iuramentum iniuſtè fuiſſet extortum. 56.B.

Iuramento ſi renunciauit filius, aut filia, hęreditati parentum ante ingreſſum religionis, etiam ſi parentes moriantur poſt profeſsionem talis filij, monaſterium non ſuccedit in hæreditate ita renunciata. 59.D.

Iuramento confirmatam renunciationem hæreditati nõ viciat, quòd facta ſit ſub conditione, ſi ingrediar religionem, cãmve profitear. 61.B.

Iuramento licèt renunciet quis hæreditati paternæ, etiam ex teſtamento, ſi pater nihilominùs eum relinquat hæredem, ſuccedit, & tranſmittit hærebitatem. 66.A.

Iuramento confirmata renunciatio ſucceſsioni in bonis alicuius, non redditur ex eo nulla, quòd renuncians ignoraret, iure ciuili eſſe nullam ſecluſo eo iuramento. 69.A.

Iuramento ſi confirmata ſit renunciatio ſucceſ-

ſucceſsioni, quòd minor, etiam impubes, doli tamẽ capax, ſit, qui renũciauit, non aufert ab ea renunciatione, per iniuriam non extorta, validitatem. 69.B.

Iuramento ſi quis renunciauit ſucceſsioni per vim, aut metum, licèt inde ius non comparet is, in cuius fauorem eſt renũciatũ, & relaxari debeat iuramentũ, ante relaxationẽ tamen, qui iurauit, contrauenire non poteſt ei renũciationi. 69.D.

Iuramento confirmata renunciatio dolo extorta, vt falſis promiſsionibus, aut perſuaſionibus, inualida eſt, nec indiget relaxatione iuramenti. 73.C.

Iuramento cõfirmata renunciatio ſucceſsioni, ſi facta ſit vero animo cõdonandi, quod renunciatur, aut incrementum quod condonatur, comparat verum ius is, in cuius fauorem fit, eſto renuncians minor eſſet, locumque non habet relaxatio iuramenti, neque reſtitutio in integrum, niſi bonum commune contrarium poſtularet, ob nimiam læſionem, exiguum iudicium, & multam facilitatem renunciantis. 76.B.

Iuramento confirmata renunciatio ſucceſsioni, non cenſetur comprehendere alimẽta, ſi renũcians aliunde ea nõ habeat, niſi aliud exprimatur, aut intelligatur fuiſſe mentẽ renũciantis. Et de alimẽtis omnino neceſsarijs ad cõſeruationem vitę, eſſet nulla ea renunciatio. 78.B.

Iuramentum de minore efficit maiorem, vt ipſum obliget, nec locum habeat reſtitutio in integrum. 79.B.

Iuramento adhibito ſi ſucceſsioni renuncietur cõtractu merè oneroſo pro emolumento aliquo, & læſio quęcunque interueniat, attento pretio, quo ea ſucceſsio æſtimaretur, quando illi renunciatum fuit, inualida eſt quo ad incrementum in conſcientiæ foro. Et is, cui facta eſt, relaxare tenetur iuramentum, aut ſuperior illius: ante relaxationem verò contraueniri renunciationi non poteſt. 80.C.

Iuramento ſi ſimiliter ſit renunciatũ, non conceditur puberi in foro exteriori actio, eſtò læſus ſit vltra, aut infra, dimidium iuſti pretij, neq; competit remedium legis. 2.C. de reſc. vend. (excipe in Luſitania, ſi iuramentum adhibitum fuit ſinè facultaae Regis.) Deberet tamen relaxari iuramentum & concedi actio, ſi læſio eſſet tanta, & multi affirmãt concedi in enormiſsima læſione. 81.D.

Iuramento ſi minor ſolùm confirmauit contractum, aut renunciationem oneroſam, in quibus læſus ſit vltra dimidiũ iuſtæ æſtimationis, ſi non addidit, vnde ſufficienter exprimeret, renunciare beneficio. l. 2. C. de reſc. vend. agere ex ea lege poterit. Expediret tamen, vt relaxaretur ei iuramentum. Et id in conſcientia eſt neceſſarium, ſi intendit ſe obligare, nec inde agere. Idem de maiori, ſi confirmauit iramento actum, ſecluſo iuramento nullum. 84.B.

Iuramento licèt cõfirmetur pactum circa rem, quæ per vltimam voluntatem, aut ab inteſtato, ſperatur ex bonis alicuius, niſi accedat conſenſus illius, eſt inualidũ, cum pœna amittẽdi fiſco quicquid ita paciſcẽti ex illo obuenerit. 87.C.

Iuramẽto ſi, cõfirmetur maioratus inſtitutio, ſolum aſſerente ſub iuramẽto inſtitutore, ſe eam inſtituere, irreuocabilis non redditur. Secus ſi iuramento promittat, ſe eam non reuocaturum, aut illi non contrauenturum, modo in Luſitania de facultate Regis ſit adhibitum, & quid in Caſtella. 140.D.

Iurare aliquid facturum, aut preſtaturum in futurum, ſi tanquam conditio alicui apponatur per vltimam voluntatem, reguraliter ea conditio remittitur à iure quo ad obligationem id iurandi, non verò quo ad obligationem implendi, quod iurare obligabatur. 268.C.

Iurare ſi quis per vltimã voluntatẽ aſtringatur, ſe ſeruaturum ac impleturum in futurum modum, ſub quo aliquid ei per eam vltimam voluntatem relinquitur, non remittitur à iure obligatio id iurandi. 269.A.

Iurare aliquid facturũ, aut impleturũ in futuru, ſi tãquã cõditio alicui apponatur per cõtractũ irreuocabilẽ, nõ remittitur ei à iure obligatio id iurãdi: ſecꝰ ſi cõtractu reuocabili ad id ſe aſtringit. 269.C.

Ius patronatus.

Ius patronatus præſentandi ad beneficia Eccleſiaſtica, annexum bonis externis, ea ſequitur, & non è contrario, illa ſequuntur ius patronatus. 344.A.

Ius patronatus in ſucceſsione idẽ ordo ſeruatur in hoc regno, qui in ſucceſsione in maioratibus. 423.C.

Ius patronatus, & iura alia, quæ in hæredẽ extraneũ non tranſeunt, ad fiſcum non pertinent ob delictum ea poſſidentis. 712.B.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Læsæ Maiestatis crimen.

Lęsę Maiestatis crimen, quando & aduersus quos committatur. 719. D.

Lęsę maiestatis crimen, in quibus euentibus iure huius regni, accommodatè ad ius commune, incurratur. Et quibus pœnis puniatur, etiam si ad exequtionem delicti nó deueniatur. Quid de scientibus intentari velle id crimen, neque id reuelantibus. 731. B.

Læsę Maiestatis ob crimen, quando domus diruendę. 733. D.

Læsę Maiestatis crimen, quando aliquis commisit, quàm infamiam ac pœnas incurrant eius filij, & quousque successionis cuicunque sint incapaces. 741. C.

Læsæ maiestatis crimen incurrens, quibus pœnis puniatur. 740. D.

Læsæ Maiestatis crimen si quis commisit, filiæ eius succedere matri innocẽti possunt solùm in legitima: alijs verò in quibuscunque bonis. 743. D.

Læsę Maiestatis crimen non omnis, qui committit, perduellio dicitur, sed solum qui in certo gradu ac modo illud committit. Atque eius solùm memoria damnatur post mortem intrà quinquennium à commisso delicto. Et qui ad id citandi 744. A.

Lęsę Maiestatis de crimine qui ad accusandum admittantur: pœnamque telionis incurrit, qui de eo crimine accusat, nec illud probat. 744. D.

Læsę Maiestatis crimen quibus in euentibus iure Lusitano incurratur. 745. A.

Lęsæ Maiestatis circa crimen, capitaque illius, quàta varietas iure communi, Castellæ, ac Lusitano. 747. D.

Læsæ Maiestatis instar vt puniantur, manus violentas inijcientes, aut insequentes hostiliter Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesię, & ad id cooperãtes. 748. A.

Lęsæ Maiestatis humanę crimen committentium pœnæ filijs statutę infamiæ, inhabilitatis ad officia publica ac dignitatis, & vt succedere alijs nó possint, non se extendunt ad nepotes illorũ. 751. D.

Læsæ Maiestatis humanę, aut diuinæ, crimen committentium filij, qui cõcepti, aut nati ante id crimen sunt, pœnas non incurrunt statutas filijs ita delinquentium. 752. B. 753. D.

Læsę Maiestatis diuinæ, aut humanæ, ob crimen possessoris maioratus de bonis patrimonialibus, non excluduntur filij à successione in eo, si concepti fuerunt ante id crimen commissum. 762. D.

Lęsæ Maiestatis in crimen si in Lusitania maioratus de bonis patrimonialibus possessor incidat, filij illius post delictũ patris concepti, à successione in illo excluduntur, & deuoluitur ad vlterius ad eum vocatum, siue maioratus vltima voluntate. siue contractu inter viuos fuerit institutus. 763. A.

Læsæ maiestatis ob crimen commissum à patre maioratus possessore de bonis patrimonialibus instituti, filij concepti post id crimen commissum, excluduntur à successione in illo, tam de iure communi, quàm huius regni, si vltima voluntate fuit institutus: secus si institutus fuit contractu inter viuos. 763. C.

Lęsę Maiestatis ob crimen commissum à patre eiusmodi maioratuũ possessore, filij concepti post crimen patris, non excluduntur à successione in illo ex eo capite pręcisè, quòd incapaces sint officij publici ac dignitatis. Et quid de titulo Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, si is maioratus eum titulum habeat annexum. 764. C.

Lęsę Maiestatis diuinę, aut humanę, ob crimen commisum ab institutore maioratus, non confiscatur maioratus ante id crimen irreuocabiliter institutus. Neq; confiscantur ob crimen post institutionem, sed ante latam sententiam commissum, quando ob id crimen non confiscantur bona ipso iure, sed per sententiam. 765. D.

Læsę Maiestatis crimine institutoris maioratus, aut quocunque alio crimine, quo delinquentis bona confiscantur, confiscatur maioratus reuocabiliter per vltimam voluntatem, etiam donatione causa mortis, institutus. 766. A.

Lęsę Maiestatis diuinę, aut humanæ, institutoris, nó confiscatur maioratus ab eo antea cõtractu inter viuos reuocabiliter institutus, nisi ipse dum vixerit, illum reuocet. 766. C.

Lęsæ Maiestatis ob crimẽ possessoris confiscãtur in Castella & in Lusitania maioratus de bonis coronę regni, itemque tituli Comitatus, Marchionatus, & similes. Et quid ob crimen hæreseos, aut Sodomię. 767. B.

Læsæ Maiestatis ob crimen, & ob alia, vt confiscari non possit maioratus de bonis

nis coronę regni. valet priuilegium, aut conuentio: modò confiscari quo ad commoditatem possit, ita vt apud delinquentem non maneat. 768. C.

Læsio.

Læsio resultare non cẽsetur religioso, aut monasterio ex eo, quòd ante ingressũ, contentus aliquo, renunciat reliquo, etiam si sit quintuplum, aut maior pars. 61. C.

Lęsio quando propriè dicenda est interuenire. 77. C.

Legitima.

Legitimæ renunciatio siue in totum, siue in partem. si fiat ei, cui est succedẽdum, est nulla, nihilque impedit successioni. 55. A.

Legitimę, aut successioni. si sit renunciatũ cum iuramento nec vi, nec dolo, nec metu ex torto, valida est, & quam latè ea renunciatio sit intelligenda. Excipiuntur renũciationes, de quibus diip. 149. est dictum. Neque post renunciationẽ iuramento confirmatam, factamque à filio patri, succedunt auo nepotes ex eo filio, etiam si tempore mortis aui esset is filius defunctus, nisi id iuramentum iniustè fuisset extortum. 56. B.

Legitimatus.

Legitimatus, etiam rescripto principis, de familia cẽsetur. Secus ad optatus. 158. D

Legitimatus per subsequens matrimoniũ, aptus est, vt in eo maioratus instituatur. 253. D.

Legitimatus rescripto principis, quousq; aptus sit, vt in eo maioratus instituatur, aut non. 253. D.

Liberares.

Liberæ res præsumuntur, & non feudi, aut maioratus: & ideò, qui contendit ad se deuolui tanquam liberas, & non ad aliũ tanquam feudi, aut maioratus, mitti in possessionem debet, nisi contrarium in continenti probetur. 533. B.

Literæ.

Literę gratię licèt requirantur, vt fidem in foro exteriori de gratia faciant, neque aliter gratia in eo suffragetur, valet tamen gratia in conscientię foro à pũcto, quo fuit concessa, & in exteriori ab eodem puncto valet. si literæ etiam expeditę per sequentem Summun. Pontificem, de eo puncto concessionis per antecedentem mentioné faciant. 213. D.

Literę deputationis iudicis, nisi priùs sint confectę ac intimatæ, non valet iudiciũ ab eo antea inchoatum. 214. C.

Læsæ maiestatis crimen.

Maiestatis lęsæ crimẽ gradus primi, quod, Quàm acriter puniri debeat. Puniuntur consortes, etiam si ad solum consilium, seu tractatum sit deuentum. Et num cõscij, id non deregentes, puniendi sint, & quousq;. Consors item, si illud detegat, quousque à pœna liberetur. 731. B.

Vide lęsæ maiestatis crimen.

Maioratus.

Maioratus ac primogenij nomina vnde dicta. Et qualis successio ac repręsentatio præscripta sit quoad regnum Castellæ: quæ similiter locum habent in alijs Castellæ primogenijs quando aliud nó constat de illorum institutione. 5. D. 6. C.

Maioratus ac primogenij rationem habet Castellæ regnum. Est cererorum caput. Et constituta circa illud, similiter locum habent id alijs primogenijs, quãdo aliud ab institutoribus non reperitur expressum. 8. B.

Maioratus qui de bonis coronæ regni sint propriè censendi instituti. Et quousque Reges bona coronæ alienare possint. 9. A.

Maioratus propriè de bonis coronæ regni instituti, à Rege creantur. Et censentur creati instar maioratus regni, nisi aliud exprimatur. Vt expressum est quo ad bona ad Henrico secundo donata. 9. C.

Maiorat' in Lusitania de bonis a Regibus de corona regni donatis, quousque valdè arctæ legi mentali eius regni subijciantur. Quid illa contineat, & quando ei legi non subijciantur. 10. A.

Maioratus qui à priuatis de ipsorum bonis instituantur. Et quando ad eos instituendos Regis facultate non indigeant. Et quos vocare debeant, si descendentes habeant, &, vltra quintum, de tertio illos instituant. 15. D.

Maioratus etiam de parte legitimę ascendentibus, aut descendentibus debitę, instituti, illis non consentientibus, ex regia facultate potest. 17. A.

Maioratus si de bonis institutoris creatus sit, ij in eo succedunt, quos institutor vocat, & eo ordine, quo illos vocat. Et quos, & quo ordine vocare teneatur, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

de tertio descendentibus debito, illum iustituat. Quando institutor aliud non disposuit, succeditur ordine circa successionem in regno præscripto. 17. C.
Maioratus qui, aliquibus in locis patronatz go. nuncupentur. 18. C.
Maioratus institutio quando censenda, & quando capella, vt iurisd ctio toto circa illam ad Ecclesiasticas potestates pertineat, vt in Lusitania definitum. 18. D.
Maioratus, seu primogenia Hispaniarum, quàm longè differant a primogenijs temporis legis naturæ, scriptæ, & quarundà aliarum nationum. 22. A.
Maioratus Hispani licèt distent à ficeicómissis familiæ relictis, de quibus iura cómunica loquuntur, in multis cum illis conueniunt, ex eisque videntur deriuati. Et quousque valeat argumentum ab illis ad maioratus. 22. C.
Maioratus, & fideicommissum familiæ relictum, in quibus differant. 24. A.
Maioratum accipit successor ab instituto re, & non ab vltimo possessore. Mortuo verò vltimo possessore, dominium ac possessio illius transeunt ipso iure in proximè ad eum vocatum. 25. B.
Maioratus institutio contractu, partim habet rationem contractus oneros, & partim donationis sub modo, & quot donationes simul factę cẽseatur. Et quid quãdo vltima voluntate instituitur. 25. C.
Maioratus Hispaniarum nominis etymologia, & origo. 27. A.
Maioratus diuersum quid est à maioratus titulo. Et quid maioratus Hispanus sit, varieque apud eos sumitur. 27. D.
Maioratus, etiam de bonis patrimonialibus, licitè instituuntur, si abusus vitentur. Et quæ emolumenta ex illis sequatur. 31. C.
Maioratus quando licitè de bonis patrimonialibus instituantur. 33. D.
Maioratus institutor si liberos habeat, quibus debitæ sint legitimæ, neque de principis facultate licitè ac validè potest instituere maioratum, nisi relinquẽdo cęteris liberis competentia alimenta, etiam ad contrahendum matrimonium prosui conditione. 34. B.
Maioratus plus satis in Hispanijs multiplicantur. 37. B.
Maioratus vt instituatur ex legitima ascendenti debita, concedi non debet facultas à principe, nisi relictis talis ascendenti competentibus alimentis, si illis indigeat, & nisi vt in eo ascendens ipse succedat, & post eum filius illius maior, aut quem ipse voluerit. 39. B.
Maioratus institutio sine principis facultate ex legitima eius, qui ad eum vocatur, vnà cum alijs bonis, sub conditione, vt, si consentire velit, succedat in eo, alioquin sumat suam legitimam, & succedat alius, valida est, sed pendens ab illius consensu: validusque est is consensus si lij præstitus viuente patre. 40. B.
Maioratus institutio sine Regis facultate, de legitima debita descendenti, & de alijs bonis, ad quem vocetur is, cui ea legitima debetur, non apposita prædicta conditione, inualida est de iure communi quoad legitimam, non verò quo ad incrementum. De iure verò huius regni, si legitima sit filij, succedit is in omnibus eis bonis, sed sine vllo grauamine ac vinculo. 40. D.
Maioratus ex bonis institutus ex renunciatione iuramento confirmata, extorta per metum, etiam reuerentialem, quousque inualidus quoad ea bona. 70. D.
Maioratus institutus ex renunciatione iuramento confirmata, & dolo extorta, vt falsis promissionibus, aut persuasionibus falsis, inualidus est quoad id, neq; vt contraueniatur tali renunciationi, necessaria est iuramenti relaxatio. 73. C.
Maioratus quousque instituí possint ex legitimis filijs ac filiabus debitis, etiã sinè regia facultate, renunciantibus filijs ea in parte suis legitimis. Et quàm facilè maioratus ex eis instituti, subiaceant calumnijs. 91. A.
Maioratus legalis est regnum regulariter loquendo. Et quousque aliquando, quibusque ex causis, mutare liceat de modo regiminis ac successionis primitus in eo statuto. Regulariter verò nó licèt. 93. A.
Maioratus cum titulo, & alij de bonis coronæ huius regni creati, licèt aliquid de legali parcipent, simpliciter, non legales, sed à Rege dicẽdi sunt creati. 94. B.
Maiorat' in Lusitania legi mẽtali subiecti, legales rectius appellari possunt. 94. A.
Maioratus legales dici possunt, creati in hoc regno ex donatis ab Henrico II. Et commendæ in Peru creatę. 95. A.
Maioratus instituti de bonis patrimonialibus, simpliciter legales non sunt, sed ex priuatorum institutione: licèt quidã eorũ aliquid de legali participẽt. 95. B.

Maio-

Maioratus rationem sortitur in Hispanijs, neque est diuidendum inter descendentes, castrum, aut oppidum alicui & suis successoribus cõcessum cum titulo Comitis, Marchionis, aut alio simili. 99. B.
Maioratus in modum transeunt dignitas, Comitis, Marchionis, & similes, ad primogenitũ, si cõcessæ sint alicui & descẽdentibus, aut successoribus. 100. C.
Maioratus iure, regni ipsius instar, deriuantur in perpetuum, dignitas & oppidum seu territorium, simul concessa alicui & successoribus illius. Et in Lusitania vtrũque censetur legi mentali subiectum, nisi concedatur exemptum ab illa. 101. A.
Maioratus rationem non subeunt, sed partibilia manent, oppidum, aut oppida libera, estò in illis dignitas aliqua concedatur. Dignitasque ipsa cum eo expirat, cui fuit concessa, nisi aliud fuerit expressum. 102. A.
Maioratus rationem non habent, sed partibilia sunt oppida alicui & successoribus concessa, quando concedunturcũ dignitate annexa ad vitam tantùm accipientis, estò filius dignitatem posteà obtineat. Secus in Lusitania. 102. B.
Maioratus rationem solùm subit oppidũ, cui annectitur dignitas, concessa accipienti ac successoribus partibiliaq; sunt alia, si simul donentur eodem modo sinè alia expressione. In Lusitania verò omnia subeunt rationem maioratus. 102. C.
Maioratus non ex regia facultate ritè institutus, non confiscatur ex crimine hæreseos, læsæ maiestatis, ac sodomiæ: ex quibus criminibus confiscatur institutus ex regia facultate. Quòd intelligitur solùm, quando ea facultas erat tunc necessaria. Item in illo euentu non tam facile potest princeps concedere facultatem ad alienandum bona, ex quibus cõstat, quàm in hoc. 105. C.
Maioratus si ex parte institui potest sinè regia facultate, & ex parte non, obtenta facultate regia, quæ clausula vtiliter apponatur. Et iuxta eam censenda est facta institutio, estò non apponatur. 106. B. & 107. B.
Maioratus qui non aliunde probatur, quã ex legitima præscriptione, institutus cẽsetur absque regia facultate: nisi ad eũ instituendum necessaria fuerit regia facultas. 109. D.
Maioratus in Lusitania ex bonis patrimonialib⁹ de Regis facultate institutus, nó confiscatur, etiam ob crimen læ læ maiestatis. Secus institutus de bonis coronę regni. 110. C.
Maioratus de bonis petrimonialibus, siue propria autoritate, siue regia facultate, sit ritè vltima voluntate, aut contractu inter viuos, institutus, reuocari in totũ potest dum institutor viuit, & in quibus euentibus institutus contractu inter viuos reuocari non possit. 112. C.
Maioratus vltima voluntate institutus reuocari non potest, si princeps suam autoritatem interposuit, vt irreuocabiliter fieret. Si autem institutor iuramento se astrinxit, eum non reuocare, periurus est eum reuocando, & ad interesse tenetur. 115. A.
Maioratus vltima voluntate institutus, vt validus sit solemnitate indiget eius vltimæ voluntatis, qua fit. 115. B.
Maioratus institutio à parente per viam diuisionis hæreditatis, seu bonorum inter liberos, estò fiat per viam contractus, vim habet vltimæ voluntatis, vt valeat, estò inter liberos sint filijfamilias & vt reuocari possit: non verò vt requirat solemnitatem vltimæ voluntatis. 115. C.
Maioratus hoc modo simpliciter institutus, si habeat solemnitatem sufficientẽ in hoc regno ad contractum, & non ad vltimam voluntatem, contractu censẽtur institutus: nisi constet institutorem vltimam intendisse voluntatem. 117. A.
Maioratus similiter institutus ab vxore sinè viri consensu, & à minore sine consensu curatoris, & iudicis decreto, si solemnitatem habeat ad vltimam voluntatem sufficientem, censetur vltima voluntas, vt valeat. 118. C.
Maioratus per viam contractus irreuocabiliter institutus, nihil de vltima voluntate participat. 118. D.
Maioratus contractu reuocabiliter institutus, vnà cum donationibus reuocabilibus (donatione causa mortis excepta) ad mediam speciem inter vltimam voluntatem, & contractum merè inter viuos, spectat. Quoad creationẽ & initium sequitur conditiones contractus, & quoad reuocabilitatem vltimæ voluntatis. 119. B.
Maioratus, siue reuocabiliter, siue irreuocabiliter institutus, cur in fine nõ indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

indiget, quando quingentos solidos ex redit. 120. D.
Maiorat⁹ si donationis cótractu sit ex quinto in extraneo institutus, aut in descendéte, siue cóstituto in potestate, siue nó reuocari potest, nisi intercueniat aliquid vnde, iuxta. l. 44. Tauri, reuocari nó possit. 122. C.
Maioratus institutio facta contractu, vt irreuocabilis reddatur, satis est traditio per actũ fictum, & quando ea traditio se extendat ad futura. 124. A.
Maioratus eadem institutio irreuocabilis redditur traditione coram tabellione scripturę, in quae st facta illi, cui factae st. 125. C.
Maioratus institutio contractu oneroso, irreuocabilis eo ipso redditur: modò, si contractus onerosus sit matrimonij, contractus fiat cum tertio contrahente, aut sequatur matrimonium. 126. A.
Maioratus institutio si facta sit vltima voluntate, nullo trium actuum, qui explicati sunt, irreuocabilis redditur. Quando autem fieret traditio ex intervallo, non facta mentione, quòd id fieret ad implédam illam vltimam voluntatem, censeretur facta noua donatio inter vivos irreuocabilis. Quanuis hoc difficultate non careat. 126. D.
Maioratus institutio vt traditione reddatur irreuocabilis, satis est quarundam rerum traditio, nec necessaria est omniũ. 129. D.
Maioratus quãdo traditione vnius rei, quoad illam solam censeatur factus irreuocabilis. 132. A.
Maioratus institutor, si per clausulam cóstituti fecit institutionem irreuocabilé, quòd existente postea aliqua re, interuertat possessionem illius, non idcirco reuocat priorem institutionem. 132. B.
Maioratus institutio reddi potest irreuocabilis traditione per clausulam constituti, etiam quoad iura incorporalia, nominaque debitorum. 133. C.
Maioratus institutio contractu effecta, adiecto pacto de ea non reuocanda, irreuocabilis redditur. 135. B.
Maioratus institutio vt irreuocabilis fiat pacto adiecto de ea non reuocanda, parum refert, siue id pactum apponatur in ea instrumenti parte, in qua continetur dispositio, siue in ea, in qua de exequutione agitur. 138. A.
Maioratus ex regia institutus facultate, in qua contineatur, quòd semel institutus reuocari non possit, etiam si per vltimã voluntatem sit institutus, reuocari deinceps non potest. 140. C.
Maioratus, institutio si confirmetur iuramento, quo institutor iurauerit se asserat, se illam efficere, non est irreuocabilis: secus si iuramento promittat se eam non reuocaturum, aut illi non contraenturũ, & in Lusitania de Regis facultate sit adhibitum, & quid in Castella. 140. D.
Maioratus institutio vt irreuocabilis in hoc regno sit ex capitibus explicatis, nó pendet ab acceptatione vocati, aut vocatorum ad eum, neque ab acceptatione alterius nomine ipsorum, & quid in Lusitania. 143. D.
Maioratus institutio, quanuis concurrant capita, ex quibus irreuocabilis redditur, si institutus sit ex regia facultate, clausula iam habente, quòd postquàm fuerit institutus, possit reuocari, reuocabilis erit. Et quid ab institutore adhiberi debeat, vt, ea clausula non impediente, irreuocabilis reddatur. 145. B.
Maioratus institutio irreuocabilis reddita ex capitibus explicatis, reuocari potest, superueniẽte aliquo exijs, ex quibus donationes reuocari possint. 146. A.
Maioratus institutus, etiã irreuocabiliter, à non habente descendentes, natiuitate filiorum reuocatur in totum. Institutus verò ab habente vnicum descendẽtem, natiuitate filiorum, solum reuocatur, quatenus contigerit legitimas eorum, retento in maioratu tertio & quinto. 146. A.
Maioratum vt instituat, qui facultatem à principe petit, ex primerenon tenetur, quot filios habeat. 146. D.
Maioratus institutio si ex tertio & quinto sit irreuocabiliter facta in aliquibus bonis, & bonis decrescentibus, mortis tẽpore non tot pertineant ad tertium & quintum, reuocatur quoad excessum. Nisi causa matrimonij fuerit ea institutio facta: nam tunc is, cui facta est, eligere poterit, vt stetur bonis, quæ erant tẽpore, quo fuit facta. Si item donationibus postea factis decrescant bona, illę sunt nullę. 146. D.
Maioratus in institutione ex tertio & quinto, non valet pactum inter patrem & filium ad eum vocatum, quòd quoad tertium & quintum stetur bonis, quę pater tunc hab et, & non quæ tempore mortis illius fuerint reperta: quoniam id cedit in prẽiudicium aliorum filiorum. 148. A.
Maioratum reuocabilem si vterque coniux de communibus bonis instituant, superstes reuocare illum potest quoad suam partem. Secus quando vxor est superstes, & maritus de vxoris facultate illum instituit. 149. B.
Maioratus si sit institutus, finitis vocatis, non expirat, nisi in institutione fuerit expressum, vt tunc expiret. 152. A.
Maioratus transit ad descendentes primò ad eum vocati, estò illi descendentes non sint institutoris, quando institutor aliud non expressit. 155. D.
Maioratus, deficientibus descendentibus institutoris, aut eius, in quo primò fuit institutus, non expirat, sed trãsit ad collateralem proximiorem. 157. B.
Maioratus quando nulla facta est mentio in institutione, quibus coniecturis iudicandum sit, aut non sit, esse maioratus institutionem. 159. C.
Maioratum vnum instituendi, qui facultatem à Rege obtinuit, vi illius non potest duos instituere. 165. D.
Maioratum si quis instituit ex regia facultate, si postea petat facultatem aliam ad instituendum alium, surreptitia erit posteriùs obtenta, si non exprimatur, fuisse antea concessam illam aliam. 166. C.
Maioratus si institutus sit ex tertio & quinto, & petatur facultas ad instituendum aliũ, surreptitia erit, nisi exprimatur in stitutum esse illum alium maioratum. 166. D.
Maioratum vt instituat, qui regiam facultatem habet, instituere non potest aliũ ex tertio & quinto, si vterque quantitatem tertij & quinti excedat. 168. C.
Maioratus duos vt instituat, qui à Rege facultatem habet, regulariter instituere potest vnum solum. 169. C.
Maioratui, aut alteri rei, succedere, quem aliquis, aut aliqui, eligerint, arbitrati fuerint, aut voluerint, non efficit dispositionem captoriam. Neque electus accipit ab eligete, sed ab instituere. 172. C.
Maioratum instituendi, substitutiones ac nominationes efficiendo, quas voluerit, qui facultatem habet, vocare poterit ad eum maioratum, quem vltimus possessor, aut vltimi possessores elegerint. 172. D.
Maioratus institutor si facultatem alteri concesit eligendi ad eum maioratum quencunque consanguineum instituto ris, etiam spurium, eligere is non potest filium spurium institutoris, posset tamẽ eligere suum proprium filium spurium. Excipe in hoc regno, si sit filius clerici, aut religiosi, vel religiosæ professorum: nam is in nullius consanguinei talis parentis bonis potest succedere. 173. C.
Maioratus institutoris ex præscripto, qui eligit ad maioratum, licèt ipse ex parte beneficium ac gratiam propriam confe rat, quatenus præfert electũ alijs, quod penes ipsum est efficere, nihil tamẽ pro eo beneficio potest accipere, neque vllum omnino grauamen imponere. 174. A.
Maioratui vt successorem eligat, cui est commissum, vnum tantùm potest eligere. Secus de electore ad legatum familię relictum, quando institutor non expres sit vt solus vnus eligaretur. 177. C.
Maioratui successoris eligendi, aut rei alteri, quando facultas alicui concessa est in tempus mortis ipsius directa, reuocare elector potest electionem semel, aut pluries factam, dum viuit, vltimaq; morte illius confirmatur. 180. D.
Maioratus, aut fideicommissum, quando post mortem possidentis, deuenire debet ad quendam alterum possessorem, possessor ante suam mortem potest tradere illud successori, etiam fruendum, idque validè & irreuocabiliter: atque eo modo censetur traditum, si donatione inter viuos, aut alio irreuocabili cõtractu, sit concessum. Quando tamen ea irreuocabilis traditio in aliquo præiudicaret cuidam tertio, esset quoad id innalida: secus quoad id, in quo non præiudicaret. 181. C.
Maioratui, si alicui sit commissum, vt eligat quem de familia voluerit, vt in eo succedat, & is moriatur nemine electo, succedit solus primogenitus proximior in gradu, etiam quoad totam commoditatem. In fideicommisso verò familiæ relicto, succederent in eo euentu omnes, qui sunt de ea familia. 184. D.
Maioratus, aut fideicommissi, adueniente tempore deuolutionis, tenetur elector ad ea eligere statim, ac fuerit requisitus. 185. B.
Maioratui vt eligat successorem, si alicui concessa sit libera facultas ex filijs ac filiabus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiabus, valida est electio minoris natu, etiam fœminæ, prætermisso masculo primogenito digniori. 187. B.
Maioratus instituendi si sit alicui concessa facultas in quocunque filiorum, aut filiarum, voluerit, instituere illum potest in filia, prætermisso filio maiori ac digniori. 187. C.
Maioratui successorem eligendi si institutor liberam facultatem alicui concesit, quando eligere poterit inimicum institutoris, & in quibus euentibus non. 188. A.
Maioratum iuxta legum præscriptum, instituens in non adeò digno, prætermisso digniori ac maiori natu, etiam si is maioratus iurisdictionem in alios habeat, nō peccat. 195. C.
Maioratum instituens in indigno, si maioratus iurisdictionem habeat, & futurum id sit in perniciem subditorum, culpa est lethalis, cum restituendi onere damna sequuta. Quando nullum damnum alijs inde immineret, rarò esset culpa lethalis. Nisi incapax eligeretur. 166. C.
Maioratus quomodo titulo præscriptionis comparetur ac probetur. 200. B.
Maioratus regiam requirens facultatem vt sit validus, validus non est, si post eū confectum regia facultas obtineatur, nisi in ea dicatur, confirmari maioratum antea confectum. Quando autem institutio & facultas eandem continent diē, facultas præsumitur antecessisse, nisi cōtrarium probetur. 201. D.
Maioratus indigens regia facultate vt sit validus, si sinè ea inualidè sit institutus, vt validus reddatur, non sufficit confirmatio in forma communi, sed requiritur in forma speciali: confirmatur verò in forma speciali, quando dicitur confirmari iam antea institutum. 204. B.
Maioratus inualidè institutus sinè regia facultate, si à Rege approbetur, aut cōfirmetur, in ipsomet instrumento, inualidè antea confecto, censetur confirmatus ex certa scientia, ac in forma speciali, validusq; redderetur. Et quibus alijs modis idem fiat. 204. C.
Maiorat' si institutus fuit facultate Regis surreptitia, aut sinè Regis facultate, necessaria, vel confirmatus fuit à Rege inualidè, & cum eis titulis præsumptis bona fide à successoribus fuit possessus decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, titulo præscriptionis est comparatum dominium illius. In foro tamen exteriori fortè non præsumetur bona fides. 205. A.
Maioratus institutionem ex eo nullam, quòd de Regis facultate nō sit facta, in nullo euentu potest princeps confirmare post mortem institutoris, ac validam reddere, nisi id omnino postularet bonum commune, & facta compensatione ijs, in quorum præiudicium id cederet, aut nisi illis omnibus liberè consentientibus: haberéque id verum, etiam si institutor peteret, vt princeps post suam mortem eam institutionem cōfirmaret. 206. D.
Maioratus inualidè instituti sinè regia facultate, si institutor mandauit peti confirmationem illius, & post mādatum datum, incidit in amentiam, re adhuc integra, viq́ue eius mandati confirmatio obtineatur, est nulla: quia mandatum per eam amentiam expirauit. Si autem aliūde ritè petatur post amentiam, & obtineatur ante mortē institutoris, validus efficitur. 210. B.
Maioratus institutio, etiam si inualida sit sinè Regis facultate ob solas substitutiones, & non ob bona, ex quibus est institutus, si confirmatio illius obtineatur post mortem institutoris, inualida est. 211. B.
Maioratus si vt validè instituatur necessaria est facultas Regis, necessarium est in hoc regno vt præcedat confectio literarum eius facultatis, nec sufficit supplicam expeditam esse per verbum fiat. 214. D.
Maioratus instituendi facultas concessa à principe non expirat morte principis, qui illam concesit: estò maioratus vi eius facultatis nondùm esset institutus: modò tamen literæ ea de re essent confectæ ac subscriptæ ab eo principe. 217. A.
Maioratus sinè regia facultate inualidè institutus, estò confirmetur, si tamen literæ eius confectionis nó sint integrè cōfectæ tempore mortis eius Regis, expirat ea confectio, inualidaq́ue est talis maioratus institutio. 218. B.
Maioratus inualidè institutus, si confirmetur viuente institutore, nec tamen literæ eius confirmationis expeditæ sint viuēte institutore, expediri non possunt, inualidaq́ue est ea institutio. 219. A.
Maioratus institutio facta quidem ab eo, qui

qui facultatem ad illum instituendum habebat, ignorante tamen ipso eam facultatem habere, inualida est. Habens tamen facultatem, estò non exprimat, se ex illa maioratum instituere, censetur ex ea illum instituere. 219. C.
Maioratum instituendi qui facultatem à Rege habet, estò ea no vtatur decennio à puncto concesionis, potest vi illius eum instituere. 220. C.
Maioratus institutio necesse non est vt fiat scriptura publica, sed satis est, si alijs legitimis probatioaibus, prout fuerit qualitas institutionis, probetur. Et quid in Lusitania. 222. A.
Maioratus institutio quando fieri debet ex regia facultate, necesse est, vt ea facultas instrumento publico sit confecta & a principe subscripta. 222. D.
Maioratus in institutione licèt necessaria non sit scriptura, in promissione tamen de non meliorando alio, atque adeò de non instituendo in illo maioratu, vt irrenocabilis sit, necessaria in hoc regno est scriptura. 223. B.
Maioratus institutio sufficienter in hoc regno fit ac probatur scriptura priuata vt & alij contractus. 223. B.
Maioratus institutio valet facta in schedula, etiam non subscripta, modò in alia scriptura publica fiat remissio ad illam, & constet eam esse, ad quam fit talis remissio. 223. D.
Maioratus institutio valide si effecta sit, non in instrumento publico, fieri expedit publicationem illius coram iudice, citatis ijs, quorum interest validam non esse, vt redigatur in publicum instrumentum. 224. B.
Maioratus institutio insinuatione non indiget. 224. C.
Maioratum instituere possunt vltima voluntate, aut contractu, dependeretur ab alterius facultate, aut sinè ea, qui similiter de suis bonis disponere possunt vltima voluntate aut contractu. Cæteri nó possunt. 225. B.
Maioratum instituere potest vxor sinè viri facultate, vltima voluntate, quæ non sit donatio causa mortis. Donatione verò causa mortis, aut contractu inter viuos, instituere validè illum nó potest, nisi ex viri facultate, aut iudicis, viro absente, aut irrationabiliter non consentiente. 225. D.
Maioratus reuocatio facta ab vxore sinè viri facultate vltima voluntate, quæ nō sit donatio causa mortis, valida est. Secus si sinè viri facultate facta sit donatione causa mortis, aut contractu inter viuos, nisi accedat iudicis facultas ob viri absentiam, aut quod irrationabiliter præstare nó velit facultatem. 226. C.
Maioratum instituere non potest carens vsu rationis, nisi in lucido intervallo. Neque tutor, aut curator, loco illius, tametsi curator obtinere possit confirmationem facti ante amentiam. 227. B.
Maioratum quousque mutus (etiam morbo) instituere, non possit: & quousque possit. 228. B.
Maioratum quousq; minor instituere non possit, aut possit: & quousque necesse sit interueniat curatoris autoritas ac iudicis decretum. 228. C.
Maioratum quousque instituere non possit prodigus, aut possit accedente curatoris autoritate ac iudicis decreto. Ac quando facultas principis esset necessaria, exprimendum illi esset, eam peti, vt prodigus eum maioratum instituat. 229. D.
Maioratum quousque filiusfamilias vltima voluntate instituere non possit, aut possit. 230. D.
Maioratu instituto per vltimam voluntatem à filiofamilias de tertio suorum bonorum, eoque defuncto, vsusfructus, qui in bonis eius tertij ad patrem attinebat, perseuerat in patre toto tempore vitæ suæ. 231. C.
Maioratum quousque contractu, etiā donatione causa mortis, possit filiusfamilias instituere, aut non possit. 232. C.
Maioratum instituere potest religiosus validè ante nouitiatum, & in nouitiatu, atque in nostra Societate ante professionem, aut vota coadiuctorum, tum vltima voluntate, tum etiam contractu reuocabili. 234. D.
Maioratus institutio irreuocabilis facta in nouitiatu, aut ante, intuitu tamen ingrediendi religionem, est nulla, etiam si iuramento confirmetur, nisi fiat duobus mensibus ante professionem de facultate ordinarij, & sequatur professio. Quæ autem ante nouitiatum facta esset irreuocabiliter, non animo ingrediendi religionem, firma esset. 235. C.
Maioratum si validè instituit religiosus, & fructus illius ad ipsum attinere debebāt toto tempore vitę suæ, nisi religionem ingre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingrederetur,neq; aliud disposuit ante professionem,pertinet vsusfructus toto tempore vitę ipsius ad monasterium succedens in bonis sui religiosi: & per mortem ipsius,regreditur ad successorem in maioratu.In religione verò non succedente in bonis sui religiosi,emissa professione,& in nostraSocietate emissis etiam votis coadiutorum, pertinet ad successorem in maioratu. 236.A.

Maioratum instituere non potest religiosus post suam professionem, neque in nostra Societate post vota coadiutorũ. Nisi reliquerit filios , & in hoc regno professus sit non facta diuisione bonorum inter illos:nam instituere posset in vno descendentium maioratum de tertio.236.C.

Maioratum non potest regulariterinstituere religiosus facultatem testandi habẽs à Summo Pontifice. Et num licitè possit eum instituere etiam si ad id se extendat ea facultas.236.D.

Maioratum instituere possunt commendatarij Hispaniarum,qui non sunt ordinis Diui Ioannis.Et facilius commendatarijs Diui Ioánis potest Summus Pũtifex concedere facultatem ad instituendum maioratum,quá alijs religiosis.237.A.

Maioratum instituere & meliorare potest in hoc regno damnatus, etiam ad mortem naturalem.Idem in Lusitania , excepto,quòd in eo regno damnatus ad mortem naturalem , neque maioratum instituere potest,neq; meliorare in tertio.239.C.

Maioratum instituere,aut meliorare , non potest eodem genere dispositionis, qui testari non potest,aut aliter de suis disponere.240.A.

Maioratus vt in eis instituatur , licèt aptiores sint res omnino perpetuæ, instui tamen potest,non solùm in censibus redimibilibus,sed etiam in pecunia &alijs rebus,vt ex illis comparentur res fructiferæ perpetuæ. Inseri etiam maioratui solent res mobiles aliquę, vt nunquam alienentur.240.D.

Maioratus institutio ex omnibus bonis an sit ualida.242.A.

Maioratus an validè ac licitè ab Ecclesiasticis de suis bonis institui possit. 242.A.

Maioratum instituere non potrst transiés ad secundas numptias & filios ex priori matrimonio habens,de bonis titulo lucratiuoex priori cõiuge comparatis,neque de tertio aut quinto eorum bonorum potest meliorare.243.A.

Maioratum eundem neque ex regia facultate potest instituere,nili expresserit ea bona comparata fuisse ex priori coniuge.Neq; Rex potest concedere eam facultatem post transitum ad secundas nuptias.244.C.

Maioratum instituere potest ex arrhis prioris matrimonij mulier,quæ ad secundas transit nuptias. 243.D.

Maioratum potest instituere ex bonis superlucratis in priori matrimonio cõiux, qui filios habẽs ex eodem priori matrimonio,ad secundas trãsit nuptias.244.B.

Maioratum instituere solùm potest vir de medietate lucrorum,quæ ad ipsum dissoluto matrimonio attinebit: de medietate verò,quæ ad vxorem spectabit , ad ipsam pertinet instituere maioratum testamento,aut codicillo, sine viri consẽsu:contractu verò,de consensu viri, aut iudicis,accedente Regis facultate,si ad id sit necessaria.244.C.

Mioratus institutus de re aliena an validus sit.246.A.

Maioratus ex censu redimibili qua ratione institui possit.246.B.

Maiorat' ex re emphyteutica , aut feudali institui non potest sinè proprietarij cõsensu,qui in præiudiciũ tertij nõ cedat. 246.C.

Maioratus an institui possit ex rebus alterius regni, & iuxta cuius regni leges institui debeat, atq; ex cuius Regis facultate.246.D.

Maioratus contingens legitimas filiorum, institui potest ex regia facultate,esto alii qui filiorum, aut filiarum, Ecclesiastici sint.247.D.

Maioratus institui potest de Regis facultate,qui prẹiudicet filijs nascituris in legitimis.248.B.

Maioratus in illo institui potest, qui capax est,vt ab institutore eo modo accipiat per vltimam voluntatem, aut contractum.249.C.

Maioratus ex tertio institui vniuersim potest in Lusitania.In hoc regno,si institutor vnicum habeat descendentem, solũ ex quinto institui potest,& non ex tertio,nisi consentiente tali descendente, aut simpliciter, aut pro emolumento, quod sub ea conditione illi relinquatur.In parte legitimę si absolutè imponatur grauamẽ,&nõ in incremẽto,omnia ea bona libera manẽt in hoc regno. Secus de iure communi. 249.C.

Maioratũ si parens ex tertio vnico descendẽti,inualidè instituat,isq; repudiet hereditatẽ,valet institutio quoad vlteriùs ad eum maioratum vocatos.251.B.

Maioratũ si ex tertio vnico descendẽti inualidè quis instituit,aut grauamen legitimę descẽdentis imposuit,& vocatus, aut etiã post illũ successor,titulo maiorat' triginta annos illũ possederũt, eneruari deuceps non potest ea institutio.251. C.

Maiorat' institui potest ex regia facultate in tertio vnici descendentis, quin & in legitima illius. 251.D.

Maioratus si ex regia facultate sit institutus in tertio vnici descendentis,aut etiã contingendo legitimam , seruari debet ordo in vocationibus.l. 27. Tauri præscriptus.Et quando princeps dispẽsare potest vt non seruetur.251.D.

Maioratus institui potest in legitimato per subsequens matrimonium. 253.D.

Maioratus quo vsque institui possit, aut non possit, in legitimato rescripto principis.253.D.

Maiorat' quousq; institui possit in filio illegitimo naturali,iure etiã Lusitano.254.C

Maioratus institui non potest in filio illegitimo spurio, neque in facultate regia censendi sunt spurij comprehensi , nisi id exprimatur.Et quid de matre,& cõsanguineis alijs.255.C.

Maioratus in ipsa institutione leges ac cõditiones, quæ apponuntur , regulariter non habent rationem conditionũ,quæ suspendant institutionem , sed habent rationem modorum. Et quando conditionum rationem habeant.257.A.

Maioratus institutio quo ad personarum ad eum vocationes , fieri solet sub vera conditione de futuro,de præterito,aut de presenti. Onera verò & grauamina imponi solent sub modo,& quando rationem habeant conditionis , etiam ad comparandum dominium & possessionem ciuilissimam: & quando sit modus æquipollens conditioni, resoluenq; in nihilũ vocationem,adeò vt fructus percepti restitui etiam debeant. 258.C.

Maioratus si institutus sit ita vt ad eum aliquis vocetur sub cõditione potestatiua, aut sub modo ita vt æquipolleat conditioni , quia in nihilũ redigit vocationẽ, proinde ac si nũquam fuisset facta,tradi debet maioratus ita vocato , præstita prius ab eo cautione mutiana, aut simili mutianę de restituendo maioratu cum fructibus ex eo perceptis. Secus si modus non redigat in nihilũ vocationẽ,ac si nunquam fuisset facta. Et quàm variè modus apponi soleat,& quando,& quo vsq; obliget. Et num obliget aliquãdo deserere maioratũ in conscientię foro, nulla expectata sententia. 261.C.

Maioratus institutio facta vltima voluntate sub conditione quocunque modo impossibili,est valida,& conditio habetur pro nõ apposita. In hoc tamẽ regno si facta sit sub conditione impossibili, non natura,sed facto,nulla est.267.B.

Maioratus institutioni factę contractu irreuocabili,si apponatur cõditio impossibilis,nulla est,quo ad id prẹcisè,quod sub ea cõditione fuerit institutũ.Si verò apponatur institutioni factę cõtractu reuocabili,cõditio habet pro nõ apposita estq; proinde valida institutio.267.D.

Maioratus institutio vltima voluntate,aut cõtractu quocũq;, facta sub modo quouis modo impossibili,etiam quia remittitur à iure,valida est, neque est obligatio seruandi eum modum , sed habetur pro non apposito.268.B.

Maioratus si instituatur vltima voluntate, aut contractu reuocabili,vel ad eũ quis vocetur sub cõditione, vt iuret se factu rum,aut prẹstaturũ aliquid in futurum, remittitur ei à iure obligatio id iurãdi, sed non obligatio id faciendi. Si verò id contractu irreuocabili injungatur, neutrum à iure ei remittitur.Onus autẽ iurãdi seruari modũ possibilẽ,nũquam ei remittitur,& quatenus hodie hęc locũ habeant in hoc regno, & in Lusitania. 269.D.

Maioratus sinè regia facultate si in hoc regno ex tertio sit institutus, licèt potest institutor ad eũ vocare quencunq; suum descendentem , in quocunque gradu , non tamen præponere potest descendentibus transuersalem comparatione sui.Ex quinto verò id potest,& in Lusitania ex tert.o. 270.D.

Maioratus ex regia facultate si instituatur contingendo legitimas filiorũ, vocari ad eum possunt descendentes masculi per lineam masculinam ex primo institutore.præponẽdo illos descẽdentibus omnibus per lineam fœmeninam ex vltimo possessore , etiam si transuersales sint cõparatione vltimi possessoris. Nõ tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen præponi deberent transuersales institutoris descendentibus eiusdé per lineam fœmininam: licèt hi astringi possent sumere agnomen & insignia institutoris. 271.B.

Maioratus à successione licitè ac prudenter excludi possunt religiosus, ac initiatus sacris ordinibus. Si tamen in hoc regno absq; regia facultate sit institutus, excludi nó possunt, nisi existétibus de numero descendentium, &c. 272.B.

Maioratus si ex regia facultate sit institutus, inualida est clausula, ꝙ si possessor inciderit in crimé lesæmaiestatis diuinę, aut humanę vel Sodomię, transeat ante id crimé, vel ante attétationé, in vlteriùs vocatum. Valida autem est, si sinè regia facultate sit institutus. 272.D.

Maioratus successioni si quis, aut si qua, vocetur sub conditione, aut modo, vt contrahere teneatur cum persona de tali familia, vel cum tali singulari, cum qua honestè id possit efficere, ritè ac validè id fit. 274. B.

Maioratus ad successionẽ si quis per vltimã voluntatẽ vocetur sub cõditione, si ducat consanguineam, conditio non est habenda pro nó apposita, siue addatur, dispensante Summo Põtifice, siue non: quoniam id ineſt. 275.A. 276.B.

Maioratui vt succedat, si quis vocatus sit sub conditione, aut modo, si contraxeris cum tali, pro impletis habentur, quãdo ita vocatus non fuit in mora, & per alterum stat. Et quid si vocatus moriatur ante aduentũ temporis impletionis talis conditionis, aut modi. 278.D.

Maioratus successioni si sub eadem conditione, sit quis vocatus, & delato maioratu, dicat se non velle contrahere cum illa, aut contrahat cum alia, transit maioratus ad alium, estò posteà contrahat cum illa, defuncta priori vxore. Si autẽ ante delatum maioratum, ducat aliam, & ea mortua, ducat tempore delationis eam, quam ducere erat grauatus, consequitur maioratum. 280.A.

Maioratus ad succeſsionem si sub eadem cõditione sit quis vocatus, & mulier illa alteri nubat, non tenetur illam ducere, qui sub cõditione, vt illam duceret, fuerat vocatus, estò illa vidua iã sit. 280.C.

Maioratus successioni si vocatio fiat cum grauamine, si grauatus cum aliqua contrahat, id potius solet habere rationem modi, quam conditionis, in quo euẽtu, quanuis contractu irreuocabili apposi-

tus esset is modus, si per mulierẽ staret, haberetur pro impleto. Quãdo haberet rationem cõditionis, haberetur pro impleta, si vltima volũtate, aut in cõtractu reuocabili, esset apposita: secus si in irreuocabili. Et in vtroque euentu standum potiùs esset intento disponentis, aut contrahentium. 281.B.

Maioratꝰ successioni si aliquis vocetur sub conditione, aut modo, vt si contrahat cũ muliere talis conditionis, amittat maioratum vlteriùs vocato, si non seruentur, maioratus amittitur. 284. C.

Maioratum num amittat, qui ignorantia inuincibili non seruat eam cõditionem, aut modum, illam ducendo, quę conditionis prohibitæ non reputabatur, exmẽte prę sumpta institutoris pendet. Et in dubio, qualis fuerit illius mens, consendus est, eum non amittere. 285.C.

Maioratũ in prædicto euentu deferere nõ tenetur possessor illius in foro conscięntiæ, antequàm res detegeretur. 286.A.

Maioratus successioni si vocatio fiat sub cõditione, aut modo, vt vxorem ducat ex arbitratu, aut voluntate alterius, vel iuxta illius consilium, inualida sunt talis conditio, aut modus, habenturque pro nõ appositis. Si aũt fiat sub conditione, aut modo, vt consulat aliquẽ circa vxorem ducendam, valida sunt. Si tũ admodum difficile peti ab illo id consilium posset, obligatio non esset seruãdi eam conditionem, aut modum. 287.B.

Maioratus, aut quoduis aliud, si relinquatur sub conditione, si aliquẽ cõsulat ad matrimoniũ contrahendũ, nó reddũtur inualida, si idcirco is nõ cõsulatur, quia mortuus erat tẽpore nuptiarũ. Quòd si esset modus, nulla ea de re est dubitatio. 288.D.

Maioratui successores vnde ortu habuit, vt agnomen & arma institutoris accipiant, & vt ad id astringi consueuerint. Successores verò in varijs regnis, arma & insignia singulorum regnorũ solent accipere: non verò agnomina Regum, quibus succedunt. 290.C.

Maioratus successioni si aliquis sub vera cõditione vt assumat agnomẽ & insignia institutoris vocetur, neq; dominiũ, neq; ciuilissimã possessionẽ comparat, nisi priùs conditione impleta. Atq; eo ipso, ꝙ illã trãsgreditur, res cũ fructib' ex eis perceptis, restituere tenetur successori. Et quid quãdo id apponitur tãquã modus, vt regulariter fit. 291.D.

Maiora-

Maioratus vt transeat ad vlteriùs vocatum quando censendus quis sit transgressus modum assumendi agnomen & arma institutoris, qui sub eo modo ad illũ fuerat vocatus. 292. D.

Maioratus successor astrictus sub cõditione, aut modo, assumere agnomẽ & arma institutoris, tenetur illa assumere, estò minus decentia sint. 294. B.

Maioratus vnus si institutus sit sub conditione, aut modo, vt successor assumat agnomẽ & arma institutoris, sinè admixtione alterius agnominis & armorum, non potest simul habere aliũ maioratũ, qui conditionem, aut modum, assumẽdi agnomen & arma habeat. Secus si institutures vtriusque solùm obligent assumere agnomen & arma. 295. A.

Maioratus multi si in eodem successore concurrant, & cætera sint paria, agnomen & arma antiquioris, itéq; paterni, præponi debent agnomini & armis minus antiqui, materni, aut vxoris. Quanuis hæc non omnino vsu seruentur, & multa de armis regnorum Hispaniarũ. 296.A.

Maioratui successor an cogi possit assumere agnomen & arma institutoris, quando institutor id non præcipit. 297.B.

Maioratus institutio quãdo legitimas aliorum non cõtingit, successor in illo non plus tenetur præbere alimenta descendentibus institutoris, quàm si ea bona vinculo maioratus alligata non fuissent. 299.A.

Maioratus vt instituatur contingendo legitimas alijs debitas, facultas cur concedi non debeat, aut licitè possit, & quę alimẽta ac qualia tunc relinquenda sint singulis, quibus legitima debebatur. 299. C.

Maioratum qui ita instituit, etiam si mater sit, quibus alimenta eiusmodi debeat: debenturque etiam si illis non egeant; sed aliunde competentia habeant alimenta. 300.C.

Maioratus eiusmodi institutor imponere non potest vllum grauamen in eo, quod ita relinquit in eiusmodi alimẽta. 302.C

Maioratus institutor nõ tenetur relinquere eiusmodi alimenta titulo hæredis. 303.A.

Maioratus institutor si non relinquat eiusmodi alimenta, aut si competentia illa non relinquat, non redditur nulla institutio, sed competit actio, vt de bonis vinculatis soluantur. 303. D.

Maioratus institutor si alimẽta cõpetentia filijs illegitimus non relinquat, agunt vt de bonis vinculatis ipsis soluantur. 305.B.

Maioratus institutor postquàm semel cõpetentia alimenta ijs prębuit, quibus legitimæ debebantur, aut de bonis maioratus collata eis fuerunt, neque ipse, neque successores posteà in maioratu, tenentur illis, aut alijs, alimenta aliter præbere, quàm si ea bona titulo maioratus non haberent. Et quousq; consanguineis, & quo ordine, alimenta prębere teneantur. 305.C.

Maioratus possessor, si semel alimenta integrè præstita sint, & is, cui data sunt, iterum egeat, quando ei tradere iterum debeat. 310.C.

Maioratuum Hispanorum successio anteriori possessori, qui non sit ipsemet institutor, est iure sanguinus, & non hæreditario. 316.D.

Maioratus successio comparatione immediati institutoris, quãdo sit, nec iure sanguinis, nec hæreditario, sed ex pacto & prouidẽtia, & quãdo sit iure hæreditario. 317.C.

Maioratus immediatus possessor, qui institutor nõ est, instituere in illo nõ potest hæredẽ proximè vocatum, neq; est valida talis hæredis institutio. 318.C.

Maioratus possessor, qui institutor non est, mutare non potest antiquas primi institutoris conditiones, modos, ac vocationes, neque alias addere. 318.D.

Maioratus ita institutus, vt expirare deberet in vltimo, ad quẽ deuenit, is vinculare ea bona posset, apponẽdo conditiones, modos, & vocationes, vt vellet. 319.B.

Maioratui qui succedit, neque ex regia facultate mutare potest conditiones, modos, & vocationes, à primo institutore apposita. 319. C.

Maioratui qui succedit, si addat aliqua bona, quę vinculet, apponere potest etiam prioai maioratui, onera, quæ priori institutioni non repugnent: non tamen tenentur successores ea seruare, nisi potiri velint eo augmẽto maioratꝰ. 319.D.

Maioratus interim dum reuocabilis est, potest institutor reuocare cõditiones, modos, & vocationes, vt ei libuerit, Secꝰ post quàm irreuocabilis est effectus. 320.B.

Maioratus si testamẽto ita sit institutus, vt primò vocatus cẽseatur institutus in illo hæres, tunc is succedit directè institutori: reliqui verò obliquè, seu fideicommissariè. 321.C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maioratus si ita institutus sit testaméto, vt rationē habeat legati, aut prælegati, tūc primò ad eū vocatus, rationē sortitur legatarij, accipereq; illum debet ad hæredē: comparatione verò vlteriùs vocatorum is maioratus rationem habet fideicommissi particularis. 325. B.

Maiorat⁹ si sit institutus cōtractu, etiā reuocabili, tā priùs ad eū vocat⁹, quàm cæteri successores, rationē donatariorū sub modo habēt cōparatione institutoris. 326. A

Maioratus si testaméto, aut codicillo, sit institut⁹, ita vt rationē fideicómissi vniuersalis, aut particularis, habeat cōparatione vlteriùs ad eum vocati, possessor illius, stando in iure cómuni, satisdare tenetur vlteriùs vocato, si id petat, & institutor eam satisdationem non remiserit. 328. A.

Maioratus si institutus sit contractu, siue reuocabi, siue irreuocabili, vlteriùs ad eum vocatus, petere non potest satisdationē ab illius possessore, nisi superueniat noua causa suspicionis delapidationis, aut deteriorationis illius culpa possessoris. 331. A.

Maioratus institutor remittere potest possessori, ne satisdare teneatur, atq; tunc, etiā in euentu dilapidationis, aut deteriorationis, non teneretur satisdare, nisi detetioratio esset dolosa, aut suspicio esset, dolosam esse. 331. D.

Maioratus institutor si satisdationē remisit, imminente dilapidatione, aut deterioratione, culpa possessoris, aut illa iam cœpta, implorare potest vlteriùs vocatus iudicis officiū, qui, si op⁹ fuerit, procedere poterit vsq; ad sequestrū. 332. D

Maioratus possessor, aut alius grauatus fideicōmissum restituere, fideiiusoriam cautionē idoneā prestare tenetur. Si nō detur, poterit succellor petere, vt ipse in possessionē eorū bonorū mittat quo vsque detur. Si semel aliquamacceptet, nō potest petere aliā, nisi fideiiusores fugerint, aut facti sint nō soluēdo. Qualis sufficiés iudicetur de restituēdo regno, aut alio maioratu opulentissimo. Solus proximè vocatus potest illā petere. Si multi contendāt esse proximè vocatos, vnicuiq; est eadē prestāda. Et quid ea cautio continere debeat. 333. A.

Maioratus possessor si sit de liberis primi gradus institutoris, & proximè vlteriùs vocatus sit de descendentibus eiusdem institutoris, non tenetur satisdare, nisi institutor cōtrarium præcepisset. Cogi tū potest facere descriptionē bonorum maioratus. Idē de fideicōmisso. 335. B.

Maioratus possessor in hoc regno nō consueuit prestare eiusmodi cautionē. 335. D

Maioratus Hispanus nisi titulum Cōmitatus, &c. habeat, aut nisi habeat iurisdictionem, dignitas non est, nisi latè, secūdùm quid, ac impropriè. 338. C.

Maioratus, qui dignitas non est, successione non priuat infamia, quæ nec intestabilem efficit, nec priuat successione in alijs bonis liberis. Quando in pœnā delicti is infamis priuaretur omnibus bonis suis, priuaretur etiā maioratu. 339. D

Maioratu, cui annexum est vt sit dignitas ratione tituli, aut iurisdictionis, non excluditur infamis eodē infamiæ genere: quoniā, qui capax est bonorum, quibus annexa est dignitas, est capax annexæ dignitatis, estò incapax esset talis dignitatis directè, quam nō annexè ad aliquid aliud acquireret. 340. B.

Maioratus non ideò incapax est spurius, ꝙ dignitatem habeat annexam. 334. D.

Maioratus si iurisdictionem & munus exercendum annexa non habeat, succedit in eo amens. 347. A.

Maioratu nondùm adepto, habente iurisdictionē, aut dignitatē annexā, excludēdū esse amentē, qui affirment. 347. D.

Maioratu iurisdictionē, aut aliam dignitatem annexā habente, non priuatur quis propter amentiam superuenientē post illum adeptum. Et quid quando natus est sanę mentis, & in amentiam incidit ante illum adeptum, & quādo habet lucida interualla. 349. A.

Maioratu nondùm adepto iurisdictionem habente, excludi non debet amens, aut aliter ob defectum naturalem regimini ineptus, sed tradi illi debet curator & administrator loco illius. 350. C.

Maiorat⁹ si iurisdictionē ac dignitatē annexam nō habeat, nō excluditur à successione in illo surdus simul ac mutus. 352. D.

Maioratus iurisdictionem annexam habētis, successione non excluditur surdus simul ac mutus, nec cæcus. 355. B.

Maioratus cuiuscūq; est capax religiosus, si professionem non emisit, aut in nostra Societate vota coadiutorum. 358. D.

Maioratus deuoluitur ad vlteriùs vocatū, etiā quoad cōmoditatem, eo ipso ꝙ religiosus monasteriorū, quæ nō succedūt in bonis suorū religiosorum, professionē emittit, aut in nostra Societate vota coadiutorum. 359. A.

Maioratus non habentis iurisdictionē, attinentisq;

nentisq; ad religiosum, cuius monasteriū succedit in ipsius bonis, pertinet ad monasteriū quo ad cōmoditatem tempore toto, quo is religiosus vixerit: nisi institutio excludat religiosum à successione in illo, vt plerunq; fit. Eo mortuo integrè deuoluitur ad vlterius eo vocatum. 359. C.

Maioratus religiosi si annexā habeat iurisdictionem, neque incommoditate succedi monasterium. 361. A.

Maioratu à quocunque non excluduntur commendatarij, qui coniugati esse possunt, etiam si clausulam habeat excludentem religiosum. 362. D.

Maioratus à nullius successione excludūtur clerici, nisi peculiari clausula excludantur. Et quæ in administratione maioratuum exercere clerici per alios debeant. 363. C.

Maioratuū in successione quo vsq; maior natu præferri debeat cæteris. Et quis primogenitus censeatur, inter geminos præfertim. 366. A.

Maioratui succedent vterque simul pro indiuiso duo gemini, si essent nati, vterq; masculus, aut fœminæ, & ignoraretur quis eorum natus esset prior. 367. C.

Maioratui nō succedit illegitimè natus ex matrimonio malafide cōtracto cū impedimēto dirimēte, etiā de iure humano, neq; præfertur proli ex eisdē parētib⁹ legitimè conceptæ ex matrimonio ritè celebrato post dispensationem in eo impedimēto. 369. D.

Maioratus si quis incapax sit quacunq; ratione, succedit proximè vocatus, si incapax etiā non sit, alioquin progressio inter vlterius proximè vocatos fit quo vsque ad capacem deueniatur. 372. B.

Maioratui proximè vocatus, si incapax illius sit effectus, & à principe restituatur, aut alia ratione incapacitas esset, tunc, si cessauit post mortem vltimi possessoris, aut post delationem maioratus alia ratione, non succedit ille, sed excluſus omnino manet. Si verò tempore delationis cessauerat iam incapacitas, tunc is succedit. 372. C.

Maioratui successor proximus si renūciet successioni in fauorē vlteriùs proximè vocati, sibi præiudicat, non verò filijs, si eos posteà habuerit, qui succedent. Ea renūciatio si facta esset viuāte institutore, esset nulla, nisi institutor consentiret & in eo cōsensu perseueraret vsq; ad mortem. Secus si defunctus esset, essetq; alius maioratus possessor. Et quando si renūcians minor esset, illi competeret restitutio in integrum. 375. A.

Maioratus duo, si reditus vnius eorū excedāt quātitatē *de dos cuentos*, nō possunt in hoc regno deuenire ad eundem: sed eligit, quē eorū vult, & alter deuenit ad secūdogenitū. Idē quādo maioratus habēt cōditiones incōpatibiles in eodem. 376. D.

Maioratui successor si interficiat instituto rē, aut vltimū possessorē, successione privatur. Et quis succedat. Et quando commoditas ad fiscum pertineat, dum interfector vixerit. 377. B.

Maioratus in successione, itemq; in rebus, quę indiuisę ad vnū debēt deuenire, masculus minor natu eiusdē gradus, præfertur fœminę. Fœmina verò præfertur masculis vlterioris gradus, quando aliud non fuit expressum. 381. C.

Maiorat⁹ de bonis donatis ab Henrico idē habet. Maioratu verò legi mentali in Lusitania subiecto, fœminæ excluduntur, ni si aliud in particulari sit concessū. 382. C

Maioratus huius regni in successione, quę considerentur, vt iudicetur, quis alteri præferatur. 383. A.

Maioratus à successione si fœminæ excludātur cōparatione masculorū eiusdē gradus, fauorabilis est, lateq; proinde intelligēda. Cōparatione verò masculorū eiusdem gradus, est odiosa, strictèq; intelligenda. 383. C.

Maioratus circa successionem videndum est in vnoquoq; loco, quāto representatio, iure eius loci, cōsuetudine, aut dispositione iustituentis maioratum, sit introducta, eiq; erit standum. 388. C.

Maioratuum in successione licet stando in solo iure commuui representatio locum non habeat, ex quibus tamen capitibus possit locum habere. 399. A.

Maioratuū huius regni qualis successio, & cum quāta representatione, saltē virtute, sit statuta, quando aliud maioratuum institutores non disposuerunt. 399. D.

Maioratuū ex donatis ab Henrico II. idē successionis, ac representationis mod⁹. 404. A

Maioratibus in Lusitanis nō idē succedēdi, ac representationis modus locum habet. 404. D.

Maioratuū Castellæ in successione nō idcirco nepos ex primogenito prędefuncto præfertur patruo, ꝙ pater ipsius ius aliquod in ipsum trāsmiserit, sed quod in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gibus eius regni proximè ad eam succeſſionẽ vocetur, excluſo patruo proximori in gradu vltimi poſſeſſoris. 405. D.
Maioratus ſiue vltima voluntate, ſiue contractu fuerit inſtitutus, nullum ius filius præmortuus tranſmittit in ſuum filium, nepoté vltimi poſſeſſoris, ratione cuius nepos excludat patruum, proximiorem in gradu vltimo poſſeſſori. 406. D.
Maioratus in ſucceſsione quando nepos ex filio præmortuo cenſendus eſt prælatus ab inſtitutore, patruo, ex circunſtantijs, ac ex verbis contractus inſtitutionis maioratus, etiam in loco, in quo nulla admittitur repræſentatio. 408. B.
Maioratus hęreditates nõ eſſe, nec proinde in eis ſuccedi iure hæreditario, ſed ſanguinis, atque adeò locum ex eo capite non eſſe repræſentationi in ſucceſſione in illis, confirmatur. 408. D.
Maioratus quia hæreditates non ſunt, non vocãt deficiẽte ſucceſſore vſq; ad decimũ gradũ vltimo poſſeſſori, ſed deuoluitur ad quoſcunq; proximiores in infinitum. 409. C.
Maioratuũ in ſucceſsione huius regni Caſtellæ, quando inſtitutor aliud non diſpoſuit, locum habet repræſentatio in linea collaterali, non ſolùm vſque ad filios fratrum, ſed in infinitum. 417. B.
Maioratuũ huius regni in ſucceſſione, qui creati ſũt ante legẽ. 40. Tauri, loc° nõ eſt repręſẽtationi in linea collaterali. 416. C.
Maiotatuum huius regni in ſucceſsione in linea collaterali vltimo poſſeſſori, quis ordo ſeruetur, & quanta cum repręſentatione, quãdo is nullos omnino habet deſcendentes, & quando aliud non diſpoſuit maioratus inſtitutor. 417. B.
Maioratuũ in ea ſucceſsione, quãta exorbitatio à iure communi cernatur. 418. B.
Maioratuũ in eadẽ ſucceſsione locũ habet repræſentatio in vlterioribus gradibus, hoc eſt, in deſcẽdẽtibus ex patruis, & ex patruis magnis, & ita cõſequẽter. 419. D
Maioratuum in eadem ſucceſsione locum habet eadem repræſentatio, eſtò collateralis comparatione vltimi poſſeſſoris, neque deſcendens, neque collateralis ſit inſtitutoris maioratus. 420. B.
Maioratuum in ſucceſsione repręſentatio in linea collaterali lege. 40. Tauri introducta, nõ eſt repræſentando ſolùm gradum progenitoris, ſed etiam perſonam ipſam cum omnibus ſuis qualitatibus, locum illius ſubeundo ad eos omnes excludendos, quos parens ipſe, ſi ſuperſtes eſſet, excluſiſſet. 421. A.
Maioratui qui ſuccedit repræſentãdo perſonam alterius, ſi repręſentatus incapax erat tempore mortis ſuæ, ipſe quoque incapax eſt, & excluditur à maioratu: quando verò vocatus ipſe ſuccedit, vt in linea deſcendentium in hoc regno, & proximior in linea collaterali vltimo poſſeſſori, tũc incapacitas progenitoris ipſi nõ nocet, ſi ipſe etiã incapax non ſit. 421. C.
Maioratui qui ſuccedere debet de linea tranſuerſali, eſſe debet de ſtirpe inſtitutoris, aut eius, in quo primò fuit inſtitutus, aut certè, in horum defectum, de familia eorundem latius ſumpta. Si enim vltimo poſſeſſori detur proximior de aliena familia, vt frater vterinus ſolum, qui non ſit de eiuſmodi familia, is excluditur. 422. D.
Maioratuum in ſucceſsione ordo, qui ſeruatur in hoc regno, locum etiã habet in ſucceſsione in feudis, capellis, emphyteuſibus, iure patronatibus, & in alijs rebus, quę indiuiſa advnũ deueniũt. 423. C
Maioratuum in ſucceſsione præferuntur proximiores vltimo poſſeſſori, proximiorib° inſtitutori, quãdo aliud inſtitutor nõ expreſsit. Seruata tñ in hoc regno repræſentatione in eo ſtatuta. 426. A.
Maiorat° vltimo poſſeſſori probãs aliquis ſe eſſe cognatũ in certo gradu, & aſſerens ſe eſſe proximiorem, ad alios pertinet probare, non ipſum, ſed alium eſſe proximiorem. 432. B.
Maioratuũ huius regni in ſucceſsione, quis cui ſit præponẽdus, ſtãdũ ante omnia eſt diſpoſitioni expreſsæ inſtitutoris, aut quam, ſemoto omni dubio, ex coniectu ris intelligitur intẽdiſſe, eaq; proponenda eſt diſpoſitioni legis. 40. Tauri: in dubio autẽ diſpoſitioni eius legis eſt ſtandum. 437. C.
Maioratuũ huius regni in ſucceſsione, q̃ inſtitutor apponat clauſulã, q̃ maſculi excludant fœminas, aut præferantur fœminis, nihil cẽſendus eſt mutaſſe de diſpoſitione legis. 40. Tauri, niſi aliud addat. 438. D.
Maioratuum in eadem ſucceſsione, q̃ inſtitutor apponat clauſulam, q̃ ſemper ſuccedat proximior cognatus, nihil derogat repræſentationi lege. 40. Tauri ſtatutæ. 440. D.
Maioratuum in eadem ſucceſsione, quòd inſtitutor apponat clauſulam q̃ ſuccedant cognati ſeruata graduum prærogatiua, non cenſeretur derogaſſe repræſentationi lege. 40. Tauri ſtatutæ, niſi adſint circunſtãtiæ aliq, quę contrarium omnino perſuadeãt. Idẽ ſi apponat clauſulam, ſuccedat filius minor natu, etiã ſi addat repert° tẽpore mortis vltimi poſſeſſotis: neq; enim cenſetur excludere nepotem ex primogenito antea defuncto. 441. C.
Maioratibus in Luſitanis de bonis coronę regni, legi q, mẽtali ſubiectis, locũ non habet repręſentatio, ac proinde patru°, etiã minor natu, excludit nepotẽ, niſi cõtrarium expreſsè fuerit à Rege conceſſum. 447. C.
Maioratibus in eiſdem an filia præponi debeat nepoti. 450. D.
Maioratibus in eiſdẽ nepos maior natu ex filio minori natu, præfertur nepoti minori natu ex filio maiori natu. 451. B.
Maioratuum eorundẽ legi mentali ſubiectorũ donatio facta deſcendenti vltimi poſſeſſoris de bonis talis maiorat°, quo vſq; valida, & quędã circa hæc. 451. D.
Maioratibus in eiſdẽ, ſi filius primogenitus moriatur in bello relicto filio, nepote vltimi poſſeſſoris, talis nepos præfert patruo, filio eiuſdẽ poſſeſſoris. 454. C.
Maioratus eiuſdem poſſeſſor, & filius eius primogenitus, ſi eodem bello, aut ex eadem ruina, vel infortunio alio pereant, quis in maioratu ſuccedat. Et in dubio, quis ante quem perierit, quis præſumatur ante alium periſſe. 455. C.
Maioratuum eorundẽ licèt incapaces ſint initiati ordinibus ſacris, religioſi, aut alia ratione exẽpti à iuriſdictione regia, filij tamen eorũ legitimi, in ſucceſsione auo vltimo poſſeſſori, præferendi videntur patruo. 456. B.
Maioratibus in Lulitanis de bonis patrimonialibus locus non eſt repræſentationi, ac proinde patruus nepoti præfertur, etiã in linea deſcendentiũ, atq; eſtò minor natu ſit, quàm nepos. 460. A.
Maioratibus in eiſdem filia vltimi poſſeſſoris, etiam minor natu, excludit nepotem ex filio, quãdo aliud non diſpoſuit inſtitutor maioratus. 461. D.
Maioratibus in eiſdem maſculus minor natu excludit fœminam eiuſdẽ gradus maiorem natu. 462. A. D.
Maioratib° in eiſdẽ, ſi defunctis parẽtibus, ſuccedant nepotes ex varijs filijs & filiabus, maior natu præfertur cæteris. Si autẽ contingeret duos eſſe æqualis omnino ætatis, nepos ex filio, proponeretur nepoti ex filia, & nepos ex filio maiori natu, præponeretur nepoti ex filio minori natu. 463. B.
Maioratibus in eiſdem, ſi filius maior natu moreretur in prælio, nepos ex illo præferetur patruo. 464. A.
Maioratibus in eiſdem, ſi vltimus poſſeſſor & primogenitus pereant eodem naufragio, aut eadem ruina, & conſtet patrem, vel vno momento periſſe ante filium, ſuccedit nepos, & excludit patruum. Si verò conſtet filium obiiſſe prius, ſuccedit patruus, & excludit nepotem. In dubio, præſumuntur periſſe ſimul, & ſuccedit patruus. Ad alios effectus, filius impubes præſumitur periiſſe ante parentem, impubes poſt parentem. 464. B.
Maioratibus in eiſdẽ ante omnia eſt ſtandum diſpoſitioni inſtitutoris, illaq; eſt primò cõſulenda. Duę etiã expenduntur clauſulę diuerſarũ inſtitutionũ. 466. D.
Maioratuum regni Caſtellę in ſucceſsione, ſiue illi ſint de bonis patrimonialibus, ſiue de bonis coronæ regni, præfertur conſobrinus vltimi poſſeſſoris, & ſoboles illius, & in horum defectum, conſobrina & ſoboles illius, patruo eiuſdem vltimi poſſeſſoris. 484. B.
Maioratuum Luſitanorum de bonis patrimonialibus in ſucceſsione, patruus vltimi poſſeſſoris præfertur conſobrinis eiuſdem vltimi poſſeſſoris. In maioratibus verò de bonis coronæ regni non ſuccedunt tranſuerſales. 484. C.
Maioratui immediatè vocatus, ſi tempore delationis maioratus, cõceptus iam ſit, ſuccedit in illo. 488. D.
Maioratum non eſſe impendenti, ſed irreuocabiliter pertinere ad eum, qui tempore delationis maioratus, inter exiſtentes, fuerit immediatiùs vocatus, quibus argumentis ſuadeatur. 489. B.
Maioratũ eſſe impẽdenti, cõceptoq; poſt delationẽ maioratus, qui proximior vocabatur, ipſũ ſuccedere, & excludi aliũ, quibus argumentis ſuadeatur. 491. D.
Maioratus quando cẽſendus ſit ſuſpendi, eſſeve impendenti, quãdo nõ itẽ. 494. B.
Maioratus fructus, non ſicut fideicõmiſſi pertinẽt ad ſucceſſorẽ in fideicõmiſſio, ſed pro rata temporis anni diuiduntur inter ſucceſſorẽ & prædeceſſorem, hæredeſve illius. 509. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maioratus in eadem fructuum diuisione, vnde annus computandus. 510.C.
Maioratus, aut alterius iurisdictionis, vsufructus si finiatur, consolideturq; cum proprietate, quando non attinebat ad maritum tanquam dos vxoris, quovsq; pœnę fiscales ex dilectis cómissis ante eum vsumfructum finitum, ad proprietarium spectent. 515.B.
Maioratus iurisdictionem habens, quando ad alterum deuoluitur, fiscales pœnę ex delictis commissis tempore anteceſſoris, quovsq; ad anteceſſorē pertineant. 515.C.
Maioratus, aut iurisdictionis, vxoris (aut etiam viri quo ad bona superlucrata in Castella & Lusitania) pœnæ fiscales ex delictis cómissis matrimonio constāte, exequendę post matrimonium dissolutum, quovsque ad virum, aut ad vxorem pertineant. 516.B.
Maioratu delato, continuò transit ipso iure absque alia apprehensione dominium & possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, rerum omnium maioratus ad immediatè ad eum vocatū, estò alius possessionem apprehenderit. 517.C.
Maioratus qui ita comparat possessionem, non potest expellere alium à tenuta & insistentia in rebus eiusdem maioratus propria autoritate, sed iudicis. 519.A.
Maioratui idem successor, non comparat possessionem rerum maioratus, quam anteceſſor amiserat, & quæ erat apud tertium. 519.C.
Maioratui successor, nó fictam, sed veram comparat eam possessionem, habetque proinde effectus omnes verę possessionis. 519.D.
Maioratus successor, etiam iurium incorporalium, possessionem comparat, estò in ventre matris sit inclusus, & comparat possessionem eiusdem rationis cum ea, quę in prædeceſſore erat, aliam tamē numero. 520.C.
Maioratus estò peculiari Regis facultate institutus non sit, & estò sit capella, anniuersarium, aut aliud in maioratus modum institutum, dominium & possessio transit eodem modo in proximè vocatum. 521.B.
Maioratibus Lusitanis prædicta non competunt. 522.B.
Maioratus legitimum successorem, qui se esse prætendit, quod summarium remedium, & intrà quantum tempus ei concedatur in hoc regno aduersus tenentem occupata bona eius maioratus, vt ab ea tenuta deijciatur. Neque intētato eo remedio, & finito, agitur posteà nsi de proprietate. 524.A.
Maioratus qui se prætendit legitimū esse possessorem, aduersus tenentem bona maioratus, eamque tenutā ipsi denegantem, vt possit intentare remedia possessoria ę dipiscendæ, restituendæ, ac recuperendæ possessionis. 527.B.
Maioratus qui actualem possessionē acceperat, si in ea perturbetur, ab illa deijciatur, quando summarium remedium illi cōpetat, quando nó item, sed cōtendere debeat corā iudicibus ordinarijs. 528.C.
Maioratus summarium remedium possessorium ad tenutam obtinendā, ad mixtam habet causam proprietatis, neque conceditur nisi ei, qui ostenderit, se esse legitimum successorem. 529.B.
Maioratus aduersus idem remedium possessorium competunt exceptiones, quæ sunt circa proprietatem, modò probentur intrà tempus eius remedij. 530.C.
Maioratus circa tenutam summariū remediū licèt causam proprietatis inuolnat, à sententia tamen circa tenutam solum admittitur supplicatio quo ad effectum deuolutiuum, & nó quoad suspensiuū. 532.A.
Maioratus circa tenutę causam examinati, an examinari iterum debeant circa causam proprietatis. 532.B.
Maioratus possessori vltimo si fœmina propinquior sit in gradu, & cesset repręsentatio, alinsq; contendat, maioratum ad se pertinere, quia fœmina excluditur, adiucāda est fœminę tenuta, nisi alius in continenti probet eam excludi. 533.C.
Maioratus in possessionē mitti debet venter, quādo si ex eo nascatur masculus, is succedit: cum cautione tamen præstita à matre, quòd si masculus nó nascetur, restituet fructus, præter ventris alimēta, successori. 534.B.
Maioratibus in Hispanis Carbonianū edictum locum non habet. Et quādo status causa, quo ad illos, in tempus pubertatis differenda. 543.D.
Maioratus quādo transit immediatè ab institutore, non comparat ipso iure successor possessionem ciuilem & naturalem, sicut quando deinceps transit ab vno in alium. Neque summarium remedium circa tenutam, habet tunc locum. Tametsi quando timerentur mala, posset supremus senatus eodem modo procedere circa tenutam. 546.D.
Maioratus possessio ciuilis & naturalis, si certum sit quis in eo succedat, certò etiam in eum transit: si verò sit dubium, dubium quoque eodem dubietatis gradu est, an transierit. Et quid circa tenutam & proprietatem faciendum, si liquidari nō possit, ad quem pertineat. 548.C.
Maioratus possessio vt censeatur certò ipso iure transijsse, & vt tenuta adiudicetur, quale instrumentum ostendi debeat, aut qua alia ratione id sufficienter constare sit censendum. 549.B.
Maioratus boni censanda est possessio trā sijsse in successorem, locumque esse ad iudicationi tenutæ, estò tertius id possideat titulo, qui origem non habeat ab institutore, aut de quo aliunde non cōstet sufficientem esse ad legitimè alienandum bona maiorarus. Neutrū verò locum habet, quando titulus originem habuit ab institutore, aut constat fuisse legitimum, vel est dubium, an maioratus institutor eam rem comprehenderit in maioratu. 550.C.
Maioratus circa tenutam vt remediū summarium competat, non conceditur restitutio in integrum minoribus, & alijs, aduersus lapsum semestris. 556.A.
Maioratus bona si indiuersis districtis sita sint, causa eius maioratus tractari debet in prętorio, in quo maior pars est collata. Nisi titulus esset in vno, eique esset annexa minor pars, quæ esset in alio: nam tunc causa tractari deberet in prætorio districti, in quo esset titulus. 564.A.
Maioratus antequàm deferatur, regulariter non admittitur his, quis in eo succedere debeat. 566.D.
Maioratus institutoris ex vniuersa hæreditate, etiam si legata aliqua simul relinquat, tenentur non solùm primus successor, sed etiam sequentes, si primus id non præstitit, soluere inde debita omnia talis institutoris, etiam si necesse ad id sit, alienare aliquid de vinculo. 574.D.
Maioratus institutoris similiter successores tenentur soluere omnia debita, si maioratum testamento instituit de omnibus suis bonis, aut de vniuerso suo patrimonio. Idem in effectu, si similiter illum instituit contractu. 576.A.
Maioratꝰ si ex quota hereditatis, vt ex medietate, tertia, aut exalia simili parte hereditatis, sit institutus, siue heredis titulo, siue legatarij, siue etiam contractu, similiter successores in eo maioratu tenentur, non quidem ad omnia debita institutoris, sed ad similem partem proportionalem eorum debitorum. 577.D.
Maioratus si ex quota bonorum, aut patrimonij, fuit institutus, successores in illo ad nulla debita institutoris tenentur. Si tamen plus in maioratum acceperūt, quàm deducto toto ere alieno ad eam quotam attinebat, id repetunt hæredes, indeque debita soluunt. Idem si ex rebus certis institutus sit maioratus. Et quid de actionibus realibus. 579.B.
Maioratus si institutus irreuocabiliter sit ex certis bonis, successores non tenentur ad debita institutoris post eam institutionem contracta. 580.B.
Maioratus possessor, qui institutor non est, si debita ex facultate regia contraxit in vtilitatem maioratus, aut pro neneſsitate reipublicæ, pro eisque obligauit bona maioratus, soluenda sunt à successoribus ex eisdem bonis, etiam si ad id ex eadem regia facultate bona aliqua alienentur. 582.D.
Maioratus successores soluere non tenētur debita prædeceſsoris contracta pro vtilitate percipiendorum fructuum maioratus. Si tamen concernerent vtilitatem maiorem sequentium in eodem maioratu, contribuere vnusquisque cogi posset pro rata suæ vtilitatis. 583.C.
Maioratus possessor si sumptus in maioratus vtilitatem efficiat, ad conseruationem illius minimè necessarios, siue ex regia facultate, siue non, quovsque successores ad ea debita teneantur, & quovsque non. Nec pro illis obligari possunt bona maioratus. 584.C.
Maioratus possessor obligare potest bona maioratus pro debitis factis ad necessariam illorum conseruationem, aut ad longè maius eorum commodum, ad eaque tenentur successores in maioratu ex eisdem bonis. 585.B.
Maioratus successores tenentur creditoribus pro debitis contractis ab anteceſsore ad necessariam subuenditionem bonis maioratus, aut ad augmentum maius bonorum maioratus, etiam vxori anteceſsoris, si ea de causa dos, aut bona illius

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius paraphernalia imminuta sunt. Quin si pro necessaria reparatione, aut confectione ędificij maioratus, mutuo fuisset sumpta pecunia, quæ tota in eo insumeretur, id ædificium tacitè hypothecatum pro eo debito eo ipso maneret. 587. A.

Maioratui successor non tenetur ad debita antecessoris de bonis maioratus quãdo contracta non sunt pro necessitate, aut vtilitate maioratus. Quòd si antecessori hæres existat, tenetur ad ea debita pro rata portionis, in qua hęres illi extiterit. 588. D.

Maioratus successor in Lusitania quovsq; soluere teneatur quædam sui antecessoris debita. 590. D.

Maioratus rebus quotuplex augmentum. 591. D.

Maioratus prædijs, quæ pleno iure ad maioratum pertinent, augmentum alluuio ne aduenies, siue latens, siue patẽs sit, estò industria & sumptibus sit aditum, ad successores, tanquam bonum maioratus pertinet. Excipe in Lusitania augmẽtum patens, quod ius regale est. 592. B.

Maioratus quando solùm habet proprietatẽ, aut solum habet dominium vtile alicuius prædij, incrementum latens, aut patens, quovsque pertineant, aut nõ pertineant ad maioratum, transeantq;, aut non transeant, ad successores. 592. D.

Maioratui si accrescat vsusfructus, aut dominium vtile, quæ ad alium attinebant, quia finita sunt & consolidata cum proprietate sinẽ vllo antecessoris sumptu, omnino pertinent ad successores in maioratu, nihilque ea de causa soluere tenentur. 594. C.

Maioratus rebus quod augmentum aduenies perse potens subsistere dicatur. Id ad maioratum non pertinet, nisi ritè fuisse ei incorporatum constet, quod non præsumitur, ac proinde non transit ad successores in maioratu, sed est bonum liberum. 595. C.

Maioratus possessor si aliquid præscribat, vt ad maioratum pertinens, maioratui id cedit: secus si illud præscribat, nõ vt ad maioratum pertinens. 597. B.

Maioratus possessor si retrahat aliquid propter cõmunionẽ cũ rebus maioratus, nõ pertinet ad maioratũ, sed est liberũ, nisi maioratui incorporetur. 597. B.

Maioratus possessor si vsumfructum, aut aliud, tandem cum maioratu consolidandum, sibi, & non maioratui, antea acquirat, siue oneroso, siue lucrariuo titulo, quousque id liberum, & non maioratus, maneat. 599. D.

Maioratus rebus augmentum aduenies, non potens per se subsistere, maioratui cedit. Et quando æstimatio sit soluenda, & quo modo solui possit. 601. C.

Maioratus possessor si meliorameuta acsumptus in bonis maioratus afficiat, de quibus lege. 46. Tauri est sermo, lõga disputatio, quid censendum, & num ea lex sit iusta. 604. D.

Maioratus quacumque ratione instituatur, detrahi ex illo non potest trebellianica, aut falcidia. 612. D.

Maioratus possessor ita eo perfrui debet, vt culpabiliter læsum, aut deterioratum illum non relinquat: alioquin damnum iniustè datum, de bonis suis liberis erit in maioratu reficiedum. 613. A.

Maioratus possessor quovsque arbores cedere possit, ipsiq́ue cedant, tam ex sylua arborum non fructiferarum, quam fructerarum. 613. B.

Maioratus possessor reducere ad cultũ potest syluam, aut nemus, aut è contrario aliquid cultum in syluã, aut nemus, si id cedat in vtilitatem maioratus. 614. D.

Maioratus possessor quovsque capare, suaque efficere possit animalia prædiorũ maioratus, venando, aut piscando. 615. D.

Maioratus possessor sua efficit laudemia ex prædijs emphyteuticis, quę maioratus sunt quoad proprietatem. 616. A.

Maioratus possessor quantum ius habeat in thesauris, venis metallorũ, & similiũ rerum, quę in prædijs maioratus reperiuntur. 616. B.

Maioratus ex iurisdictione quos fructus percipiat possessor illius. 616. B. C. D.

Maioratus possessor ad quę onera ac sũptus teneatur, aut non teneatur, circa res maioratus. 617. D.

Maioratus possessor, hęredesque illius, ex quanta culpa teneantur, aut non teneantur, ad dãna rebus maioratus sequuta, tenenturque de leui culpa. 619. C.

Maioratus possessor si suis sumptibus ac industria, tantum melioratit res maioratus, quantum erat damnum, quod sua culpa, leui saltem, fuerat eis sequutum, locus est compensationi. 622. B. C.

Maioratus possessor ad quæ tributa & onera teneatur ratione bonorum maioratus. 623. B.

Maioratus possessor tenetur facere sumptus litis, si contendatur ad ipsum non pertinere. Si verò sint ad minuendum, aut destruendum maioratum, nec sint modici, de bonis maioratus sunt faciendi. 624. C.

Maioratus possessor an facere teneatur inuẽtarium bonorum maioratus. 625. D.

Maioratus possessor alienare non potest bona maioratus, & quibus in locis explanata sint, quæ ad alienationem bonorũ illius, ad vsumfructum, ad æstimationẽ maioratus ad effectus aliquos, sunt dicta. 626. C.

Maioratus aduersus possessorem si sententia circa maioratum feratur, quovsque successoribus noceat, pariatque circa illos exceptionem rei iudicatę. 627. B.

Maioratus cum possessore acta in iudicio circa maioratum, valeant similiter quovsque aduersus successores. 629. B.

Maioratus possessor si colludat, aut nimis negligenter ac culpabiliter perdat causam, sententia circa maioratum aduersus ipsum lata, quovsque alijs non noceat. 629. D.

Maioratui qui succedere prætendit, si litẽ cum quodam tertio, & non cum maioratus possessore moueat, sententia lata, alijs successoribus non nocet. 630. D.

Maioratuum Hispanorum bona, neque in dotem descendentium ab institutore, alienari possunt à possessore ex eodem iustitutore descẽdente, vt fideicommissa possunt, quicquid aliqui in contrariũ dixerint. 638. A. D.

Maioratuum bona absque principis autoritate, neque in euidentem maioratus vtilitatem, permutari possunt, aut vendi vt alia emantur. 640. C.

Maioratus bona vt alienentur, princeps absque legitima causa concedere non potest facultatem. 641. C.

Maioratus bona vt alienari concedatur à principe, aut a legitima est non leuis necessitas, aut vtilitas publica. Et quando cogi ad id possit maioratus possessor. Et quando cambiũ interuenire debeat. 642. D.

Maioratus bona vt à principe concedatur facultas alienandi, sufficiens causa non est, vt matrimonia possessoris, aut filiarum illius celebrentur. 644. B.

Maioratus bona alienandi vt ea facultas concedatur, quę alię causæ legitimę. Et qua cautela ea facultas concedi debeat. 645. D.

Maioratus bona vt alienentur, potest princeps concedere facultatem, alienariq́ue ex illa possunt, estò institutor eam peti, & concedi, & vti ea concessa prohibuerit. Et quanta nihilominus ratio sit habenda eius prohibitionis, quando contrarium non postulat bonum commune. Et quando necesse sit, aut non sit, mentionem facere principi de ea institutoris prohibitione, ne facultas obtenta surreptitia censeatur. 648. B.

Maioratus institutor quando peti eas facultates, & eis obtentis vti, prohibuit sub pœna, aut sub modo, vt continuò maioratus ad alium transiret, quando nihilominus peti, eisque vti esset fas, quãdo non item. Et quàm periculosum sit varijs artibus vti ad illas obtinendas. 650. A.

Maioratus bona aliqua si alienata iam sint ex regia facultate, quando surreptitia erit secunda alia facultas, si mentio non fuit facta de priori facultate. 652. C.

Maioratus bona si ex regia facultate alienentur, an vendi debeant in publica sub hactione, & quæ forma seruenda. 653. D.

Maioratus bona vt alienari possint, nõ sufficit, fiat, ministrorum *de la camara*, nisi accedat principis confirmatio. 654. B.

Maioratus circa bona si contractus alienationis celebretur sub cõditione, si princeps ad id concesserit facultatem, validus est dependenter ab ea conditione, petendaque est facultas. 654. D.

Maioratus bona vt alienentur si obtenta sit facultas, nec sit vsus illius decennio nulla redditur. 655. A.

Maioratus res si ex regia facultate vendantur, modò emptor id seruet, quod in facultate ei iniungitur, securus est, estò pretium in re alia insumatur. 656. A.

Maioratus res si sinè regia facultate venda tur, aut permutetur, quod in recompensationem accipitur, non afficitur vinculo maioratus: secus si ex facultate regia commutatio fiat: pretium tamen validè distrahitur solùm in re, ad quam facultas est data. 658. A.

Maioratui incorporatur res maioratui idonea, quãdo empta fuit ex pecunia ex re maio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

maioratus comparata, vt itide idonior emeretur.660.C.
Maioratui subrogarum ex alia re eiusdem maioratus alienata de Regis facultate.id conditiones omnes subit vinculi eius maioratus.662.A.
Maioratus ex rebus ab Henrico donatis,si ex regia facultate aliquid alienetur,quãdo facultas censenda surreptitia,quãdo res transeat libera,& quando cum conditione,quam antea habebat.662.C.
Maioratus bona si ad fiscum ob delictum attinerent, delinerent esse maioratus: vnde,si à Rege donarentur, neq; aliud exprimeret,libera manerent.Et in Lusitania quando transirent legi mentali subiecta.664.B.
Maioratus res ex regia facultate alienata, si vendicetur,quia alienatio fuit nulla, autrecuperetur restitutione in integrũ, aut ex.l.2.C.de res.vend.res manet maioratus,vt antea erat.664.C.
Maioratui res incorporata ex permutatione,aut ex pretio,rei alterius eiusdẽ maioratus,si euincatur,an illa alia res ,tanquam adhuc maioratus,vẽdicari possit. 664.D.
Maioratus res si ex regia facultate subiectæ pigniori sint,aut hypothecæ ,neque aliunde solui possit debitum,vãdi precisè absque alia facultate possunt, quantum ad id sit satis, constituique potest census eius quantitatis absque alia facultate,ne vendantur.670.B.
Maioratus res si vendi concedatur, subijci potest pignori, aut hypothecæ , aut constitui in ea census ad idem intẽtum, quando id vtilius maioratui reputatur. 673.A.
Maioratus res si vendi determinatæ personæ pro certo pretio sit concessa,si nõ intuitu eius personæ,sed cõmodi maioratus vendi sit concessa, vendi ex eadem facultate alteri potest cum æquali, aut maiori commodo maioratus.676. D.
Maioratus bona si inualidè alienentur absque regia facultate,ex superueniente facultate,neque pœna euaditur,si quæ ea de causa erat incursa , neque alienatio valida redditur, nisi confirmetur à principe.677.D.
Maioratus bonum alienandi facultas concessa possessori tunc maioratus,nõ trãsit in successorem: secus si possessoribus sit concessa.678.B.
Maioratus bona si alienari,aut obligari cõcedantur ex causa ipsiusmet maioratus, aut publica,ad quam possessor maioratus contribuere non teneatur de suis proprijs bonis,aut de reditibus maioratus,alienari,aut obligari possunt, etiam si possessor maioratus habeat alia bona libera,& estò in facultate sit apposita clausula,quòd id fiat alienatis, aut obligatis priùs alijs bonis liberis.680.A.
Maioratus bona si alienari, aut obligari cõcedantur nõ ex causa ipsius maioratus, aut publica,semper intelligitur clausula,alienatis,aut obligatis priùs adid alijs bonis liberis possessoris maioratus, estò ea clausula non exprimatur. Neq; valet alienatio,aut obligatio bonorum maioratus,nisi quoad solam latitudinẽ vltra talia bona libera.681.C.
Maioratus bona si concessa sit facultas vt obligari possint cum clausula tacita,aut expressa,vt obligentur priùs bona libera,fieri non potest exequutio in bonis maioratus, nisi facta priùs exequutione in bonis omnibus liberis possessoris, etiam quæ accreuerint vsque ad instans eius exequutionis.685.A.
Maioratus bona si ritè fuerunt obligata, datis simul fideiussoribus pro eo debito,nec fideiussores renunciarunt beneficio,vt priùs fieret exequutio in bonis obligatis,non priùs fieri potest exequutio aduersus ipsos,quàm aduersùs bona maioratus:secus si renunciarunt: tamet si tunc recursum ipsi habeant aduersus bona maioratus obligata.685.D.
Maioratus bona si ritè alienata irreuocabiliter iam sunt,eò quòd non fuerint tũc bona libera possessoris maioratus, estò post eam alienationem irreuocabilem consummatam,eidem possessori aduenient bona,non retractatur alienatio semel ritè consummata,sed ea bona pertinent ad possessorem maioratus , & ad ipsius hæredes secusi reuocabiliter sint alienata. 687.A.
Maioratus bona si obligata fuerunt in defectum bonorum liberorum possessoris maioratus,& idem possessor ante eã obligationem contraxerat alia debita, etiam personalia,de bonis liberis soluenda sunt debita illa contracta.Contrariũ est dicendum, si ea debita posteriùs fuerunt contracta.Excipe debita,quæ contracta essent rationabiliter,ita quòd cõmodè vitari non potuerint.688.B.

Maioratu priuari non potest quis ob ingratitudinẽ,aut ob aliud delictũ,in antecessorem in eo,qui institutor eius maioratus non fuerit.694.D.
Maioratu priuari potest propter eandem ingratitudinem,quando institutor id decreuit.695.D.
Maioratu instituto ex legitima ad eum vocati , quando priuandus sit ob ingratitudinẽ,aut ob delictũ, in institutorem, quando non item.Et quando commoditas pertineat ad fiscum ob delictum possessoris.696.B.
Maioratu hæredis titulo, non ex legitima institutio,quãdo priuãdus sit, aut nõ sit, successor obingratitudinẽ,aut ob aliud delictum,in institutorem commissa, & quãdo commoditas ad fiscũ pertineat. 698.C.
Maioratu instituto irreuocabiliter quando possessor priuari eo possit, aut non possit, ob ingratitudinem ac delictum in institutorem,& quãdo commoditas ad fiscum pertineat.700.A.
Maioratu reuocabiliter instituto titulo legati,fideicommissi, aut contractu interviuos,quando successor excludatur ob ingratitudinem ac delictum in institutorem,& quando commoditas ad fiscũ pertineat.701.C.
Maioratus in institutione si sit clausula apposita,quòd eo ipso,quòd possessor aliquid illius alienet,aut alienare attentet, sit illo priuatus,si ei clausulæ contraueniatur,transit eo ipso in vlteriùs ad eũ vocatum.703.A.
Maioratus possessor ob dissipationem bonorum maioratus,solùm priuari potest administratione illius,& ex fructibus reparari debent omnia damna : residuum verò reddi illi debet.708.B.
Maioratus ex bonis patrimonialibus institutus,confiscari regulariter non potest ob delictum possessoris illius,qui institutor eiusdem non sit:sed commoditas pertinet ad fiscum dum ille vixerit.Idẽ de alijs,quæ non iure hæreditorio, sed ex pacto & prouidentia deriuari ad aliquos debent.711.A.725.A.
Maioratus,aut vsusfructus,sola commoditas pertinet ad fiscum tempore, quo delinquens vixerit,quando bona possessoris maioratus , aut vsufructuarij confiscantur.Et pertinet ea commoditas, estò institutor disposuerit,vt in eo euẽtu,non ad fiscum,sed ad maioratus possessorem,aut ad vsufructuarium pertinerent.714.C.
Maioratus commoditas ad fiscum nõ spectat commisso à possessore delicto , obquòd omnia eius bona confiscãtur,quãdo institutor disposuit,vt à puncto cõmissi talis delicti amitteret maioratum, & transiret ad alium.716.A.
Maioratus ex bonis patrimonialibus facultate regia iustitutus,confiscatur in hoc regno ex delictis læsæ maiestatis diuinę, & humanę, ac ex Sodomia possessoris, si in facultate regia clausula apponatur, vt ex eis criminibus confiscetur: secus si omittatur. Neq; institutor validè imponere potest clausulã,qua id impediatur. 719. D.
Maioratus absque regia facultate de bonis patrimonialibus legitimè institutus, ex nullo omnino crimine possessoris confiscatur.722.A.
Maioratus eiusmodi quando in rarissimo euentu,& confiscari possint, & confiscati in hoc regno sint,ex grauissimo delicto,postulante id bono publico.623.C.
Maioratuum eiusmodi domus ob crimen possessoris grauissimum læsę maiestatis destrui non debent,nisi fortè compensatione maioratui aliunde facta. 724.B.
Maioratuum eiusmodi commoditas in tempus vitæ illius, ob delictum possessoris confiscatur. 725. B.
Maioratus ex bonis patrimonialibus à successione non excluduntur filij possessoris illius propter crimen læsæ maiestatis humanę,aut diuinæ,patris,si concepti fuerunt ante id crimen ab eo commissum.762.D.
Maioratus de bonis patrimonialibus possessor in Lusitania si in crimen læsæ maiestatis incidat,à successione in illo excluduntur filij illius post delictum patris concepti,& deuoluitur ad vlteriùs ad eum vocatum,siue maioratus vltima voluntate , siue contractu inter viuos fuerit institutus.763.A.
Maioratus de bonis patrimonialibus à successione excluduntur filij cõcepti post crimen læsæ maiestatis patris possessoris,tam de iure communi, quam huius rtgni,si maioratus vltima voluntate fuit institutus:secus si contractu inter viuos fuit institutus.763.C.
Maioratuum eiusmodi successione non

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuantur filij concepti post crimen patris ex eo capite solum, quòd incapaces sint officij publici, ac dignitatis. Et quid de titulo Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, si is maioratus eum habeat annexum. 764. C.

Maioratus irreuocabiliter de bonis patrimonialibus institutus, non confiscatur crimine ipse maiestatis diuinæ, aut humanę, institutoris postea commisso. Neque confiscatur ob crimen post institutionem, sed ante latam sententiam commissum, quando ob id crimen non confiscantur bona ipso iure, sed per sententiam. 765. D.

Maioratus reuocabiliter per vltimam voluntatem, etiam donatione causa mortis, institutus, confiscatur crimine institutoris, quo bona ipsius ipso iure cõfiscantur. 766. A.

Maioratus reuocabiliter contractu inter viuos institutus, non confiscatur crimine læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ institutoris postea subsequuto, nisi institutor eum in vita sua reuocet. 766. C.

Maioratus de bonis coronæ regni, item tituli Comitatus, Marchionatus, & similis, in Castellę & Lusitaniæ regnis confiscantur ob crimen læsę maiestatis posessoris, & quid ob crimen hæreseos, & Sodomiæ. 767. B.

Maioratus de bonis coronæ regni, vt confiscari non possit ob crimen læsæ maiestatis, & ob alia crimina, valet priuilegium, aut conuentio: modò confiscari quoad commoditatem possit, ita vt nõ maneat apud delinquentem. 768. C.

Marchio.

Vide dignitas.

Melioramenta.

Melioramenta in rebus maioratus facta, quousque soluenda a succesoribus, & quo modo. 604. A.

Melioramẽta & sumptus si efficiat possessor maioratus in bonis maioratus, de quibus lege. 46. Tauri est sermo, quid cẽsendum, & num lex illa iusta sit. 604. D.

Melioratio.

Melioraturum non esse aliquem filiorum præcæteris, si quis promittat, inualidũ est pactum de iure communi. Valet tamen si confirmatur iuramento, modò in Lusitania iuramentũ de facultate Regis sit adhibtum. 46. D.

Melioraturum non esse aliquem suorum descẽdentium, si quis in hoc regno promittat contractu inter viuos, eaque de re conficiatur scriptura publica, valet tale pactum, & reddit nullam melioratione m. si contra illud fiat. 48. A.

Meliorandi descendentem in tertio & quinto, si promissio fiat in hoc regno causa matrimonij, aut ex alia onerosa, valida est. Si autem non fiat, facta censetur mortuo, qui illam efficere promisit. 48. D.

Melioratione m non facere filio, qui validè promisit, censetur promittere nec nepoti, nec alij descendenti eam efficere. 49 D.

Meliorandi pactum validũ in hoc regno, etiam si fiat cum solo filio, aut filia, meliorandis, valet, & estò, qui cum ipsis in tuitu illius contraxit, illud remittat, aut sinè liberis decedat, similiter valet. 50. B.

Meliorandi ex causa onerosa promissio valida, aut non meliorandi alium promissio instrumento publice facta, expirant, si is, cui facta sunt, discedat sinè sobole: secus si sobolem relinquat. 50. D.

Meliorandi, aut non meliorandi, eiusmodi promissiones vt obligare desinant, nõ satis est remissio eius, cui factæ sunt, si alter vi illarum cum eo contraxit, etiã si remisso iuramento confirmetur, sed vtriusque est necessaria, ac sufficit. 51. B.

Meliorãdi, aut non meliorandi, eędẽ promissiones inualidè iam hodie sunt post legem Caroli quinti in fauorem dotis filiarum, vltra suas legitimas matrimonij causa, etiam si iuramento confirmetur. Secus comparatione filiorum, atq; etiã filiarum ad ingrediendam religionem, & ad alia onerosa, quæ non sint matrimonium. 51. C.

Melioratio reuocari potest dum, qui eam fecit, viuit, exceptis aliquibus euẽtibus, quando contractu inter viuos fuit facta. 113. B.

Melioratio vltima voluntate facta, reuocari non potest, si princeps suam autoritatem interposuit, vt irreuocabiliter fieret. Si autem institutor iuramento se astrinxit eam non reuocare, periurus est illam reuocãdo, & ad interesse tenetur. 115. A.

Melioratio in hoc regno valida est facta in testamento, in quo aliquis imusi e sit pręteritus.

teritus. Potest item melioratus accepta re melioratione m, & repudiare hæreditatem. 121. A.

Melioratio facta irreuocabiliter, contractus est merè inter viuos. Facta verò contractu reuocabili, pertinet ad mediam speciem inter contractum & vltimam voluntatẽ. Vtrouis modo facta ob causam, insinuatione non indiget: ea verò indiget, facta non ob causam. 121. B.

Melioratiò in tertio contractu effecta, vt irreuocabilis reddatur, satis est traditio per actum fictum, & quando ad futura ea traditio se extendat. 124. A.

Melioratio eadem irreuocabilis redditur traditione coram tabellione eius scripturæ, in qua est facta, illi, cui facta est. 125. C.

Melioratio contractu oneroso effecta, irreuocabilis eo ipso redditur: modò, si is contractus sit matrimonij, fiat cum tertio contrahente, aut sequatur matrimonium. 126. A.

Melioratio si facta sit vltima voluntate, nullo trium actuum, qui explicati sunt, redditur irreuocabilis. Quando autem fieret traditio ex interuallo, non facta mentione, quòd id fieret ad implẽdam vltimam voluntatem, censeretur facta noua donatio irreuocabilis. 126. D.

Melioratio in tertio vt traditione irreuocabilis reddatur, satis est quamuis quadam rerum traditio, ne necessaria est omnium. 129. D.

Melioratio in tertio quando traditione vnius rei censeatur facta irreuocabilis quo ad eam solam. 132. A.

Meliorator si per clausulam constituti fecit melioratione m irreuocabilem, quod existente postea aliqua re, interuertat possessionem illius, non idcirco reuocat antecedentem melioratione m. 132. B.

Melioratio reddi potest irreuocabilis traditione per clausulam constituti, etiã quoad iura incorporalia, nominaque debitorum. 133. C.

Melioratio irreuocabilis redditur pacto adiecto de ea non reuocanda. 135. B.

Melieratio vt irreuocabilis fiat pacto adiecto de ea non reuocanda, parum refert, siue id pactum apponatur in ea instrumenti parte, in qua continetur dispositio, siue in ea, in qua de executione agitur. 138. A.

Melioratio vt irreuocabilis in hoc regno reddatur ex capitibus explicatis, non pẽdet ab acceptatione vocati, aut vocatorum, neque alterius nomine ipsorum, & quid in Lusitania. 143. D.

Melioratio irreuocabilis reddita ex capitibus explicatis, reuocari potest, superueniente aliquo ex ijs, ex quibus donationes reuocari possunt. 146. A.

Melioratio in tertio & quinto si sit irreuocabiliter facta in aliquibus bonis, &, decrescentibus bonis, nõ tot pertineant ad tertium & quintum tempore mortis, reuocatur quoad excessum. Nisi melioratio matrimonij causa fuerit effecta: nã tunc melioratus, eligere poterit velle stare bonis, quæ erant tempore, quo facta fuit. Si item donationibus postea factis decreuerunt bona, inualidę sunt donationes illę. 146. D.

Melioretur si aliquis in tertio & quinto, non valet pactum inter ipsum & meliorantem, quòd quoad id tertium & quintum stetur bonis, quę tunc pater habet, & non quæ reperta fuerint tempore mortis illius: quoniam id cedit in præiudicium aliorum filiorum. 148. A.

Melioratio quousque ex ingratitudine reuocetur. 149. B.

Melioratione si vocentur aliqui in particulari, & descendentes eorum in perpetuum, illis omnibus deficientibus, expirat melioratio ac vinculum, estò sint superstites alij de familia institutoris melioratione m. 154. D.

Meliorans, iuxta præscriptum legum, dignum, prętermisso digniori, & aptiori, non peccat. 195. C.

Meliorare indignum, si id, in quo meliora retur, esset iurisdictio in alios, & futurũ esset, vt inde damna iniusta subditis sequerentur, culpa esset lethalis, cum restituendi onere damna sequuta. Quando autem nullum damnum sequeretur, rarò esset culpa lethalis. 196. C.

Meliorare potest vxor sinè viri facultate vltima voluntate, quę non sit donatio causa mortis. Donatione verò causa mortis, aut contractu inter viuos, meliorare non potest sinè viri consensu, aut iudicis, absente viro, aut irrationabiliter nõ consentiente. 225. C.

Melioratione m reuocatio facta ab vxore sinè viri facultate vltima voluntate, quę non sit donatio causa mortis, valida est. Secus si sinè viri facultate facta sit donatione causa mortis, aut contractu inter viuos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

viuos, nisi accedat iudicis facultas ob viri absentiam, aut quòd irrationabiliter non velit vir facultatē præbere. 226.C.
Meliorare in hoc regno potest damnatus, etiam ad mortem naturalem. Idem in Lusitania de dānato morte ciuili. 239.C
Meliorare nō potest eodem genere dispositionis, qui testari non potest, aut alio dispositionis genere de suis bonis disponere. 240. A.
Meliorare de tertio & quinto bonorum titulo lucratiuo ex priori coniuge comparatis, non potest transiens ad secundas nuptias, liberosque habens ex priori matrimonio. 243. A.
Meliorationem eandem neque ex regia facultate potest efficere, nisi expresserit, ex bona comparasse ex priori coniuge. Neque Rex potest cōcedere eam facultatem post transitum ad secundas nuptias. 243. C.
Meliorare ex arrhis prioris matrimonij potest mulier, quę ad secundas transit nuptias. 243. D.
Meliorare ex bonis superlucratis in priori matrimonio potest coniux, qui habens liberos ex eodem priori matrimonio, ad secundas transit nuptias. 244. B.
Meliorare solum potest vir de medietate lucrorum, quæ ad ipsum dissoluto matrimonio attinebit: de medietate verò vxoris, ad ipsam spectat meliorare, per testamentum, aut codicillum, sinè viri consensu: per contractum vero de consensu viri, aut iudicis. 244. C.
Meliorari quousq; possit, aut non possit, legitimatus rescripto principis. 253. D.

Metus.

Metu si facta sit renunciatio iuramento cō firmata, etiam reuerentiali, quousque inualida, inualidusque quo ad id sit maioratus ex eis bonis institutus. 69. D.

Minor.

Minorem esse, etiam impuberem, doli tamen capacem, eum, qui cum iuramento successioni renunciauit, non ausert ab ea, per iniuriam non ex torta, validitatem. 69. B.
Minor licèt sit, qui cum iuramento successioni renunciauit, si vero animo condonandi, saltem incrementum, id fecit, cōparat ius is, in cuius fauorem renunciauit, nec locum habet relaxatio iuramenti, nec restitutio in integrum, nisi bonū commune contrarium postularet, ob niam læsionem, exiguum iudicium, & multam facilitatem renunciantis. 76. B.
Minor si solùm confirmet iuramento contractum, aut renunciationem onerosā, in quibus sit læsus vltra dimidium iustę æstimationis, neque addat, vnde sufficiēter exprimat renunciare beneficio. l. 2. C. de rest. vend. agere ex ea. l. 2. poterit. Expediret tamen, vt relaxaretur ei iuramentum. Et id in conscientia est necessarium, si intendit se obligare, nec inde agere. Idem de maiore, si iuramento cō firmauit actum secluso iuramento nullum. 84. B.
Minor si, iuramento non adhibito, renunciationes fecit, quę validę sunt sinè illo, subuenitur ei circa illas restitutione in integrum, quo remedio caret, si illas iuramento confirmauit. 90. C.
Minor quousque instituere non possit maioratū, aut illū instituere possit: & quousque necesse sit interueniat curatoris autoritas ac decretum iudicis. 228. C.
Minoris impuberis comparatione, etiam dum matris ventre est inclusus, Carbonianum edictum, seu priuilegium, quid sit, latè explanatur. 535. D.

Modus.

Modorum rationem regulariter habent, & non conditionum, quæ suspendant institutionem, leges & conditiones, quæ apponuntur in ipsa maioratus institutione. Et quando conditionum rationem habeant. 257. A.
Modus esse solent onera & grauamina imposita personis ad maioratum vocatis: & quando rationem habeant conditionis, etiam ad comparandum dominium & possessionem ciuilissimam: & quādo sint modus æquipollens conditioni, resoluensque in nihilum vocationē, adeò vt fructus percepti, restitui etiam debeant, 258. C.
Modus si adhibitus sit vocationi ad maioratum, qui æquipolleat conditioni, quia videlicet redigat, si non seruetur, in nihilum vocationem ac si nunquam esset facta, tradi debet maioratus ita ad eum vocato, præstita prius ab illo cautione simili Mutianæ, de reddendo maioratu cum fructib' ex eo perceptis, si modus non sit seruatus. Secus si modus non redigat in nihilum vocationem ac si nunquam fuisset facta. Et quam variè modus apponi soleat, & quando, & quousque obliget. Et num aliquando obliget delerere maioratum in conscientiæ foro, nulla expectata sententia. 261. C.
Modus possibilis adhibitus, ad sui obseruationem quousque obliget, & quando, illo non seruato, dispositio sit valida. 267. B.
Modus impossibilis quocunque modo, etiam quia remittitur à iure, si apponatur institutioni maioratus factæ siue vltima voluntate, siue contractu, etiam irreuocabili, non reddit inualidam dispositionem, neque est vlla obligatio eum seruandi sed habetur pro non apposito. 268. B.
Modum iniunctum seruaturum ac impleturum in futurum si quis per vltimam voluntatem astringatur iurare, vt obtineat aliquid per eandem vltimam voluntatem ei relictum, non remittitur à iure obligatio id iurandi. 269. A.
Modus, vt contrahere teneatur cum persona de tali familia, aut cum tali singulari personā, cum qua honestè id possit efficere, validè apponitur vocationi ad maioratum. 274 B.
Modus si appositus sit vocationi ad maioratum, vt contrahat cum tali, pro impleto habetur, si vocatus non fuit in mora, & per alterum stetit. Et quid si vocatus moriatur ante aduentum temporis impletionis talis modi. 78. D.
Modus si apponatur vocato ad maioratum, vt non ducat mulierem talis conditionis, alioquin maioratus transeat ad viterius vocatum, si non seruetur, maioratus amittitur. 284. C.
Modum eum qui non fuerat ignorantia inuincibili, eam ducendo, quæ conditionis prohibitæ non reputabatur, num maioratum amittat, ex præsumpta institutoris mente pendet. Indubio autem, quæ fuerit mens illius, censendū est, eum non amittere. 285. C.
Modi eiusmodi transgressio si eo modo esset facta, & res esset occulta, non teneretur possessor maioratus illum deserere in foro conscientię antequam res manifestaretur. 286 A.
Modus appositus vocationi ad maioratum, vt vxorem ducat arbitratu, aut voluntate alterius, vel iuxta illius consilium, inualidus est, habeturque pro non apposito. Si autem sit, vt consulat aliquem circa vxorem ducendam, validus est. Quòd si difficilè admodùm peti ab illo possit id consilium, obligatio non est seruandi eum modum. 287. B.
Modus si appositus sit vocationi ad maioratum, aut alteri relicto, vt is consulat aliquem ad matrimonium contrahendum, inualidę non redduntur tales dispositiones, si ideò is non consulatur, quia mortuus erat nuptiarum tempore. 288. D.
Modus si apponatur vt vocatus ad maioratum agnomen & insignia institutoris sumat, quando æquipollet conditioni, & ante impletionem nec dominium, nec possessio comparetur, restituique successori debeant res cum fructibus ex eis perceptis. 292. B.
Modum, vt assumat agnomen & arma institutoris, quando vocatus ad maioratum censendus sit transgressus, vt maioratus transeat ad vlteriùs vocatum. 292. D.
Modus si impositus sit vocato ad maioratum, vt assumat agnomen & arma institutoris, tenetur illa assumere, estò minus decentia sint. 294. B.
Modum si habeat vnus maioratus, vt successor assumere teneatur agnomem & arma institutoris sinè admixtione alterius agnominis & armorum, non potest aliquis habere eum maioratum simul cum alio, qui conditionem, aut modum, habeat assumendi agnomen & arma institutoris. Secus si institutores vtriusque solùm obligent, assumere agnomen & arma. 295. A.

Monasterium.

Monasterium non succedit hęreditati parentum renunciatæ cum iuramento à religioso ante religionis ingressum, estò parentes illius moriantur post professionem talis religiosi. 59. D.

Montadgo.

Montadgo, quid. 788. D.

Mulier.

Mulier licèt incapax sit iurisdictionis iudicandi, & officij publici, capax tamen est eorum. quando annexa sunt regno, aut alteri maioratui, vel alijs bonis, quorum ipsa sit capax. 341. A.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Munus.

Munus quot modis vsurpetur. Et in quibus acceptionibus ratione tributi subeat. Et a quibus muneribus exempti sint, qui in hoc regno *hidalgos* dicuntur. 782.B.

Nuptiæ.

Nuptias ad secundas transiens, & filios ex priori matrimonio habens, de bonis titulo lucrativo ex priori coniuge comparatis, neque maioratum instituere, neque meliorare potest. 243.A.

Nuptias ad secundas ita transiens, neque ex regia facultate instituere potest eũ maioratum, aut melioratione, nisi expresserit, ea bona fuisse illo modo comparata ex priori cõiuge. Neq; Rex post transitum ad secundas nuptias potest eam facultatem concedere. 243.C.

Nuptias ad secundas quæ transit mulier, maioratum instituere potest, ac meliorare, ex arrhis prioris matrimonij. 243.D.

Nuptias ad secundas qui transit cõiux, habens liberos ex priori matrimonio, potest ex bonis superlucratis in eodẽ priori matrimonio instituere maioratum ac meliorare. 244.B.

Olimpia.

Olimpiadarum supputatio vnde originẽ traxit. 778.B.

Pactum.

Pactum quo quis filię promittat, se æquali portione instituturum eam hæredem cum filio, aut quo promittat nullum filiorum melioraturum præ cæteris, aut se æqualiter esse diuisurum omnia bona sua inter filios, inualidum est de iure communi. Validum tamen redditur, si iuramento confirmetur. 46.B.

Pactum in hoc regno contractu inter viuos, quo quis promittit, se non melioraturum aliquem suorum descendentium, validum est, si ea de re conficiatur scriptura publica, redditurque inualidam talem meliorationem, si fiat. Idem est, si confirmetur iuramento. Potest probari pactum fuisse factum scriptura publica, si fuit deperdita. 48. A.

Pactum in hoc regno factum circa melioratione alicuius descendentium inter tio & quinto causa matrimonij, aut ex alia onerosa, valet. Si autem non fiat, facta censetur, mortuo, qui illam efficere promisit. 48.D.

Paciscens valide non meliorare filium, nec nepotem, nec alium descendentem, censetur pacisci meliorare. 49.D.

Pactum in hoc regno validum de meliorando filio, aut illia, matrimonij causa, valet, eitò cum ipsismet meliorãdis fiat, & etiã illud remittat, qui illius intuitu cum ipsis contraxit, & etiã sinè liberis decedat. 50.B.

Pactum validum de meliorando ex causa onerosa, aut instrumento publico de non meliorando alio, expirat, si is, cui factum est, discedat sinè sobole: secus si sobolem reliquat. 50.D.

Pacta eiusmodi vt obligare desinant, nõ satis est remissio eius, cui facta sunt, si alter vi illorum cum eo contraxit; etiam si ea remissio iuramentõ confirmetur, sed vtriusque est necessaria remissio, ac sufficit. 51.B.

Pacta eadem inualida sunt iam hodie post legam Caroli quinti in fauorem dotis filiarum vltra suas legitimas matrimonij causa, etiam si iuramento confirmentur. Secus comparatione filiorum, atque etiam filiarum ad ingrediendam religionem, & ad alia onerosa, quæ non sint matrimonium. 51.C.

Pactum de non succedendo in totum, aut in parte, factum ei, cui est succedendũ, est nullum, siue in bonis eius, cui fit tale pactum, debeatur legitima renuncianti successioni, siue non. 55.A.

Pactum idem si iuramento confirmetur, nec vi, nec dolo, nec metu extorto, est validum, & quàm latè intelligendum. Excipiuntur renunciationes, de quibus disp. 144. est dictum. Neque post id pactum factum à filio patri, succedunt auo nepotes ex tali filio, etiam si tempore mortis aui, defunctus sit is filius, nisi iuramentum iniustè fuisset extortum. 56.B.

Pactum de re, quæ ex bonis alicuius obtineri per vltimam voluntatem, aut ab intestato, speratur, etiam si iuramento cõfirmetur, est nullum, nisi accedat consensus illius, & in eo vsque ad mortem perseueret, & cum pœna amittendi fisco quicquid ex illo obuenerit ita paciscenti. Accedente verò consensu illius, est validum etiam si iurameuto non cõfirmetur. 87.A.

Pacta non aliter valida, quàm accedente consensu eius, cui est succedendum, & perseuerante in illo vsque ad mortem si circa ea is iurauit non reuocare consensum, tenetur sub reatu periurij eũ non reuocare. Si id non iurauit, nihil impedientibus iuramentis, quibus hæredes illa firmassent, posset cõsensum suum reuocare, irritaque eo ipso rederentur, neque hęredes obligarent. 89.A.

Partus suppositus.

Vide Carbonianum edictum.

Pedagium.

Pedagium quid. 788.C.

Pensio.

Pensionis fructus tempore, quo vacauit, quousque ad pensionarium, hæredesve ipsius, pertineant, & quousque ad beneficiarum. 507.D.

Perduellio.

Perduellio non omnis, qui crimen læsæ Maiestatis committit, dicitur, sed solùm qui in certo gradu ac modo illud committit. Atque eius solùm memoria damnatur post mortem intrà quinquennium à commisso delicto. Et qui ad id citandi. 744.A.

Personatus.

Personatus presbè, vt à dignitate, presbè etiam sumpta, distinguitur, quid. 338.A.

Personatus latè quid. In materia fauorabili sumitur late. In odiosa sumitur stricte. 338.B.

Pœna.

Pœnę fiscales, quæ inter fructus computantur dominij iurisdictionis, etiam Ecclesiasticæ, num ad antecessorem, vel ad successorem in ea iurisdictione, pertineant, vel inter vtrunq; fiat diuidendæ, varij euentus explicantur. 512.B. 514.B.

Pœna iudici applicanda, quando appellatur ab illo, aut tempore alterius iudicis mandatur exequutioni, num ad antecessorem pertineat. 516.C.

Portorium.

Portorium quid. 785.A.

Vide tributum & vectigal.

Possessio.

Possessio nominum debitorum, cessione comparatur. 133.A.

Possessio, tam ciuilis, quàm naturalis, bonorum maioratus, transit statim ipso iure absq; vlla apprehẽsione in immediatè ad eum vocatum, statim ac morte prædecessoris, aut alia retione, maioratus est delatus. 517.C.

Possessionem, qui ita comparat rerum maioratus, non potest expellere alium à tenuta & insistentia in eis rebus, autoritate propria sed iudicis. 519.A.

Possessionem non comparat idem maioratus successor earum rerum, quarum antecessor amiserat possessionem, & acquisierat alius. 519.C.

Possessio, quàm ita comparat maioratus successor, non est ficta, sed vera habet quę proinde effectus omnes possessionis. 519.D.

Possessionem comparat, etiam iurium incorporalium, idem successor, estò ad huc sit in vtero matris, eaque est eiusdem rationis cum illa, quæ erat in prædecessore, sed alia numero. 520.C.

Possessio transit eodem modo in proximè vocatum, estò maioratus ex peculari Regis facultate institutus non sit, & estò sit capella, aut aliud in maioratus modum institutum. 521.B.

Possessionis à sententia data, de iure communi non appellatur: secus de iure Castellæ, habetq; ea appellatio effectum suspensiuum. 531.C.

possessio ciuilis, & naturalis maioratus non transit ipso iure mortuo institutore in successorem, sicut transit deinceps mortuo quocunq; possessore in proximum successorem. Neq; summarium remedium circa tenutã, habet locum quando immediatè succeditur in stitutori. Tametsi quando timerentur mala, posset regius supremus senatus eodem modo procedere circa tenutã. 546.D.

Possessio ciuilis & naturalis maioratus, si certum sit quis in eo succedat, certò etiam in eum trãsit: si verò sit dubium, dubiũ quoque eodem dubietatis gradu est, an transierit. Et quid circa tenutam faciendum, si liquidari non possit, ad quem pertineat. 548.C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Posseſsio maioratus vt censeatur certò ipso iure transijsse, & vt tenuta adiudicetur, quale instrumentum ostendi debeat, aut quaalia ratione id sufficienter constare sit censendum. 549. B.

Posseſsio boni maioratus est censenda transijsse in successorem, locumque habet remedium circa tenutam, esto tertius possideat titulo, qui originem nó trahat ab institutore, aut de quo aliunde non constet sufficientem fuisse ad alienandum legitimè bona maioratus. Quando autem titulus originem habuit ab institutore, aut aliunde constat fuisse legitimum, aut est dubium, num institutor eam rem comprehenderit in maioratu, neutrum locum habet. 550. C.

Posseſsorium remedium, quod interim Hispanè *entretanto*) nuncupatur, quid sit. Et num intentato remedio summario tenutæ, locum aliquando habeat. 563. B.

Prælatus.

Prælatus, hęredesque illius, tenentur de leui culpa damnorum rebus prælaturæ subsequutorum. 620. C.

Prælatus si tantundem suis sumptibus ac inductria meliorauit res Ecclesiæ, quàtum damnum culpa illius, saltem leui, fuerat sequutum, locus est compensationi. 622. B.

Præscriptio.

Præscriptionis titulus præstátior est, quã priuilegij. 110. A.

Primogenitum & primogenia.

Primigenia, primitiua, primogenia, & primogenita, quę tempore legis naturę, in veteri lege, & apud aliquas alias nationes dicantur. Ea non sunt in Hispanijs. Licèt instituentes liberè maioratus, aut meliorationes, rationem habere soleant primogenitorum, vt eos præcipuè ad eas institutiones vocent. 20. B.

Primogenia legis naturę, scriptæ, & Galliæ, legalia sunt. 92. D.

Primogenitus.

primogenitus quousque cæteris præferatur in successione in maioratibus, capellis, & in alijs rebus, quæ indiuisę ad vnum deuenire debẽt. Et quis promogenitus censeatur, maximè inter gemnos. 366. A.

Priuilegium.

Priuilegio si quis non vtatur decennio à puncto concessionis, illud amittit. 220. A.

Prodigus.

Prodigus quousque instituere non possit maioratum, aut possit accedente curatoris autoritate ac iudicis decreto. Ac quando facultas principis esset necessaria, exprimendum illi esset, eam petí prodigo. 229. D.

Promissio.

Promissio, qua quis filiæ promittat, se æquali portione instituturum eam hęredem cum filio, aut qua promittat, nullum filiorum melioraturum præcæteris, aut se æqualiter diuisurum omnia bona sua inter filios suos, inualida est de iure communi. Valida verò redditur, si iuramento confirmetur, præstito in Lusitania ex facultate Regis. 46. D.

Promissio in hoc regno contractu inter viuos, qua quis promittat, se non melioraturum aliquem suorum descendentium, valida est, si de ea fiat scriptura publica, aut si confirmetur iuramento. Potest verò probari testibus, factam fuisse scriptura publica, si ea scriptura sit deperdita. 48. A.

Promissio in hoc regno facta circa meliorationem alicuius descedentium in tertio & quinto causa matrimonij, aut ex alia onerosa, valet. Si autem nõ fiat, facta censetur, mortuo, qui illam efficere promisit. 48. D.

Promittens validè non meliorare filium, censetur promitte nec meliorare nepotem, nec alium descendentem. 49. D.

Promissio valida in hoc regno meliorandi filium, aut filiam, esto cum solis meliorandis fiat, & esto, qui intuitu illius cum ipsis contraxit, illud remittat, aut sinè liberis discedat, valet. 50. B.

Promissio valida de meliorando ex causa onerosa, aut instrumento publico de non meliorando alio, expirat, si is, cui facta est, discedat sinè liberis: secus si relicta sobole. 50. D.

Pro-

Promissio eiusmodi vt obligare desinat, nõ satis est remissio eius, cui facta fuit, si alius vi illius cum eo contraxit, etiá si ea remissio iuramento confirmetur: sed vtriusque est necessaria remissio, ac sufficit. 51. B.

Promissiones eędem inualidæ sunt iam hodie post legem Caroli quinti in fauorem dotis filiarum vltra suas legitimas matrimonij causa, etiam si iuramẽto confirmentur. Secus comparatione filiorum, atque etiam filiarum ad ingrediendam religionem, & ad alia onerosa, quæ non sint matrimonium. 51. C.

Quintum.

Quinti donatio, contractu facta extraneo statim est irreuocabilis, etiam si non sit ob causam onerosam, neque fiat traditio. Si sit simplex, insinuatione indiget. Si ea donans intestabilis reddatur, est nulla. 122. A.

Quinti donatio si facta similiter sit descendenti, qui in potestate non sit donantis, eadem locum habent. Si verò facta sit filio in potestate cõstituto, vt sit valida, necessaria est traditio, reuocarique potest. 122. B.

Religiosus.

Religiosus si iuramento renunciauit hęreditati parentum ante religionis ingressum, est ò parentes moriantur post professionem illius, monasterium non succedit in hæreditate ita renunciata. 59. D.

Religiosi eam renunciationem nõ vitiat, quòd facta sit sub conditione, si ingrediar religionem, eámve profitear. 61. B.

Religioso, aut monasterio, non censetur resultare læsio ex renunciatione eadẽ facta, contento, qui religionem ingreditur, quinta, aut minori parte bonorum, quibus renunciat. 61. C.

Religiosus ante nouitiatum, & in nouitiatu, atque in nostra Societate ante professionem, aut vota coadiutorum, instituere potest validè maioratum vltima voluntate, tum etiam contractu reuocabili. 234. D.

Religiosi maioratus institutio irreuocabilis, facta in nouitiatu, aut ante, aut itu ingrediendi religionem, est nulla, etiã si iuramento confirmetur, nisi fiat duobus mensibus ante professionem de facultate ordinarij, & sequat professio. Quę autem ante nouitiatum facta esset irreuocabiliter, non animo ingrediendi religionem, firma esset. 235. C.

Religiosus si validè maioratum instituit, & fructus illius ad ipsum attinere debebant tempore toto vitę suæ, nisi religionem ingrederetur, neque aliud dispositum ante professionẽ, pertinet vsusfructus tempore toto vitę ipsius ad monasterium succedens in bonis sui religiosi, & per mortem ipsius regreditur ad successorem in maioratu. In religione verò non succedente in bonis sui religiosi, emissa professione, & in nostra Societate emissis votis coadiutorum, pertinet ad successorem in maioratu 236 A.

Religiosus post professionem, aut in nostra Societate post vota coadiutorum, instituere non potest maioratum, nisi reliquerit filios, professúsque fuerit non facta diuisione bonorum inter illos: nam tunc instituere in hoc regno poterit maioratum inter descendentes de tertio, & meliorare. 236. C.

Religiosus facultatem testandi à Summo Pontifice habens, regulariter instituere non potest maioratum. Et num licitè cum possit instituere, etiam si ad id se extendat facultas. 236. D.

Religiosus si nõdum professionem emisit, aut in nostra Societate vota coadiutorum, capax est cuiuscunque maioratus. 358. D.

Religiosi, quorum monasteria in bonis illorum non succedunt, si professionem emittant, aut in nostra Societate emittãt vota coadiutorum, neque ipsi, neque monasteria, succedunt in maioratu, neque in commoditate illius, sed deuoluitur ad vlterius vocatum. 359. A.

Religiosi maioratus non habens iurisdictionem, si monasterium succedat in ipsius bonis, pertinet ad monasterium tẽpore toto, quo talis religiosus vixerit: nisi institutio excludat religiosum à successione in illo. Eo verò mortuo, integrè pertinet ad vlterius vocatum. 359. C.

Religiosi maioratus si annexam habeat iurisdictionem, nec incõmoditate succedit monasterium. 361. A.

Religiosi commendatarij coniugati, quia simpliciter religiosi non sunt, non excluduntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cluduntur à succesione in quibuscun
que maioratibus, etiam si clausulam ha
beant excludentem religiosos. 362.
D.
Religiosus nouitius immunis est à solu
tione tributorum de suis bonis patri
monialibus. 860. C.
Religiosi nostræ Societatis, qui peractis
duobus probationis annis vota emise
runt, multò magis tributa non debent
de bonis, quorum adhuc dominium ali
quando retinent. 851. B.

Renunciatio.

Renunciatio de non succedendo in to
tum, aut in parte, ei facta, cui est succe
dendum, est nulla, siue in bonis eius,
cui fit renunciatio, debeatur renunciá
ti legitima, siue non. 55. A.
Renunciatio, qua renunciatur legitimæ,
aut successioni, sub iuramento nec vi,
nec dolo, nec metu extorto, valida est,
& quàm latè intelligenda. Excipiun
tur renúciationes, de quibus disp. 144.
est dictum. Neque post renunciationé
iuramento confirmatam factam à filio
patri, succedút auo nepotes ex tali filio
etiam si tempore mortis aui, defunctus
esset filius, nisi iuramétum iniuste fuis
set extortum. 56. B.
Renunciauit si filius aut filia, cum iura
mento parentum hereditati ante reli
gionis ingressum, etiam si parétes post
professionem illius moriantur, mona
sterium non succedit hereditati ita re
nunciatæ. 59. D.
Renunciationem eandem non vitiat,
quòd facta sit sub conditione, si ingre
diar religionem, eamve profitear. 61.
B.
Renunciatione ex eadem, quòd facta sit,
contento, qui religionem ingreditur,
quinta, aut minori parte bonorum, quę
renunciat, non censetur resultare læ
sio religioso ipsi, aut monasterio, vt ex
eo capite annullari possit. 61. C.
Renunciauit si validè filius, aut filia, hæ
reditati maternæ, aut cuiusuis alterus,
antequàm dominiú illius consequere
tur, mortua matre, vsusfructus eorum
bonorum non pertinet ad patrem fa
milias talis filij, aut filiæ. Si verò domi
nium illius, nihil impediente renuncia
tione, consequeretur is filius, vsusfruc
tus ad patrem pertineret. 62. C.
Renunciatio hæreditati si validè fiat sub
iuramento à filio, aut filia, attendi de
bet causa, ob quam fit: quoniam sub
conditione illius censetur fieri renun
ciatio, eaque proinde cessante, inualida
redditur renunciatio. Et multa circa id
expenduntur. 63. D.
Renunciauerit licèt quis validè hæredita
ti alicuius, succedere tamen eidem po
test per alium, ad quem deueniat, vt
per fratrem suum, estò is illam non adi
ueret, sed transmittat. 65. B.
Renunciauit si quis validè patris hæredi
tati, si ille ad secúdas transeat nuptias,
eaque ratione bona, quæ ex priori vxo
re accepit, per mortem illius, diuiden
da sint inter filios prioris matrimonij,
is filius succedit in portione, quæ ita
ex matre ipsum contingit. 65. D.
Renuncians hęreditati, non censetur re
nunciare ijs, quę deferuntur non iure
hæreditario, vt maioratui, feudo, &
emphyteusi nonhereditarijs, nisi aliud
de mente renunciantis constet. 66.
A.
Renuncians cum iuramento hæreditati
paternæ, etiam si dicat, vt non succe
dat ex testamento, si hæres ab eo patre
instituatur, succedit ac transmitit eam
hęreditatem. 66. B.
Renunciatio hæreditati iuramento con
firmata, non reuocatur natiuitate po
steà filiorum renuncianti. 67. A.
Renunciatio successioni bonis alicuius
iuramento confirmata, non redditur
ex eo nulla, quòd renuncians ignora
ret, iure ciuili esse nullam secluso iura
mento. 69. A.
Renunciantem cum iuramanto hæredita
ti minorem esse, etiam impuberem, nó
aufert validitatem à renunciatione nó
extorta per iniuriam. 69. B.
Renuncians paternæ successioni cum iu
ramento, validè renunciat, estò filius
familias sit, nec alioquin valeat dona
tio facta ab eo patri. 69. C.
Renunciauit si quis per vim, aut metum,
cum iuramento successioni, licèt inde
ius non comparauerit is, in cuius fauo
rem est renúciatum, & relaxari debeat
iuramentum, ante relaxationem tamé,
qui iurauit contrauenire non potest re
nunciationi. 69. D.
Renunciatio iuramento confirmata ex
torta per metum, etiam reuerẽtialem,
quoúsque inualida, & maioratus inde
institutus quoúsque inualidus. 70. D.

Re-

Renunciatio iuramento confirmata, &
dolo extorta, vt falsis promissionibus,
aut persuasionibus, inualida est, neque
indiget relaxatione iuramenti. 73. C.
Renunciatio successioni, quando merè
gratuita, quando contractu ex parte
oneroso. 75. A.
Renunciatio successioni iuramento con
firmata, si facta sit vero animo condo
nandi, quod renunciatur, aut incremẽ
tum, quod condonatur, comparat ve
rum ius is, in cuius fauorem fit, estò re
nuncians minor esset, locumque non
habet relaxatio iuramenti, neque re
stitutio in integrum, nisi bonum com
mune contrarium postularet, ob ni
miam læsionem, exiguum iudicium,
& multam facilitatẽ renũciantis. 76. B.
Renunciatio legitimæ iuramento confir
mata, non censetur comprehendere
alimenta, si renuncians aliunde ea non
habeat, nisi aliud exprimatur, aut intel
ligatur fuisse mentem renunciantis. Et
de alimentis omnino necessarijs ad cón
seruationem vitę, esset nulla ea renun
ciatio. 78. B.
Renuncietur si cum iuramento successio
ni cóntractu merè oneroso pro emolu
mento aliquo, & læsio quęcunque in
terueniat, attento pretio, quo ea succes
sio æstimaretur quando illi renuncia
tum fuit, inualida quoad incrementum
est ea renunciatio in conscientię foro.
Et is, cui facta est, relaxare tenetur iu
ramentum, aut superior illius. Ante re
laxationem verò contrauenire ei renú
ciationi non potest. 80. C.
Renunciatum si similiter sit, non conce
ditur puberi in foro exteriori actio,
estò læsus sit vltra, aut infra, dimidium
iusti pretij, neque competit actio le
gis. 2. C. de resc. vend. (Excipe in Lusi
tania, si iuramentum adhibitum fuit
sine regia facultate) Deberet tamen re
laxari iuramentum, & concedi actio, si
læsio esset tanta. Et multi affirmant
cõcedi in læsione enormissima. 81. D.
Renunciauit si minor cum iuramẽto suc
cessioni contractu oneroso, in quo læ
sus sit vltra dimidium iustę ęstimatio
nis, si non addidit, vnde sufficienter ex
primeret, renunciare beneficio legis.
2. C. de resc. vendi. agere ex ea l. 2. po
terit. Expediret tamen, vt relaxaretur
ei iuramentum. Et id in conscientia est
necessariũ, si intendit, se obligare, nec
inde agere. Idem in maiore, si confir
mauit iuramento actum secluso iura
mento nullum. 84. B.
Renunciatio legitimæ, aut parti illius, cõ
sensúsve in id, si fiant, nõ quidem ante
testamentum, sed in ipsa testamenti cõ
fectione, aut post illud confectum, va
lida sunt, etiam si iuramento non con
firmentur: neque poterit agi postoà ad
uersus testamẽtũ, in quo ita sit pęteri
tus, aut exhereditus, estò neque hæc,
neque alia causa fit in eo inserta. Et in
quo euentu non sufficiat tacitus con
sensus renunciationis parti legitimæ,
sed requiratur expressus. Et in quo alio
testamentum esset nullum, estò adhi
beretur consensus post testatoris mor
tem nisi approbaretur in ipsa testamẽti
confectione, aut in eo inseretur causa
exhęredationis, aut prętheritionis. 85. D
Renunciatio legitimæ, aut parti illius, in
fauorem cohæredis, aut cohęredum, va
lida est, etiam si iuramento non con
firmetur, modò accedat ad id consen
sus eius, in cuius bonis debetur, & in
eo perseueret vsque ad mortem. Idem
de quocunque pacto circa successio
nem in bonis illius. Sinè tali verò con
sensu, inualida est renunciatio, & pactũ
circa successionem in bonis illius, etiã
si iuramento confirmetur: sub pœna
amissionis emolumenti hęreditatis tis
co. Idem est de dispositione quacun
que rei ita obtinendę, etiam si hypo
thecæ subijciatur, sinè consensu eius,
cuius adhuc est. 87. A.
Renunciationes pendentes, vt sint vali
dæ, à consensu eius, cui est succeden
dum, & à perseuerantia in illo vsque
ad mortem, si circa eas is iurauit non
reuocaturum suum consensum, tene
tur, sub reatu periurij, eum non reuo
care. Si verò id non iurauit, nihil impe
dientibus iuramentis, quibus hæredes
eas firmassent, posset consensum suum
reuocare, irritaque eo ipso reddentur,
neque hęredes obligabunt. 89. A.
Renunciationes validę sinè iuramento, si
à minore sinè illo sint factę, subueni
tur ei circa illas restitutione in inte
grum. Quo remedio carer, si illas iura
mento confirmauit. 90. C.
Renunciat validè in suum præiudicium
successioni in maioratu proximè ad eũ
vocatus, in fauorem alterius: non verò
in præiudicium suorum filiorum, si il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

los posteà habuerit, qui succedant. Ea tamen renunciatio inualida est, si fiat viuente institutore, nisi in ea consentiat & perseueret in eo consensu vsque ad mortem. Secus si alius sit possessor maioratus. Et quando, si renuncians erat minor, competat illi restitutio in integrum. 375. A.

Repræsentatio.

Repræsentatio quanta in successione in regno via generationis præscripta sit in Hispanijs. Quæ similiter locum habet in alijs Castellæ maioratib⁹, quãdo aliud non constat de illorum institutione. 5. D.

Repræsentatio in bonis hæreditarijs quo vsque habeat locum in linea descendẽtium, & transuersalium. In linea verò ascendentium locum non habet. Filij fratrm, si succedant cum alijs patruis, repræsentant patres suos, & succedunt per stipitem. Si autem filij diuersorum fratruum succedunt sinè alio patruo, non repræsentant, sed succedunt per capita. Nisi quando sunt filij fratrum vtrinque coniunctorum, & repræsentando suos parentes, excludũt patruũ ex altera tantum parte coniunctum: tũc enim succedunt per stipitem. 386. D.

Repræsentatio, cùm sit priuilegium, licèt extendenda plus non sit, quàm cõperiatur concella; in vnoquoque tamẽ regno est videndum, num iure, consuetudine, vel dispositione particulari, sit maior introducta circa regni successionem, aut maioratus, vel circa aliquid aliud, eique erit standum. 388. C.

Repræsentatio est in feudis, non solùm hæreditarijs, sed etiam ex pacto & prouidentia. 389. A.

Repræsentatio licèt standa in solo iure communi, neque in successione in regno, neque in alijs maioratibus, locum habeat, ex quibus tamen capitibus possit locum habere. 399. A.

Repræsentatio qualis in hoc regno quoad successionem in ipso regno, & in maioratibus illius, quando aliud institutores non disposuerunt, sit statuta, & cur virtualis potius, quàm formalis, sit nuncupanda. 399. D.

Repræsentatio quanta detur in hoc regno in successione collateralium vltimo possessori maioratus, quando desunt omnino descendentes illius, & quando aliud non disposuit maioratus institutor. 417. B.

Repræsentationis ac successionis is modus, quantum à iure communi exorbitet. 418. B.

Repræsentatio eadem locum habet in vlterioribus gradibus lineę collateralis, hoc est, in descendentibus ex patruis, & ex patruis magnis, & ita consequenter. 419. D.

Repræsentatio eadem ac successio locũ habet, estò collateralis comparatione vltimi possessoris, neque descendens, neq; collateralis sit institutoris maioratus. 420. B.

Repræsentatio lege. 40. Tauri in linea collaterali introducta, non est repræsentando, solum gradum progenitoris, sed etiam personam ipsam cum omnibus suis qualitatibus, locum illius subeundo ad eos omnes excludendos, quos parens ipse, si superstes esset, excluisset. 421. B.

Repræsentando alterius personam qui succedit, si repræsentatus incapax erat tempore mortis suæ, ipse quoque incapax est, & excluditur a maioratu: quãdo verò vocatus ipse succedit, vt in linea descendentium in hoc regno, & proximior in linea collaterali vltimo possessori, tunc incapacitas progenitoris ipsi non nocet, si ipse incapax etiam non sit. 421. C.

Repræsentatio locum non habet in fidei commisso familiæ relicto, siue vniuersale, siue particulare sit. 433. D.

Repræsentatio non est in Lusitania in maioratibus de bonis coronę regni, nisi cõtrarium sit alicui concessum, ac proinde patruus, etiam minor natu, excludit nepotem. 447. C.

Rescriptum.

Rescripta & concessiones principum, ita sunt semper exponenda, vt nihil iniquum & contra rectam rationem contineant. 35. D.

Rescriptum vt surreptitium non censeatur, quarum prohibitionum mentio fieri debet concedenti, quarum non item. 649. D. 652. C.

Restitutio à principe instatum.

Restitutio facta à principe in statum pristinum, qua deletur incapacitas, quam quis ab delictum habebat ad succedendũ in maioratu, aut in re alia, si fiat, post id delatu alteri, morte vltimi possessoris, aut alia ratione ob incapacitatẽ, quę tũc erat in illo, nõ succedit in eo. si verò ante id delatum, succedit in eo. 372. C.

Restitutio ex principis ex gratia in pristinum statũ, non habet locum in prę iudicium tertij, vt intelligẽdum. 373. C.

Restitutio in integrum.

Restitutionem in integrum impedit iuramentum à minore præstitum. 79. B.

Restitutio in integrum minoribus & alijs non datur aduersus lapsum semestris, vt remedium summarium circa tenutã maioratus competat. 556. A.

Retractus.

Retrahat si possessor maioratus rem aliquam propter communionem cum rebus maioratus, res illa non pertinet ad maioratum, sed est libera, nisi maioratui incorporetur. 598. B.

Rex.

Regum successio in Hispanijs varia tempore Gathotum, & à tempore Pelagij. Et cur via generationis sancita sit successio à Pelagij tempore. 3. B.

Regni successio via generationis, qualis præscripta sit in Hispanijs, & cum quanta repræsentatione. 5. A. D.

Regni successio se extendit ad omnẽ gradum, etiam vltra decimum. 6. D.

Regni Castellę insignia quę, quando cœperunt, auctaque fuere. 8. A.

Regnum Castellæ primogenij ac maioratus rationem habet. Est caput cæterorum maioratuum. Et cõstituta circa illud, locum similiter habent in alijs maioratibus, quando aliud ab institutoribus non reperitur expressum. 8. B.

Reges quousque de bonis coronæ regni donare possint, eaque alienare. Et qui maioratus de bonis coronæ regni sint propriè censendi instituti. 9. A.

Regni coronę quando bona confiscata cẽseantur vnita in Lusitania. 14. A.

Regnum maioratus est legalis regulariter loquendo. Et quousque aliquando, quibusque excausis, mutare licet de modo regiminis ac successionis primitus statuto. Regulariter verò con licet. 93. A.

Regnis in aliquibus, & in Romano Imperio, electione succeditur. 172. B.

Regnis in diuersis qui succedunt, arma ac insignia singulorum regnorum tolet accipere: non verò agnomina Regum, qui bus succedunt. 291. A.

Regnorum Hispaniarum prima, & connumeratio, quem locum habeant. 256. A.

Regnum si ad fœminam deueniat, iurisdictionem illius annexam exercet licet per se & directè, hoc est, non annexè ad aliud, mulier incapax sit iurisdictionis. 341. A

Regno ob quæ delicta priuari quis possit. Et quãdo, est ò habeat idoneum successorẽ, cõcedi regnũ alteri possit. 245. B.

Regno nondum adepto, excludendũ esse amentem, qui affirmant. 347. D.

Regno iam adepto nõ priuatur amẽs, etiã ob amentiam perpetuam, sed illi datur curator & administrator loco illius. Et quid quando natus est fanæ mentis, & ante regnum adeptum incidit in amentiam, & quando habet lucida intervalla. 349. C.

Regno nondùm adepto excludi non debet amens, aut aliter ex defectu naturali ineptus regimini illius, sed tradi ei debet curator & administrator loco illius. Excipitur in hoc regno, nisi sit collateralis, qui alioquin in regno succedere debebat. 350. C.

Regni successione non excluditur surdus simulac mutus, aut cæcus. Excipitur in hoc regno, nisi collateralis sit comparatione vltimi possessoris. 35. B.

Regnum ne diuideretur, & vt tollerentur alia mala, si nati essent duo gemini, aut duæ geminæ, & ignoraretur quis prior, mitti deberet sors, quis eorum futurus esset Rex. 368. C.

Regni circa successionem videndum est in vnoquoque loco quanta repræsentatio sit introducta. 388. C.

Regnum non est hæreditas, neq; in eo succeditur iure hæreditario, sed ex pacto & prouidentia, iureve sanguinis, sicut in alijs maioratibus, ac proinde succedi in regno potest renuntiata hæreditate, valerque pactũ circa futura in eo successione viuente vltimo possessore. 392. B.

Regni successor futurus cui iuretur à subditis, & quid id iuramentum illi tribuit. Cur ité, vbi electione succeditur, sæpe ante mortẽ possessoris eligatur. Et quibus nominibus successor in regno, aut in Imperio, appellatus quondam fuerit, & hodie appelletur. 398. A.

Regni in successione licèt standa in solo iure cõmuni repræsentatio locum non habeat, ex quibus tamen capitibus locũ possit habere. 399. A.

Regni huius successio qualis, & cũ quata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

repræsentatione sit statuta, & cur dicēda sit potius repræsētatio virtute, quàm formalis. 399. D.
Regni Castellæ in successione nō id circo nepos ex primogenito prędefunto, prę fertur patruo, quòd pater ipsius ius aliquod in ipsum transmiserit, sed quòd legibus huius regni proximè vocatur, excluso patruo proximiori in gradu vltimo possessori. 405. D.
Regna non esse hæreditates, nec proinde in eis succedi iure hæreditario, sed sanguinis, arq; adeò locū nō esse in successione in illis repræsentationi ex eo capite, quòd hęreditates sint, cōfirmatur. 408. D.
Regna quoniā hæreditates nō sunt, nō vacat deficiēte successore vsq; ad decimū gradū vltimo possessori, sed admittuntur proximiores in infinitum. 409. C.
Regni huius Castellę in successione, nulla admittitur repręsētatio in linea collaterali, sed sēper succedit proximior in gradu, pręferēdo in eodē gradu masculum fœminæ, & maiorem natu, minori natu. 412. B. D. 414. B.
Regni circa successionem à republica à principio statutā, nihil innouare possūt princeps, aut consiliarij ipsius suis legibus: quin neq; respublica ipsa quando iam alicui est ius quęsitum. 414. C.
Regno huic succedūt proximiores vltimo possessori, seruata repræsentatione in eo statuta. 426. D.
Regni Lusitani in successione quę controuersia esse potuit, nec tamē fuerit, in linea descendentium per mortem Ioannis tertij, explicatur. 469. B.
Regni Lusitani in successione in linea collaterali regi Hērico, quę cōtrouersia re ipsa fuerit, dilucidè proponitur ac explanatur. 469. D.
Regę Hispaniarū Philippū secūdum legitimū fuisse successorē Hērico in regno Lusitano, multis efficaciter ac dilucidè probat, euersis cōtrarijs fūdamētis. 472. D.
Regni Lusitani in successione in corona ipsa, si stemus in sola dispositione iuris cōmunis ac Lusitani, patruum nepoti in linea descendentium fuisse præponendū, ostenditur. 478. B.
Regni Lusitani origo: in successioneq; in illo vnde nepos, & in nepotis defectū, neptis, & in vtriusq; defectū, pronepos, aut pronepris, pręferri in linea descendentium patruo, aut patruo magno debeāt. 479. C.
Regni Lusitani in successione nulla est repręsentatio in linea collaterali, ostenditurq; Philippū secūdū Hispaniarū Regē legitimū fuisse successorē Hērico in eo regno, & nulla ratione Dominam Catharinam. 480. D.
Regni Castellæ & Lusitanię in corona succedit patruus vltimi possessoris, exclusis cōsobrinis eiusdem vltimi possessoris. 484. A.
Regni coronę fructus quomodo diuidēdi inter prędecessorē, aut hęredes illius, & successorem. 512. A.
Regnū quando ad alterū deuoluitur, fiscales pœnę, ex delictis cōmissis tēpore antecessoris, quousque ad antecessorē attineant. 515. C.
Rex quousque debita sui prædecessoris in regno soluere teneatur. 589. C.
Regno priuari nō potest legitimus in eo alioquin successor propter ingratitudinem in suum patrem Regem, cui succedere deberet, esi ò is pater legitimè illū exhæredasset. 695. D.
Regno cur spoliari possit possessor in prę iudicijū successorum ob aliqua crimina. 727. A.
Regi maledicens, quas pœnas incurrat. Et in hoc regno media pars bonorum illius confiscatur. 734. A.
Regis cū vxore, cōsanguinea, aut famula, concubitus, quibus pœnis puniatur. 734. C.
Regis in filiū, regni successorē, delictū, etiā concubitus cum vxore, aut filia illius, vt puniendum. 734. C.
Rex ob delicta, quibus regno priuari debet, non est deijciendus à principe autoritate propria, sed Summi Pontificis. 735. C.
Regis in filios, minimè in regno successores, delinquens, vt puniendus. 735. D.

Salinarium.

Salinarium tributum, quid. 789. B.

Sententia.

Sētētia circa possessionē nō parit exceptionem rei iudicatæ. Et quid quādo inuoluitur causa proprietatis solum incidēter. Sētētia itē lata circa tenutā maioratus, exceptionem non parit circa proprietatem. 532. C.
Sententia lata aduersus possessorē maioratus, aut aduersus aliquē circa nobilitatē *de hidalguia*, quibus naceat pariatq; aduersus illos exceptionem rei iudicatæ. 627. B.

Seruus

Seruus pœnæ.

ruorū pœnę bona quousque de iure cōmuni varijs tēporibus pertinerēt ad fiscū, intestabileq; essent, aut cōsāguineis eorum à fisco relinquerētur. Et quid in hoc regno sancitum hodie sit. 238. A.

Substitutio popularis.

Substituens pupilariter pater filio impūberi, imponere potest grauamen bonis illius, etiam legitimę talis filij. 176. C.

Substitutio.

Substituto directo ex testamento, cauere tenetur anterior hereditatis possessor. 328. D. 330. A.

Successio.

Successio in Hispanijs in regno, qualis via generationis sit prescripta, & cū quāta repræsentatione. 5. A. D.
Successio iure hęreditario, ex pacto & prouidentia, ac iure sanguinis, quid. 316. A.
Succeditur in maioratibus Hispanis anteriori possessori, qui non sit ipsemet institutor, iure sanguinis, & non hereditario. 316. D.
Successio in maioratu comparatione immediati institutoris, quādo sit nec iure sanguinis, nec hæreditario, sed ex pacto & prouidentia, & quando sit iure hæreditario. 317. C.
Successio directa, & obliqua, quid. Et discrimen inter vtranque. 321. A.
Successione in possessionibus distributis per tribus & familias, licēt veteri lege filij pręferrentur filiabus: filiæ tñ præferebātur collateralibus omnibus. Quādo tamē filię ita in fratrū defectū succedebāt, nubere nō poterāt, nisi homini de sua tribu ac familia, vt distributio possessionū maneret in eisdem tribubus ac familijs, notaq; esset distinctio & successio tribuum ac familiarum, vt tēpore aduētus Messiæ intelligeretur descēdere ex tribu familia, ex quibus erat promissus, tāquam vna è notis veri Messię. 379. C.
Successio in bonis liberis, quàm varia diuersis tēporibus iure cęsareo fuerit disposita, & quæ fuerit nouissima, quæ in Castella & Lusitania vim habet. 380. D.
Succedatur si in maioratu, aut in re alia, quę indiuisa advnū deuenire debet, masculus minor natu eiusdem gradus, præfertur fœminæ. Fœmina verò præfertur masculo vltrioris gradus, quando aliud non fuit expressum. 381. C.
Successione in maioratu huius regni, quæ considerentur, vt iudicetur, quis alteri pręferatur. 383. A.
Successione à maioratu fœminæ excludātur cōparatione masculorū eiusdem gradus, fauorabilis est, latecque proinde est intelligēda. Cōparatione verò masculorum vlterioris gradus, est odiosa, strictēque intelligenda. 383. C.
Succeditur in regno, nō iure hęreditario, sed ex pacto & prouidētia, iureve sāguinis, vt in alijs maioratibus, repudiataq; proinde hæreditate, succedere quis potest in regno, valetque pactum circa futurā in eo successionē, viuēte nec cōsentiente vltimo possessore. 392. B.
Successio qualis in regno ipso Castellę, & in cęteris eiusdē regni maioratibus, sit instituta, quādo maioratuū institutores aliud nō statuūt ac exprimūt. Et cur in eiusmodi successione interueniat, non quidem repræsentatio formaliter, sed virtute. 399. D.
Succedāt quo ordine, & quanta cū repræsētatione vltimo possessori maioratus huius regni, collateralis illius, quando omnino desunt descēdētes eiusdē vltimi possessoris, & quando aliud nō disposuit maioratus institutor. 417. B.
Successionis ac repręsētationis is modus, quātū à iure cōmuni exorbitet. 418. B.
Successione in eadē in linea trāsuersali locū habet repręsētatio in vlteriorib⁹ gradibus, hoc est, in descendentibus ex patruis, & ex patruis magnis, & ita consequenter. 419. D.
Successio eadem & repręsentatio locū habet, esto collateralis cōparatione vltimi possessoris, neq; descēdens, neq; collateralis sit cōparatione institutoris maioratus. 420. B.
Successione in eadē repręsentatio in linea collaterali lege. 40. Tauri introducta, nō est repręsentādo solum gradū progenitoris, sed etiā personā ipsā cū omnibus suis qualitatibus, locū illius subeūdo ad eos omnes excludēdos, quos parens ipse, si superstes esset, excluisset. 421. A.
Succedit qui repræsētādo alterius personā, si repręsentatus incapax erat tēpore mortis suæ, ipse quoq; incapax est, & excluditur à maioratu: quādo verò vocatus ipse succedit, vt in linea descēdētiū in hoc regno, & proximior in linea collaterali vltimo possessori, tūc incapacitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas progenitoris ipsi nō nocet, si ipse incapax etiam non sit. 421. C.
Successor in linea transuersali esse debet de stipite institutoris maioratus, aut eius, in quo fuit institutus, vel certè de ipsorum familijs, latiùs sumpta familia. si enim vltimo possessori detur proximior de aliena familia, vt frater solùm vterinus, qui non sit de eiusmodi familijs, succedit, qui de familia fuerit proximior, saltem per repræsentationē, licèt remotior in gradu sit vltimo possessori. 422. D.
Successionis ordo in maioratibus, similiter seruatur in hoc regno in successionibus in feudis, capellis, & emphyteusibus, iure patronatibus, & in alijs rebus, quæ indiuisa ad vnū deueniunt. 423. C.
Succedunt in fideicommissis familiæ relictis, proximiores vltimo possessori, licèt alij sint proximiores testatori. Idem in maioratu & regno, seruata in hoc regno repræsentatione in eo statuta. 425. D
Successio in maioratibus huius regni, quis cui præferendus sit, admetienda est ex dispositione expressa institutoris, aut quam, semoto omni dubio, ex coniecturis intelligitur intendisse, eaque præponenda est dispositioni legis. 40. Tauri: in dubia autem, dispositioni eius legis est standum. 437. C.
Successioni in regno Lusitano quæ controuersia esse potuit, nec tamen fuerit, in linea descendentium per mortem Ioannis. III. explicatur. 469. B.
Successionem circa in eodem regno in linea collaterali Regi Henrico, quæ controuersia fuerit in linea collaterali, dilucidè proponitur, ac explanatur. 469. D.
Successorem legitimum fuisse Philippum II. Hispaniarum Regem Henricō in regno Lusitano, multis efficaciter ac dilucidè probatur, euersis contrarijs fundamentis. 472. D.
Successione in corona regni Lusitani, si solum stemus in dispositione iuris cōmunis, patruū nepoti fuisse prēponendū in linea descendenti ostenditur. 478. B.
Successione in corona regni Lusitani vnde nepos, & in nepotis defectū, neptis, & in vtriusq; defectum, pronepos, aut proneptis, præferri debeāt patruo, aut patruo magno, in linea descendentium. Et de origine regni Lusitani. 479. C.
Successione in corona regni Lusitani, nulla est repræsentatio in linea collaterali, ostenditurq; Philippum. II. Hispaniarū Regem legitimū fuisse successorē Henrico in regno Lusitano, & nulla ratione Dominam Catharinam. 480. D.
Succedit in corona regni Castellę & Lusitanię patru' vltimi possessoris, exclusis cōsobrinis eiusdē vltimi possessoris. 484. A.
Succedit in maioratib' regni Castellæ, siue illi sint de bonis patrimonialibus, siue de bonis coronę regni, cōsobrinus vltimi possessoris, & soboles ex illō, & in eorum defectu, consobrina, & soboles illius, excluduntq; patruum eiusdem vltimi possessoris. 484. B.
Succedit in maioratibus Lusitanis de bonis patrimonialibus, patruus vltimi possessoris, excluditq; consobrinos eiusdē vltimi possessoris. In maioratibus verò de bonis coronæ regni, nulli transuersales succedunt. 434. C.
Succeditur in Lusitania in bonis emphyteuticis, hoc est, quoad dominiū solam vtile possessoris, esto à corona regni sint derivata, & esto corona ipsa regni dominium habeat directum, perinde atque in alijs bonis emphyteuticis, neq; in illis habet locum lex mentalis. 485. A.

Surdus & mutus.

Surdus simul ac mutus nō repellitur à successione in maioratu iurisdictionemue dignitatem nō habente annexā. 352. D.
Surdus simul ac mutus, non excluditur à regno, aut à successione in quouis alio maioratu iurisdictionem habente. Excipitur in hoc regno, si collateralis sit comparatione vltimi possessoris, & agatur de successione in regno. 355. B.
Surdus iudex esse non potest. 357. C.

Tenuta

Tenuta bonorum maioratus, quo summario remedio iniustus eorum bonorum tentor spolietur à contendente, ipsum esse legitimum successorem eius maioratus, & intrà quantum tempus id remedium ei concedatur. Neque eo finito, agitur posteà, nisi de proprietate. 524. A.
Tenutā si quis denegat contendēti se esse legitimum maioratus successorem, vt hic intentare aduersus illum possit remedia possessoria adipiscendę, retinendę, ac recuperādę possessionis. 527. D
Tenutæ remedium summarium possessorium admixtam habet causam proprietatis, nec conceditur nisi ei, qui ostenderit, se esse legitimum maioratus successorem. 529. B.

Tenutę aduersus idem remedium competunt idcirco exceptiones, quę sunt circa proprietatem, modò intrà tēpus eius remedij probentur. 530. C.
Tenutæ remedium summarium circa bona maioratus, licèt inuoluat causam proprietatis, à sententia tamen circa tenutam quauis in hoc regno admittatur supplicatio, solùm habet effectum deuolutiuum: non verò suspensiuum. 532. A.
Tenutę maioratus circa causam testes examinati, an examinari iterum debeāt circa causam proprietatis. 532. B.
Tenuta maioratus adiudicanda est fœminæ proximiori in gradu vltimo possessori, quando alius cōtendit, fœminam excludi, nisi in continenti eam excludi probet. 533. C.
Tenuta maioratus est tradenda ventri, quando, si ex eo nascatur masculus, excludit cæteros: cum cautione tamen præstita à mętre, quòd, si masculus nō nascetur, restituet fructus, præter ventris alimenta, successori. 534. B.
Tenutæ remedium summarium locum non habet quando immediatè succeditur institutori. Tametsi quādo timerētur grauia mala, posset supremus senatus eodem modo procedere circa tenutam. 546. D.
Tenutam circa quid faciendum, si liquidari nō possit, ad quem maioratus pertineat. 548. C.
Tenuta maioratus vt adiudicetur, quale instrumentum ostendendum, & quid aliud successionem in eo probet. 549. B.
Tenutam rei maioratus adiudicari debere successori, non impedit, quòd tertius eam teneat cum titulo, quando titulus originem non habuit ab institutore, vel aliunde non constat titulum fuisse sufficientem ad alienandum bona maioratus, aut dubium non est, an institutor eam rem comprehendere intenderit in maioratu. 550. C.
Tenutæ remedium non habet locum, si post intentatum libellum ineptum intrà semestre, computatum a puncto delatæ successionis maioratus, intentetur post semestre aliud ex diuersa causa, secus si ex eadē causa. Citatio tamen aduersarij necessaria non est intrà id semestre. 551. D.
Tenutæ idem remedium si intrà eos sex mensēs sit intentatum, & superueniat tertius ad adiuuandum alterum litigantium, repelli non debet: secus si ad nouum suum ius prosequendum. 554. B.
Tenutæ vt competat idem remedium, restitutio in integrum non conceditur minoribus & alijs aduersus lapsum semestris. 556. A.
Tenutæ idem remedium intentari potest intrà semestre, estò intentata iam fuerit via ordinaria causa circa possessionem, aut proprietatem in alio tribunali. 558. D.
Tenutæ circa remedium post legem. 10. latam, num concedenda sit minori restitutio in integrum aduersus probationem omissam intrà tempus ad probandum concessum. Et num in eo remedio admittenda sit testium reprobatio, scripturarum impugnatio, petendaque sit restitutio fructuum, locūq; habeat condemnatio vt restituantur, aut absolutio ab eis reddēdis. 559. C.
Tenutæ remedio summario intentato, num aliquando locum habeat remedium possessorium, quod interim nūcupatur. 563. B.

Testamentum.

Testamentum neque preteritionis, neq; ex hęredationis argui potest, estò causa nō inferatur, si preteritus, aut exhęredatus, consensit, non quidem ante testamenti confectionem, sed dū conficiebatur, aut posteà. Et in quo euēntu non sufficit tacitus consensus renūciationis partis legitimæ, sed requiritur expressus, & in quo alio testemento esset nullū, estò adhiberetur consens' post testatoris mortē, nisi adhiberetur in ipsa confectione, aut in eo apponeretur causa exhæredationis, aut præteritionis. 85. D.

Testis.

Testes examinati circa causam tenutæ maioratus, an examinandi posteà sint circa causam proprietatis. 532. B.

Trebellianica

Trebellanica detrahi ex maioratu non potest quacunque ratione instituatur. 612. D.

Tributum.

Tributa & onera ad quæ teneatur maioratus possessor ratione bonorum maioratus. 623. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tributum vnde dictum. 770. A.
Tributum census duplex. Quoddam soluebatur ex bonis, seu ex patrimonio, pro illius estimatione. Et erat mixtum inter merè reale, & personale. Aliud erat tributum capitis. 771. C.
Tributum annonę, quod. 773. A.
Tributum vectigal pressè, quid. 774. A.
Tributum seruitij ordinarij & extraordinarij quod in hoc regno. Soluitur pro ratione valoris patrimonij cuiusque: neque est reale, sed medium inter reale & personale. Et qui exempti sint ad illo soluendo. 775. A.
Tributum capitis *de la moneda forera*, à septennio in septennium soluendũ, quod in hoc regno. Et qui ab illo exempti. 776. D.
Tributum aliud capitis, quod *Martiniega* nuncupatur, & aliud quod dicitur *Marçadga*, quę. 777. C.
Tributum indilicti quod. Et quomodo soluebarur. Et vnde initium supputandi per indictiones. Vnde item initium supputandi per olimpias. Et quid super indictum. 777. D.
Tributum, quod appellatur collecta, præstantię, & tallię, Hispanè *de ramas*, & Lusitanè *finta*, quod. Appellatur etiam ex parte imponentiũ, impositio, Hispanè *pedidos y empreſtidos*. Quid item liberalis præstatio nuncupetur. 779. B.
Tributum, quod *borras* vocant, quod in aliquibus huius regni locis, & ad quid inseruiat. 780. A.
Tributa quę *pechos* in hoc regno vocant, à quibus exempti ij sunt, quos *hidalgos* vocant, quæ. 781. A.
Tributi vocabulum quàm latè pateat, si amplè sumatur, sicque vsurpari consuerit. 781. A.
Taibutum quod, munus diuatur, & à quibus muneribus ij sint exempti, qui *hidalgos* in hoc regno nũcupãtur. 782. B.
Tributa quæ angaria & parangaria dicantur. 783. C.
Tributa vectigalis, gabellę, aduenæ, portorij, quid. 784. D.
Tributum ex rebus, quę mari asportantur, decima dicitur in Lusitania, quòd decima pars soluatur. Et alia insuper soluitur in sisam, quam ibi vocant, hic verò alcaualam. 785. C.
Tributum peculiare soluitur ex rebus asportatis ex India, Basilica regione, & ex AEtiopia. 786. D.
Tributa varia, quę in hoc regno, & in alijs Hipaniarum soluuntur, tam ex rebus, quę mari asportantur, ac extrahuntur, quàm ex alijs rebus. 786. D.
Tributa continium regnorum. 787. D.
Tributa ex lanis huius regni. 788. B.
Tributa varia ad portorium, seu pedagiũ attinentia. 788. C.
Tributum *montadgo* quid. 788. D.
Tributum guidegium quid. 789. A.
Tributum solinarium quid. Et aliud piscibus impositum. 789. C.
Tributorum vectigalium, pressè sumptorum, à solutione nullus est exemptus, nisi peculiariter eximatur. *Hidalgos*, quos in hoc regno vocant, exempti ab eorum solutione non sunt. Ecclesiastici verò sunt exempti, nisi dum negotiantur. 789. D.
Tributum alcaualæ. Vide alcauala.
Tributum quod ex accessu ad aliquem locum alioquin debetur, non debetur, si nauis necessitate compulsa, vt hostium, aut tempestatis, eò accedat, neque ibi merces vendat. 805. D. 807. B.
Tributum non debetur ex libris, qui aliũ de in hoc regnum inferuntur. Neque debetur alcauala ex libris. 816. C.
Tribututũ Lusitanũ impositionis, quid, quibusque in locis soluatur. 826. B.
Tributa qui imponere possunt. 828. C.
Tributa imponens sinè legitima ad id potestate, quas pœnas incurrat, estque hodie excommunicatus de cæna Domini. 830. D.
Tributum vt sit iustum ac debeatur, imponi debet ex iusta causa, & quę talis sit censenda: neq; plus imponi debet, quàm causa exigat: eaque cessante, cessare debet, nisi adsit alia iusta. 831. B.
Tributum grauius, quàm postulat causa legitima, atque adeò iniustum, si imponat princeps, aut concedant procuratores, & peccant contra iustitiam, & restituere tenentur populo incrementum. 833. A.
Tributum si ad defensionem cõcedatur, & princeps sua negligentia non defendat, restituere tenetur subditis damna inde sequuta. 833. B.
Tributa quousque populus principi præstare debeat, siue absq; sua culpa, siue sua præterita culpa, eis indigeat. Et ad quæ princeps subditis teneatur, & cum quanto restituendi onere. 833. D.
Tributa noua exigendi princeps qui se periculo exponit inordinatis largitionibus ac sumptibus, contra iustitiam aduersus subditos grauissime peccat. 835. B.
Tributum si impositũ sit in perpetuum quasi in pactum, non cessat, cessante causa ob quã fuit impositũ. Et quando æquitas esset, vt minueretur: aut certè incrementum asseruari deberet in reipublicæ bonum. 833. D.
Tributa quæ mercatores soluunt ex mercibus, non tam ipsi, quàm emptores mercium ex ipsis, soluunt. 837. A.
Tributum si princeps accipit pro aliquo, quod concedit, aut remittit, si nõ stet concessis, aut remissis, restituere tenetur, quod in tributum loco eius accipit. 837. C.
Tributum vt iustum sit ac debeatur, quæ forma, & quę proportionalis æqualitas seruanda. 838. A.
Tributum seruitij huius regni, & alia, colligendi modus fisa imposita, cur damdandus non videatur. Etiam quo ad exteros. 830. A.
Tributum vectigalis, aut quasi vectigalis alcaualæ, solum ex rebus, quæ negotiationis causa asportantur, extrahũtur, ac venduntur, solui deberet, si sufficienter illo ita soluto, subueniretur bono communi. 841. D.
Tributum idem licitè imponi potest, vt ex alijs etiam rebus soluatur, quando aliter non sufficiẽter subeniretur bono communi. Et cur iniquum non sit, ex toros etiam illud soluere. 842. A.
Tributum vt licitè ab aliquo exigatur, necesse est, vt is exemptus non sit ab eo soluendo. 844. D.
Tributorum à solutione exempti sunt Ecclesię & Ecclesiastici, etiam quo ad bona ipsorum patrimonialia. 844. D.
Tributa Ecclesijs & Ecclesiasticis imponentes, ab eis exigentes, ac recipiẽtes, aut ad id cooperantes, quas pœnas incurrant. 845. B.
Tributa vt eis imponi non possint, quid Ecclesiarum & Ecclesiasticorum nomine, intelligatur. 849. D.
Tributa soluere non tenetur religiosus nouitius de suis bonis patrimonialibus. 850. C.
Tributa multò magis non debent nostri religiosi, qui, peractis duobus probationis annis, vota emiserunt, de bonis quorum dominiũ ante professionem aliquando retinent. 851. B.
Tributum non debent de bonis suis patrimonialibus, qui beneficium obtinent Ecclesiasticum, etiam si sacros ordines non habeant. 852. B.
Tributa soluũt in Hispanijs initiati omnes minoribus solis ordinibus, qui beneficium non habent Ecclesiasticum. 852. C.
Tributa quibus in euentibus licitè ex Ecclesiasticis accipiantur. 854. B.
Tributo si affecta onere mero reali ipsius rei, res aliqua in Ecclesiam, aut in Ecclesiasticum pertranseat, solui ex illa adhuc debet tributum. 856. C.
Tributa quæ soluere non teneantur Ecclesię, & Ecclesiastici, esto sint in commune bonum ipsis cum laicis: & ad quæ contribuere teneantur. 857. A.
Tributum, seu contributionem, præstare possunt Ecclesiæ, & Ecclesiastici ex rationabili causa, rempublicam secularem adiuuando. Consensus tamen ad id requiritur Summi Pontificis: nisi esset periculum in mora: nam tunc sufficeret consensus Episcopi, & cleri. Et quando sub culpa lethali subuenire eo modo teneantur. 858. D.
Tributa vt Ecclesiastici soluant, inualida est quæcunque consuetudo. 859. C.
Tributorum à solutione eximi aliqui rationabili ex causa possunt, etiam quo ad suam posteritatẽ. Sinè rationabili verò causa eximi à principe non possunt. Nullus autem exemptus censetur, nisi probetur. 860. B.
Tributorum à solutione exemptio licèt vendi licitè aliquando possit, quin & iura tributorum, grauaque censibus possint; raro tamè & ex vrgenti causa id fieri debet. 861. D.
Tributum quousq; licitè imponitur iusto bello deuictis. 863. C.
Tributa iusta licitè imponũt, aut augent, principes suis subditis, neque id prohibetur Bulla cænę Domini. 863. D.
Tributa iustè imposita, si non soluantur, peccatum est ex suo genere lethale, cum restituendi onere. Pœnæ tamen incursę non debentur ante latam sententiam. 864. C.
Tributa si sint iniusta, peccant exigẽtes, cũ restituendi onere. Et excõmunicationẽ cænæ Domini incurrunt. Et quo vsque liceat ea denegare. 866. B.

Tributa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tributa vetera quousque censenda iusta, in eisque locum habeat præscriptio ex parte principis. 567. B.

Tributa noua, de quorum iustitia non constat illicitè petuntur, & cum restituendi onere, & quo usq; denegari possint. Et quid de exactoribus loco principis. 868. D.

Tributorum ad praxim, confessionum præsertim multa de tributis dicuntur. 870. B.

Tributis, quæ Regi soluere quis tenetur, si litiè possit facere compẽsationem, potest illam etiam facere, estò Rex locata tributa alteri habeat. Secus in tributis alteri venditis, aut alio titulo ritè alienatis. 878. D.

Tributum quando Rex ex iusta superueniente causa illicitè exactius & auctius exigit, non possunt idem efficere, qui idem tributum aliquorum oppidorum ritè acquisitum antea habebant. 880. B.

Tributum si quod licitè mercatores interdum ex mercibus defraudent, curandum est à confessarijs, ne illud iterum recipiant ab emptoribus earum mercium in pretio. 880. D.

Tributa circa solutionẽ si facta fuit conuentio cum publicano, quando non constat esse omnino iniustum, soluendum illi est in foro conscientiæ, quod cum illo fuerit conuentũ. 881. A

Tributum si aliquis iniustè ex aliquibus mercibus non soluit, non tenetur illud soluere is, in quem merces titulo emptionis, aut alio transierunt: neque in foro exteriori potest fieri exequutio aduersus eum, nisi facta prius in bonis eius, qui illud defraudauit. 882. A.

Tributum alcaualę ex rebus mobilibus venditis vbi soluendum, & cui soluendum sit, aut non sit. 885. B.

Tributum non debet exemptus ab illo, qui per non exemptum aliquid vendit, asportat, aut extrahit. Illud verò debet non exemptus, qui per exemptum illa exercet. 902. B.

Tributorum exactores, & ad id custodes si munus suum debitè non exequantur, ad quam restitutionem teneantur. 920. A.

Tutor.

Tutor autoritatem potest præstare minori in commodum ipsiusmet tutoris, quando directè autoritatem præstat ad minoris commodum, & indirectè ac per resultantiam ad suum. 341. D.

Vectigal.

Vectigal presse quid. 774. A.

Vectigal, gabella, aduana, & portorium quid. 784. D.

Vectigal quantum iure communi soluebatur, & ex quibus rebus non soluebatur. 785. B.

Vectigal ex rebus, quę mari asportantur, decima dicitur in Lusitania, quòd decima pars soluatur. Italia decima in super soluatur in sisam, quam ibi vocant, hic alcaualam. 785. C.

Vectigal peculiare soluitur ex rebus asportatis ex India, Brasilica regione, & ex AEtyopia. 786. D.

Vectigalia varia, quæ in hoc regno, & in alijs Hispaniarum soluuntur, tam ex rebus, quæ mari asportantur ac extrahuntur, quàm ex alijs rebus. 786. D.

Vectigalia confinium regnorum. 787. D.

Vectigalia ex lanis huius regni. 788. C.

Vectigalia varia ad portorium, seu pedagium attinentia. 788. C.

Vectigalium presse sumptorum à solutione nullus est exemptus, nisi peculiariter eximatur. Hidalgos, quos in hoc regno vocant, ab eorum solutione non sunt exempti. Ecclesiastici verò exẽpti sunt, nisi dum negatiantur. 789. D.

Vectigalia, quę ex accessu ad aliquem locum alioquin debentur, non debentur si nauis necessitate compulsa, vt hostium, aut tempestatis, eò accedat, neq; ibi merces vendat. 805. D. 807. B.

Vectigal, aut quasi vectigal alcaualæ, solùm ex rebus, quæ negotiationis causa asportantur, extrahuntur, aut venduntur, solui debet, si sufficienter illo ita soluto, subueniretur bono communi. 841. D.

Vectigal, aut quasi vectigal alcaualæ, licitè imponitur, vt ex alijs etiam rebus soluatur, quando aliter non sufficienter bono communi subenitur. Et cur iniquũ non sit exteros etiam illud soluere. 842. A.

Venditio.

Venditio.

Venditæ rei fructus ad quem pertineant. 505. B.

Vendi an censeatur equus, aut mula, cum fræno, sella & ornamentis, quibus quando venduntur sunt affecti. 814. D.

Venditi, seu ex vendito actio competit, vt impleantur pacta incontinenti addita venditioni, si addita sint velut in recompensationem partis pretij: secus si non in talem recompẽsationem sint addita. 911. D.

Venditio rei cum pacto in fauorem venditoris, efficit illam minoris valoris quoad talem venditionem. 916. D.

Venter in possessionem mittendus.

Vide Carbonianum edictum.

Votum.

Vota realia defuncti implere tenentur hæredes de bonis hæreditarijs, dummodò non contingant legitimas ipsis in eis bonis debitas: non verò de bonis vinculatis, quibus defunctus onus imponere non potuit. 394. A. 395. B.

Vsusfructus.

Vsusfructus bonorum matris, aut cuiusuis alterius, quibus filius familias, aut filia, validè renũciauit antequàm dominium illorum consequeretur, mortua matre, non pertinet ad patrem familias. Si autem, nihil impediente tali renunciatione, dominium eorum bonorum deueniret ad eum filium familias, aut filiam, vsusfructus pertineret ad patrem. 62. C.

Vsusfructus ad patrem in bonis filij familias attinens, estò is filius de tertio suorum bonorum in vltima voluntate instituat maioratum ac moriatur, perseuerat is vsusfructus apud patrẽ toto tempore vitæ suæ. 231. C.

Vsusfructus quando finitur, qui fructus rei vsufructuariæ pertineant ad proprietarium, & qui ad vsufructuarium, hæredesve illius. 503. D.

Vsusfructus maioratus, aut alterius iurisdictionis, quando finitur & consolidatur cum proprietate, neque ad maritum attinebat tanquam dos vxoris, quo vsque pœnæ fiscales ex delictis commissis ante eum vsumfructum finitum, ad proprietarium spectent. 515. B.

Vsufructuarius quos sumptus litis obortę circa rem, qua fruitur, facere teneatur. 624. D.

Vxor.

Vxor instituere potest sinè viri facultate maioratum, & meliorare vltima voluntate, quæ non sit donatio causa mortis. Donatione verò causa mortis, aut contractu inter viuos, instituere illum non potest validè, nec meliorare, nisi ex consensu viri, aut iudicis, viro absente, aut irrationabiliter non consentiente. 225. D.

Vxoris reuocatio mrioratus, aut meliorationis, sinè viri facultate facta vltima voluntate, quę non sit donatio causa mortis, valida est. Secus si sinè viri consensu facta sit donatione causa mortis, aut contractu inter viuos, nisi accedat iudicis facultas ob viri absentiam, aut quòd vir irrarionabiliter nó velit eam prestare. 226. C.

FINIS.

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCHÆ.

Apud Cornelium Bodanum.

Anno. 1600.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCHÆ

Apud Cornelium Bodanum.

Anno. 1600.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca